Digitized by Google
Распознавание текста
ABK/FR

Digitized by Google
Распознавание текста
АВК/РК

Digitized by Google
Распознавание текста -
ABBYY FR

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

BR
60
.M6

Digitized by Google
Распознавание текста
ABK/FR

Digitized by Google
Распознавание текста
ABBYY FR

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS, ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA,

IUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS, DETECTIS AUCTA ; INDICIBUS ORDINARIIS VEL ETIAM ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET QUADRAGINTA INDICIBUS SUB OMNI RESPECTU, SCILICET, ALPHABETICO, CHRONOLOGICO, ANALYTICO, ANALOGICO, STATISTICO, SYNTHETICO, ETC., OPERA, RES ET AUCTORES EXHIBENTIBUS, ITA UT NON SOLUM STUDIOSO, SED NEGOTIIS IMPLICATO, ET SI FORTE SINT, PIGRIS ETIAM ET IMPERITIS PATEANT OMNES SS. PATRES, LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS INDICIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT :

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, CORRECTIONIS PERFECTIO, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, VEL ETIAM INEDITORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM,

ET EX INNUMERIS OPERIBUS TRADITIONEM CATHOLICAM CONFLANTIBUS, OPUS UNICUM MIRABILITER EFFICIENTIUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ AB ÆVO PHOTIANO AD CONCILII USQUE FLORENTINI TEMPORA, ET AMPLIUS, NEMPE MORTEM CARDINALIS BESSARIONIS.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIAM NEMPE LATINAM, ALIAM GRÆCO-LATINAM. AMBÆ PARTES JAM INTEGRE EXARATÆ SUNT. LATINA, 222 VOLUMINIBUS MOLE SUA STANS, 1110 FRANCIS VENIT : GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI COMPLECTITUR, ET 104 VOLUMINA IN 109 TOMIS, PRO PRIMA SERIE, NON EXCEDIT. POSTERIOR VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA 55 VOLUMINA RETINETUR. SECUNDA SERIES GRÆCO-LATINA AD 58 VOLUMINA TANTUM ATTINGIT ; DUM HUJUS VERSIO MERE LATINA 29 VOLUMINIBUS EST ABSOLUTA. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM 8, UNUMQUODQUE MERE LATINUM 5 FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE LATINAM, SIVE GRÆCAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. IDEO, SI QUIS TANTUM EMAT LICET INTEGRE, SED SEORSIM, COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO 9 VEL PRO 6 FRANCIS SOLUM OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES POSTERIORI PATROLOGIÆ LATINÆ SERIEI, PATRES AB INNOCENTIO III AD CONCILIUM TRIDENTINUM EXHIBENTI, APPLICABUNTUR. PATROLOGIA QUÆ MANUSCRIPTIS IN BIBLIOTHECIS ORBIS UNIVERSI QUIESCENTIBUS CONSTABIT, NECNON PATROLOGIA ORIENTALIS, CONDITIONIBUS SPECIALIBUS SUBJICIENTUR, ET IN TEMPORE SUO ANNUNTIABUNTUR, SI TEMPUS EAS TYPIS MANDANDI NOBIS NON DEFUERIT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CLIII.

JOANNES CANTACUZENUS IMP. CP.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE, EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1866

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY R.

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XIV. ANNUS 1375

—

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΤΟΥ

ΚΑΝΤΑΚΟΥΖΗΝΟΥ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

JOANNIS

CANTACUZENI

OPERA OMNIA,

HISTORICA, THEOLOGICA, APOLOGETICA.

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS PRIOR.

VENEUNT 2 VOLUMINA 22 FRANCIS GALLICIS.

—

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

—

1866

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XIV, ANNUS 1375.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CLIII CONTINENTUR.

JOANNES CANTACUZENUS IMP. CP.

Historiæ Byzantinæ libri IV. De rebus sua ætate gestis, inde a morte Michaelis Palæologi, anno 1320 exstincti, usque ad annum circiter 1354. — Præmittuntur binæ epistolæ sub fictis Nili et Christoduli nominibus. Nilus Christodulum, hoc est Cantacuzenum, rogat ut quæ sua ætate acciderint velit consignare scripto, quod Cantacuzenus sub Christoduli nomine illi pollicetur. col. 17

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

NOTITIA

FABRIC. HARL., Biblioth. Gr. tom. VII, p. 787.

Joannes Cantacuzenus, Cantacuzeni Peloponneso præfecti et Theodoræ Palæologinæ, imperatoris Andronici Palæologi amitæ, filius (*a*), distinguendus 1) a Joanne Cantacuzeno, Manuelis Comneni progenero, qui adversus Servios et Hungaros fortiter pugnavit et in bello adversus Turcos circa ann. Chr. 1174, cecidit; 2) a Joanne Cantacuzeno Cæsare, quem oculis privavit Andronicus Comnenus, et 3) a Joanne Cantacuzeno, qui despotæ dignitate usus fuit sub Joanne Palæologo circa ann. Chr. 1356; ab his, inquam, distinguendus Joannes Cantacuzenus, imperator, litteris humanioribus perinde ac sacris egregie excultus (*b*) et prudentia in rebus gerendis, reique militaris peritia et animi virtute conspicuus; hic sub Andronico Palæologo seniore præfectus sacri cubiculi, sive magni Papiæ munere insignis (*c*), deinde donatus magni domestici dignitate ab Andronico Juniore imperatore, cui a teneris peramatus et familiaris atque adeo charus fuit, ut imperii collegam sibi asciscere cogitaverit, constanterque renuentem hoc ægre tulerit, et moriens ann. Chr. 1341 filiis suis impuberibus, Joanni, novem annos nato, Theodoro et Manueli delegerit tutorem. Cantacuzenus, cum tutorio nomine imperium cœpisset administrare, intercedentibus variis cum Anna, quam viduam Andronicus reliquerat, dissensionibus, per calumnias insidiasque æmulorum compulsus est ad bellum, quod Didymotichi ann. 1342 appellatus et cum conjuge, Irene, a Lazaro, patriarcha Hierosol. coronatus imperator, adversus Annam filiumque ejus, Joannem, per quinquennium gessit. His, post captam 8 Jan. 1347 proditione CPolin, nihil mali intulit; sed iterum reconciliatus filiam suam Helenam Joanni, quod prius Anna, æmulis Cantacuzeni suffragata, ferre noluerat, desponsavit, atque iterum solemniter CPoli proclamatus 8 Febr. imperator, coronatusque in Blachernarum templo est a patriarcha CPol. Isidoro 13 Maii, consorte imperii assito Joanne illo Palæologo, quindecim tum annos nato, ita tamen (*d*) *ut junior seniori potiores deferret in omnibus, ac propter ætatem nondum firmatam, decem annos administratione cederet, quibus exactis, æquali auctoritate cum eo imperaret.* Sed non diu post recrudescentibus dissidiis, res iterum devenit ad bellum, in quo superior Joannes CPolin cepit ann. 1355, Joan. Cantacuzenus cessit imperio, et non diu post in Manganorum monasterio monachi habitum et Joasaphi nomen induit, ut Irene, uxor, deliluit in Marthæ monasterio, Eugeniæ appellatione ascita. Per longum tempus in monastico secessu ac quiete vixisse Cantacuzenum scribit Ducas (*e*), sed plane ætatem produxisse usque ad ann. Chr. 1411, 20 Nov. Lambecius ad Codinum, pag. 210, observat ex nota Demetrii cujusdam Leontarii, qui codici ms. Tacticor. Græcor. qui est in bibl. Barberina, adnotavit, filiam ejus, Lascarinam Leontariam, natam esse a. 6919 (Christi 1411), ἡμέρᾳ δευτέρᾳ μετὰ τὸν θάνατον τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως τοῦ διὰ τοῦ θείου καὶ ἀγγελικοῦ σχήματος μετονομασθέντος Ἰωσὴφ μοναχοῦ · *die secunda post obitum inclyti imperatoris, qui in habitu monachali nomen Josephi suscepit.* Sed tum centenario propior vel major etiam Cantacuzenus fuerit. Et addit ipse Lambecius, hoc forte rectius intelligi de Joanne Palæologo, Andronici Junioris filio, quem perinde, ut Cantacuzenum, et factum esse monachum et Josephi nomen post annos duos et dimidium imperii assumpsisse Codinus (*f*) scribit. Cantacuzenum porro, quem certe adhuc ann. Chr. 1375 superstitem fuisse Cangius observavit, non minus inter milites, ducesque bellicos et imperatores sub Cantacuzeni, quam inter monachos Joasaphi nomine omnibus sæculis celebrandum canit Simon, archiepiscopus Thebanus (*g*), hisce versibus :

Θρυλλοῖτο νῦν δὲ τοῖς ἀπείροις τῶν χρόνων
Ὁ στρατιώτης, ὁ στρατηγὸς ὁ βρέμων
Καντακουζηνὸς ὡς ἄναξ Ἰωάννης,
Σεπτοῖς τε συζῶν ἁγίοις Ἰωασάφ,
Τάξει πάσῃ γὰρ ἐξέλαμψεν ἀλλόγως.

(*a*) Vide, quæ de Cantacuzenorum stemmate Cangius in *Familiis Byz.*, p. 258 seq. De Cantacuzeno Gregoras, Ducas, Phranza, atque in primis Cantacuzenus ipse. (FABR.) De Cantacuzeno vide G. I. Vossium, *De Histor. Græcis*, lib. II, cap. 28, p. 254; Oudin *Comm. de script. eccl.*, t. III, p. 978, et alios quos laudant Fabric., ipse mox in Nota c, Hamberger Z. N., IV, p. 609 seq.; et Saxius, in Onom., II, p. 375. (HARL.)

(*b*) Boivinus ad Niceph. Gregoram, 797.

(*c*) Cangius, *Famil. Byz.*, p. 260; Hanckius, *De Scriptoribus Byz.*, lib. II, c. 36; Henr. Warthoni Appendix ad Cavei *Historiam litterariam scriptorum eccles.* ad a. C. 1342; Jacobus Pontanus in Cantacuzeni Vita, historiæ ejus præmissa.

(*d*) Cantacuzenus, lib. III, cap. ult.

(*e*) Ducas, *Hist. Byz.*, cap. II.

(*f*) Codinus, *Orig. CPol.*, p. 82.

(*g*) Apud Allatium, de Simeonibus, p. 203. (FABR.) Simeonis illius carmina XIV, ad Cantacuzenum, quorum quinque postrema attulit Fabricius, sunt in cod. Veneto 151 de quo paulo post erit sermo. (HARL.)

265552
Digitized by Google
Распознавание текста ABK/FR

Exstant ejus *Historiæ Byz.*, libr. IV, de rebus sua ætate gestis a morte usque Michaelis Palæologi, 15 Octob., ann. Chr. 1320, exstincti, usque ad Philotheum, patriarcham CPol. anno circiter 1354 constitutum a Joanne Palæologo, Andronici Junioris filio. Argumentum operis ipse exponit his verbis, lib. IV, cap. ult., p. 910 : Ἃ μὲν οὖν συμβέβηκε Ῥωμαίοις ἐφ' ἡμῶν ἔν τε τοῖς ἄνω χρόνοις, ἡνίκα τῶν βασιλέων Ἀνδρονίκων ὁ πρὸς ἀλλήλους ἐκινήθη πόλεμος, καὶ ὕστερον ὁ μεταξὺ τῆς βασιλίδος Ἄννης καὶ Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως ἀνερρίπισθη, καὶ τὰ τελευταῖα δὴ ταῦτα, ὅσα βασιλεὺς ὁ νέος Ἰωάννης πρός τε τὸν γυναικὸς ἀδελφὸν Ματθαῖον διηνέχθη, καὶ βασιλέα τὸν κηδεστὴν, τοιαῦτά ἐστιν. *Quæ igitur a Romanis nostro ævo a pluribus retro annis gesta sunt, quando inter Andronicos* (avum ac nepotem) *bellum viguit, et postea inter imperatricem, Annam* (viduam relictam ab Andronico Palæologo Juniore) *et Jo. Cantacuzenum accensum est; et postremo, quæ juniore imperatore Joanne* (filio Andronici nepotis), *ab uxoris* (Helenæ, Jo. Cantacuzeni filiæ) *fratre* (Matthæo Cantacuzeno) *et socero* (Joanne Cantacuzeno) *dissidente, contigerunt, hæc sunt.* Præmissæ sunt operi *binæ epistolæ* sub fictis *Nili* (*h*) et Christoduli nominibus. Nilus Christodulum, hoc est, Cantacuzenum, rogat, ut, quæ sua ætate (*i*) imperatoribus Byzantinis acciderint, velit consignare scripto, quod Cantacuzenus sub Christoduli nomine illi pollicetur, laudatque eum, quod a se potissimum hoc requirat, quo nemo melius id præstare valeat, et deinde subdit imperatorum CPol. genealogiam ab Alexio Angelo usque ad Michaelem Palæologum, ann. Chr. 1320 exstinctum.

Reprehenditur Cantacuzenus (*j*), quod paulo fusior sit in narrandis rebus suis et in laudando se modum excedere, vicissim ea quæ gloriæ et famæ officiebant, silentio præteriisse videatur. Neque tamen ideo fidem ei temere detraxerim in iis omnibus, ubi aliter quædam narrant Gregoras, Ducas, Phranzes, quibus universis, etiam ipso Gregora, est plerumque accuratior, ne de stylo dicam, cujus dignitatem et elegantiam omnes prædicant. Palamæ nimium favisse arguit Allatius, II, 17, 2, *De consensu utriusque Ecclesiæ*, pag. 830. *Et mentitur palam Cantacuzenus, qui narrat, Barlaamum veniam ob stulte dicta petiisse — tacens contra Palamam pœnas, a synodo constitutas, ne etiam ipse in posterum aliquid de dogmate pertractaret. Sed Cantacuzenus, dummodo suum tueatur Palamam, omnia invertit* (*k*). Quidquid vero sit de Palama, saltem imperium neque per injuriam rapuisse, neque per tyrannidem administrasse videtur, cui oblatum pridem ab Andronico Juniore accipere tam constanter recusavit, et tot testatissima alias dedit moderationis æquitatisque suæ specimina ; potius credibile est, quæcunque graviora fecit, fecisse coactum æmulorum injuriis Annæque.

Opus Cantacuzeni e codice ms. Bavaricæ (*l*) bibliothecæ descripsit vertitque Jacobus Pontanus S. I. cujus versio Latina cum ipsius argumentis librorum capitumque et notis in totum opus atque explanatione dignitatum aulæ et Ecclesiæ CPol. nec minus adjunctis Adnotationibus historicis Jacobi Gretseri, S. I. prodiit Ingolstadii 1603, fol. Deinde Græca ex codice ms. bibliothecæ Petri Seguierii, Franciæ cancellarii, adjuncta sunt in splendida editione regia Græco-Latina, Paris. 1645 fol., tribus voluminibus, quorum primo Vita auctoris, explanatio dignitatum et duo priores libri, secundo tertius, et tertio quartus, Gretserique ac Pontani notæ una cum duplici indice comprehenduntur. (Fabr.) Rec. in corp. Script. Byzant. Venet. 1729. (Harl.)

Alia Cantacuzeni scripta.

Apologiæ IV, sive assertio *pro Christiana religione* adversus Muhamedanos (*m*), et *IV*, λόγοι sive *libri adversus Mahometis errores*, quibus varia Alcorani capita confutantur. Hoc opus Cantacuzenus in monasterio scripsit in gratiam amici sui, Achæmenidis, qui e Mahomedano Christianus monasticæ vitæ et ipse nomen dedit et Meletius dictus est. Eum Muselmanus, Sampsates Isphachanes, Persa, litteris scriptis ad deserendam Christianam fidem sollicitaverat, quas confutaturus Cantacuzenus non satis habuit

(*h*) Confer Jac. Pontani Præf. ad Cantacuzenum, et Allatium, *De Nilis*, p. 85 nostræ editionis, qui observat, inde factum esse, ut a quibusdam Nilus, historicus, pro Cantacuzeno, et pro Cantacuzeni, Nili historia celebretur.

(*i*) Interpres Pontanus, p. 3, habet : *Quæ superiore et hac nostra ætate.* Sed in Græco tantum est ἃ τοῖς βασιλεῦσι Ῥωμαίων συνέβησαν ἐφ' ἡμῶν. Nihil certe scribit Cantacuzenus, quod ætatem ipsius antecedat. Itaque et p. 910 idem Pontanus male : *Quæ nostro ævo et superiore gesta sunt*, pro : *Quæ nostro ævo a pluribus retro annis sunt gesta.*

(*j*) Vide judicia de Cantacuzeno, apud Vossium, Bonam, Hanckium, Thomam Pope Blount, etc. [et supra, de variis monumentis, cum Nicephoro Gregora edendis et editis, n. 7. (Harl.)

(*k*) Conf. infra, vol. X, p. 468. (Harl.)

(*l*) In catal. codd. Gr. Bavar., p. 72, numeratur cod. 184 hujus sententiæ : Christoduli (hoc est Joannis Cantacuzeni) historiarum libri quatuor de bellis et controversiis Andronici avi et nepotis. Præterea exstat ejus historia in cod. Coisliniano 144, atque Montfaucon, in *Bibl. Coisl.*, p. 210 : *Præit*, inquit, *epistola Nili Christodulo ; nomina fictitia sunt, et epistolæ auctor Cantacuzeni esse putantur :* — « *Christodulus Nilo.* » — *Initium historiæ* — *continuo et sine titulo post epistolam ponitur.* — *In fine quædam alio ordine locantur in ms.*, etc. — Tum in bibl. Mutinensi ducali, teste Montfauc., in *Diario ital.*, p. 54. — Florentiæ in bibl. Laurent. Medic. cod. 9, plut. 9, præmissæ sunt binæ epp. sub fictis Nili et Christoduli nominibus : de illo cod. et discrimine ab edit. Veneta fusius disserit Bandin. in Cat. codd. Gr. Laur., vol. I, p. 403 sq. (Harl.)

(*m*) Primam apologiam ait se scribere Cantacuzenus a. post Christi σταύρωσιν 1360.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

r. spondere ad objectiones; sed plurima etiam addidit ad fidem religioni nostræ faciendam, et Mahomedis e plodenda commenta. Duos hujus operis codices græcos mss., quorum alterum Emmanuel Zycandyla exarasse se subscriptione fuit testatus, Theodorus Bibliander communicavit cum Rudolpho Gualthero, Tigurino, qui illud Latine vertit ediditque cum Alcorani versione et aliis Muhammedis sectæ oppositis scriptis, Basil. 1543 fol., et Græca ad calcem voluminis subjunxit (*n*). Notat Gualtherus, multos Judæorum errores, quos nempe cum Mahometanis communes habent, simul a Cantacuzeno r. felli : unde suspiceris, libros Cantacuzeni *Adversus Judæos*, Similero memoratos, ab his non diversos esse. Certe editi hactenus alii nulli sunt. Sed tamen novem Sermones Christoduli, monachi, adversus Judæos memorat Labbeus, *Bibl. nova mss.*, p. 1354 (*o*). Alia quoque ejus monumenta inedita adhuc servantur in bibliothecis, ut Responsio duplex ad Prochorum Cydonium de lumine in monte Thaborio et de essentia atque operatione divina, in bibl. Vaticana (*p*), et regis Galliæ cod. 1999, ex quo locum produxit Boivinus in Elogiis, præmissis Nicephori Gregoræ Historiæ, et Allatius de Simeonibus, pag. 87 seq. (FABR.) Secundum Catal. codd. Paris. bibl. publ. In cod. 1240, n. 1, Prochori Cydonii Disputatio de lumine Thaborio, adversus Palamitas, cujus Disputationis summam hanc esse auctor Catalogi II, pag. 262, scripsit : « Proœmium breve, testimonia undecim a Prochoro adversus Palamitas allata. » — N. 2. Joasaphi, sive Cantacuzeni, adversus Prochorum antirrheticæ Disputationes duæ, ubi brevis Narratio de origine et progressu totius controversiæ, adversarii proœmia duo illorumque refutatio, singulorum capitum examen, testimoniorum explicatio ex aliis Patrum testimoniis. Præfixum est argumentum historicum. Res autem (ut verbis utar confectoris catalogi) sic fere narratur. Anno Chr. 1369, Byzantium ex Italia venit vir eruditus, Paulus nomine, qui se patriarcham CPolitanum nuncupabat, a pontifice Rom. Urbano V, ad Joannem Palæologum legatus. Paulus iste cum multa a Barlaamitis et Acindynianis CPolitanæ Ecclesiæ crimina objici audisset, cupiebat admodum scire, an vera essent, quæ objicerentur. Id cum rescivisset Cantacuzenus, eum arcessivit et, cum ipso bis terque in palatio collocutus, ostendit eos qui a Barlaamo starent, male sentire, Ecclesiam autem CPolitanam recta et Sorum Patrum dictis consentanea sapere. » Addit vero auctor Catal. monendos esse lectores, non esse ex omni parte veram hanc narrationem, et denique ablegat eos ad epistolam Pauli, legati ad pontificem Rom. Urbanum, scriptam ea de re, et a Petro Arcudio editam. — In cod. 1241, n. 1, et cod. 1247, n. 5, J. Cantacuz. Antirrhetica ad loca Patrum, a Prochoro Cydonio allata, de lumine in monte Thaborio et de operatione divina. (N. 2.) Ejusdem ad Paulum, e Latinis patriarch., epistola, qua Barlaami et Acindyni blasphemiam everit; cod. est manu Manuelis Zycandylæ, ann. 1370, exaratus.— In cod. 1242, n. 1, J. Cantacuz. Antirrhetica adversus Isaacum Argyrum, monachum, qui Barlaami et Acindyni de lumine Thaborio sententiam acerrime defendebat. Præmittitur Præfatio, qua res, in

(*n*) Versio Latina Gualteri, sed sine textu Græco, in persimili scriptorum sylloge iterum edita est Basil. 1550 fol. (HARL.)

(*o*) Libros *Adversus Judæos* a libris *Adversus Muhamedanos* omnino esse diversos, patet ex codd. Veneto Marc. CLI atque Parisin., in Veneto enim sunt Christoduli, monachi, s. Jo. Cantacuzeni Opera, n. 1) apologiæ IV pro Christiana religione adversus Muhamedanos; 2) libri IV, s. sermones adversus Mahomedis errores; subsequuntur carmina XIV Simonis Thebani supra memorata, 3) Sermones novem contra Judæos, quorum sermonum initia posuit auctor Catal. codd. Gr. Ven., p. 83. — Duo priora opera exstant quoque *ibid.* in cod. 577. V. Cat. cit. p. 304. — In codd. Paris. bibl. publ. secundum catal. codd. Par., vol. II, exstant in 1242, n. 3, Jo. Cantacuz. Apologiæ quatuor pro Christiana religione adversus Mohammedanos in gratiam Meletii scriptæ; n. 4) Ejusd. libri quatuor adversus Mohammedis errores; n. 5) ejusd. libri novem adversus Judæos : in cod. 1243, n. 1) Cantacuz. in Judæos libri IX, 2) Apologiæ IV, etc., subsequitur argumentum operis, sive præfatio, cui subjuncta est epistola Musulmani Sampsatini, Spachani Persæ, ad Meletium monachum; n. 3) Ejusd. adversus Mahumetanos orationes quatuor. Præfixus index capitum Alcorani, quæ hisce orationibus refelluntur. — In cod. 1275, n. 1) Joan. Cantac., adversus Judæos libri novem, in dialogi modum conscripti. — In appendice in cod. 1245 adversus Mohammedis errores libri IV, in linguam Græcam vulgarem a Melitio Syrico, rogatu Jo. Basilii, Moldaviæ principis, ann. Chr. 1655, conversi. — In cod. Bavarico 189, Jo. Cantacuz. Defensiones contra Mahomet lib. III, in tertio multæ sunt lacunæ. (Catal. codd. Gr. p. 73.) — Vindobonæ, in cod. Cæsareo 30, Jo. Cantacuz. Apologiæ quatuor pro religione Christiana adversus Muhammedanos, et quatuor Λόγοι, sive orationes, adversus Muhammedis errores, Kollarius in Supplem. ad Lambecii comment., p. 233 sqq., multus de illo codice, scripto ann. 1380 arbitratur, eum exaratum esse aut adhuc vivente Cantacuzeno, aut non multo ante illius mortem, et ex probæ quidem notæ exemplari descriptum. Quod vero interdum lectio codicis plenioris differt ab edito opere, Kollarius potiora discrimina indicavit. - Eædem apologiæ IV et quatuor oratt. sunt in cod. 31 Cæsareo, ex superiore cod. probabiliter descripto. V. Kollar. l. c., p. 236 sq., et p. 237; de cod. 32 scripto manu Michaelis Byzantii, Bukureschti, ann. 1700, in quo sunt eædem Apologiæ atque Orationes, in Græcum vulgarem sermonem conversæ a Meletio Zyrigo. Atque ad cognoscendam commutationem, quam lingua vulgaris Græca decursu trecentorum et amplius annorum sit perpessa, Kollarius subjecit initium versionis sæculi XIV, et initium illius ann. 1700. Insuper copiose agit de Joanne Basilio, Moldaviæ principe, atque de Meletio Zyrigo vel Syrigo nec non de Mich. Byzantio, etc. — Venetiis in cod. bibl. Grimani Joan. Cantacuz. contra Mohamedem, teste Montfaucon in *Diario ital.*, p. 40. (HARL.)

(*p*) Vide Allatium, *De Nilis*, p. 61, edit. a me curatæ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Barlaami causa variis temporibus gestæ, exponuntur. — (N. 2.) Ejusd. colloquium cum Paulo, legato. Auctor ibi totus in eo est, ut Palamæ de divina natura Deique operationibus sententiam variis Patrum testimoniis astruat. — In cod. 1247, n. 4, J. Cantac. Responsio ad dicta Prochori de essentia et operatione divina. — (N. 6) Ejusd. ad Isaacum Argyrum liber *De operationibus Spiritus sancti.* — In codd. 1244 et 1246 sunt Philothei et Joannis Cyparissotæ scripta, ad eamdem controversiam spectantia; add. not. sequentem. (HARL.)

Adversus Isaacum Argyrum, et de dogmate Barlaami et Acindyni *adversus Paulum*, e Latinis patriarcham CPol. Utrumque scriptum in bibl. Cæsarea et regis Galliæ. Vide Lambecium, V, pag. 206 (*q*), et Labbeum, p. 86, *Bibl. novæ mss.*

Epistolæ sex ad eumdem *Paulum* cum duabus Pauli responsoriis, in bibl. regis Galliæ et Oxoniensi Bodleiana, n. 193.

Edictum pro tomo Synodico, ann. Chr. 1347, factæ excommunicationis Joannis Calecæ, patriarchæ CPol. Barlaamo et Acindyno faventis, una cum tomo ipso, in bibl. Cæsarea. Vide Lambecium VI, p. 29 [part. 1, cod. 6, n. 13, p. 63 sqq., et Kollar. et hujus not. pag. 65 sq.]

Paraphrasis Ethicorum Aristotelis, Similero memorata et Labbeo, pag. 113 seq. *Bibl. novæ mss.* (FABR.) Cons. supra, vol. III, pag. 263 et 264 Bandin. de cod. Laurent. Med. 3, plut. 80; in Cat. codd. Gr. III, pag. 173 sq. et Montfauc., *Palæogr. Græc.* lib. 1, pag. 71. (HARL.)

(*q*) De codd. Paris. paulo ante egimus. In cod. Cæsareo 266, n. 18 et 19, apud Lambec. V, p. 427, Kollar. sunt tantum excerpta ex Jo. Cantac. capp. contra Paulum et contra monachum, Isaac. Argyrum. Florentiæ in cod. Laurent. Medic. 16, plut. 5, sunt : J. Cantac. 1) Liber contra Palamam, in quinque sectiones divisus; 2) Sermo de discrimine divinæ naturæ et operationis, in tres sectiones distributus; 3) Octo hymni in Verbum Dei, a Fabricio omissi. De singulis uberius exposuit Bandin. Cat. codd. Gr. Laur. I, p. 38-40. — In cod. 8 maximæ molis, plut. 8, continentur Joan. Cantacuz. scripta contra Palamam, Barlaam et Acindynum, una cum omnibus iis, quæ hac super re gesta sunt. Præcedit omnibus Proœmium, quod, cum fere totum sit historicum, Bandinius, tom. I, Cat. codd., pag. 342, 349, de illo codice admodum copiosus, integrum formulis typographicis describendum curavit. Proœmium excipit Τόμος editus a patriarcha, Joanne, et a synodo adversus Barlaami falsam opinionem, atque Bandin. l. c. typis exprimi fecit nomina episcoporum et metropolitarum, qui subscripserunt. In nota autem observat, synodum CPolitanam, habitam pro astruendo errore Gregorii Palamæ, damnandisque Barlaamo et Acindyno, ann. Chr. 1350, sub Jo. Cantacuz. et Palæologo impp. Orientis, legi tom. XV Concilior. ed. Venetæ; eam vero posse amplissimo integro volumine optimi hujus codicis ope locupletari; item Jo. Cantacuz., in *Hist. Byz.*, lib. IV, cap. 23, referre, tres diversas synodos contra Barlaamum et Acindynum, eorumque sectatores CPoli fuisse habitas, totidemque tomos condemnationis contra eosdem editos. — N. 3, sunt Christoduli, h. e. Jo. Cantacuz. Sermones antirrhetici octavi, in plura capita divisi, eos, qui Ecclesiam Dei, unaque patriarch. Philotheum et Palamam, cum ipsis autem etiam tomum, a synodo contra Barlaami et Acindyni hæresin concinnatum, impugnant, refellentes, singulis adversariorum capitibus expositis, suaque iis statim confutatione subjecta. — N. 13, sequitur liber tertius, Sermones itidem octo, in capita distributos, contra Palamam complectens. — N. 23, sequitur liber quartus, in quo Sermones tres, capitibus pluribus distincti, contra Palamæ sectatores. Bandinius, singulis sermonibus, pluribusque illorum capitibus expositis, in fine p. 347 sq., nomina auctorum, quorum enarrationes passim afferuntur, eruit, et ordine alphabetico digessit, singulorum etiam operibus iisdem prorsus verbis, quibus in codice adnotantur, breviter subjectis. Denique, p. 349, iambicum Carmen in laudem Jo. Cantacuz. ab eodem codicis scriptore exaratum, quo totum clauditur opus, Græce cum versione Latina publicavit. — In cod. Cæsareo 266, n. 15, est tomus condemnationis sectatorum Barlaami Calabri et Georgii Acindyni a synodo CPolitana compositus et editus ann. Chr. 1351, m. Aug cui subscripserunt Jo. Cantacuzenus et Jo. Palæologus impp. cum multis metropolitis præcipuisque ministris ecclesiæ CPolit. S. Sophiæ : quorum nomina in ampla illius codicis descriptione typis repeti fecit Lamb. comm. V, p. 420 sqq. add. eumdem in vol. VI, part. 1, cod. 6, n. 11, 12, 14, 15, pag. 58 sqq. — Jo. Cantacuz. subscripsit quoque tomo synodico contra Barlaami et Acindyni errorem, in synodo acta ann. Chr. 1351, teste Montfaucon, in *Bibl. Coisl.n.*, p. 173, de cod. Coisl. 100. — Præfatio ad Jo. Cantacuzeni magnum Opus contra Palamam, Barlaamum et Acindynum, una cum synodis, adversus has hæreses celebratis, exstat in Angeli Bandini *Græcæ Ecclesiæ monumentis*, Florent., 1762, 8, vol. II. (HARL.)

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΚΑΝΤΑΚΟΥΖΗΝΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛΙΑ Δ'.

JOANNIS CANTACUZENI HISTORIARUM LIBRI IV.

LECTORI CANDIDO.

Secundus et quadragesimus annus hic agitur, postquam Jacobus Pontanus Societatis Jesu Joannem Cantacuzenum Orientis imperatorem e palliato togatum fecit : de Græco, inquam, in Latinum eleganter convertit : togæque ejus notas pereruditas veluti purpuram intexuit, ne scilicet terræ Græciæ princeps in publicum sine purpura prodiret. Itaque longe optimum historicum, et veteribus rerum scriptoribus sine dubio comparandum, qua docti, qua indocti manibus versabant. Hi propter rerum gestarum memoriam auctorem laudabant et probabant : illi rerum divinarum atque humanarum scientiam in principe suspiciebant : civilem animum, prudentiam domi militiæque, fortitudinem in rebus hostilibus : animi magnitudinem in perferendis injuriis, quas intulerant modestiæ nescii, et pudoris ignari homines, quosque ex pene servis liberos fecerat, et ex infimis hominum, summos. Denique in imperatore clementiam erga hostes, dignos profecto qui hostilia paterentur, funditusque tollerentur. Postremo abdicationem imperii, despectionemque summæ rei demirabantur, cujus causa plerique jura divina humanaque violant, et secessum in monasterium, quo solitarius separatusque ex hominum frequentia puriorem et sanctiorem vitam viveret. Hi, inquam, id est, Græcæ linguæ nescii, non aliter quam Latine loquentem vellent : illi, id est, callentes utriusque linguæ diutius ferre non poterant, ut Græcus auctor aliter, quam Græce loqueretur. Quod cum intelligeret illustrissimus vir D. de Noyers regi ab intimis consiliis et secretis, cujus curæ ædificia regia, artes, ipsaque typographia regia permissa sunt, pro singulari humanitate sua, proque innato non vulgari erga litteras affectu, quarum propagationem ad summam rempublicam pertinere probe scit, statim optimum factum videri sibi significavit, ut δίγλωττος ederetur auctor luce dignissimus, quo utrosque voti compotes faceret : utque ipse Cantacuzenus cum tineis et blattis pugnare desineret, qui tot pugnas pugnasset, totque hominum strages priusquam e virorum numero eximeretur, edidisset : quo facto egregio nemo sane sapiens ibit inficias, illustrissimum virum optime de litteris esse promeritum, eoque nomine unicas ei gratias agendas. Quin imo, si quid manes sentiunt, id ipsi Cantacuzeno acceptissimum fore credibile est, quod Latinæ linguæ et Græcæ quodam consortio quasi quodammodo inter veterem novamque Romam bene convenire videatur, quod ille vivus percupierat. Hoc igitur fruere, lector, et beneficium agnosce viri, quo nemo ad bonas artes promovendas, et eximios ab arte viros juvandos propensior exsistit, si non ingratus atque ab omni humanitate alienus es. Quod si te hic æquum præbueris, primo quoque tempore omnes historiæ Byzantinæ scriptores tam editos, quam manu exaratos typis regiis edendos ejusdem illustrissimi viri ductu, et regis Christianissimi auspiciis prolaturi sumus : de cujus rei utilitate plerique omnes consentiunt. Vos qui litteras amatis, favete, et consilio juvate. Fama, virtus, et recti

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

amor eum deseruere, qui litteras non amat, aut eas incultas deserit : et penitus inglorius, vel judicio suo nec memoria, neque litteris dignum quidquam gessit, sed quod æterno silentio magis obruendum sit, quam litterarum monumentis mandandum. Vale.

J. PONTANI S. J.

AD CANDIDUM ET ERUDITUM LECTOREM PRÆFATIO.

Interpretandi laus, occasio suscepti laboris, auctor, œconomia, tempus, locus, præconium Historiæ propositæ : et tandem quid a nobis præstitum sit.

Qui de Græcis in Latinum convertere aggrediuntur, et bonos scriptores veluti immortales peregrinos, atque ab exteris regionibus ad se ventitantes, hospitio humaniter ac benigne accipiunt, eosque patriæ suæ linguam, mores et instituta docere conantur, quo (contra quam olim civili Romanorum jure permittebatur, per quod duarum civitatum civis esse nemo poterat) in posterum non minus inter Latinos, quam inter Græcos profiteri queant, næ illi munus sane pulchrum, utilitatis, jucunditatisque plenum, addo etiam, nisi in eo exercitationem jam ceperint, impeditum, ac laboriosum aggrediuntur. Quid enim, amabo, cum universo genere litterarum, tum duabus hisce linguis, Græca scilicet, ac Latina, quibus divinæ, humanæque artes, et scientiæ omnes continentur, præclarius? quid elegantius? quarum in utraque versantur, qui de altera in alteram bona scripta transferre, et de doctrinarum candidatis, perque illos de hominum genere quam optime mereri (quod ipsum est in primis laudabile) annituntur. Et cum etiamnum haud pauca in Græcis codicibus, per illustriores præpotentium, ac principum virorum, et rerum publicarum bibliothecas abdita, et inclusa lateant, quibus in apertum proditis crescere, ac propagari possit in omnem partem nostra eruditio, eorum studia, qui id præstant, fructum ferre permagnum quis inficiabitur? Sed quanquam labor is adhuc tyronibus, paucorumque stipendiorum militibus operosior accidit propterea, quod permulta vitia, et peccata occurrunt, quæ vitare difficile est (cujus rei non leve argumentum, quod cum interpretes pene innumerabiles, excellentes tamen, atque perfectos admodum raros nominare possumus), nihilominus in ista quantacunque interpretandi defatigatione, ac molestia, suavitate quadam perfunditur, expleturque animus, cum sibi in sinu quodammodo nasci thesaurum videt, unde bonarum litterarum ditior evadat : quæque hactenus tot hominum, etiam eruditorum, millia ignorarunt, multoque diutius, ac perpetuo forsitan ignorassent, ea princeps cognoscit, et sollicitudines, operam, atque conatus suos spe et fiducia gratæ posteritatis consolatur.

Cæterum cum in hoc quoque tam præstanti munere elaborandi, et aliquod operæ pretium faciendi voluntas non mediocris jam pridem mihi haud defuerit, nihilominus ejus difficultates cogitatione complectentem, non quidem pudor subrusticus, sed metus quidam, ut arbitror, ingenuus semper absterruit. Et nescio quomodo hæret in medullis, nec oblivisci queo, quod apud scriptorem persapientem legere memini : præstare timere, quam audere in litteris. Accessit ad me retardandum, quod qui primorum primi, signiferique, atque adeo, qui interpretum familiam ducere existimantur, vel in uno libro convertendo creberrime hallucinati, atque a lineis, quod dicitur, excidisse, diligentiorum animadversione deprehensi sunt. Quænam ergo mihi semidocto fama speranda fuit? Verumenimvero, cunctantem, ac trepidantem sapientium virorum auctoritas commovit, ipsaque ratio confirmavit, ut aliquando in isthanc palæstram descenderem : siquidem, juxta vulgatum, nemo nascitur artifex : et ars nulla est, in qua non peccando discatur : quodque nobis pueris quondam præceptores in ludo ingerebant, Qui nunquam male, nunquam bene. Factum igitur, ut cum serenissimus Boiorum princeps Maximilianus societatis nostræ domesticis potestatem liberaliter, atque ultro concessisset, e voluminibus Græcis calamo exaratis (quorum habet in bibliotheca sua nobilissima lectissimam copiam) depromendi, et ad communem usum, emolumentumque, cujus incenso tenetur desiderio, interpretandi quæ placuisset, ego in hunc non Christodulum utique, sed in ipsissimum Joannem Cantacuzenum inciderim : quo ad gustum, sententiamque meam nihil accommodatius, nihil ad prima militiæ hujus tentanda pericula, propter facilitatem quamdam ejus in scribendo opportunius nancisci potuissem.

Sic omnino est, ut dixi, in Joannem Cantacuzenum incidi : qui quidem quo commodius hujus libri sui occasionem, causasque afferret, et personam suam celaret (quod tamen haud satis caute fecit, ut mox docebo) fingit a quodam Nilo familiari se ad scriptionem per litteras sollicitari, ac sibi vocabulum Christoduli imponit. Idoneum profecto, nempe a statu, et conditione vitæ, quam hæc scribens agebat : agebat autem monasticam, et Christo serviens, merito ejus servum se appel-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

lavit. Occultare porro, et tegere personam suam ideo voluit, idque prudenter, quod de rebus cum alienis, tum suis historiam compositurus erat, et narraturus plurima, quibus audiendis aures quibusdam dolerent, ut antea videndis oculi doluerant. Est vero tam infrequens Græcis hoc nomen, Christodulus, ut vel hinc isto loco fictitium, ac suppositium appareat. Cumque per id tempus in monasterio pro Joanne etiam Joasaphus mutato nomine diceretur, sicut non antiquum, et proprium, ita nec novum istud, et assumptitium, Joasaphus inquam, ad libri auctorem indicandum usurpare decuit : ne monachus inanem aucupari gloriam, et qui Deo militatum venerat, iterum se negotiis implicare sæcularibus videretur. Atque ita codex Græcus ἀνεπίγραφος est, sine titulo prorsus. Deinde ex ipsa Nili epistola Cantacuzenum hujus historiæ parentem, et conditorem esse perspicuum fit. Illa enim verba, Καὶ ὅτε γὰρ τὰ κοινὰ διετέλεις πράττων, σωτηρία τοῖς πράγμασιν ἦσθα· καὶ νῦν σαυτοῦ γεγονὼς, ἀληθείας Καὶ δικαιοσύνης παράδειγμα τὸν βίον κατέστησας τὸν σαυτοῦ· *Tu enim et quandiu gessisti rempublicam, salus imperii fuisti : et hodie, postquam defunctus honore, tui ipsius esse instituisti, vitam moresque tuos veritatis ac justitiæ exemplar effecisti :* hæ, inquam, voces non ad judicem, consulem, præfectum aliquem, sed ad magnum domesticum Joannem Cantacuzenum, cujus post Andronicum minorem, quandiu is vixit, suprema fuit potestas, et imperatoriæ proxima in omnibus, et apud omnes auctoritas : imo vero ad ipsum munus imperatorium, quod idem citra nomen diu, postmodum et re, et nomine multis annis administravit, planissime pertinent : qui quo pacto σωτηρία τῶν πραγμάτων fuerit, legendo disces. et nihil verius dici potuisse constitues. Illa similiter in quem alium, quæso, nisi in eumdem quadrant, quibus eum Nilus ab exemplis nostratium, exterorumque scriptorum incitat, uti acta sua memoriæ ipsemet prodat? Ἔστι δὲ καὶ εἰς παράδειγμα τὴν ἡμετέραν ἱκετείαν ἀνενεγκεῖν. Ἄντε γὰρ τοὺς ἔξωθεν, ἄντε τοὺς ἡμετέρους ἡγεμόνας ἐνθυμηθῇς, οὐδαμῶς ἀτιμάσῃς τὴν ἱστορίαν. Καὶ οὗτοι γὰρ κἀκεῖνοι ἐπὶ τὸ συγγράφειν καθῆκαν ἑαυτοὺς, οὐ μικρὰ τὸν ἀνθρώπινον βίον ἐκ τοιούτων ὀνήσειν οἰόμενοι· *Nec vero caret exemplo, quod abs te petimus. Etenim sive ad externos, sive ad nostrates belli duces respicias, non poteris hoc genus scriptionis contemnere. Quippe tum hi, tum illi huc pariter se demiserunt, non parum inde humano generi consultum iri arbitrantes.* Quid quod de sua cum Andronico conjunctissima fidelissimaque amicitia (de qua equidem cogitans, simul de Davidis et Jonathæ devinctissima familiaritate cogito : de quibus scriptum legimus : *Anima Jonathæ conglutinata est animæ Davidis : et dilexit eum quasi animam suam*[1]; rursum : *Doleo super te, frater mi Jonatha, decore nimis, et amabilis super amorem mulierum*[2]), non nisi ipsemet ita συμπαθῶς et ἐναργῶς scribere potuit? quod quidem sæpenumero facit. Sic solemus, frequenter, inquam, magnoque cum sensu de iis loqui, ac scribere, quæ aut absentia valde in desideriis, aut præsentia vehementer nobis in amoribus sunt. Nec alius tam diserte de recusato toties imperio, de libertate apud Andronicum sua, deque amplitudine potestatis quam obtinuisset, præter ipsummet narrare voluisset, etiamsi potuisset. Scripturæ sanctæ toties productæ, et monastica disciplina non semel tam eximie prædicata, atque etiam per totam historiam sparsæ tot pietatis notæ, non alium quam monachum olent, qualis ille tum erat, cum hæc chartis mandaret. Dicendi genus, quod in libris contra Mahometanos, et Judæos in defensione fidei Christianæ adhibuit, ideo dissimile est, quia illic disputatio quædam perpetua, et dialectica potius; hic narratio diffusa, et continuata suscipitur; proinde ut alia ibi, alia hic sit facies, necesse est. Illa demum lib. IV, cap. 24 et 25, adversus Nicephorum Gregoram multa cum acrimonia, et fusius posita (ne amplius verborum in re parum ambigua consumamus) manifeste nobis astipulantur; ubi præ indignatione dissimulatæ personæ immemor, causam suam accuratius agit, quam alius pro eo egisset : tametsi id postmodum animadvertens, in viam redeat, rursumque qui sit, dissimulare studeat.

Sequitur ut de œconomia breviter te moneamus. Ilis quatuor libris res sub utroque Andronico, avo et nepote, et sub Cantacuzeno filiorum nepotis tutore, atque imperatore gestæ explanantur : sic, ut primus discordiam, et bella inter Andronicos : alter imperium minoris : tertius bellum Cantacuzeni cum obtrectatoribus et inimicis, postremus ejusdem victoris ac triumphatoris tempora persequatur : in quo etiam subtexuntur, quæ inter Joannem Palæologum legitimum hæredem, et patris sui Andronici successorem, socerumque Cantacuzenum, et ejusdem filium Matthæum (cum quibus ambobus dissidium ei intercessit) contigerunt. Tametsi et in duobus prioribus tam multa de Cantacuzeno commemorata sunt, ut quod in epistola Nilus ait, eum αὐτουργὸν, hoc est, rebus ipsismet coram, ut actorem, adfuisse, æque de illis, ut de posterioribus intelligendum videatur.

Gesta sunt autem omnia ab anno post Christum natum millesimo trecentesimo vicesimo primo, ad annum plus minus quinquagesimum nonum, annis nimirum triginta novem, aut circiter. Sic enim rationem subducimus. Michael Palæologus collega patris sui Andronici mortuus est millesimo trecentesimo vicesimo primo. Eodem ipso anno (si a Septembri ducas anni initium, ut Græci dicunt) bellum inter avum et nepotem exarsit, duravitque sexennium, et mensem unum, ut in calce libri

[1] I Reg. XVIII, 1. [2] II Reg. I, 26.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

primi relatum est. Victo avo, nepos solus præfuit imperio annis viginti, si verum scribit Gregoras. Quo e vivis sublato, pupillorum tutelam gessit Cantacuzenus, vix annum, ut colligere est : adversus quem deinde ut tyrannum nomine viduæ imperatricis, et liberum ejus bellum administratum est annis quinque. Eo finito Cantacuzenus, data Joanni Palæologo in matrimonium filia, decem annos ab eo paciscitur, quibus penes se imperii gubernatio cum nomine maneat : penes illum nomen duntaxat, et dignitas imperatoria, donec ætas maturescat (agebat enim Joannes annum non plus decimum quintum), postea se collegam patiatur. Hujus spatii vix dimidium videtur explevisse, rerum hujus mundi, et adversæ sortis renovatæ quodam tædio. Quæ ipso jam monacho inter Palæologum et Matthæum secuta sunt, forsitan unius, aut duorum annorum fuerunt : nam in his quod pro certo affirmem, non habeo. Hac ratione colliguntur anni historiæ hujus circiter triginta novem. Ex his patet, tempora Andronici Junioris, Cantacuzeni, et Joannis Palæologi non satis probe digessisse Onuphrium, et alios. Errarunt item cum Gregora, dum Andronicum Juniorem anno ætatis quadragesimo quinto exstinctum tradiderunt. Nam si natus erat annos viginti septem antequam secundam uxorem duceret, ut noster libro primo narrat, et ea ducta adhuc aliquot annis cum avo bellum gessit : si eo victo annis viginti solus imperavit, sequitur quinquagenarium, aut eo majorem obiisse.

Ostendemus nunc, quo loco inter Byzantinas historias hæc nostra collocanda sit. Cantacuzenus Nicephoro Gregoræ proxime succedit, ejusque narrationes continuat : quanquam non præcise, ac simpliciter. Nam cum Gregoras in obitu Andronici Junioris desinat, noster inde non orditur : quin imo secundum historiæ suæ librum ad ejusdem Andronici mortem perducit. Verum quia Gregoras iste avo, in cujus aulam desertis studiis liberalibus se contulit, amicior, nepoti autem iniquior fuit : illumque plurimum et sæpe commendavit; hunc aperte, nec modice, et non raro insimulavit, ac vituperavit; ad hæc, quæ inter illos acciderunt, partem maximam minime comperta habuit : quæ autem comperit, ea confuse, imperfecte, quædam quoque aliter aliquanto; quid aliquanto? multo aliter, quam evenerunt, et cum mendaciis exposuit; in ipsius quoque Cantacuzeni bello, rebusque commemorandis (quæ scripta vel interierunt, vel adhuc in aliqua bibliotheca latent) parum bona fide, malevoleque versatus est. Cantacuzenus hæc vitia non ferens, longe sincerius, longeque copiosius, distinctius, integrius, certius omnia explicavit; quippe qui omnibus pene non interfuit solum, verum etiam præfuit, et quæ ipse non vidit, aut egit (qui enim potuit omnia?) ea a testibus gravissimis accepit; quemadmodum in fine libri quarti testatur.

A Sed juvat ipsius Cantacuzeni verba proferre in medium, ex libri quarti capite vicesimo quarto, unde, quomodo se gesserit in Historia scribenda Gregoras, liquido perspiciatur : *Imperatorem vero Cantacuzenum, postquam ipsum per se deprimere, atque evertere non potuit, Palæologorum imperatorum bellum mutuum pro argumento sumens; et partim ignorantia rerum gestarum, partim gratia corrupta veritate, ac totis viribus velut in fabula comminiscenda mentiens, deinde ordine ad bellum, quod nostra memoria contra Cantacuzenum excitatum est, progressus, tum alia complura crimini dat, servitutes, cædes, trucidationes, populationes, et quæcunque Romanis per id bellum luctuosa inciderunt, illi ascribens, tum ob amorem dominandi, imperialisque fastigii cupidinem malorum illorum nullam duxisse rationem affirmat. Illud autem Cantacuzenum potissimum vellicat, et cor ejus urit, quod mentitur, eum, adhuc vivente Andronico, imperii Romani longe appetentissimum, cum id assequi non posset, ad monachos in monte Atho, qui viri sancti, et a Deo afflati futurorum præsensionem habere judicabantur, profectum esse, de futuris, et an ad se Romanum imperium perventurum esset, percunctaturum*, etc. Attamen fieri potest, ut Gregoras de moribus Andronici quædam non prorsus falsa scribat, et ea noster aut tanti non æstimet, ejusque juventuti condonanda putet, aut dissimulet, et id amicitiæ singulari fortasse tribuat, de quo in Notis B suo loco videbimus.

C Jam de excellentia, fructu, elegantia, et ornamentis historiæ hujus quid ego satis dignum commemorem? Inter recentiores quidem rerum Græcarum, seu Byzantinarum scriptores, ut sunt Zonaras, Nicetas, Cedrenus, et alii, meo quidem et quorumdam bene litteratorum judicio hic primas tenet : videturque solus didicisse, quo pacto ad laudem accommodate contexenda sit historia. Mira, nova, inaudita, insitata, occultorum Dei judiciorum plena, grandia, illustria multa hic recensentur. Et, si historia debet esse prudens, atque ornata rerum explicatio, neutra virtus in hac desideratur : quæ mihi semper a viro nobilissimo, et ingenio excellentissimo suavissimoque D visa est profluxisse. Prudentia militaris, atque civilis tam eximia hic elucet, ut civitatum provinciarumque rectoribus, ac belli ducibus majorem in modum commodaturam putem. Cum autem virum politicum ad bene regendum aliis quoque virtutibus nihilominus instructum esse oporteat, nec earum quidem exempla documentaque hic frustra requiras. In quibus qualis fuerit Cantacuzenus, infra ostendemus : in præsens aliquid de Andronico dicemus, quem, qui a Clemente V pontifice maximo in Extravag. communibus ut hæreticorum et schismatis antiqui fautorem excommunicatione percussum existimat, is tempora male componit, et ἀντιστορησία manifeste laborat. Qui enim tunc imperabat, et ultra adhuc annis quin-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

decim post Clementis e vita discessum imperavit Andronicus senior, sacro illo fulmine tactus est. Ergo in Andronico Juniore Christiani imperatoris expressum ac vivum quodammodo simulacrum hic proponitur. Est enim, ut paucis, et summatim agamus, excelsi, nec minus modesti animi, beneficus, fortis, ac generosus, adversus bene merentes gratus, humanus, injuriarum laborumque tolerans, in ignoscendo mitis, misericors, pacis cupidus, in consultando cum amicis diligens (quod contra mentitur Gregoras, dum consilia nulla admisisse, et imperium neglexisse autumat), ab odio in quemquam suscipiendo alienus, pecuniæ liberalis, ædificandi studiosus, erga Deum, cœlites, sacerdotes, avum mire pius. Insunt in his libris insuper alia in aliis præclarorum facinorum, et (quod dissimulandum non est) etiam insignium vitiorum exempla : quorum ut illa imitanda, sic ista evitanda nobis sunt. Notum est namque illud Romanæ historiæ principis : *Hoc illud est, præcipue in cognitione rerum salubre ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illustri posita monumento intueri, unde tibi tuæque reipublicæ quod imitere capias : unde fœdum inceptu, fœdum exitu quod vites.* Habet hic dux, habet miles, habet privatus civis, habet magistratus, habent sacri, habent profani, habent summi, habent infimi, habent viri, habent mulieres, quod vel fugiant vel sequantur. Insunt orationes creberrimæ : quas cum hic auctor directas valde amet (sunt enim speciosiores et graviores), nos interdum brevitatis gratia, et ad vitandam ex similitudine satietatem, ad obliquas, more Cæsariano redegimus. Nec possum de istis orationibus quidquam melius ac verius dicere, quam si eas prudentes, copiosas, nervorumque ac sanguinis plenas, et omnino ῥητορικωτέρας dixero. Præterea hic invenire est locos communes tractatos egregie, scite dicta, parœmias non vulgares, celebrium scriptorum (ut de sacris taceam) sententias, fabellas aliquot lepidas, et ad rem demonstrandam appositas : quas, ut scis, philosophorum illi antistites, Plato et Aristoteles, neutiquam contemnendas censuerunt. Capient te item quas strictim attingit Romanæ historiæ; capient varii ritus; capient quos miscet animorum motus, tum lenes ac sedati, quos ἤθη Græci, tum graves illi, et concitati, quos iidem πάθη vocant : capient descriptiones aliquot insignes : capient alia demum plurima. Quod si rerum varietas delectat, de quo nemo dubitat, ea sane hic mirifica cernitur, ut singulorum librorum periochæ, seu epitomæ indicabunt. Episcopis debitus honos et reverentia hic tribuitur. Catholica instituta cæremoniæque ita sunt per hosce libros luculenta, ut non optes magis. In primis vero Dei Mater summa in veneratione est : cui etiam urbs tota Constantinopolis a Constantino Magno commissa ac dedicata legitur. Vita monastica est illi, πρᾶγμα καλὸν καὶ θεοφιλὲς, ἀπράγμων καὶ μεστὸς γαλήνης βίος, ἀκρότατος βίος, καὶ τελειοτάτη πολιτεία, θεῖόν τι χρῆμα καὶ ἱερὸν, φιλοσοφία, καὶ περὶ οὐρανίων πραγμάτων γνῶσις, ἔργον ὑψηλὸν, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην ὑπερβαῖνον δύναμιν, ἱερὰ ἡσυχία. Id est, *res honesta, et Deo amabilis, vita negotiis vacua, et tranquillitatis plena, supremum ac perfectissimum vitæ institutum, res sancta et divina, philosophia et cognitio rerum cœlestium, opus sublime et humanis viribus majus, quies sancta.* Montem porro Atho, ad quem complura ædificata monasteria, in quibus ingens monachorum multitudo, πόλιν οὐράνιον, *cœlestem civitatem* nominat. Fucos illos scholasticos, καὶ τὰς ληκύθους, et pigmenta Isocratea non habet hæc historia : sed ornatum quemdam matronalem virileinque, ac robustam elegantiam. Schemata quædam oratoria et Atticismi non penitus absunt. Lingua purior est, quam pro illa ætate, non cum lacte nutricis hausta, sed ex libris percepta videlicet. Nam illo sæculo (sub Andronicis nimirum, et antea) non mediocriter infuscatam, et mutationes haud leves perpessam, eruditi non nesciunt. Addamus hoc pro corollario. Genuenses et Veneti multa hic ab aliis historicis suis prætermissa, aut nunquam cognita de majoribus suis, eorumque virtute et factis legere, et quædam falso de iisdem hactenus scripta deprehendere poterunt.

Restat, ut quæ nos vel præstitimus, vel præstare contendimus, indicemus. In interpretando eam speciem pro captu nostro consectati sumus, quam ex eorum lectione, qui de optimo genere interpretandi præceperunt, bonorumque interpretum observatione mente conceptam atque informatam tenebamus : quæ cujusmodi sit, ii potissimum intelligunt, quorum industria in eodem curriculo se aliquando explicavit. Codicem perquam mendosum, maleque interpunctum accepimus, ut divinare et conjicere frequenter oportuerit. Nomina locorum, quæ nec diligentissimus Ortelius omnia collegit, et personarum, quæ vel Græcia jam occidens et βεβαρβαρωμένη, vel librariorum oscitantia depravarat, alicubi de conjectura emendavimus (nam qui omnium veram et germanam scripturam conjectando possit assequi, ego quidem futurum opinor neminem), omissa quædam supplevimus; in singulos libros periochas, seu epitomas conscripsimus : quas et lecturo ad προπαρασκευὴν, et ei qui jam legit, ad ἀνακεφαλαίωσιν utiles fore confidimus : relictis sectionibus (quas in plerisque codicibus, sive scribas, sive lectores, non ipsos auctores excogitasse et adhibuisse reor) quod modo nimis crebræ, modo nimis raræ, sæpius argumentum vix ex triente comprehenderent, in capita, more Latinorum totum corpus divisimus, et ad cujusque capitis initium ejus summam apposuimus notasque, ut quantum maxime possemus, et hisce summis, et illis epitomis lectori lumen præpanderemus. Locos aliquot parum sanos, prætextis in ipso contextu animadversionibus perstrinximus, quas quidem

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

rogatu nostro Jacobus Gretserus, societatis nostræ theologus, et in academia Ingolstadiana professor ordinarius conscripsit. Et hæc fecimus, magis ut candorem nostrum bonis viris probaremus, quam quod illa, qualiacunque sunt, hoc quidem sæculo, et in his terris ad quemquam inficiendum depravandumque valitura formidaremus. Quis enim nescit, etiam qui litteras non didicit, non tum primum, propendente scilicet jam ad occasum imperio, sed multis ante annorum centuriis, pene post octingentesimum statim ab ortu Christi, Orientalem Ecclesiam a Romana secessisse? Feruntur item historici non pauci, hoc nostro partim antiquiores, partim recentiores, quos cum ad unum vel in hæreticis, vel in schismaticis jure numeremus, nullo tamen eorum sine aliquo, omnibus simul sine maximo detrimento Ecclesia Romana carere non potest. Vin' tu audire qui sint? Sozomenus et Socrates Novati perfidiam sectati sunt. Quorum hic non oblata solum, sed interdum etiam quæsita occasione Novatianos libenter laudat, ipsis miracula tribuit, Romanorum pontificum potentiam exagitat : quæ omnia Jacobus Billius eruditus theologus Observationum sacrarum libro primo, capite vicesimo sexto luculenter demonstrat. De Nicephoro Callisto liquet ex Gennadii Apologia pro concilio Florentino, ubi ejus non tam scripta, quam convicia contra Latinos refelluntur, ut de iis quæ sparsim in historiam suam sinistra inseruit, nihil dicam. Zonaram fuisse schismaticum, testari possunt ejus poemata aculeatissima de processione sancti Spiritus, et alia adversus Latinos composita, quæ Genebrardus dum converteret, se criminationes illas omisisse narrat. De Pachymerio idem constare potest ex adjunctis ad Gregoram Latinum. Ea sunt capita, seu loci rerum memoria dignarum, e codice Augustano, carie confecto et mutilo, per singulos libros excerpti : cujus animus in Romanam Ecclesiam qualis fuerit, ex quinto, sexto, et octavo potissimum libris deprehenditur. Nicephorum Gregoram quoque et Nicetam Choniatam eorum monumenta produnt. Adde huc Cedrenum, Glycam, Constantinum Manassem, Joannem et Georgium, Curopalatas, et alios, si quæramus. Nam per illa tempora tam non facile monachum, aut scriptorem a Romana Ecclesia non alienissimum erat invenire in Græcia, quam hodie difficile est præconem verbi Dei, aut professorem catholicum invenire in Saxonia. Et qui tandem fieri potest, ut qui patriarchas Constantinopolitanos schismaticos, appellant sanctissimos, œcumenicos, et principes Ecclesiæ, ipsi ejusdem farinæ non fuerint? Si ego quempiam superintendentem sanctissimi vocabulo afficerem, credo, aliqui, imo plurimi, nec injuria, me Lutheranum, aut Calvinianum esse colligerent. At-

A que ut ab historicis abeamus, et ad alios scriptores veniamus, Origenes et Tertullianus quales tandem fuerunt? nonne eorum hæreses exstant? Feruntur *Demonstrationes evangelicæ* Eusebii Pamphili, in quibus aperte et sæpius ἀριανίζει, quod doctissimus Billius *Observationum* lib. I, cap. 27, plane ac diserte ostendit. Quid *Demonstrationes evangelicæ?* Statim in ipso principio Ecclesiasticæ ejus Historiæ (quo monumento nihil habemus in republica Christiana illustrius) arianismos aliquot observat tomo tertio *Annalium* Zonaras. Sunt in manibus Monumenta Photii, sunt Theodori Balsamonis, qui Latinos, ut pestilentissimus schismaticus, conviciis passim lacerat. Eosdem ob processionem sancti Spiritus exagitat
B etiam nobilis inter theologos Patres Theophylactus Bulgariæ episcopus, et, cujus similiter magnum inter sacros scriptores nomen est, Euthymius. Possum adhuc nominare homilias, et alia scripta hujuscemodi hominum, quæ in Latinum translata leguntur, et ab eruditis proferuntur. Si ergo nec superiorum historiæ, nec istorum commentarii hactenus Ecclesiæ incommodarunt, quin potius (quod res clamat) mirum in modum vehementerque commodarunt, ne a Cantacuzeno quidem magis damnum ullum metuendum, quam fructus, isque non mediocris, ut ex antecedentibus patuit, exspectandus est. Rerum gestarum, ac vetustiorum temporum, utilem, necessariamque cognitionem persequimur
C et inquirimus : si quid interdum in iis minus commendabile aspergitur, id tota mente aversamur atque rejicimus : et calamo etiam, cum est occasio, notamus atque confodimus. Nec vero ab hoc auctore nostro Ecclesiæ Romanæ, aut Romano pontifici contumeliæ dicuntur, quem *Patrem*, *sanctissimum Dominum*, *tua sanctitas*, *tua beatitudo* vocat, et ut apud eum opinione mala ne sit, elaborat (propter barbaros, Turcas videlicet, in auxilium accersitos, vastatamque bello civili provinciam) cum eo arma adversus infideles pro gloria crucis Christi conjungere cupit; ejus laudationem sibi amplissimo honori ducit : legatos ipsius benigne excipit : cum eodem (Clemente nimirum VI) de synodo habenda, redintegrandaD que Ecclesiarum concordia sollicite, ac reverenter agit. Non, inquam, hic probra, et maledicta jaciuntur : sed dissensio, ac dissidium illud a nobis Latinis jam lippis et tonsoribus etiam notum, aliquoties se exserit, atque a majorum exemplo defensionem, quanquam injustam, petit. Nam si majores

Magnopere a vero, longeque errasse videntur,

ut ait Lucretius, non ideo minoribus pedes in illorum vestigiis ponendi sunt : nisi ipsi quoque cum iisdem in idem se barathrum præcipitare studeant.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

DE VITA JOANNIS CANTACUZENI

EX EJUSDEM HISTORIA.

Genus et familia.

Joannis, Manuelis, et aliorum Cantacuzenorum, ut virorum illustrium et bellicosorum meminit Nicetas. Quos hic noster Cantacuzenus in majoribus suis habet. Idem, Joannem Manuelis imperatoris neptem, alium Joannem Cantacuzenum Isaaci Angeli sororem in matrimonio habuisse. Natus est Byzantii. Patrem a natalibus modeste prædicat lib. III, cum dicit, Οὐ γάρ τῶν πολλῶν εἷς, *Non erat unus e multis, seu vulgaris :* et alicubi matrem suam Syrgianis appellat θείαν *materteram, seu amitam, seu demum cognatam suam* (liberius enim hac voce utitur, ut docebimus), quam quidem feminam ex libro primo, haud longe ab initio scire licet ad imperatores genus retulisse. Puer adhuc patrem amisit : qui anno ætatis primo supra vicesimum, præfecturæ suæ Peloponesiacæ octavo, in eadem peninsula decessit. Mater dicta est Theodora, cujus avunculus magnus, id est, aviæ maternæ frater, Michael primus Palæologus imperator. Itaque eadem Michaelis soror, et Cantacuzeni proavia. Fuit Theodora mulier prudentiæ majoris, quam pro captu sexus, et tractationi rerum gravium atque magnarum idonea, quam Gregoras recte his verbis celebravit, lib. II : *Quam assistricem conjugi imperator reliquerat, senatoria matrona, et gravitate morum conspicua, et singulari prudentia ornata, ac in rebus dubiis præsenti consilio instructa.* Ejus indignissima vexatio propter filium, et mors lacrymabilis lib. III, cap. 22, 26, 36, exponitur. Nicephori Cantacuzeni, et Manuelis Tarchaniotæ, illius patruelis, hujus consobrini, aut ex sorore nepotis lib. II, cap. 8, meminit. Joannem Angelum ἐξάδελφον, et ἀνεψιὸν similiter appellat, et ex eadem radice prodiisse scribit. Mentio autem sororis est lib. III, cap. 26.

Uxor, liberi, nepotes.

Conjugem habuit Irenen, Andronici Asanis viri illustrissimi, magni ducis, et cum Andronico seniore cognatione conjuncti filiam. Fuit enim Asanes e sorore Andronici natus. Ex ea sustulit liberos sex, mares tres, feminas totidem. Illis nomina fuerunt, Matthæus, Manuel, Andronicus. Atque hic postremus vix duodecimum attingens annum, cum avia paterna in custodiam datus, postmodum pestifera lue per id tempus grassante interiit : reliquorum opera domi belliique multum usus est pater. Uterque ornatur laudibus lib. III, cap. 23. Matthæus Demetrii despotæ, filii Andronici majoris natam Irenen uxorem duxit : quæ filios ei peperit duos, Joannem et Demetrium ; filias ternas, quarum primogenitæ inditum nomen Theodoræ. Matthæum pater imperatorem renuntiavit, deditque id precibus præsertim excercitus : quem tamen Joannes Palæologus hæres legitimus imperio abire coegit. Manueli filiam Syrgis (fuit hic Cypriorum rege procreatus) despondit. Sed id connubium Syrges ante nuptias rescidit. Post, Liberus Triballorum dynastarum potentissimus, filiam suam eidem Manueli desponderi cupit, et despondetur, ut est libro III, cap. 48. Hactenus de maribus. Puellarum trium nomina sunt Maria, Theodora, Helena. Primam Nicephoro Ducæ, Joannis Despotæ filio, Acarnaniæ principi, nondum septennio egresso pactus est. Alteram Orchani Persæ, seu Turcæ potius, Bithyniæ domino tradidit : cujus opibus rem suam sæpenumero sustentavit atque constabilivit. Postremam cum Joanne Palæologo imperatore, annorum quindecim adolescente conjunxit, quem laudat lib. IV, cap. 1. Ex eo matrimonio Andronicus, Manuel, Joannes, Demetrius filii, et Irene filia propagati sunt. Suam cuique trium filiarum peculiarem laudationem impertit : Theodoræ lib. III, cap. 95 ; Helenæ eodem libro, cap. 34 ; Mariæ, quæ adversis casibus propter nequam maritum jactata, tandem eo occiso cum matre monachum Byzantii egit, lib. III, cap. 43.

Honores.

Principio Andronici avi cubiculi sacri præpositus fuit, deinde Andronici nepotis (cujus videtur coævus) magnus domesticus. Thraciam præfectus, seu prætor gubernavit. Fuit item princeps militiæ imperatoriæ, sive copiarum dux summus. Auctoritas ejus, potestas et existimatio incredibilis, ita, ut eo inconsulto, aut refragante nihil gereretur, ipseque administraret omnia, et esset, non quidem vocabulo (nam id una cum habitu, licet non semel ab Andronico invitatus, et enixe rogatus, constanter fugit), sed opere ipso imperator. Lege cap. 9, lib. II. Quo defuncto, procerum ac militum votis Didymotichi obsecutus, itemque aliis de causis (quas profert, dum affectatæ tyrannidis suspicionem a se depellit : depellit autem sæpissime ac disertissime, et tam verisimiliter, ut nihil desideres) purpuram et tiaram induit. Adrianopoli a Lazaro Hierosolymorum, rursum Byzantii ab Isidoro patriarchis coronam imperialem solemni ritu accepit. Quam beate vixerit, in quantis cujusque modi opibus, in quanta hominum admi-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ratione et gloria, ipse clarissimis verbis, lib. III, cap. 53 et 78 edocuit.

Studia, doctrinæ et mores.

In militari disciplina, socio Syrgianne, magistro Angelo usum se narrat : in qua deinde per exercitationem lectionemque longe admodum processit, talisque prorsus extitit imperator, qualem M. Tullius in Pompeiana depinxit : siquidem in eo quoque illa quatuor, quæ in summo imperatore inesse debent, enituerunt, scientia, virtus, felicitas, auctoritas. Talis item, qualem in Strategico gravissimus præceptor militaris Onosander describit cap. 1, castus, temperans, sobrius, frugi, laboriosus, intelligens, minime avarus, nec junior, nec senior, filiorum pater, dicendi peritus, gloria illustris. Qualem præterea de bellico apparatu, cap. 2, Leo imperator. Linguam Latinam calluisse inde conjecturam capio. Etenim res Romanorum imperatorum (ut nos Romanos imperatores appellamus, hoc est eorum qui in Italia et Romæ vixerunt) aliquoties in medium adducit, quas forsitan apud historiæ Augustæ scriptores legit. Et Arego monacho Sabaudo quædam Græce scripta non intelligenti, interpretatur lib. III, cap. 84. Si quis auditione tantum Romanorum facta accepisse, et Græca illa Italice monacho interpretatum esse credere malit, cum eo non contendam : et ita nomine Latinæ linguæ, cujus se scientem quodam loco affirmat, quaque præsidiarios Italos alloquitur Constantinopoli lib. IV, cap. 54, Italica intelligenda erit : sicut per Latinos Itali, et alii, non Græci. Persice quoque, sive Turcice nosse se lib. IV, cap. 10, affirmat. Artem didicisse oratoriam, eloquentia ipsius omni prædicatione digna et in tam præclaris orationibus, totaque scriptione se exserens, demonstrat. Sane quod M. Tullius de Pompeio, idem ego verissime de hoc viro, paucis immutatis usurpavero : *Quantum consilio, quantum dicendi gravitate et copia valeat, in quo ipso inest quædam dignitas imperatoria, vos ex hisce libris sæpe cognoscetis.* Oppida complura, quæ armis resistebant, oris sui facundia subegit : ut quod Cyneas legatus Pyrrho Epirotarum regi, hoc idem pene Andronico imperatori Cantacuzenus fuerit. Et cum oratoris sit historiam scribere, si qua alia, hæc sine controversia oratorie, hoc est prudenter, disposite, diserte, nec invenuste scripta est. Poetas diligenter legisse, Homerum præcipue, et Euripidem, crebrius ex iis prolati versus docent. Sacrarum litterarum scientia non parum imbutum, tot loci apposite inducti argumento sunt. Sed id ex libris aliis sole clarius est, quos nempe contra Mahometanos et Judæos edidit. Fertur insuper in quinque priores *Ethicorum* Aristotelis Paraphrasin conscripsisse. Hæc de studiis et litteris ejus.

Quod ad mores et virtutes attinet, veritatem amavit, ut qui maxime, idque toties testatur ac profitetur. Ejus prudentia e dictis, maximeque e consiliis egregia semper et memoranda persuicitur : digna profecto, cui vel majus committeretur imperium. Fortitudinis, magnanimitatis, ac patientiæ est, quod nusquam ferme abest ab exercitu, manuque sua in hostem pugnat viriliter : nec voluptatibus indulget, et adversis casibus non frangitur : injuriis (potissimum ab Apocaucho, cui tantopere benefecerat, illatis) non succumbit : et invidiam æqua mente sustinet. In bene de se merentes unus omnium gratissimus : quam virtutem in aliis etiam amat, et ideo nulla propemodum pagina gratiarum actionibus vacat. Ad moderationem continentiamque pertinet, quod imperii communionem sibi ab Andronico etiam quartum delatam, recusat. In amicitia colenda constantissimus, Andronicum minorem præcipue, et Amurium Persam Ioniæ Satrapam, sive principem dilexit, fuitque vicissim ambobus supra quam dici potest charus et jucundus. Dilexit eum etiam vehementer e proceribus Triballorum opulentissimus quidam Liberus, ut est lib. III, cap. 42. Beneficentiam ac liberalitatem coluit mirabiliter, et in exercitum de suo sumptum, imperatore vivo mortuoque, sæpius fecit : castella et oppida sua pecunia refecit et instauravit, eidemque imperatori funus amplissimum sua impensa curavit. Aurum quod habere gratis poterat contempsit. Pacis et concordiæ quis illo cupidior? quis Barbaris et idololatris inimicior? Non potest pro dignitate collaudari hujus præstantissimi principis admiranda lenitas, et ad deponendam offensionem, veniamque tribuendam suspicienda facilitas, beneficiorum altissima recordatio, et in gratiis agendis commemoranda sedulitas. Omnia his libris gratiarum actionibus referta sunt. Summa præterea in negotiis procurandis diligentia, et vigilantia, animique religio. Monachismum quantis præconiis, Deus bone, et quidem toties, cohonestat? ac tandem ipse in Manganense monasterium prope Constantinopolim se ultro ac libens includit, cum imperium retinere potuisset, ut videbis lib. IV. Tantum abest, ut eo ipsum Joannes Palæologus victor compulerit, quod quidam hujus nostræ historiæ funditus ignari nugantur. Conjux porro Irene in monasterio a Martha Michaelis primi Palæologi sorore constructo, monacham induit. Ῥωμαίων τυ quidem, ἀλλ' οὐ Ῥωμαϊκὸν βασιλέα, laudas, inquis. Ego vero etiam Agesilaos, Alexandros, Julios, et Pompeios, ethnicos, et idololatras sæpe laudavi : et virtutem vel in hoste amabilem, ejusque exempla a quocunque, et qualicunque sumenda nobis esse confirmo. Est enim eadem semper, nec ejus splendor immortalis cujusquam sordibus potest obsolescere.

Divitiæ.

Incredibile memoratu est, quantæ ejus copiæ, facultates, quanti pecuniæ thesauri fuerint, de quibus variis locis ipse confitetur, et ego virum gravem, vanitatique infensissimum, ad hæc etiam religiosum, mentiri non puto. Insulas, oppida, castella in opibus suis recenset. Pecuniam sane,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quam Byzantii, et in aliis urbibus per Thraciam apud amicos depositam habebat, nec ipsi, qui eamdem diripuerunt, inimici, quam magna esset, pro certo novisse potuerunt. Tritici, hordei, frugum fructuumque infinita illi copia, innumerabiles acervi. Boum pascualium numerat quinque millia, aratorum juga mille, equas pascuales mille quingentas, camelos ducentos, mulos trecentos, asinos quingentos, porcorum quinquaginta, ovium septuaginta millia. Ut jam non sit, cur greges et armenta illius Job miremur. Verum iste apud urbes Thraciæ non unam, sed plures possedit. Vide lib. III, cap. 24, ubi ait, sibi toto imperio Romano sparsas, easque immensas copias atque opes. Et 31 et 36. E supellectili aurea et argentea supra ducenta vasa mutuo dat palatio, capite vicesimo quarto.

Elogia.

Lib. I, cap. 38, Andronicus senior ejus prudentiam in dando consilio admiratur, seque in illo avi materni imaginem intueri asseverat, qui tam celeriter arripuisset, tam apte explicasset, et promptissime transegisset, quæ res postulasset, ut statuerit, si absque successore ex se nato moreretur, suadere proceribus, illum ante alios imperatorem eligendum. Animadvertis igitur Cantacuzenum imperio dignum judicatum, si avum ejus judicavit, cujus in ipso expressum se intueri simulacrum confessus est.

Gregoras, libro nono, de eodem: *Cæteri illa mutatione velut multo mero ebrii insolenter fortuna sunt abusi. Ille contra, naturali prudentia, et magno ingenio ornatus, se ad veterum præstantiorum virorum mores conformabat, et magnificentia morum, et animi liberalitate. Et cum tunc res ei feliciter successissent, fortunam non lacessivit, neque immodice supercilium arrexit; sed retenta animi gravitate, intra modestiæ limites immotus mansit*, etc.

Rursum, lib. X: *Hac oratione confirmati, omnes strenue ac fortiter hostes invaserunt, in primis vero magnus domesticus Cantacuzenus, qui multis ensibus, multis telis hostium petitus atque impulsus, ipse quidem plurimos hostes prostravit: sed neque clypeo, neque gladio amisso, incolumis e prælio evasit, velut agglutinatus atque infixus equo*, etc.

Et libro undecimo: *Adeo magnorum operum ingeniosa effectrix magni domestici taciturnitas exstitit. Nam aliorum quidem verba umbræ tantum sunt operum, simul atque e lingua prodierint, morientes: viri autem hujus etiam silentium magnas res gerit. Nam ingenii magnitudine et solertia vir ille excellit, revera profundo mentis sulco fruens.* Hæc Gregoras de Cantacuzeno sive amicus adhuc, sive ab ipsamet veritate coactus: nam postea evasit inimicus, ut ex libro quarto constabit, et nos supra in præfatione ipsis Cantacuzeni verbis id docuimus.

Lib. III, cap. 52, a Cabatze Triballo, viro principe, oculus Romanorum vocatur. Eumdem magnifico præconio extollit in epistolis ad papam Romanum et Delfinum Viennensem Bartholomæus legatus, libro quarto, capite secundo.

Præter testimonia de Joanne Cantacuzeno quæ vir pereruditus Jacobus Pontanus Societatis Jesu ex Nicephoro Gregora protulit, ad commendationem Cantacuzeni maxime pertinere visum est fragmentum ejusdem Nicephori ex libro XI, quod edidit V. Cl. deque omni genere litterarum præclare meritus R. P. Dionysius Petavius ejusdem Societatis.

Ὁ μέν τοι βασιλεὺς Ἀνδρόνικος περὶ τὴν πολιορκίαν ἀσχολούμενος τῆς τῶν Ἀκαρνάνων μητροπόλεως πάντα ἐξουρίας εἶχε τὰ εἰς βούλησιν αὐτῷ γε ἰόντα κατὰ τὸ ἐφικτόν. Τοῦ γὰρ μεγάλου δομεστίκου τοῦ Καντακουζηνοῦ παρασπίζοντος καὶ συνδιῃθύνοντος ἄριστα τὴν ἀρχήν, οὐδὲν δεινὸν αὐτῷ τῶν παρεστώτων ἐδόκει δεινῶν. Τήν τε γὰρ χρονίαν ἐν ὑπερορίῳ ἐκστρατείᾳ διατριβὴν καὶ φθορὰν τῆς ἵππου καὶ τοῦ στρατοῦ εὐξιῶς διετίθει, καὶ αὐτὴν ἀπὸ τῶν σπληνὸς πιέζουσαν νόσον συνετῶς αὐτῷ ἐπεκούφιζε· καὶ ἅπαντος τοῦ ἐντεῦθεν ἀπήλλαττε δέους. Καὶ εἴ τις πλήττουσα τὴν καρδίαν ὑπῆρχε φροντὶς κοσμικὴ πάσας ἐξομαλίζων ἐτέλει ῥᾳδίως· καὶ ἐπὶ τούτοις τὰς ἐκ τῶν συγγενῶν τηνικαῦτα παραφυείσας ἐπιβουλὰς μάλα σοφῶς αὐτὸς ἀνείργε, συστέλλων καὶ ἀπαλλάττων εἰς τἀσφαλὲς, πρὶν εἰς ἀκοὰς ἰέναι τῷ βασιλεῖ. Πολλοῖς γὰρ κοσμούμενος ὁ ἀνὴρ τοῖς πλεονεκτήμασιν, ὅσα τε φύσις χαρίζεται, καὶ ὅσα βαθεῖα σύνεσις εὐφυῶς πηδαλιουχοῦσα κοσμεῖ, πρὸς παντὸς ἠγαπᾶτο τοῦ στρατοπέδου· καὶ ἦν οὐδεὶς ὃς οὐ προύτίθει τῆς ἐπ' αὐτοῦ ζωῆς τὴν ἐκείνου· τό τε γὰρ φιλότιμον τῆς δεξιᾶς καὶ τὸ τοῦ ἤθους καρτε-

At Andronicus imperator dum Acarnanum caput obsidet, omnia sibi ex animi sententia, quoad fieri poterat, succedere sentiebat. Etenim adjuvante magno domestico Cantacuzeno, optimeque imperium cum eo moderante, nullum ex iis quibus premebatur incommodis incommodum esse videbatur. Nam et diuturnam illam peregrina in expeditione moram, atque equitum peditumque cladem prudenter admodum relevabat: et illum ex liene morbum eadem solertia lenibat, omnemque inde metum abstergebat: ac si quid externa negotia sollicitudinis aspergerent, eam ille administratione sua facile componebat. Ad hæc cognatorum insidias, quæ tum contra imperatoris caput grassatæ sunt, sapienter repressit, omnibus in tuto collocatis, antequam ad aures imperatoris acciderent. Siquidem multis animi ornamentis vir ille præditus, quæ aut a natura insita sunt, aut exaggeratæ mentis, quæ vitæ nostræ moderatrix optima est, prudentia quæsita, apud militem gratiosus imprimis erat, ut nemo esset qui non ejus vitam ac salutem anteponeret suæ. Nam cum ne in expedi-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

tione quidem, tantisque negotiis quidquam de pristina liberalitate animique constantia mutaret, mutabat ille tamen in melius eorum fortunam, qui tum fame ac peste laborabant. Quare omnes una voce qui supererant milites ac duces, ordines æque atque ordinum præfecti servatorem illum, et altorem, ac largitorem appellare, tum ea prædicare, quibus Romanum imperium illustrius fecerat, et, ut summatim complectar, quidquid sub idem tempus ejus viri prudentia confectum est, quæ tam propinqua quam dissita moderando continebat. Etenim dum una cum imperatore Acarnanum urbem obsidet, comprehensi sunt qui tyrannidem cogitabant ac Byzantio imminebant, nec pauci nec obscuri, de quibus plura postea dicenda sunt.

A ρικὸν οὐδ' ἐν ταῖς ὑπερορίοις διατριβαῖς τε καὶ ἀσχολίαις ἀμείβων, ἤμειδεν ὅμως τὰς τύχας τῶν ἐν τοῖς ὅπλοις τῷ τε λιμῷ καὶ λοιμῷ προσταλαιπωρούντων ἔς γε τὸ βέλτιον· καὶ ἦσαν ὥσπερ ἐκ μιᾶς οἱ περιλειπόμενοι βοῶντες ἅπαντες γλώττης στρατιῶται καὶ στρατηγοί, λόχοι καὶ λοχαγοί, σωτῆρα τοῦτον, καὶ τροφέα, καὶ πλουτοδότην, καὶ ὅσα τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν ἐνδοξοτέραν καθίστησι· καὶ ἵν' ὡς ἐν κεφαλαίῳ διεξέλθωμεν, ὅσα ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἡ τοῦ ἀνδρὸς εὐφυῶς κατέπραξε σύνεσις, ἐγγύθεν καὶ πόρρωθεν ὁμοίως διενεργοῦσα. Αὐτοῦ γὰρ ἅμα τῷ βασιλεῖ τὴν τῶν Ἀκαρνάνων πολιορκοῦντος μητρόπολιν, ἐάλωσαν οἱ τυραννίδα μελετήσαντές τε καὶ ἐπιθέμενοι εἰς Βυζάντιον, πολλοί τε ὄντες καὶ οὐ τῶν ἀφανῶν, περὶ ὧν ὕστερον πλατύτερον λέξομεν.

DIGNITATUM AC FUNCTIONUM PALATII

ET ECCLESIÆ CONSTANTINOPOLITANÆ,

Quarum Historicus noster meminit, ex Curopalata et ejus Scholiaste potissimum dilucida explanatio.

—

Δεσπότης, **Dominus.** Hæc appellatio imperatori, B filiis ejus, fratribus ac generis tribuebatur generatim. Proprie ab imperatoria majestate secundus sic dicebatur, quem recentiores etiam σεβαστὸν vocarunt. Hoc enim semel denotare convenit, imperatores illos Orientis multos titulos honorarios ad suos sibi devincendos excogitasse. In Galliis olim proximus a rege major dominus nominabatur. Græcorum imperatorum exemplo se quoque despotas vicini principes dici voluerunt, præsertim Bulgari et Servii. Qui interdum in Græcorum historiis regio quoque titulo censentur, cum pro despotis Crales, et uxores pro despœnis Cralænæ appellantur; hoc quippe sonat nomen barbarum. Sic a Cantacuzeno Acarnaniæ et Ætoliæ principes despotæ dicuntur. Verum noster historicus Constantinum Andronici filium despotam vocatum scribit, qui post Michaelem fratrem genitus, per cuncta secundas obtineret. Infantem vocant Hispani. Observanda igitur alia notio. Monebimus in Adnotat

Παραχοιμώμενοι, subaudi τοῦ κοιτῶνος, cubiculi, *Accubitor cubiculi* ad verbum, id est sacri cubiculi, seu excubiarum sacri cubiculi præfectus, principi, seu imperatori a cubiculis, aut præfectus excubitorum, et custodum sacri cubiculi. Caput est puerorum qui in cœtone sunt, et cubiculariorum, habens etiam sibi subditum procubitorem sacri cubiculi. Ita Curopalata. Magnum cubicularium aliqui vocant.

Leunclavius, *Pandectæ historiæ Turcicæ* seu *ad Annales Turcicos*: Παραχοιμώμενοι sunt intimi cubiculariorum qui augustalibus in cubiculis et ipsi propter D imperatores dormiebant. Tale nunc officium est apud Turcarum sultanum ejus cubicularii, qui Thiodar, aut Trobadar appellatur. Is enim et intra cubiculum noctu excubias agit, et pluviam Sultani vestem gestat, ut παρακείμενος, quæ scaramangium vocatur. Ac norunt omnes, qui Portam viderunt Osmanicam, non sultanum modo comitari cubicularium, qui sereno quoque cœlo scaramangium ejus gestat; sed omnes etiam quotidie bassas, et begos, quotiescumque per urbem ad portam equitant, habere pedisequum unum, qui vestem hujusmodi portat, cæteris superinjiciendam vestimentis, si aere mutato forte pluat.

Μέγας δομέστικος, *magnus domesticus*. Varia ejus officia apud Curoplatam vide, variis locis. Nomen domestici ad plures dignitates pertinebat, quæ adjuncto discernebantur, ut cognosces, e quibus magni domestici præcipuum exstitisse, nomen ipsum *magnus* significat.

Πρωτοστράτωρ, *Protostrator*. Absente magno domestico fert imperatoris spatham. Cum itaque imperator est conscensurus equum, comite equorum imperatoris adducente et tenente equum, postquam ascendit imperator, protostrator prehendens freno deducit equum ad quartam, aut quintam usque partem aulæ palatii. Deinde recipiens eum magnus Chartularius, deducit freno ad portam usque aulæ. Similiter etiam facit, cum imperator pedibus ipse vult ire, agens videlicet a porta equum ad eum usque locum, quem ante diximus: ex quo iterum recipit eum protostrator, agens ad eum usque locum, ubi imperator pedes esse solet. Quod si forte pro-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tostratorem abesse contigerit, hoc facit a principio usque ad finem magnus chartularius. Paulo post : Protostrator etiam est defensor cursorum (cursores hoc loco sunt, quicumque nulli agmini, aut signo militari ascripti sunt, sed ipsi castra prosequuntur ultro, exspectantes dum accensi fiant). Iis enim nèque ordinem retinentibus, neque flammeolum (signum militare est, Latina origine, a colore dictum) suum, sed inordinate quodammodo dissolutis, protostrator ipse subsequens, defendit ipsos, si forte bello opprimantur. Propterea enim protostrator etiam appellatur, quod toti ipsi στρατῷ, id est exercitui præeat, et consistat primus. A cursoribus autem omnes res varias quæ futilia nominantur, moris est protostratorem accipere. Nomine φυτιλίων, futilium (est enim Latinum vocabulum) significantur quæcunque res, quæ per se nihili sunt, aut nihil ad rem militarem faciunt, denique impedimenta belli certissima, nisi avertantur. Nam hæc cursores commodius comportant quam milites, quia non hærent signis : et audacius colliguut, quia se legibus non teneri putant. Quamobrem protostratori potestas data est futilia ista auferendi.

Μέγας κοντοσταῦλος, qui Gallice *connétable*, Italice *conestabile*, Latine comes stabuli. Ubi si stabulum pro equili accipias, erit comes stabuli, vel qui præest omnibus copiis equestribus : vel qui præest equitatui imperatoris aulico. Apud recentiores Græcos est dux copiarum auxiliarium, quæ ex Gallia, Sicilia, Italia, facturæ stipendia Orientem petebant.

Μέγας λογοθέτης, *Magnus Logotheta*, cancellarium Latinis vocari λογοθέτην, ait Nicetas lib. VII. Munus magni logothetæ his verbis Curopalata describit : Disponit mandata et bullas aureas, quæ ab imperatore mittuntur ad reges, sultanos, et toparchas. Atque hoc quidem proprium est magni logothetæ ministerium. Quod autem ad rem domesticam, ipsius est efficere, quod imperator mandaverit. Addunt alii esse etiam libellorum magistrum, archivi præfectum, aut tale quippiam. Λογοθέτης exponitur a quibusdam, magister rationum, qui expensas et reditus computat, œconomus, sive procurator, quod magnum erat officium, et politicum.

Λογοθέτης τοῦ στρατιωτικοῦ, *logotheta castrensis*, *Zahlmeister*, *Pfennigmeister*, Gallice *Trésorier du camp*.

Καβαλλάριος, *caballarius* Καβαλλάριον equestrem imperatoris comitatum nominat Curopalata. Ex Italico ducta vox, quæ ipsa a Latina voce manavit. Hujus ergo comitatus præfectus Caballarius dici videtur.

Μέγας παππίας, *Magnus Pappias*. Id est, magnus paterculus, summus ille judex, ad quem commentarienses de personis reorum et numero, de qualitate delictorum, de clausorum ordinibus referre debent. In hanc sententiam accipio nomen Papiæ apud Zonaram, ubi de eo agitur, qui Michaeli Balbo adjutor fuit, ut Leonem Armenum e medio tolleret, imperioque potiretur.

Μέγας Στρατοπεδάρχης, *magnus castrorum præfectus*. Est curator earum rerum, quæ exercitui sunt opus, videlicet alimentorum, instrumentorum et necessariorum omnium. *Proviantmeister*. Exponitur etiam, princeps exercitus, ut sit idem quod στρατιάρχης; nam στρατόπεδον aliquando pro στρατὸς ponitur.

Πρωταλογάτωρ, *summus equitum præfectus*. Voce enim ἄλογον Græci recentiores equum, aut jumentum significant, facta ex ἁλόκου, a verbo halac, quod Orientalibus erat, ire : quia maximus et præcipuus jumentorum usus ad commoditatem itinerum. Turcæ etiam hodie nuntium, seu viatorem appellant hulac. Ex ἁλόκου igitur ἄλογον, id est, brutum κατ' ἐξοχὴν jumentum, aut equus, ut Itali dicunt, *la bestia mia*, pro equus meus. Ex ἄλόγου fit ἀλόγιον equitatus, seu equorum equitumve merus. Præfectus ἀλογάτωρ : summus præfectus, πρωταλογάτωρ.

Σεβαστοκράτωρ, *Augustimperator*, Tertia dignitas ab imperatore, Cæsariana præstantior. Dum imperator βασιλεὺς, σεβαστὸς, Καῖσαρ dictus est, uno eodemque omnes hos titulos obtinente, dignitates officiis, ac non titulis, æstimatæ sunt. Postea vero imperatores luserunt titulis, et honoraria dignitatum nomina sine officiis impertiti sunt arbitratu suo, ut Curopalata his verbis declarat : Despota, sebastocrator, Cæsar ad nullum ministerium tenentur, nisi ad summum aliquem principatum instituantur, puta aut regendo imperio, aut gerendo bello : cujus rei exempla sunt apud Nicephorum Gregoram quam plurima. Ac primum quidem Cæsar fuit secundus ab imperatore (ut hodie rex Romanorum est in Occidenti imperio), et obtinuit hoc ad Alexium Comnenum usque : postea sebastocrator secundus est habitus, et Cæsar tertius esse cœpit, cum Alexius Comnenus Isaacium fratrem Sebastocratora diceret : auctor Zonaras. Postremo despotes, sive dominus, ab imperatore secundus est factus, nempe Alexius Palæologus, cum idem Comnenus filiis maribus carens, Irenem filiam suam primogenitam Alexio huic despondit, eumque titulo despotæ, id est, domini, ornavit, futurum nempe hæredem imperii, nisi morte sublatus esset, teste Gregora lib. III.

Πρωτοψάλτης, *princeps seu primus psallentium*. Ecclesiasticum nomen est, de clero palatii. Forsitan magister chori, aut simile quiddam.

Δομέστικοι, *domestici*. In jure appellantur domestici omnes adjutores, sive administri legitime instituti a justis functionum principibus, in palatio, aut in foro, aut in ecclesia. In palatio, ut magnus domesticus, domesticus mensæ, domesticus scholarum, domesticus murorum, domesticus regionum, etc. In foro, ut domestici judicum, administri. In ecclesia, ut domesticus chori, domesticus januarum, etc., quorum omnium fun-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ctio δομεστίκειον, sive δομεστίκιον, id est, domesticatus dicta est.

Ῥαιφερενδάριος, *referendarius*. Ecclesiasticæ dignitatis nomen, Latine relator, qui allegatur ad imperatorem et sacerdotem maximum.

Πανυπερσέβαστος, *Augustissimus omnium*. Ab Alexio Comneno titulus inventus, ut Michaeli Taronitæ gratificaretur, quod scribit Zonaras tomo III, sub finem. Superior erat omnibus, etiam ipso protovestiario, magno duce, magno domestico, et cæteris.

Πρωτοβεστιάριος, *protovestiarius*. Hujus officium sic describitur : Ascendente igitur imperatore, ut declaratum est, ad oratorium, protovestiarius, qui pilaticia, quæ imperatoris prospectum obtegunt, aut sceptra judicialia tenet, ut in altum subvecta sunt, dextra manu sua educens ea, e prothyro ostendit populo, demonstrans hoc signo, ascendisse imperatorem in oratorium. Hic autem in oratorio, si imperator aut suum ipsius stemma, aut aliquod aliud gestamen suum gestaturus est, protovestiarius, inquam, sumit illud a ministris rucharii, et imperatori tradit : neque id solum in tempore ejusmodi festorum dierum, verum etiam semper ita facit. Id vero etiam proprium et singulare habet, quod si quid alienum viderit, aut lutum, aut quid aliud ad imperatoris vestem, deponens ille umbellam, aut tegmen capitis sui, extenta manu tollit, aut purgat illud non rogatus. Ex omnibus vero aliis principibus nemo auctoritatem habet faciendi istud, sed ille solus. *Pilaticia* est opus e margaritis cum fimbria, in longitudinem minus spithama, in latitudinem autem palmo, quæ rex Medorum gestabat, similiterque judices, quemadmodum olim duces exercitus gestabant torques, honorem ipsorum demonstrantes. Τὸ ῥοῦχον suprema vestis, species vestis e Germania apportata, unde Germanicum nomen retinuit, *Rock*. Hinc ῥουχαρεῖον vestiarium speciali nomine a Curopalata appellatur, quia latius patet nomen vestiarii apud recentiores Græcos.

Protovestiarius, ut agamus dilucidius, regio vestitui præerat, quod hodie cubiculariorum videtur munus. Sæpe rebus maximi momenti adhibebantur, et res per eos non vulgares gerebantur, ut in Lecapeno et Leone Basilii filio apud Cedrenum videre est. In Constantino, Romani filio protovestiarii dignitas proxima a domestico scholarum, et accubitore, biglæ drungario superior ostenditur. Inveni, qui scriberet, protovestiarium fuisse thesaurarium, seu thesauro præfectum, quia βεστιάριον ærarium vocetur, seu thesauri repositorium, ταμιεῖον. Quod ego quidem in aliquo vel auctore, vel glossario nondum legi.

Δικαιοφύλαξ. Ad verbum, *custos legum et juris*, de quo magistratu nihil habet Curopalata.

Λογαριάστης, *logariastes*. A Curopalata additur, τῆς αὐλῆς, aulæ, seu palatii. Rationes init omnium stipendiatorum qui in aula sunt, si quid deest ulli de stipendio ejus, aut ad servitium ejus, cujus causa stipendia facit. Apud Nicetam et φροντιστὴς καὶ λογιστής. Valere putant idem, quod quæstor, aut receptor generalis, aut quod Germanis est *Kammermeister*. Inde clarum quis μεγαλογαριάστης.

Ἀποκρισιάριος, *apocrisiarius*. Sic jurisconsulti Græci eum nominant, qui legationibus audiendis referendisque ad imperatorem, et responsis ab eo dandis constitutus est.

Χαρτοφύλαξ, *præfectus chartis*. Qui tabulas habet chartaceas, ad jura ecclesiæ pertinentes, chartarum custos, qui privilegia et similia asservat, præfectus scriniorum, judex idem causarum ecclesiasticarum, et quæstionum matrimonialium, defensor in clericorum causis, veluti manus summi sacerdotis dextra. Hinc μέγας χαρτοφύλαξ.

Δομέστικος τῆς τραπέζης, *dapifer*, aut simile habens officium, ut suspicor.

Δρουγγάριος, *drungarius*. Δρουγγὰς seu δρουγγὸς Orientale nomen, cœtum hominum una commeantium significans, et cœtus illius princeps vocatur dargon, vel dorgon, ex quo drungarius facta epenthesi τοῦ ν pro γ geminato. Quidam vocant tribunum militum. Drungus globum significat, ait Turnebius libro vicesimo quarto capite vicesimo quinto. Vopiscus in Probo : Triumphavit de Germanis et Blemils, omnium gentium drungos, usque ad quingenarios homines ante triumphum duxit. Vegetius libro tertio capite decimo sexto : Scire debet dux hostium, contra quos drungos (male scriptum, drunos), hoc est, globos hostium, quos equites oporteat ponere. Hinc Drungarius biglæ, Drungarius classis, qui præsunt globis vigilum et classiariorum.

De hac voce Leunclavius in *Pandecte ad Annales Turcicos :* Dico, Turcis Agelarios esse sua lingua, qui Græcis erant vel Drungarii, vel Druncarii potius. Eos Leo Sapiens Augustus in libro suo *De apparatibus bellicis*, capite 5, num. 42, 43, 45, olim dictos fuisse tradit chiliarchos, quod militibus mille præessent : et druncum chiliarchiam. Latini chiliarchos vocabant tribunos, qui nunc colonelli sunt. Druncum (sic enim pronuntiabat Zygoma as, et druncarium, non drungum, vel drungarium, quod vulgo fieri solet) sic appellatum arbitror a trunco, sive baculo, sive sceptro : quemadmodum hodieque regimentum vocamus tam ipsius tribuni baculum (vitem dixere puto Romani) quem ceu magistratus insigne gestat, quam illum signorum, militumque numerum, qui ad constituendum regimentum requiritur. Ideoque druncus est regimentum militum, cujus caput est druncarius, olim tribunus, nunc colonellus, aut regimenti præfectus.

Μέγας ἑταιριάρχης, *magnus sodalitatis princeps*. Antequam e cella sua imperator exeat, protovestiarites adest in triclinio cum magno hetæriarcha et primicerio aulæ. Postquam vero egressus est, et constitit imperator, egrediens protovestiarites ac-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

cersit honoratissimos principes ad circumstationem. Lege cætera, et infra. Hic vero excipit etiam perfugas advenientes ex omni parte, ac propterea etiam hetæriarches nominatur, velut ἑταίρους, sive amicos excipiens.

Βαράγγοι, *barangi*. In festo Occursus (Purificationis) discedit imperator in Blachernarum templum, barangis quoque sequentibus. Atque hi quidem ubique imperatorem equitantem prosequuntur, ferentes humeris secures suas. Erant ergo custodes, satellites, aut stipatores imperatoris bipenniferi; eorum præfectus ante illos imperatorem sequebatur, et ideo ἀκόλουθος dicebatur.

Πιγκέρνης, *pincerna*, a poculis. Quod si imperatorem oportet bibere, pincerna ministrat illud : ac non diebus festis solum, verum etiam semper imperatore cibum sumente miscet, si præsens est. Ac vetere quidem more hic extra civitatem imperatorem sequens ferebat poculum castrense, catena vinctum : ut si cum opus esset bibere, ex fonte, aut fluvio daret, ac biberet. Hoc autem in præsentia non fit.

Ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης, *mensæ præfectus*. Serviebat etiam imperatori ad mensam. Præbebat missum magnus domesticus primus proxime imperatorem : post eum domesticus mensæ; et post hunc præfectus mensæ, et quæ apud Curopalatam sequuntur.

Δομέστικος θεμάτων ἑσπερίων, *domesticus thematum occidentalium*. Quæ florente adhuc imperio Romano τάγματα, sive legiones dictæ, postmodum imminuta Heraclii temporibus Romana potentia, et truncato imperio θεμάτων nomen acceperunt, carentes jam veteri amplitudine sua. Vide libellum Constantini Porphyrogennetæ de Thematibus, sive de agminibus militaribus per imperium orientale distributis. Hic præfectus hujuscemodi agminum per Occidentis urbes distributorum intelligendus est.

Μέγας διοικητής, *magnus administrator, sive procurator*. Nihil de hoc Curopalata.

A Μέγας δοὺξ, *magnus dux*. Quemadmodum magnus domesticus princeps, et caput ad universum fossatum (quid sit *fossatum*, suo loco explicabitur), sic etiam hic ad universum mare. Ac cæteri quidem principes aliis rebus instituti, ut capita, præferunt consuetum imperatoris flammeum, aut exercitus flammeum cum ignitis telis. Magnus dux contum præfert imperatoris insidentis equo. Habet autem subjectos sibi magnum drungarium classis, ameralium, etc. Vide Curopalatam, et scholiasten.

Πρωτοσέβαστος, *primaugustus*. Nullum ministerium habet, quia non functio est palatio militans : sed dignitas honoraria, quam non ministerii aut ordinis necessitas facit, sed imperatoris εὐδοκία.

B Μέγας χαρτουλάριος, *magnus chartularius*. Equum imperatoris a protostratore susceptum, etc. Vide quæ supra in protostratore dicta sunt. *Stallmeister* Germanis dici putat scholiastes. Zonaras in Leone Isauro, tomo tertio *Annalium* posterioribus temporibus τὸν τῶν βασιλικῶν ἱππικόμων ἐπιστατοῦντα appellatum tradit.

Πριμικήριος αὐλῆς, *aulæ primicerius*. Habet quidem in circumstatione administrationem, qualem ante diximus, ordine vero collocat etiam omnes qui in aula sunt. Ut enim princeps suum quisque et constitutum locum ad circumstandum habet : sic etiam ordines qui in aula sunt, singuli proprium suum locum obtinent.

C Πρωτοκυνηγός, *venatorum princeps, jägermeister*. Imperatore conscendente equum nemo alius præter hunc stapiam tenet cum præsens est. Præest vero iis venatoribus, qui curatores canum appellantur. Quod si quando imperatoris, cum in venatione est, vestem aliquam sanguine aspergi contigerit, eam hic venator accipit ex beneficio.

Πραίτωρ δήμου, *prætor populi*. Nullam administrationem habet in aula palatina, sed in urbe, et urbanam solum.

LECTORI.

Nilus et Christodulus ficta nomina sunt, qualia apud veteres in dialogis et epistolis plurima. Christodulus mihi Cantacuzenus est, utpote qui curis illustribus defunctus, decursisque vitæ palatinæ malefidis honoribus, Christo sibique in posterum vacare statuens, nobilem illam servitutem amplexus est, quæ mera viri sapientis libertas haberi debet. Nilus, a quo se ad scribendum impelli fingit, monachi nomen, ut cuivis obvium est.

ΝΕΙΛΟΣ ΧΡΙΣΤΟΔΟΥΛΩ.

Ἐπειδή σε βούλεσθαι οἶδα μηδὲν τῶν ἡμετέρων ἀγνοεῖν, εἰ καὶ μηδέν τι γενναῖον ἔχοιμεν λέγειν, ἄγε ἔνεστι σιωπᾷν οὐ θέμις· οἶσθα τοὺς περιπάτους οὓς ἑκάστοτε μετὰ τῶν φίλων ποιούμεθα· ἐν οἷς πολλά, τὰ μὲν σπουδῇ, τὰ δὲ παιδιᾷ προσήκοντα λέ-

D 1 NILUS CHRISTODULO S.

Quoniam probe scio te res nostras omnes, quales quales, etiam avere cognoscere, desiderio tuo morem geram : tacere enim non licet. In quotidianis ambulationibus, quas, quod te non fugit, cum familiaribus conficere consuevimus, multi nobis

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

sermones, et eorum partim graves ac serii, partim hilares ac jocosi incidere solent. Forte evenit, ut quibusdam de bello imperatorum disserentibus, quonam modo primitus conflatum, ac tantis postea incrementis auctum : et quid tandem generosas illas animas ad naturam exuendam impulisset : ab utro præterea belli inferendi initium, et hic, an ille ad reconciliationem concordiæ propensior paratiorque fuisset, avum hi, nepotem illi in reprehensionem vocarent. Qua ego dissertatione commotus, eos desidiæ condemnavi, qui inde a primordio singula explorate percepta animoque comprehensa cum haberent, nullam eorum memoriam posteritati reliquissent. Sed et de his quoque in utramque partem ratiocinari possumus, id quod de discipulis Euclidis aiunt (1). Te porro nos 2 hac molestia expedire, et summa cum brevitate quæque sub imperatoribus illis, quæque nostro ævo contigerunt exponendo, tanquam compendiaria via ad veritatem solam liquido percipiendam deducere, æquitatis ratio postulat. Tu enim et quandiu publico functus es munere (2), salus imperii fuisti : et hodie postequam decursis honoribus tuipsius esse cœpisti (3), vitam et mores tuos veritatis ac justitiæ exemplar (4) effecisti.

A γεται. Ἐν τούτοις τινῶν τὸν τῶν βασιλέων διεξιόντων πόλεμον, ὅπως τε τὴν ἀρχὴν συνέστη, καὶ ἠκμασεν εἰς τοσοῦτον, καὶ τί τὸ πεῖσαν τοὺς γενναίους ἀγνοῆσαι τὴν φύσιν· καὶ πότερος αὐτῶν μάχης ἤρξατο· καὶ τίς πρὸς διαλλαγὰς ὀξύτερος, ὁ μὲν τὸν πάππον, ὁ δὲ τὸν νεώτερον αἰτίαις ἐνέχεσθαι ἠξίουν. Ἐγὼ δὲ ἀκούων, ἐπλήγην τοῖς λόγοις, ῥᾳθυμίαν κατεγνωκὼς τῶν ἀνδρῶν, οἳ παρηκολουθηκότες τοῖς πράγμασιν ἐξ ἀρχῆς, οὐ κατέλιπον τῷ βίῳ τὴν τῶν πεπραγμένων διήγησιν· ἀλλ' ἔστι καὶ περὶ ἐκείνων διπλᾶ λογίζεσθαι, καθάπερ καὶ περὶ τῶν Εὐκλείδου φασίν. Ἀλλὰ σὺ δίκαιος ἂν εἴης ἀπαλλάττων πραγμάτων ἡμᾶς, τά τε ἐπὶ τῶν βασιλέων, τά τε ἐφ' ἡμῶν γεγονότα διδάξας. Τὸ δ' ἂν γένοιτο, ἐπιτομωτάτῃ χρησάμενος ὁδῷ τινι συγγραφῆς, δι' ἧς μόνης ἔξεστι B τἀληθὲς εὑρεῖν· καὶ ὅτε γὰρ τὰ κοινὰ διετέλεις πράττων, σωτηρία τοῖς πράγμασιν ἦσθα· καὶ νῦν σαυτοῦ γεγονὼς, ἀληθείας καὶ δικαιοσύνης παράδειγμα τὸν βίον κατέστησας τὸν σαυτοῦ. Ὡς μὲν οὖν τῶν γεγονότων καὶ νομιζόμενος καὶ ὢν αὐτουργὸς, οὐκ ἀγνοήσεις δήπου τὰ σά· ὡς δὲ μηδὲν τῆς ἀληθείας διὰ βίου πρότερον ἡγησάμενος, τἀληθὲς ἐρεῖς· ὡς δὲ ῥᾳθυμίαν ἐξορίσας παντάπασι τῆς ψυχῆς, οὐ λογιῇ τὸν ἐπὶ τῷ πράγματι πόνον. Ἔστι δὲ καὶ εἰς παράδειγμα τὴν ἡμετέραν ἱκετείαν ἀνενεγκεῖν.

Jacobi Pontani notæ.

(1) Locus tenebricosior, quem sic explicandum opinor. Qui bellum inter avum et nepotem gestum, cum haberent perspecta et comperta omnia, scriptis tamen non commendarunt, eorum consilium vel laudare licet, vel reprehendere : sicut de Euclidis sectatoribus dictitatur : nempe illos solitos διπλᾶ λογίζεσθαι. Nam Euclides ille Megarensis atque Socraticus, princeps et parens philosophorum quorumdam fuit, qui, quod disputatores contentiosi essent, et in contradicendo liberi, ἐριστικοὶ sunt appellati, ut docet Laertius. Est autem contentiosorum ingenium probare, quæ alii improbent, et improbare quæ alii probent. Placet enim articulum τῶν genere virili, de discipulis, non de dogmatis Euclideis accipere : ut personas cum personis potius, quam personas cum re comparare videatur. Porro τὸ ἐκείνων ad Andronicos imperatores (ut sensus sit, quæsitum esse ab illis, uter horum bello causam et originem attulerit, et in utramque partem de iis disputari posse, sicut de Euclidis placitis solet) apte referri posse arbitror.

(2) De officio magni domestici, seu megadomestici intelligendum est. In quo tantum potestatis et auctoritatis habuit (etsi id non ratione officii) ut imperium penes Andronicum Juniorem nomine solo, penes ipsum re fuisse appareat, lib. II potissimum. Nec semel ipsemet summam rempublicam etiam Andronico superstite ab se administratam gloriatur. Qui autem Græca vel primoribus labris attigerunt, eos non fallit, vocem πράγματα frequenter in eo solere poni, in quo respublica et imperium ponuntur. Porro verbum σωτηρία etiam ei tempori tribuendum est, quo partim ut tutor impuberum Andronici filiorum, partim ut imperator postea communi præfuit. Sed ut hæc, ita quæ sequuntur ad alium neminem, quam ad Cantacuzenum pertinent. Αὐτουργόν enim nominat, qui res scilicet ipsas gesserit; et addit : Οὐκ ἀγνοήσεις; δήπου τὰ σά, *non utique ignorabis res tuas.*

(3) De monachismo Cantacuzeni hæc interpretor, quem se medullitus expetere toties testatur, et sub finem libri IV, cap. 42, cum conjuge amplectitur. In eo vitæ cursu maxime licet homini suum esse, secumque habitare, nec se extra quærere. C Libro III, ubi de eadem re agit, ἀφανείᾳ συζήσω τὸν πάντα βίον, κατ' ἐμαυτὸν διάγων· *vivam ignotus vitæ reliquum, et vivam mihimetipsi.* Quinque autem argumentis fingitur Nilus quidam, amicus Christodulo (hoc est, Joanni Cantacuzeno Christi servo) hanc historicam scriptionem suadere ac persuadere. I et II, quia vir illustrissimus atque optimus est, quales scriptores ipsi historiæ auctoritati atque ornamento sunt. Bene namque Euripid. *Hecuba :*

. . . . *λόγος γὰρ ἐκτ' ἀδοξούντων ἰὼν*
Κἀκ τῶν δοκούντων, αὐτὸς οὐ ταυτὸν σθένει.

. . . . *quod a levibus profecta oratio,*
Et a probatis, non idem valet eadem.

III, quia non spectator modo illarum rerum, quod satis fuisset, sed actor quoque fuit. — IV, quia veritatis amantissimus : multi enim historici multa mentiti sunt mentiunturque (memini illius Senecæ ex libro quarto *Quæstionum naturalium*, cap. 30 : D *Historici cum multa mentiti sunt ad arbitrium suum, unam aliquam rem nolunt spondere; sed adjiciunt, Penes auctores fides erit*), ac proinde qui historiam conscribant, minime digni, cujus prima lex, ne quid falsum audeas, neu quid verum non audeas. — V, quia laborem non oderit; ut nonnulli, quos a præclaris negotiis segnities præcipue deterret, cum ingenuis ipsa rerum difficultate crescat animus. Vel dicamus, Nilum tribus uti rationibus : quod rerum ipsarum actor, quod verax, quod impiger, quarum priores duæ ex illis : *Tu enim quandiu*, etc., colliguntur.

(4) Veritas et justitia hic idem sonant, quod sæpissime in divinis Litteris, quarum hunc auctorem esse perstudiosum, et amare sacras illas loquendi formas, certum est : *Ambulare in veritate, Facere veritatem et justitiam, Sic decet nos implere omnem justitiam*, nihil sunt aliud, quam colere sanctimoniam, et omni virtute excellere. Aristoteles item v

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ἄν τε γὰρ τοὺς ἔξωθεν, ἄν τε τοὺς ἡμετέρους ἡγεμόνας ἐνθυμηθῇς, οὐδαμῶς ἀτιμάσεις τὴν ἱστορίαν· καὶ αὐτοὶ γὰρ κἀκεῖνοι ἐπὶ τὸ συγγράφειν καθῆκαν ἑαυτοὺς, οὐ μικρὰ τὸν ἀνθρώπινον βίον ἐκ τοιούτων ὀνήσειν οἰόμενοι. Καὶ ἁπλῶς δὲ εἰπεῖν, οἱ μὲν ἠθικοὶ τῶν λόγων, ὅσοι ἢ ἀρετὴν ἐπῄνεσαν ἢ κακίαν διέβαλον, καλοί τέ εἰσι καὶ θαυμάζεσθαι δίκαιοι· εἰ δὲ καὶ δυνατὸν κατὰ τούτους τοὺς ἀνθρώπους βιῶναι, ἐνταῦθα δὴ πολὺς ὁ λόγος, τινῶν ἀξιούντων μὴ δύνασθαι τὰ πράγματα διὰ τέλους συμβαίνειν τοῖς λόγοις. Οἷς δὲ ἐμέλησε πράξεις ἀνδρῶν ἀναγράφειν, ἐξ ὧν ἀρετὴν καὶ κακίαν, τὴν μὲν ἔστιν ἑλέσθαι, τὴν δὲ φυγεῖν, τοῖς τοιούτοις ἀντιλέγειν οὐ πάνυ τοι ῥᾴδιον, ὅτι μὴ λογισμοῖς, ἀλλὰ πράγμασι πείθουσιν· οἷς ἐρίζειν μανία σαφής. Ὡς οὖν τὰ μέγιστα ὀνήσων τὸν ἀνθρώπινον βίον, ἂν μὴ κατ' ἐλπίδας τὰ παρόντα ἐκβῇ, ἐξ ὧν ἔστι τούς τε ἄλλους εὖ ποιεῖν, καὶ τὸ σαυτοῦ διασώζειν ἦθος, ἐλοῦ.

A Quando igitur rebus gestis te non ut spectatorem, sed ut actorem interfuisse constat, quæ tibi acciderunt (5), ea profecto nescire non potes. Dein, quia in omni vita nihil duxisti veritate antiquius, nihil ab ea alienum memorabis. Ad extremum, quia tota de mente socordiam fugasti, quid laboris sit ista litteris amplecti, non reputabis. Nec vero primus, nulloque exemplo facturus es, quod abs te contendimus. Etenim sive ad extraneos, sive ad nostrates (6) belli duces animo te et cogitatione convertas, genus hoc scriptionis minime contemnes. Nam et hi et illi non parum inde humanæ societati consultum iri arbitrantes, huc pariter se demiserunt. Atque ut simpliciter et ingenue dicam quod sentio, morales commentarii, quot-
B quot (7) aut virtutem efferunt, aut vitiositatem insectantur, egregii et in admiratione merito ponendi sunt : verum, possintne homines illorum amussi (8) actiones suas dirigere, de eo magna quæstio est; consentibus nonnullis, quæ sub actionem cadunt, orationi usque ad ultimum non posse exæquari. At quibus cordi fuit res gestas et facta litteris persequi, unde cum virtute conjuncta ad imitandum eligas, cum scelere implicata devites, contra illos 3 dicere difficile est; quod non rationum conclusionibus, sed rebus ipsis persuasionem gignunt; quas impugnare aperta insania est. Quare ut plurimum vitæ humanæ commodaturus, si præsentia spem fefellerint (9), tu ea tibi sumito, per quæ et aliis benefacias, et animi ingenium conserves.

Jacobi Pontani notæ.

Νικομαχείων illud Theognidis in proverbium abiisse ait :

Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρέτ' ἐστί.

Justitia in sese virtutes continet omnes.

(5) Quod nimirum ad III et IV libros attinet, quæque et supra intellexit, illis verbis, *quæque nostro ævo contigerunt*. Quæ enim libro secundo narrantur, etsi ejus res sunt propemodum omnes, tamen non etiam ejus nomine, quemadmodum reliquæ, patratæ sunt. Omitto, multa exponi etiam in primo, a Cantacuzeno gesta magnifice, sapienter, fortiter ac feliciter, ut pene majorem partem ejus solius, quam Andronici Junioris historia censeri possit.

(6) Qui de rebus suis ipsimet historiam contexuerunt, seu exercitus duxerint, seu non duxerint, proferri possunt alieni a vero Deo Xenophon, Julius Cæsar. Adrianus, ut a Spartiano traditum est, tam cupidus fuit famæ celebris, ut libros vitæ suæ a se scriptos libertis suis litteratis dederit, jubens ut eos nominibus suis publicarent. Arrianus in Periplo Rubri maris. Multa de se Judæi duo, Josephus in libris *De bello Judaico*, et libro de Vita sua; Philo, *De legatione ad Caium*; imo et antiquissimi illi Moses et Josue Israelitarum duces. Inter Christianos divus Augustinus in libris *Confessionum* non pauca de se memorat. Item Carolus IV imperator Vitam suam descripsit; multi duces navigationes suas et bella in India, quidam peregrinationes suas. Est autem prope idem, cum filii parentum res et facta conscribunt : quod Anna Alexii Comneni Imperatoris Constantinopolitani filia erudite et eleganter præstitit. Quæ historia nondum est, quod sciam, Latine edita. Quadrat huc locus M. Tullii ex epistola ad Luceium libro quinto : *Cogar fortasse facere, quod nonnulli sæpe reprehendunt. Scribam ipse de me, multorum tamen exemplo, et clarorum virorum. Sed, quod te non fugit, hæc sunt in hoc genere vitia, et ut verecundius ipsi de se scribant necesse est, si quid est laudandum, et prætereant, si quid forte reprehendendum est.* In quem locum nominat Paulus Manutius ex Plutarcho L. Sullam, qui Commentariorum libros viginti duos de rebus suis composuit. Item M. Scau-
C rum principem illum senatus, qui tres libros de Vita sua præscripsit, quos memorat Cicero in Bruto, et Tacitus in Vita Agricolæ soceri sui. Etiam P. Rutilius, forsitan æmulatione permotus, vitam suam litteris mandavit.

(7) Fortasse eo respicit, quod Cantacuzenus præter illas apologias Christianismi adversus Mahometanos et Judæos, quas habemus, etiam paraphrases in aliquot Aristotelis libros Ethicorum conscripsisse fertur, idque opus in Veneta bibliotheca exstare dicitur. Ut ita præterita ejus scripta cum futuris, minora cum majoribus, si fructum spectes, componantur.

(8) Hæc adversum Stoicos, ut mihi videtur, qui sapientem informant, qualis nunquam exstitit, quod quidem in Senecæ libris clarissime licet perspicere, cujus tamen vita mollior fuit, adeo facilius est magna et mirabilia dicere, quam facere. Plutarchus, quanquam et ipse Stoicus, haud æque rigidus est. Pulchre, ut omnia, M. Tullius in Læ-
D lio : *Sed hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse : neque id ad vivum reseco, ut illi, qui hæc subtilius disserunt, fortasse vere, sed ad communem utilitatem parum. Negant enim quemquam virum bonum esse nisi sapientem. Sit ita sane. Sed eam sapientiam interpretantur, quam adhuc mortalis nemo est consecutus. Nos autem ea quæ sunt in usu, vitaque communi, non ea quæ finguntur aut optantur, spectare debemus.* Et *Offic.* I : *Vivitur enim non cum perfectis hominibus pleneque sapientibus, sed cum iis, in quibus præclare agitur, si sint simulacra virtutis.* Hæc ille. Laudari debent Peripatetici, qui mediocritatem quamdam exigunt, et virtutem ponunt in medio, quod vult Horatius illo versiculo :

Virtus est medium vitiorum, et utrinque reductum.

(Epist. 18, lib. I.)

(9) Quorsum istuc spectet, ex proœmio libri tertii clarebit. Sunt profecto incorruptiora posteri-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

rogatu nostro Jacobus Gretserus, societatis nostræ theologus, et in academia Ingolstadiana professor ordinarius conscripsit. Et hæc fecimus, magis ut candorem nostrum bonis viris probaremus, quam quod illa, qualiacunque sunt, hoc quidem sæculo, et in his terris ad quemquam inficiendum depravandumque valitura formidaremus. Quis enim nescit, etiam qui litteras non didicit, non tum primum, propendente scilicet jam ad occasum imperio, sed multis ante annorum centuriis, pene post octingentesimum statim ab ortu Christi, Orientalem Ecclesiam a Romana secessisse? Feruntur item historici non pauci, hoc nostro partim antiquiores, partim recentiores, quos cum ad unum vel in hæreticis, vel in schismaticis jure numeremus, nullo tamen eorum sine aliquo, omnibus simul sine maximo detrimento Ecclesia Romana carere non potest. Vin' tu audire qui sint? Sozomenus et Socrates Novati perfidiam sectati sunt. Quorum hic non oblata solum, sed interdum etiam quæsita occasione Novatianos libenter laudat, ipsis miracula tribuit, Romanorum pontificum potentiam exagitat : quæ omnia Jacobus Billius eruditus theologus Observationum sacrarum libro primo, capite vicesimo sexto luculenter demonstrat. De Nicephoro Callisto liquet ex Gennadii Apologia pro concilio Florentino, ubi ejus non tam scripta, quam convicia contra Latinos refelluntur, ut de iis quæ sparsim in historiam suam sinistra inseruit, nihil dicam. Zonaram fuisse schismaticum, testari possunt ejus poemata aculeatissima de processione sancti Spiritus, et alia adversus Latinos composita, quæ Genebrardus dum converteret, se criminationes illas omisisse narrat. De Pachymerio idem constare potest ex adjunctis ad Gregoram Latinum. Ea sunt capita, seu loci rerum memoria dignarum, e codice Augustano, carie confecto et mutilo, per singulos libros excerpti : cujus animus in Romanam Ecclesiam qualis fuerit, ex quinto, sexto, et octavo potissimum libris deprehenditur. Nicephorum Gregoram quoque et Nicetam Choniatam eorum monumenta produnt. Adde huc Cedrenum, Glycam, Constantinum Manassem, Joannem et Georgium, Curopalatas, et alios, si quæramus. Nam per illa tempora tam non facile monachum, aut scriptorem a Romana Ecclesia non alienissimum erat invenire in Græcia, quam hodie difficile est præconem verbi Dei, aut professorem catholicum invenire in Saxonia. Et qui tandem fieri potest, ut qui patriarchas Constantinopolitanos schismaticos, appellant sanctissimos, œcumenicos, et principes Ecclesiæ, ipsi ejusdem farinæ non fuerint? Si ego quempiam superintendentem sanctissimi vocabulo afficerem, credo, aliqui, imo plurimi, nec injuria, me Lutheranum, aut Calvinianum esse colligerent. At- A que ut ab historicis abeamus, et ad alios scriptores veniamus, Origenes et Tertullianus quales tandem fuerunt? nonne eorum hæreses exstant? Feruntur *Demonstrationes evangelicæ* Eusebii Pamphili, in quibus aperte et sæpius ἀρειανίζει, quod doctissimus Billius *Observationum* lib. 1, cap. 27, plane ac diserte ostendit. Quid *Demonstrationes evangelicæ?* Statim in ipso principio Ecclesiasticæ ejus Historiæ (quo monumento nihil habemus in republica Christiana illustrius) arianismos aliquot observat tomo tertio *Annalium* Zonaras. Sunt in manibus Monumenta Photii, sunt Theodori Balsamonis, qui Latinos, ut pestilentissimus schismaticus, conviciis passim lacerat. Eosdem ob processionem sancti Spiritus exagitat B etiam nobilis inter theologos Patres Theophylactus Bulgariæ episcopus, et, cujus similiter magnum inter sacros scriptores nomen est, Euthymius. Possum adhuc nominare homilias, et alia scripta hujuscemodi hominum, quæ in Latinum translata leguntur, et ab eruditis proferuntur. Si ergo nec superiorum historiæ, nec istorum commentarii hactenus Ecclesiæ incommodarunt, quin potius (quod res clamat) mirum in modum vehementerque commodarunt, ne a Cantacuzeno quidem magis damnum ullum metuendum, quam fructus, isque non mediocris, ut ex antecedentibus patuit, exspectandus est. Rerum gestarum, ac vetustiorum temporum, utilem, necessariamque cognitionem persequimur et inquirimus : si quid interdum in iis minus C commendabile aspergitur, id tota mente aversamur atque rejicimus : et calamo etiam, cum est occasio, notamus atque confodimus. Nec vero ab hoc auctore nostro Ecclesiæ Romanæ, aut Romano pontifici contumeliæ dicuntur, quem *Patrem*, *sanctissimum Dominum*, *tua sanctitas*, *tua beatitudo* vocat, et ut apud eum opinione mala ne sit, elaborat (propter barbaros, Turcas videlicet, in auxilium accersitos, vastatamque bello civili provinciam) cum eo arma adversus infideles pro gloria crucis Christi conjungere cupit; ejus laudationem sibi amplissimo honori ducit : legatos ipsius benigne excipit : cum eodem (Clemente nimirum VI) de synodo habenda, redintegrandaD que Ecclesiarum concordia sollicite, ac reverenter agit. Non, inquam, hic probra, et maledicta jaciuntur : sed dissensio, ac dissidium illud a nobis Latinis jam lippis et tonsoribus etiam notum, aliquoties se exserit, atque a majorum exemplo defensionem, quanquam injustam, petit. Nam si majores

Magnopere a vero, longeque errasse videntur,

ut ait Lucretius, non ideo minoribus pedes in illorum vestigiis ponendi sunt : nisi ipsi quoque cum iisdem in idem se barathrum præcipitare studeant.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

DE VITA JOANNIS CANTACUZENI

EX EJUSDEM HISTORIA.

Genus et familia.

Joannis, Manuelis, et aliorum Cantacuzenorum, ut virorum illustrium et bellicosorum meminit Nicetas. Quos hic noster Cantacuzenus in majoribus suis habet. Idem, Joannem Manuelis imperatoris neptem, alium Joannem Cantacuzenum Isaaci Angeli sororem in matrimonio habuisse. Natus est Byzantii. Patrem a natalibus modeste prædicat lib. III, cum dicit, Οὐ γὰρ τῶν πολλῶν εἷς, *Non erat unus e multis, seu vulgaris :* et alicubi matrem suam Syrgianis appellat θείαν *materteram, seu amitam, seu demum cognatam suam* (liberius enim hac voce utitur, ut docebimus), quam quidem feminam ex libro primo, haud longe ab initio scire licet ad imperatores genus retulisse. Puer adhuc patrem amisit : qui anno ætatis primo supra vicesimum, præfecturæ suæ Peloponesiacæ octavo, in eadem peninsula decessit. Mater dicta est Theodora, cujus avunculus magnus, id est, aviæ maternæ frater, Michael primus Palæologus imperator. Itaque eadem Michaelis soror, et Cantacuzeni proavia. Fuit Theodora mulier prudentiæ majoris, quam pro captu sexus, et tractationi rerum gravium atque magnarum idonea, quam Gregoras recte his verbis celebravit, lib. II : *Quam assistricem conjugi imperator reliquerat, senatoria matrona, et gravitate morum conspicua, et singulari prudentia ornata, ac in rebus dubiis præsenti consilio instructa.* Ejus indignissima vexatio propter filium, et mors lacrymabilis lib. III, cap. 22, 26, 36, exponitur. Nicephori Cantacuzeni, et Manuelis Tarchaniotæ, illius patruelis, hujus consobrini, aut ex sorore nepotis lib. II, cap. 8, meminit. Joannem Angelum ἐξάδελφον, et ἀνεψιὸν similiter appellat, et ex eadem radice prodiisse scribit. Mentio autem sororis est lib. III, cap. 26.

Uxor, liberi, nepotes.

Conjugem habuit Irenen, Andronici Asanis viri illustrissimi, magni ducis, et cum Andronico seniore cognatione conjuncti filiam. Fuit enim Asanes e sorore Andronici natus. Ex ea sustulit liberos sex, mares tres, feminas totidem. Illis nomina fuerunt, Matthæus, Manuel, Andronicus. Atque hic postremus vix duodecimum attingens annum, cum avia paterna in custodiam datus, postmodum pestifera lue per id tempus grassante interiit : reliquorum opera domi bellique multum usus est pater. Uterque ornatur laudibus lib. III, cap. 23. Matthæus Demetrii despotæ, filii Andronici majoris natam Irenen uxorem duxit : quæ filios ei peperit duos, Joannem et Demetrium ; filias ternas, quarum primogenitæ inditum nomen Theodoræ. Matthæum pater imperatorem renuntiavit, deditque id precibus præsertim exercitus : quem tamen Joannes Palæologus hæres legitimus imperio abire coegit. Manueli filiam Syrgis (fuit hic Cypriorum rege procreatus) despondit. Sed id connubium Syrges ante nuptias rescidit. Post, Liberus Triballorum dynastarum potentissimus, filiam suam eidem Manueli desponderi cupit, et despondetur, ut est libro III, cap. 48. Hactenus de maribus. Puellarum trium nomina sunt Maria, Theodora, Helena. Primam Nicephoro Ducæ, Joannis Despotæ filio, Acarnaniæ principi, nondum septennio egresso pactus est. Alteram Orchani Persæ, seu Turcæ potius, Bithyniæ domino tradidit : cujus opibus rem suam sæpenumero sustentavit atque constabilivit. Postremam cum Joanne Palæologo imperatore, annorum quindecim adolescente conjunxit, quem laudat lib. IV, cap. 1. Ex eo matrimonio Andronicus, Manuel, Joannes, Demetrius filii, et Irene filia propagati sunt. Suam cuique trium filiarum peculiarem laudationem impertit : Theodoræ lib. III, cap. 95 ; Helenæ eodem libro, cap. 34 ; Mariæ, quæ adversis casibus propter nequam maritum jactata, tandem eo occiso cum matre monacham Byzantii egit, lib. III, cap. 45.

Honores.

Principio Andronici avi cubiculi sacri præpositus fuit, deinde Andronici nepotis (cujus videtur cœvus) magnus domesticus. Thraciam præfectus, seu prætor gubernavit. Fuit item princeps militiæ imperatoriæ, sive copiarum dux summus. Auctoritas ejus, potestas et existimatio incredibilis, ita, ut eo inconsulto, aut refragante nihil gereretur, ipseque administraret omnia, et esset, non quidem vocabulo (nam id una cum habitu, licet non semel ab Andronico invitatus, et enixe rogatus, constanter fugit), sed opere ipso imperator. Lege cap. 9, lib II. Quo defuncto, procerum ac militum votis Didymotichi obsecutus, itemque aliis de causis (quas profert, dum affectatæ tyrannidis suspicionem a se depellit : depellit autem sæpissime ac disertissime, et tam verisimiliter, ut nihil desideres) purpuram et tiaram induit. Adrianopoli a Lazaro Hierosolymorum, rursum Byzantii ab Isidoro patriarchis coronam imperialem solemni ritu accepit. Quam beate vixerit, in quantis cujusque modi opibus, in quanta hominum admi-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ratione et gloria, ipse clarissimis verbis, lib. III, cap. 53 et 78 edocuit.

Studia, doctrinæ et mores.

In militari disciplina, socio Syrgianne, magistro Angelo usum se narrat : in qua deinde per exercitationem lectionemque longe admodum processit, talisque prorsus extitit imperator, qualem M. Tullius in Pompeiana depinxit : siquidem in eo quoque illa quatuor, quæ in summo imperatore inesse debent, enituerunt, scientia, virtus, felicitas, auctoritas. Talis item, qualem in Strategico gravissimus præceptor militaris Onosander describit cap. 1, castus, temperans, sobrius, frugi, laboriosus, intelligens, minime avarus, nec junior, nec senior, filiorum pater, dicendi peritus, gloria illustris. Qualem præterea de bellico apparatu, cap. 2, Leo imperator. Linguam Latinam calluisse inde conjecturam capio. Etenim res Romanorum imperatorum (ut nos Romanos imperatores appellamus, hoc est eorum qui in Italia et Romæ vixerunt) aliquoties in medium adducit, quas forsitan apud historiæ Augustæ scriptores legit. Et Arego monacho Sabaudo quædam Græce scripta non intelligenti, interpretatur lib. III, cap. 84. Si quis auditione tantum Romanorum facta accepisse, et Græca illa Italice monacho interpretatum esse credere malit, cum eo non contendam : et ita nomine Latinæ linguæ, cujus se scientem quodam loco affirmat, quaque præsidiarios Italos alloquitur Constantinopoli lib. IV, cap. 54, Italica intelligenda erit : sicut per Latinos Itali, et alii, non Græci. Persice quoque, sive Turcice nosse se lib. IV, cap. 10, affirmat. Artem didicisse oratoriam, eloquentia ipsius omni prædicatione digna et in tam præclaris orationibus, totaque scriptione se exserens, demonstrat. Sane quod M. Tullius de Pompeio, idem ego verissime de hoc viro, paucis immutatis usurpavero : *Quantum consilio, quantum dicendi gravitate et copia valeat, in quo ipso inest quædam dignitas imperatoria, vos ex hisce libris sæpe cognoscetis.* Oppida complura, quæ armis resistebant, oris sui facundia subegit : ut quod Cyneas legatus Pyrrho Epirotarum regi, hoc idem pene Andronico imperatori Cantacuzenus fuerit. Et cum oratoris sit historiam scribere, si qua alia, hæc sine controversia oratorie, hoc est prudenter, disposite, diserte, nec invenuste scripta est. Poetas diligenter legisse, Homerum præcipue, et Euripidem, crebrius ex iis prolati versus docent. Sacrarum litterarum scientia non parum imbutum, tot loci apposite inducti argumento sunt. Sed id ex libris aliis sole clarius est, quos nempe contra Mahometanos et Judæos edidit. Fertur insuper in quinque priores *Ethicorum* Aristotelis Paraphrasin conscripsisse. Hæc de studiis et litteris ejus.

Quod ad mores et virtutes attinet, veritatem amavit, ut qui maxime, idque toties testatur ac profitetur. Ejus prudentia e dictis, maximeque e consiliis egregia semper et memoranda versuicitur : digna profecto, cui vel majus committeretur imperium. Fortitudinis, magnanimitatis, ac patientiæ est, quod nusquam ferme abest ab exercitu, manuque sua in hostem pugnat viriliter : nec voluptatibus indulget, et adversis casibus non frangitur : injuriis (potissimum ab Apocaucho, cui tantopere benefecerat, illatis) non succumbit : et invidiam æqua mente sustinet. In bene de se merentes unus omnium gratissimus : quam virtutem in aliis etiam amat, et ideo nulla propemodum pagina gratiarum actionibus vacat. Ad moderationem continentiamque pertinet, quod imperii communionem sibi ab Andronico etiam quartum delatam, recusat. In amicitia colenda constantissimus, Andronicum minorem præcipue, et Amurium Persam Ioniæ Satrapam, sive principem dilexit, fuitque vicissim ambobus supra quam dici potest charus et jucundus. Dilexit eum etiam vehementer e proceribus Triballorum opulentissimus quidam Liberus, ut est lib. III, cap. 42. Beneficentiam ac liberalitatem coluit mirabiliter, et in exercitum de suo sumptum, imperatore vivo mortuoque, sæpius fecit : castella et oppida sua pecunia refecit et instauravit, eidemque imperatori funus amplissimum sua impensa curavit. Aurum quod habere gratis poterat contempsit. Pacis et concordiæ quis illo cupidior? quis Barbaris et idololatris inimicior? Non potest pro dignitate collaudari hujus præstantissimi principis admiranda lenitas, et ad deponendam offensionem, veniamque tribuendam suspicienda facilitas, beneficiorum altissima recordatio, et in gratiis agendis commemoranda sedulitas. Omnia his libris gratiarum actionibus referta sunt. Summa præterea in negotiis procurandis diligentia, et vigilantia, animique religio. Monachismum quantis præconiis, Deus bone, et quidem toties, cohonestat? ac tandem ipse in Manganense monasterium prope Constantinopolim se ultro ac libens includit, cum imperium retinere potuisset, ut videbis lib. IV. Tantum abest, ut eo ipsum Joannes Palæologus victor compulerit, quod quidam hujus nostræ historiæ funditus ignari nugantur. Conjux porro Irene in monasterio a Martha Michaelis primi Palæologi sorore constructo, monacham induit. Ῥωμαίων τυ quidem, ἀλλ' οὐ Ῥωμαϊκὸν βασιλέα, laudas, inquis. Ego vero etiam Agesilaos, Alexandros, Julios, et Pompeios, ethnicos, et idololatras sæpe laudavi : et virtutem vel in hoste amabilem, ejusque exempla a quocunque, et qualicunque sumenda nobis esse confirmo. Est enim eadem semper, nec ejus splendor immortalis cujusquam sordibus potest obsolescere.

Divitiæ.

Incredibile memoratu est, quantæ ejus copiæ, facultates, quanti pecuniæ thesauri fuerint, de quibus variis locis ipse confitetur, et ego virum gravem, vanitatique infensissimum, ad hæc etiam religiosum, mentiri non puto. Insulas, oppida, castella in opibus suis recenset. Pecuniam sane,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quam Byzantii, et in aliis urbibus per Thraciam apud amicos depositam habebat, nec ipsi, qui eamdem diripuerunt, inimici, quam magna esset, pro certo novisse potuerunt. Tritici, hordei, frugum fructuumque infinita illi copia, innumerabiles acervi. Boum pascualium numerat quinque millia, aratorum juga mille, equas pascuales mille quingentas, camelos ducentos, mulos trecentos, asinos quingentos, porcorum quinquaginta, ovium septuaginta millia. Ut jam non sit, cur greges et armenta illius Job miremur. Verum iste apud urbes Thraciæ non unam, sed plures possedit. Vide lib. III, cap. 24, ubi ait, sibi toto imperio Romano sparsas, easque immensas copias atque opes. Et 31 et 36. E supellectili aurea et argentea supra ducenta vasa mutuo dat palatio, capite vicesimo quarto.

Elogia.

Lib. I, cap. 38, Andronicus senior ejus prudentiam in dando consilio admiratur, seque in illo avi materni imaginem intueri asseverat, qui tam celeriter arripuisset, tam apte explicasset, et promptissime transegisset, quæ res postulasset, ut statuerit, si absque successore ex se nato moreretur, suadere proceribus, illum ante alios imperatorem eligendum. Animadvertis igitur Cantacuzenum imperio dignum judicatum, si avum ejus judicavit, cujus in ipso expressum se intueri simulacrum confessus est.

Gregoras, libro nono, de eodem: *Cæteri illa mutatione velut multo mero ebrii insoleuter fortuna sunt abusi. Ille contra, naturali prudentia, et magno ingenio ornatus, se ad veterum præstantiorum virorum mores conformabat, et magnificentia morum, et animi liberalitate. Et cum tunc res ei feliciter successissent, fortunam non lacessivit, neque immodice supercilium arrexit; sed retenta animi gravitate, intra modestiæ limites immotus mansit*, etc.

Rursum, lib. X: *Hac oratione confirmati, omnes strenue ac fortiter hostes invaserunt, in primis vero magnus domesticus Cantacuzenus, qui multis ensibus, multis telis hostium petitus atque impulsus, ipse quidem plurimos hostes prostravit: sed neque clypeo, neque gladio amisso, incolumis e prælio evasit, velut agglutinatus atque infixus equo*, etc.

Et libro undecimo: *Adeo magnorum operum ingeniosa effectrix magni domestici taciturnitas exstitit. Nam aliorum quidem verba umbræ tantum sunt operum, simul atque e lingua prodierint, morientes: viri autem hujus etiam silentium magnas res gerit. Nam ingenii magnitudine et solertia vir ille excellit, revera profundo mentis sulco fruens.* Hæc Gregoras de Cantacuzeno sive amicus adhuc, sive ab ipsamet veritate coactus: nam postea evasit inimicus, ut ex libro quarto constabit, et nos supra in præfatione ipsis Cantacuzeni verbis id docuimus.

Lib. III, cap. 52, a Cabatze Triballo, viro principe, oculus Romanorum vocatur. Eumdem magnifico præconio extollit in epistolis ad papam Romanum et Delfinum Viennensem Bartholomæus legatus, libro quarto, capite secundo.

Præter testimonia de Joanne Cantacuzeno quæ vir pereruditus Jacobus Pontanus Societatis Jesu ex Nicephoro Gregora protulit, ad commendationem Cantacuzeni maxime pertinere visum est fragmentum ejusdem Nicephori ex libro XI, quod edidit V. Cl. deque omni genere litterarum præclare meritus R. P. Dionysius Petavius ejusdem Societatis.

Ὁ μέν τοι βασιλεὺς Ἀνδρόνικος περὶ τὴν πολιορκίαν ἀσχολούμενος τῆς τῶν Ἀκαρνάνων μητροπόλεως πάντα ἐξουρίας εἶχε τὰ εἰς βούλησιν αὐτῷ γε ἰόντα κατὰ τὸ ἐφικτόν. Τοῦ γὰρ μεγάλου δομεστίκου τοῦ Καντακουζηνοῦ παρασπίζοντος καὶ συνδιϊθύνοντος ἄριστα τὴν ἀρχήν, οὐδὲν δεινὸν αὐτῷ τῶν παρεστώτων ἐδόκει δεινῶν. Τήν τε γὰρ χρονίαν ἐν ὑπερορίῳ ἐκστρατείᾳ διατριβὴν καὶ φθορὰν τῆς ἵππου καὶ τοῦ στρατοῦ ἐξιῶς διετίθει, καὶ αὐτὴν ἀπὸ τῶν σπληνὸς πιέζουσαν νόσον συνετῶς αὐτῷ ἐπεκούφιζε· καὶ ἅπαντος τοῦ ἐντεῦθεν ἀπήλλαττε δέους. Καὶ εἴ τις πλήττουσα τὴν καρδίαν ὑπῆρχε φροντὶς κοσμικὴ πάσας ἐξομαλίζων ἐτέλει ῥᾳδίως· καὶ ἐπὶ τούτοις τὰς ἐκ τῶν συγγενῶν τηνικαῦτα παραφυείσας ἐπιβουλὰς μάλα σοφῶς αὐτὸς ἀνείργε, συστέλλων καὶ ἀπαλλάττων εἰς τὰσφαλὲς, πρὶν εἰς ἀκοὰς ἰέναι τῷ βασιλεῖ. Πολλοῖς γὰρ κοσμούμενος ὁ ἀνὴρ τοῖς πλεονεκτήμασιν, ὅσα τε φύσις χαρίζεται, καὶ ὅσα βαθεῖα σύνεσις εὐφυῶς πηδαλιουχοῦσα κοσμεῖ, πρὸς παντὸς ἠγαπᾶτο τοῦ στρατοπέδου· καὶ ἦν οὐδεὶς ὃς οὐ προύτίθει τῆς ἐπ' αὐτοῦ ζωῆς τὴν ἐκείνου· τό τε γὰρ φιλότιμον τῆς δεξιᾶς καὶ τὸ τοῦ ἤθους καρτε-

At Andronicus imperator dum Acarnanum caput obsidet, omnia sibi ex animi sententia, quoad fieri poterat, succedere sentiebat. Etenim adjuvante magno domestico Cantacuzeno, optimeque imperium cum eo moderante, nullum ex iis quibus premebatur incommodis incommodum esse videbatur. Nam et diuturnam illam peregrina in expeditione moram, atque equitum peditumque cladem prudenter admodum relevabat: et illum ex liene morbum eadem solertia lenibat, omnemque inde metum abstergebat: ac si quid externa negotia sollicitudinis aspergerent, eam ille administratione sua facile componebat. Ad hæc cognatorum insidias, quæ tum contra imperatoris caput grassatæ sunt, sapienter repressit, omnibus in tuto collocatis, antequam ad aures imperatoris acciderent. Siquidem multis animi ornamentis vir ille præditus, quæ aut a natura insita sunt, aut exaggeratæ mentis, quæ vitæ nostræ moderatrix optima est, prudentia quæsita, apud militem gratiosus imprimis erat, ut nemo esset qui non ejus vitam ac salutem anteponeret suæ. Nam cum ne in expedi-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tione quidem, tantisque negotiis quidquam de pristina liberalitate animique constantia mutaret, mutabat ille tamen in melius eorum fortunam, qui tum fame ac peste laborabant. Quare omnes una voce qui supererant milites ac duces, ordines æque atque ordinum præfecti servatorem illum, et altorem, ac largitorem appellare, tum ea prædicare, quibus Romanum imperium illustrius fecerat, et, ut summatim complectar, quidquid sub idem tempus ejus viri prudentia confectum est, quæ tam propinqua quam dissita moderando continebat. Etenim dum una cum imperatore Acarnanum urbem obsidet, comprehensi sunt qui tyrannidem cogitabant ac Byzantio imminebant, nec pauci nec obscuri, de quibus plura postea dicenda sunt.

A ρικὸν οὐδ' ἐν ταῖς ὑπερορίοις διατριβαῖς τε καὶ ἀσχολίαις ἀμείβων, ἤμειβεν ὅμως τὰς τύχας τῶν ἐν τοῖς ὅπλοις τῷ τε λιμῷ καὶ λοιμῷ προσταλαιπωρούντων ἔς γε τὸ βέλτιον· καὶ ἦσαν ὥσπερ ἐκ μιᾶς οἱ περιλειπόμενοι βοῶντες ἅπαντες γλώττης στρατιῶται καὶ στρατηγοί, λόχοι καὶ λοχαγοί, σωτῆρα τοῦτον, καὶ τροφέα, καὶ πλουτοδότην, καὶ ὅσα τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν ἐνδοξοτέραν καθίστησι· καὶ ἵν' ὡς ἐν κεφαλαίῳ διεξέλθωμεν, ὅσα ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἡ τοῦ ἀνδρὸς εὐφυῶς κατέπραξε σύνεσις, ἐγγύθεν καὶ πόρρωθεν ὁμοίως διενεργοῦσα. Αὐτοῦ γὰρ ἅμα τῷ βασιλεῖ τὴν τῶν Ἀκαρνάνων πολιορκοῦντος μητρόπολιν, ἐάλωσαν οἱ τυραννίδα μελετήσαντές τε καὶ ἐπιθέμενοι εἰς Βυζάντιον, πολλοί τε ὄντες καὶ οὐ τῶν ἀφανῶν, περὶ ὧν ὕστερον πλατύτερον λέξομεν.

DIGNITATUM AC FUNCTIONUM PALATII

ET ECCLESIÆ CONSTANTINOPOLITANÆ,

Quarum Historicus noster meminit, ex Curopalata et ejus Scholiaste potissimum dilucida explanatio.

Δεσπότης, Dominus. Hæc appellatio imperatori, filiis ejus, fratribus ac generis tribuebatur generatim. Proprie ab imperatoria majestate secundus sic dicebatur, quem recentiores etiam σεβαστὸν vocarunt. Hoc enim semel denotare convenit, imperatores illos Orientis multos titulos honorarios ad suos sibi devincendos excogitasse. In Galliis olim proximus a rege major dominus nominabatur. Græcorum imperatorum exemplo se quoque despotas vicini principes dici voluerunt, præsertim Bulgari et Servii. Qui interdum in Græcorum historiis regio quoque titulo censentur, cum pro despotis Crales, et uxores pro despœnis Cralænæ appellantur; hoc quippe sonat nomen barbarum. Sic a Cantacuzeno Acarnaniæ et Ætoliæ principes despotæ dicuntur. Verum noster historicus Constantinum Andronici filium despotam vocatum scribit, qui post Michaelem fratrem genitus, per cuncta secundas obtineret. Infantem vocant Hispani. Observanda igitur alia notio. Monebimus in Adnotat

B

C

Παραχοιμώμενοι, subaudi τοῦ κοιτῶνος, cubiculi, *Accubitor cubiculi* ad verbum, id est sacri cubiculi, seu excubiarum sacri cubiculi præfectus, principi, seu imperatori a cubiculis, aut præfectus excubitorum, et custodum sacri cubiculi. Caput est puerorum qui in cœtone sunt, et cubiculariorum, habens etiam sibi subditum procubitorem sacri cubiculi. Ita Curopalata. Magnum cubicularium aliqui vocant.

Leunclavius, *Pandecte historiæ Turcicæ* seu *ad Annales Turcicos*: Παραχοιμώμενοι sunt intimi cubiculariі qui augustalibus in cubiculis et ipsi propter

D

imperatores dormiebant. Tale nunc officium est apud Turcarum sultanum ejus cubicularii, qui Thiodar, aut Trohadar appellatur. Is enim et intra cubiculum noctu excubias agit, et pluviam Sultani vestem gestat, ut παραχειμένος, quæ scaramangium vocatur. Ac norunt omnes, qui Portam viderunt Osmanicam, non sultanum modo comitari cubicularium, qui sereno quoque cœlo scaramangium ejus gestat; sed omnes etiam quotidie bassas, et begos, quotiescumque per urbem ad portam equitant, habere pedisequum unum, qui vestem hujusmodi portat, cæteris superinjiciendam vestimentis, si aere mutato forte pluat.

Μέγας δομέστικος, *magnus domesticus*. Varia ejus officia apud Curoplatam vide, variis locis. Nomen domestici ad plures dignitates pertinebat, quæ adjuncto discernebantur, ut cognosces, e quibus magni domestici præcipuum exstitisse, nomen ipsum *magnus* significat.

Πρωτοστράτωρ, *Protostrator*. Absente magno domestico fert imperatoris spatham. Cum itaque imperator est conscensurus equum, comite equorum imperatoris adducente et tenente equum, postquam ascendit imperator, protostrator prehendens freno deducit equum ad quartam, aut quintam usque partem aulæ palatii. Deinde recipiens eum magnus Chartularius, deducit freno ad portam usque aulæ. Similiter etiam facit, cum imperator pedibus iturus est, agens videlicet a porta equum ad eum usque locum, quem ante diximus: ex quo iterum recipit eum protostrator, agens ad eum usque locum, ubi imperator pedes esse solet. Quod si forte pro-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tostratorem abesse contigerit, hoc facit a principio usque ad finem magnus chartularius. Paulo post : Protostrator etiam est defensor cursorum (cursores hoc loco sunt, quicumque nulli agmini, aut signo militari ascripti sunt, sed ipsi castra prosequuntur ultro, exspectantes dum accensi fiant). His enim neque ordinem retinentibus, neque flammeolum (signum militare est, Latina origine, a colore dictum) suum, sed inordinate quodammodo dissolutis, protostrator ipse subsequens, defendit ipsos, si forte bello opprimantur. Propterea enim protostrator etiam appellatur, quod toti ipsi στρατῷ, id est exercitui præeat, et consistat primus. A cursoribus autem omnes res varias quæ futilia nominantur, moris est protostratorem accipere. Nomine φυτιλίων, futilium (est enim Latinum vocabulum) significantur quæcunque res, quæ per se nihili sunt, aut nihil ad rem militarem faciunt, denique impedimenta belli certissima, nisi avertantur. Nam hæc cursores commodius comportant quam milites, quia non hærent signis : et audacius colligunt, quia se legibus non teneri putant. Quamobrem protostratori potestas data est futilia ista auferendi.

Μέγας κοντοσταῦλος, qui Gallice *connétable*, Italice *conestabile*, Latine comes stabuli. Ubi si stabulum pro equili accipias, erit comes stabuli, vel qui præest omnibus copiis equestribus : vel qui præest equitatui imperatoris aulico. Apud recentiores Græcos est dux copiarum auxiliarium, quæ ex Gallia, Sicilia, Italia, facturæ stipendia Orientem petebant.

Μέγας λογοθέτης, *Magnus Logotheta*, cancellarium Latinis vocari λογοθέτην, ait Nicetas lib. VII. Munus magni logothetæ his verbis Curopalata describit : Disponit mandata et bullas aureas, quæ ab imperatore mittuntur ad reges, sultanos, et toparchas. Atque hoc quidem proprium est magni logothetæ ministerium. Quod autem ad rem domesticam, ipsius est efficere, quod imperator mandaverit. Addunt alii esse etiam libellorum magistrum, archivi præfectum, aut tale quippiam. Λογοθέτης exponitur a quibusdam, magister rationum, qui expensas et reditus computat, œconomus, sive procurator, quod magnum erat officium, et politicum.

Λογοθέτης τοῦ στρατιωτικοῦ, *logotheta castrensis*, *Zahlmeister*, *Pfennigmeister*, Gallice *Trésorier du camp*.

Καβαλλάριος, *caballarius* Καβαλλάριον equestrem imperatoris comitatum nominat Curopalata. Ex Italico ducta vox, quæ ipsa a Latina voce manavit. Hujus ergo comitatus præfectus Caballarius dici videtur.

Μέγας παππίας, *Magnus Pappias*. Id est, magnus paterculus, summus ille judex, ad quem commentarienses de personis reorum et numero, de qualitate delictorum, de clausorum ordinibus referre debent. In hanc sententiam accipio nomen Papiæ apud Zonaram, ubi de eo agitur, qui Michaeli Balbo adjutor fuit, ut Leonem Armenum e medio tolleret, imperioque potiretur.

Μέγας Στρατοπεδάρχης, *magnus castrorum præfectus*. Est curator earum rerum, quæ exercitui sunt opus, videlicet alimentorum, instrumentorum et necessariorum omnium. *Proviantmeister*. Exponitur etiam, princeps exercitus, ut sit idem quod στρατιάρχης; nam στρατόπεδον aliquando pro στρατὸς ponitur.

Πρωταλογάτωρ, *summus equitum præfectus*. Voce enim ἄλογον Græci recentiores equum, aut jumentum significant, facta ex ἀλόκου, a verbo halac, quod Orientalibus erat, ire : quia maximus et præcipuus jumentorum usus ad commoditatem itinerum. Turcæ etiam hodie nuntium, seu viatorem appellant hulac. Ex ἀλόκου igitur ἄλογον, id est, brutum κατ' ἐξοχὴν jumentum, aut equus, ut Itali dicunt, *la bestia mia*, pro equus meus. Ex ἀλόγου fit ἀλόγιον equitatus, seu equorum equitumve merus. Præfectus ἀλογάτωρ : summus præfectus, πρωταλογάτωρ.

Σεβαστοκράτωρ, *Augustimperator*, Tertia dignitas ab imperatore, Cæsariana præstantior. Dum imperator βασιλεὺς, σεβαστὸς, Καῖσαρ dictus est, uno eodemque omnes hos titulos obtinente, dignitates officiis, ac non titulis, æstimatæ sunt. Postea vero imperatores luserunt titulis, et honoraria dignitatum nomina sine officiis impertiti sunt arbitratu suo, ut Curopalata his verbis declarat : Despota, sebastocrator, Cæsar ad nullum ministerium tenentur, nisi ad summum aliquem principatum instituantur, puta aut regendo imperio, aut gerendo bello : cujus rei exempla sunt apud Nicephorum Gregoram quam plurima. Ac primum quidem Cæsar fuit secundus ab imperatore (ut hodie rex Romanorum est in Occidenti imperio), et obtinuit hoc ad Alexium Comnenum usque : postea sebastocrator secundus est habitus, et Cæsar tertius esse cœpit, cum Alexius Comnenus Isaacium fratrem Sebastocratora diceret : auctor Zonaras. Postremo despotes, sive dominus, ab imperatore secundus est factus, nempe Alexius Palæologus, cum idem Comnenus filiis maribus carens, Irenem filiam suam primogenitam Alexio huic despondit, eumque titulo despotæ, id est, domini, ornavit, futurum nempe hæredem imperii, nisi morte sublatus esset, teste Gregora lib. III.

Πρωτοψάλτης, *princeps seu primus psallentium*. Ecclesiasticum nomen est, de clero palatii. Forsitan magister chori, aut simile quiddam.

Δομέστικοι, *domestici*. In jure appellantur domestici omnes adjutores, sive administri legitime instituti a justis functionum principibus, in palatio, aut in foro, aut in ecclesia. In palatio, ut magnus domesticus, domesticus mensæ, domesticus scholarum, domesticus murorum, domesticus regionum, etc. In foro, ut domestici judicum, administri. In ecclesia, ut domesticus chori, domesticus januarum, etc., quorum omnium fun-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ctio δομεστίκειον, sive δομεστίκιον, id est, domesticatus dicta est.

Ῥαιφερενδάριος, *referendarius*. Ecclesiasticæ dignitatis nomen, Latine relator, qui allegatur ad imperatorem et sacerdotem maximum.

Πανυπερσέβαστος, *Augustissimus omnium*. Ab Alexio Comneno titulus inventus, ut Michaeli Taronitæ gratificaretur, quod scribit Zonaras tomo III, sub finem. Superior erat omnibus, etiam ipso protovestiario, magno duce, magno domestico, et cæteris.

Πρωτοβεστιάριος, *protovestiarius*. Hujus officium sic describitur : Ascendente igitur imperatore, ut declaratum est, ad oratorium, protovestiarius, qui pilaticia, quæ imperatoris prospectum obtegunt, aut sceptra judicialia tenet, ut in altum subvecta sunt, dextra manu sua educens ea, e prothyro ostendit populo, demonstrans hoc signo, ascendisse imperatorem in oratorium. Hic autem in oratorio, si imperator aut suum ipsius stemma, aut aliquod aliud gestamen suum gestaturus est, protovestiarius, inquam, sumit illud a ministris rucharii, et imperatori tradit : neque id solum in tempore ejusmodi festorum dierum, verum etiam semper ita facit. Id vero etiam proprium et singulare habet, quod si quid alienum viderit, aut lutum, aut quid aliud ad imperatoris vestem, deponens ille umbellam, aut tegmen capitis sui, extenta manu tollit, aut purgat illud non rogatus. Ex omnibus vero aliis principibus nemo auctoritatem habet faciendi istud, sed ille solus. *Pilaticia* est opus e margaritis cum fimbria, in longitudinem minus spithama, in latitudinem autem palmo, quæ rex Medorum gestabat, similiterque judices, quemadmodum olim duces exercitus gestabant torques, honorem ipsorum demonstrantes. Τὸ ῥοῦχον suprema vestis, species vestis e Germania apportata, unde Germanicum nomen retinuit, *Rock*. Hinc ῥουχαρεῖον vestiarium speciali nomine a Curopalata appellatur, quia latius patet nomen vestiarii apud recentiores Græcos.

Protovestiarius, ut agamus dilucidius, regio vestitui præerat, quod hodie cubiculariorum videtur munus. Sæpe rebus maximi momenti adhibebantur, et res per eos non vulgares gerebantur, ut in Lecapeno et Leone Basilii filio apud Cedrenum videre est. In Constantino, Romani filio protovestiarii dignitas proxima a domestico scholarum, et accubitore, biglæ drungario superior ostenditur. Inveni, qui scriberet, protovestiarium fuisse thesaurarium, seu thesauro præfectum, quia βεστιάριον ærarium vocetur, seu thesauri repositorium, ταμιεῖον. Quod ego quidem in aliquo vel auctore, vel glossario nondum legi.

Δικαιοφύλαξ. Ad verbum, *custos legum et juris*, de quo magistratu nihil habet Curopalata.

Λογαριάστης, *logariastes*. A Curopalata additur, τῆς αὐλῆς, aulæ, seu palatii. Rationes init omnium stipendiatorum qui in aula sunt, si quid deest ulli de stipendio ejus, aut ad servitium ejus, cujus causa stipendia facit. Apud Nicetam et φροντιστὴς καὶ λογιστής. Valere putant idem, quod quæstor, aut receptor generalis, aut quod Germanis est *Kammermeister*. Inde clarum quis μεγαλογαριάστης.

Ἀποκρισιάριος, *apocrisiarius*. Sic jurisconsulti Græci cum nominant, qui legationibus audiendis referendisque ad imperatorem, et responsis ab eo dandis constitutus est.

Χαρτοφύλαξ, *præfectus chartis*. Qui tabulas habet chartaceas, ad jura ecclesiæ pertinentes, chartarum custos, qui privilegia et similia asservat, præfectus scriniorum, judex idem causarum ecclesiasticarum, et quæstionum matrimonialium, defensor in clericorum causis, veluti manus summi sacerdotis dextra. Hinc μέγας χαρτοφύλαξ.

Δομέστικος τῆς τραπέζης, *dapifer*, aut simile habens officium, ut suspicor.

Δρουγγάριος, *drungarius*. Δρουγγὰς seu δρουγγὸς Orientale nomen, cœtum hominum una commeantium significans, et cœtus illius princeps vocatur dargon, vel dorgon, ex quo drungarius facta epenthesi τοῦ ν pro γ geminato. Quidam vocant tribunum militum. Drungus globum significat, ait Turnebius libro vicesimo quarto capite vicesimo quinto. Vopiscus in Probo : Triumphavit de Germanis et Blemils, omnium gentium drungos, usque ad quingenarios homines ante triumphum duxit. Vegetius libro tertio capite decimo sexto : Scire debet dux hostium, contra quos drungos (male scriptum, drunos), hoc est, globos hostium, quos equites oporteat ponere. Hinc Drungarius biglæ, Drungarius classis, qui præsunt globis vigilum et classiariorum.

De hac voce Leunclavius in *Pandecte ad Annales Turcicos :* Dico, Turcis Agelarios esse sua lingua, qui Græcis erant vel Drungarii, vel Druncarii potius. Eos Leo Sapiens Augustus in libro suo *De apparatibus bellicis*, capite 3, num. 42, 43, 45, olim dictos fuisse tradit chiliarchos, quod militibus mille præessent : et druncum chiliarchiam. Latini chiliarchos vocabant tribunos, qui nunc colonelli sunt. Druncum (sic enim pronuntiabat Zygoma as, et druncarium, non drungum, vel drungarium, quod vulgo fieri solet) sic appellatum arbitror a trunco, sive baculo, sive sceptro : quemadmodum hodieque regimentum vocamus tam ipsius tribuni baculum (vitem dixere puto Romani) quem ceu magistratus insigne gestat, quam illum signorum, militumque numerum, qui ad constituendum regimentum requiritur. Ideoque druncus est regimentum militum, cujus caput est druncarius, olim tribunus, nunc colonellus, aut regimenti præfectus.

Μέγας ἑταιριάρχης, *magnus sodalitatis princeps*. Antequam e cella sua imperator exeat, protovestiarites adest in triclinio cum magno hetæriarcha et primicerio aulæ. Postquam vero egressus est, et constitit imperator, egrediens protovestiarites ac-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

cersit honoratissimos principes ad circumstationem. Lege cætera, et infra. Hic vero excipit etiam perfugas advenientes ex omni parte, ac propterea etiam hetæriarches nominatur, velut ἑταίρους, sive amicos excipiens.

Βαράγγοι, *barangi*. In festo Occursus (Purificationis) discedit imperator in Blachernarum templum, barangis quoque sequentibus. Atque hi quidem ubique imperatorem equitantem prosequuntur, ferentes humeris secures suas. Erant ergo custodes, satellites, aut stipatores imperatoris bipenniferi; eorum præfectus ante illos imperatorem sequebatur, et ideo ἀκόλουθος dicebatur.

Πιγκέρνης, *pincerna*, a poculis. Quod si imperatorem oportet bibere, pincerna ministrat illud : ac non diebus festis solum, verum etiam semper imperatore cibum sumente miscet, si præsens est. Ac vetere quidem more hic extra civitatem imperatorem sequens ferebat poculum castrense, catena vinctum : ut si cum opus esset bibere, ex fonte, aut fluvio daret, ac biberet. Hoc autem in præsentia non fit.

Ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης, *mensæ præfectus*. Serviebat etiam imperatori ad mensam. Præbebat missum magnus domesticus primus proxime imperatorem : post eum domesticus mensæ; et post hunc præfectus mensæ, et quæ apud Curopalatam sequuntur.

Δομέστικος θεμάτων ἑσπερίων, *domesticus thematum occidentalium*. Quæ florente adhuc imperio Romano τάγματα, sive legiones dictæ, postmodum imminuta Heraclii temporibus Romana potentia, et truncato imperio θεμάτων nomen acceperunt, carentes jam veteri amplitudine sua. Vide libellum Constantini Porphyrogennetæ de Thematibus, sive de agminibus militaribus per imperium orientale distributis. Hic præfectus hujuscemodi agminum per Occidentis urbes distributorum intelligendus est.

Μέγας διοικητής, *magnus administrator, sive procurator*. Nihil de hoc Curopalata.

A Μέγας δοὺξ, *magnus dux*. Quemadmodum magnus domesticus princeps, et caput ad universum fossatum (quid sit *fossatum*, suo loco explicabitur), sic etiam hic ad universum mare. Ac cæteri quidem principes aliis rebus instituti, ut capita, præferunt consuetum imperatoris flammeum, aut exercitus flammeum cum ignitis telis. Magnus dux contum præfert imperatoris insidentis equo. Habet autem subjectos sibi magnum drungarium classis, ameralium, etc. Vide Curopalatam, et scholiasten.

Πρωτοσέβαστος, *primaugustus*. Nullum ministerium habet, quia non functio est palatio militans : sed dignitas honoraria, quam non ministerii aut ordinis necessitas facit, sed imperatoris εὐδοκία.

B Μέγας χαρτουλάριος, *magnus chartularius*. Equum imperatoris a protostratore susceptum, etc. Vide quæ supra in protostratore dicta sunt. *Stallmeister* Germanis dici putat scholiastes. Zonaras in Leone Isauro, tomo tertio *Annalium* posterioribus temporibus τὸν τῶν βασιλικῶν ἱπποκόμων ἐπιστατοῦντα appellatum tradit.

Πριμικήριος αὐλῆς, *aulæ primicerius*. Habet quidem in circumstatione administrationem, qualem ante diximus, ordine vero collocat etiam omnes qui in aula sunt. Ut enim princeps suum quisque et constitutum locum ad circumstandum habet : sic etiam ordines qui in aula sunt, singuli proprium suum locum obtinent.

C Πρωτοκυνηγός, *venatorum princeps, jägermeister*. Imperatore conscendente equum nemo alius præter hunc stapiam tenet cum præsens est. Præest vero iis venatoribus, qui curatores canum appellantur. Quod si quando imperatoris, cum in venatione est, vestem aliquam sanguine aspergi contigerit, eam hic venator accipit ex beneficio.

Πραίτωρ δήμου, *prætor populi*. Nullam administrationem habet in aula palatina, sed in urbe, et urbanam solum.

LECTORI.

Nilus et Christodulus ficta nomina sunt, qualia apud veteres in dialogis et epistolis plurima. Christodulus mihi Cantacuzenus est, utpote qui curis illustribus defunctus, decursisque vitæ palatinæ malefidis honoribus, Christo sibique in posterum vacare statuens, nobilem illam servitutem amplexus est, quæ mera viri sapientis libertas haberi debet. Nilus, a quo se ad scribendum impelli fingit, monachi nomen, ut cuivis obvium est.

—

ΝΕΙΛΟΣ ΧΡΙΣΤΟΔΟΥΛΩ.

D Ἐπειδή σε βούλεσθαι οἶδα μηδὲν τῶν ἡμετέρων ἀγνοεῖν, εἰ καὶ μηδέν τι γενναῖον ἔχοιμεν λέγειν, ἄγε ἔνεστι σιωπᾷν οὐ θέμις· οἶσθα τοὺς περιπάτους οὓς ἑκάστοτε μετὰ τῶν φίλων ποιούμεθα· ἐν οἷς πολλὰ, τὰ μὲν σπουδῇ, τὰ δὲ παιδιᾷ προσήκοντα λέ-

1 *NILUS CHRISTODULO S.*

Quoniam probe scio te res nostras omnes, quales quales, etiam avere cognoscere, desiderio tuo morem geram : tacere enim non licet. In quotidianis ambulationibus, quas, quod te non fugit, cum familiaribus conficere consuevimus, multi nobis

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

sermones, et eorum partim graves ac serii, partim hilares ac jocosi incidere solent. Forte evenit, ut quibusdam de bello imperatorum disserentibus, quoniam modo primitus conflatum, ac tantis postea incrementis auctum : et quid tandem generosas illas animas ad naturam exuendam impulisset : ab utro præterea belli inferendi initium, et hic, an ille ad reconciliationem concordiæ propensior paratiorque fuisset, avum hi, nepotem illi in reprehensionem vocarent. Qua ego dissertatione commotus, eos desidiæ condemnavi, qui inde a primordio singula explorate percepta animoque comprehensa cum haberent, nullam eorum memoriam posteritati reliquissent. Sed et de his quoque in utramque partem ratiocinari possumus, id quod de discipulis Euclidis aiunt (1). Te porro nos 2 hac molestia expedire, et summa cum brevitate quæque sub imperatoribus illis, quæque nostro ævo contigerunt exponendo, tanquam compendiaria via ad veritatem solam liquido percipiendam deducere, æquitatis ratio postulat. Tu enim et quandiu publico functus es munere (2), salus imperii fuisti : et hodie posteaquam decursis honoribus tuipsius esse cœpisti (3), vitam et mores tuos veritatis ac justitiæ exemplar (4) effecisti.

A γεται. Ἐν τούτοις τινῶν τὸν τῶν βασιλέων διεξιόντων πόλεμον, ὅπως τε τὴν ἀρχὴν συνέστη, καὶ ἠκμασεν εἰς τοσοῦτον, καὶ τί τὸ πεῖσαν τοὺς γενναίους ἀγνοῆσαι τὴν φύσιν· καὶ πότερος αὐτῶν μάχης ἤρξατο· καὶ τίς πρὸς διαλλαγὰς ὀξύτερος, ὁ μὲν τὸν πάππον, ὁ δὲ τὸν νεώτερον αἰτίαις ἐνέχεσθαι ἠξίουν. Ἐγὼ δὲ ἀκούων, ἐπλήγην τοῖς λόγοις, ῥᾳθυμίαν κατεγνωκὼς τῶν ἀνδρῶν, οἳ παρηκολουθηκότες τοῖς πράγμασιν ἐξ ἀρχῆς, οὐ κατέλιπον τῷ βίῳ τὴν τῶν πεπραγμένων διήγησιν· ἀλλ' ἔστι καὶ περὶ ἐκείνων διπλᾶ λογίζεσθαι, καθάπερ καὶ περὶ τῶν Εὐκλείδου φασίν. Ἀλλὰ σὺ δίκαιος ἂν εἴης ἀπαλλάττων πραγμάτων ἡμᾶς, τά τε ἐπὶ τῶν βασιλέων, τά τε ἐφ' ἡμῶν γεγονότα διδάξας. Τὸ δ' ἂν γένοιτο, ἐπιτομωτάτῃ χρησάμενος ὁδῷ τινι συγγραφῆς, δι' ἧς μόνης ἔξεστι B τἀληθὲς εὑρεῖν· καὶ ὅτε γὰρ τὰ κοινὰ διετέλεις πράττων, σωτηρία τοῖς πράγμασιν ἦσθα· καὶ νῦν σαυτοῦ γεγονὼς, ἀληθείας καὶ δικαιοσύνης παράδειγμα τὸν βίον κατέστησας τὸν σαυτοῦ. Ὡς μὲν οὖν τῶν γεγονότων καὶ νομιζόμενος καὶ ὢν αὐτουργὸς, οὐκ ἀγνοήσεις δήπου τὰ σά· ὡς δὲ μηδὲν τῆς ἀληθείας διὰ βίου πρότερον ἡγησάμενος, τἀληθὲς ἐρεῖς· ὡς δὲ ῥᾳθυμίαν ἐξορίσας παντάπασι τῆς ψυχῆς, οὐ λογιῇ τὸν ἐπὶ τῷ πράγματι πόνον. Ἔστι δὲ καὶ εἰς παράδειγμα τὴν ἡμετέραν ἱκετείαν ἀνενεγκεῖν.

Jacobi Pontani notæ.

(1) Locus tenebricosior, quem sic explicandum opinor. Qui bellum inter avum et nepotem gestum, cum haberent perspecta et comperta omnia, scriptis tamen non commendarunt, eorum consilium vel laudare licet, vel reprehendere : sicut de Euclidis sectatoribus dictitatur : nempe illos solitos διπλᾶ λογίζεσθαι. Nam Euclides ille Megarensis atque Socraticus, princeps et parens philosophorum quorumdam fuit, qui, quod disputatores contentiosi essent, et in contradicendo liberi, ἐριστικοὶ sunt appellati, ut docet Laertius. Est autem contentiosorum ingenium probare, quæ alii improbent, et improbare quæ alii probent. Placet enim articulum τῶν genere virili, de discipulis, non de dogmatis Euclideis accipere : ut personas cum personis potius, quam personas cum re comparare videatur. Porro τὸ ἐκείνων ad Andronicos imperatores (ut sensus sit, quæsitum esse ab illis, uter horum bello causam et originem attulerit, et in utramque partem de iis disputari posse, sicut de Euclidis placitis solet) apte referri posse arbitror.

(2) De officio magni domestici, seu megadomestici intelligendum est. In quo tantum potestatis et auctoritatis habuit (etsi id non ratione officii) ut imperium penes Andronicum Juniorem nomine solo, penes ipsum re fuisse appareat, lib. II potissimum. Nec semel ipsemet summam rempublicam etiam Andronico superstite ab se administratam gloriatur. Qui autem Græca vel primoribus labris attigerunt, eos non fallit, vocem πράγματα frequenter in eo sotere poni, in quo respublica et imperium ponuntur. Porro verbum σωτηρία etiam ei tempori tribuendum est, quo partim ut tutor impuberum Andronici filiorum, partim ut imperator postea communi præfuit. Sed ut hæc, ita quæ sequuntur ad alium neminem, quam ad Cantacuzenum pertinent. Αὐτουργόν enim nominat, qui res scilicet ipsas gesserit; et addit : Οὐκ ἀγνοήσει; δήπου τὰ σά, *non utique ignorabis res tuas.*

(3) De monachismo Cantacuzeni hæc interpretor, quem se medullitus expetere toties testatur, et sub finem libri IV, cap. 42, cum conjuge amplectitur. In eo vitæ cursu maxime licet homini suum esse, secumque habitare, nec se extra quærere. C Libro III, ubi de eadem re agit, ἀφανείᾳ συζήσω τὸν πάντα βίον, κατ' ἐμαυτὸν διάγων · *vivam ignotus vitæ reliquum, et vivam mihimetipsi.* Quinque autem argumentis fingitur Nilus quidam, amicus Christodulo (hoc est, Joanni Cantacuzeno Christi servo) hanc historicam scriptionem suadere ac persuadere. I et II, quia vir illustrissimus atque optimus est, quales scriptores ipsi historiæ auctoritati atque ornamento sunt. Bene namque Euripid. *Hecuba :*

. . . . *Λόγος γὰρ ἐκ' ἀδοξούντων ἰὼν*
Κἀκ τῶν δοκούντων, αὐτὸς οὐ ταυτὸν σθένει.

. . . . *quod a levibus profecta oratio,*
Et a probatis, non idem valet eadem.

III, quia non spectator modo illarum rerum, quod satis fuisset, sed actor quoque fuit. — IV, quia veritatis amantissimus : multi enim historici multa mentiti sunt mentiunturque (memini illius Senecæ ex libro quarto *Quæstionum naturalium*, cap. 30 : D *Historici cum multa mentiti sunt ad arbitrium suum, unam aliquam rem nolunt spondere; sed adjiciunt, Penes auctores fides erit*), ac proinde qui historiam conscribant, minime digni, cujus prima lex, ne quid falsum audeas, neu quid verum non audeas. — V, quia laborem non oderit; ut nonnulli, quos a præclaris negotiis segnities præcipue deterret, cum ingenuis ipsa rerum difficultate crescat animus. Vel dicamus, Nilum tribus uti rationibus : quod rerum ipsarum actor, quod verax, quod impiger, quarum priores duæ ex illis : *Tu enim quandiu*, etc., colliguntur.

(4) Veritas et justitia hic idem sonant, quod sæpissime in divinis Litteris, quarum hunc auctorem esse perstudiosum, et amare sacras illas loquendi formas, certum est : *Ambulare in veritate, Facere veritatem et justitiam, Sic decet nos implere omnem justitiam*, nihil sunt aliud, quam colere sanctimoniam, et omni virtute excellere. Aristoteles item V

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ἄν τε γὰρ τοὺς ἔξωθεν, ἄν τε τοὺς ἡμετέρους ἡγεμόνας ἐνθυμηθῇς, οὐδαμῶς ἀτιμάσεις τὴν ἱστορίαν· καὶ αὐτοὶ γὰρ κἀκεῖνοι ἐπὶ τὸ συγγράφειν καθῆκαν ἑαυτοὺς, οὐ μικρὰ τὸν ἀνθρώπινον βίον ἐκ τοιούτων ὀνήσειν οἰόμενοι. Καὶ ἁπλῶς δὲ εἰπεῖν, οἱ μὲν ἠθικοὶ τῶν λόγων, ὅσοι ἢ ἀρετὴν ἐπῆνεσαν ἢ κακίαν διέβαλον, καλοί τέ εἰσι καὶ θαυμάζεσθαι δίκαιοι· εἰ δὲ καὶ δυνατὸν κατὰ τούτους τοὺς ἀνθρώπους βιῶναι, ἐνταῦθα δὴ πολὺς ὁ λόγος, τινῶν ἀξιούντων μὴ δύνασθαι τὰ πράγματα διὰ τέλους συμβαίνειν τοῖς λόγοις. Οἷς δὲ ἐμέλησε πράξεις ἀνδρῶν ἀναγράφειν, ἐξ ὧν ἀρετὴν καὶ κακίαν, τὴν μὲν ἔστιν ἑλέσθαι, τὴν δὲ φυγεῖν, τοῖς τοιούτοις ἀντιλέγειν οὐ πάνυ τοι ῥᾴδιον, ὅτι μὴ λογισμοῖς, ἀλλὰ πράγμασι πείθουσιν· οἷς ἐρίζειν μανία σαφής. Ὡς οὖν τὰ μέγιστα ὀνήσων τὸν ἀνθρώπινον βίον, ἂν μὴ κατ' ἐλπίδας τὰ παρόντα ἐκβῇ, ἐξ ὧν ἔστι τούς τε ἄλλους εὖ ποιεῖν, καὶ τὸ σαυτοῦ διασώζειν ἦθος, ἐλοῦ.

A Quando igitur rebus gestis te non ut spectatorem, sed ut actorem interfuisse constat, quæ tibi acciderunt (5), ea profecto nescire non potes. Dein, quia in omni vita nihil duxisti veritate antiquius, nihil ab ea alienum memorabis. Ad extremum, quia tota de mente socordiam fugasti, quid laboris sit ista litteris amplecti, non reputabis. Nec vero primus, nulloque exemplo facturus es, quod abs te contendimus. Etenim sive ad extraneos, sive ad nostrates (6) belli duces animo te et cogitatione convertas, genus hoc scriptionis minime contemnes. Nam et hi et illi non parum inde humanæ societati consultum iri arbitrantes, huc pariter se demiserunt. Atque ut simpliciter et ingenue dicam quod sentio, morales commentarii, quot- B quot (7) aut virtutem efferunt, aut vitiositatem insectantur, egregii et in admiratione merito ponendi sunt : verum, possintne homines illorum amussi (8) actiones suas dirigere, de eo magna quæstio est; censentibus nonnullis, quæ sub actionem cadunt, orationi usque ad ultimum non posse exæquari. At quibus cordi fuit res gestas et facta litteris persequi, unde cum virtute conjuncta ad imitandum eligas, cum scelere implicata devites, contra illos 3 dicere difficile est; quod non rationum conclusionibus, sed rebus ipsis persuasionem gignunt; quas impugnare aperta insania est. Quare ut plurimum vitæ humanæ commodaturus, si præsentia spem fefellerint (9), tu ea tibi sumito, per quæ et aliis benefacias, et animi ingenium conserves.

Jacobi Pontani notæ.

Νικομαχείων illud Theognidis in proverbium abiisse ait :

Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρέτ' ἐστί.

Justitia in sese virtutes continet omnes.

(5) Quod nimirum ad III et IV libros attinet, quæque et supra intellexit, illis verbis, *quæque nostro ævo contigerunt*. Quæ enim libro secundo narrantur, etsi ejus res sunt propemodum omnes, tamen non etiam ejus nomine, quemadmodum reliquæ, patratæ sunt. Omitto, multa exponi etiam in primo, a Cantacuzeno gesta magnifice, sapienter, fortiter ac feliciter, ut pene majorem partem ejus solius, quam Andronici Junioris historia censeri possit.

(6) Qui de rebus suis ipsimet historiam contexuerunt, seu exercitus duxerint, seu non duxerint, proferri possunt alieni a vero Deo Xenophon, Julius Cæsar. Adrianus, ut a Spartiano traditum est, tam cupidus fuit famæ celebris, ut libros vitæ suæ a se scriptos libertis suis litteratis dederit, jubens ut eos nominibus suis publicarent. Arrianus in Periplo Rubri maris. Multa de se Judæi duo, Josephus in libris *De bello Judaico*, et libro de Vita sua; Philo, *De legatione ad Caium*; imo et antiquissimi illi Moses et Josue Israelitarum duces. Inter Christianos divus Augustinus in libris *Confessionum* non pauca de se memorat. Item Carolus IV imperator Vitam suam descripsit; multi duces navigationes suas et bella in India, quidam peregrinationes suas. Est autem prope idem, cum filii parentum res et facta conscribunt : quod Anna Alexii Comneni Imperatoris Constantinopolitani filia erudite et eleganter præstitit. Quæ historia nondum est, quod sciam, Latine edita. Quadrat huc locus M. Tullii ex epistola ad Luceium libro quinto : *Cogar fortasse facere, quod nonnulli sæpe reprehendunt. Scribam ipse de me, multorum tamen exemplo, et clarorum virorum. Sed, quod te non fugit, hæc sunt in hoc genere vitia, et ut verecundius ipsi de se scribant necesse est, si quid est laudandum, et prætereant, si quid forte reprehendendum est.* In quem locum nominat Paulus Manutius ex Plutarcho L. Sullam, qui Commentariorum libros viginti duos de rebus suis composuit. Item M. Scau- C rum principem illum senatus, qui tres libros de Vita sua præscripsit, quos memorat Cicero in Bruto, et Tacitus in Vita Agricolæ soceri sui. Etiam P. Rutilius, forsitan æmulatione permotus, vitam suam litteris mandavit.

(7) Fortasse eo respicit, quod Cantacuzenus præter illas apologias Christianismi adversus Mahometanos et Judæos, quas habemus, etiam paraphrases in aliquot Aristotelis libros Ethicorum conscripsisse fertur, idque opus in Veneta bibliotheca exstare dicitur. Ut ita præterita ejus scripta cum futuris, minora cum majoribus, si fructum spectes, componantur.

(8) Hæc adversum Stoicos, ut mihi videtur, qui sapientem informant, qualis nunquam exstitit, quod quidem in Senecæ libris clarissime licet perspicere, cujus tamen vita mollior fuit, adeo facilius est magna et mirabilia dicere, quam facere. Plutarchus, quanquam et ipse Stoicus, haud æque rigidus est. Pulchre, ut omnia, M. Tullius in Læ- D lio : *Sed hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse : neque id ad vivum reseco, ut illi, qui hæc subtilius disserunt, fortasse vere, sed ad communem utilitatem parum. Negant enim quemquam virum bonum esse nisi sapientem. Sit ita sane. Sed eam sapientiam interpretantur, quam adhuc mortalis nemo est consecutus. Nos autem ea quæ sunt in usu, vitaque communi, non ea quæ finguntur aut optantur, spectare debemus.* Et *Offic.* I : *Vivitur enim non cum perfectis hominibus pleneque sapientibus, sed cum iis, in quibus præclare agitur, si sint simulacra virtutis.* Hæc ille. Laudari debent Peripatetici, qui mediocritatem quamdam exigunt, et virtutem ponunt in medio, quod vult Horatius illo versiculo : *Virtus est medium vitiorum, et utrinque reductum.*

(Epist. 18, lib. I.)

(9) Quorsum istuc spectet, ex proœmio libri tertii clarebit. Sunt profecto incorruptiora posteri-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

CHRISTODULUS NILO S. (10).

Cum legissem litteras tuas, mi Nile, præclaram indolem tuam amplexatus sum. Nam velle discere quæ superiore et hac nostra ætate (11) Romanorum imperatoribus acciderint, optantis est veri notitiam adipisci. Admirabilia siquidem et inaudita prorsus, superiorumque imperatorum casibus dissimillima eis evenerunt : in quibus præter rationem, et opinionem, tum in subitis rerum conversionibus, tum in hominum moribus plurima cernas, quando hi sese ad penitus inconcussam et immobilem (12), ac nullis mutationibus expugnabilem constantiam pulcherrime composuerunt : alii plane secus continenter huc illuc Euripi instar fluitarunt (13). Enimvero si quis illi perturbatissimo statui diligenter attendere animum voluerit, divinorum quoque judiciorum profunda deprehendet. Quare cum propositæ narrationis multiplicem varietatem ob oculos ponerem, ecquid me ad scribendum darem, diu in incerto habui. Tamen quia nihil amicitia potentius, nec ad persuadenda alicui vel majora viribus onera quidquam efficacius, huic ego quoque manus [4] do et ad scribendum accedo : Deum veritatis antea comprecatus, ne verbum veritatis auferat de ore meo [1]. Non enim odio aut gratia, mendaciorum plerumque parentibus (14), adductus : sed unius veri memoriæ prodendi studio incensus, hoc operis suscepi, et veritatis amantibus scribere me profiteor. Ad hoc non ista a majoribus natu didici, aut famæ fabulisve ineptis (quibus non pauci temporum explicatores decepti a recto itinere aberrarunt) aures dedendo accepi : ipse ego præsens omnibus interfui (15) singulaque, si quisquam

A

B

C

ΧΡΙΣΤΟΔΟΥΛΟΣ ΝΕΙΛΩ.

Ἐπῆνεσά σου τὸν τρόπον, ὦ φίλε Νεῖλε, τὴν σὴν ἐπιστολὴν ἀναγνούς. Τὸ γὰρ μαθεῖν ἐθέλειν ἃ τοῖς βασιλεῦσι Ῥωμαίων συνέβησαν ἐφ' ἡμῶν, τἀληθές ἐστιν εἰδέναι ποθοῦντος. Παράδοξα γάρ τινα καὶ ἀλλόκοτα συνέβησαν ἐπ' αὐτῶν, καὶ οὐδαμῶς προσόμοια τοῖς ἐπὶ τῶν προτέρων βασιλέων· ἀλλὰ πολύν τινα τὸν παράλογόν ἐστιν εὑρεῖν ἐν αὐτοῖς, ἔν τε ταῖς ἀγχιστρόφοις τῶν πραγμάτων μεταβολαῖς, καὶ ἐν τοῖς τῶν ἀνθρώπων ἤθεσι καὶ βίοις· τῶν μὲν εἰς τὸ πάντη εὐσταθὲς καὶ ἀκίνητον καὶ μηδαμῶς εἶκον ταῖς μεταβολαῖς τῶν πραγμάτων ἑαυτοὺς κάλλιστα ἁρμοσάντων, τῶν δὲ τοὐναντίον ἅπαν Εὐρίπου δίκην μεταφερομένων ἀεὶ καὶ ἀστατούντων· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν τοῦ Θεοῦ κριμάτων τὸ βάθος φανείτα: τῷ βουλομένῳ τοῖς πράγμασι προσέχειν ἐπιμελῶς. Τούτου δὴ χάριν, ὤκνουν ἐπιπολὺ τῶν λόγων ἅψασθαι τουτωνί, τῆς διηγήσεως ἀναλογιζόμενος τὸ πολυειδὲς καὶ ποικίλον. Ἐπεὶ δὲ φιλίας οὐδὲν ἰσχυρότερον οὐδὲ πιθανώτερον καὶ τοῖς ὑπὲρ δύναμιν ἐγχειρεῖν, ταύτῃ βιασθεὶς κἀγὼ ἤδη ἄρχομαι λόγου· ὁ δὲ τῆς ἀληθείας Θεὸς μὴ περιέλοι λόγον ἀληθείας ἐκ στόματός μου· οὐ γὰρ ἀπεχθείᾳ τινὶ ἢ φιλίᾳ (ἐξ ὧν τὸ ψεῦδος ἐπιπολὺ τίκτεται), πρὸς τούτους ὑπήχθην τοὺς λόγους· ἀλλ' ἀληθείας ἕνεκα, καὶ πρὸς ἀληθείας ἐραστὴν τούτους ποιοῦμαι. Ἔτι δὲ οὐδ' ἀκοῇ ταῦτα πρὸς τῶν παλαιοτέρων παρειληφώς, ἢ φήμαις προσέχων καὶ μύθοις ὑγιὲς οὐδὲν ἔχουσιν, (ἐξ ὧν συμβέβηκε τοῖς πολλοῖς τῶν συγγραφέων ἀποπλανηθῆναι τῆς ἀληθείας), ἀλλ' αὐτὸς ἐφ' ἅπασι παρών, καὶ ὡς ἔνεστι μάλιστα τἀληθῆ περὶ πάντων εἰπερ τις εἰδώς, οὕτω δὴ ποιήσομαι τὴν περὶ αὐτῶν διήγησιν, τὴν ἀλήθειαν προστησάμενος, καὶ πάσης ἄλλης αἰτίας αὐτὴν προτιμήσας. Εἰ δὴ σὺ μὲν ἀληθείας

[1] Psal. cxviii, 43.

Jacobi Pontani notæ.

tatis judicia : præsentia liver carpit. Horatius, *Ode* 24, lib. III :

Virtutem incolumem odimus,
Sublatam ex oculis quærimus invidi.

Cic. pro M. Marcello ad Cæsarem : *Servi igitur iis etiam judicibus, qui multis post sæculis de te judicabunt : et quidem haud scio an incorruptius, quam nos. Nam et sine amore, et sine cupiditate, et rursus sine odio et sine invidia judicabunt.*

(10) In hac epistola ad historiæ sequentis notitiam series superiorum imperatorum explicatur.

(11) Quamvis in Græco tantum sit ἐφ' ἡμῶν, *nostra ætate*, tamen quia Nilus bipartitam propositionem faciebat, τά τε ἐπὶ τῶν βασιλέων, τά τ' ἐφ' ἡμῶν γεγονότα, puto alterum quoque caput posse repeti : et seipsum etiam nomine imperatorum comprehendit, dum subjicit, *Romanorum imperatoribus acciderunt.*

(12) Hoc de Cantacuzeno ipso dictum accipe, qui in fide mansit, adversasque res omnes cum Andronico suo toleravit constantissime. Euripi autem similes, ac transfugæ, proditoresque Andronici Syrgiannes et protostrator, Cantacuzeni imperatrix, Joannes patriarcha, et alii fuerunt.

(13) Euripus fretum angustum inter Aulidem Bœotiæ portum, et Eubœam insulam, die ac nocte fluit, refluit septies. Propter quam vicissitudinem et inconstantiam homo mutabilis, et inconstans Euripus audit. Legimus quoque τύχη εὐριπος, quod Ovidius hoc disticho declaravit :

Passibus ambiguis fortuna volubilis errat,
Et manet in nullo certa tenaxque loco.

Item εὐριπος διάνοια, humanis quippe cogitationibus nihil mobilius ac variabilius.

(14) *Non solum qui de rebus dubiis consultant* (ut ait apud Sallustium Cæsar), *sed etiam qui rerum gestarum memoriam produnt, eos ab odio, amicitia, ira, misericordia vacuos esse convenit. Haud facile animus verum providet, ubi illa officiunt.* Notatus est T. Livius, quod Romanis quibusdam nimium faverit. Notatus Sallustius, qui in Catilinaria conjuratione, quæ Ciceroni senatus honorifice, perbenevoleque decreverat, cum malevolentia subticuerit. Peccant gratia, qui se nimium in laudes principum effundunt. Audivi Carolum V Historiam Sleidani legentem dixisse, ipsum de se multa mentiri. Peccant odio, qui immoderate et sæpe reprehendunt. Timæus historicus, quod esset acerbior, Epitimæus dictus est : auctor Diodorus lib. v, cap. 1. Licitum est autem rerum scriptori et reprehendere ea quæ vituperanda ducet, et quæ placent exponendis rationibus comprobare, quomodo ad Lucceium Cicero scripsit, epist. 12, lib. v ; sed utrumque modice.

(15) In calce tamen historiæ fatetur, se quædam ab aliis accepisse, quæ nimirum in adver-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐραστής, ἐμέ τε οὐδέν ἐστι τὸ πεῖσον ταύτης ἀποστῆναι διὰ πάσης τῆς διηγήσεως, ἔχεις ὅπερ ἐπόθεις. Ἄξιον δὲ μικρὸν ἄνωθεν ἀναλαβεῖν τὴν σειρὰν τοῦ γένους τῶν βασιλέων· ὡς ἂν εἰδείημεν τίς ἐκ τίνος ἔφυ, τίνας τε αὐτὸς τετοκὼς, τίνα προέττησε βασιλεύειν, τοὺς ἄλλους καταστήσας τελεῖν ὑπ' αὐτόν

A alius, perspectissima habens, ut potero, ea commemorabo : veritatemque, tanquam scopum intuens, quacunque alia causa potiorem ducam. Quamobrem si tu, Nile, veri pernoscendi es cupidus, nihil autem erit quod me quam longa erit narratio ab eo avocet, fiet profecto quod concupisti. Verum paulo supra seriem sive genealogiam domus imperatoriæ juvat repetere : quo nimirum quis a quo procreatus, et quibus ipse vicissim ex se genitis, quem imperio, reliquis fratribus antelatum, admoverit, perspicere possimus.

Ὁ βασιλεὺς τοίνυν Ἀλέξιος, ὁ τὴν ἐπωνυμίαν Ἄγγελος, τῷ Θεοδώρῳ Λάσκαρι τὴν θυγατέρα κατεγγυήσας, τὴν βασίλειον ἀρχὴν παρέπεμψε πρὸς αὐτόν. Οὗτος δὲ αὖ πάλιν ἄῤῥενος παιδὸς ἀπορῶν, Ἰωάννῃ τῷ Βατάτζῃ ἐξ ἀρχοντικῆς τάξεως ὄντι, Εἰρήνην τὴν θυγατέρα συνέζευξεν, ἀποδείξας καὶ βασιλέα τὸν κηδεστήν· αὐτῷ δὲ Θεόδωρος γεγέννηται παῖς, Ῥωμαίων καὶ αὐτὸς βασιλεύσας· ἐξ αὐτοῦ δὲ γεγίννηται Ἰωάννης, ἐφ' οὗ δὴ τῆς βασιλικῆς τοῦ γένους διατμηθείσης σειρᾶς, ἐπὶ Μηχαὴλ τὸν Παλαιολόγον ἡ βασιλεία μετέβη· ὃς δὴ παῖδας ἐγέννησεν ἄῤῥενας τρεῖς· Ἀνδρόνικον, ὃς καὶ τῶν βασιλικῶν ἐπελάβετο σκήπτρων, καὶ Κωνσταντῖνον τὸν ἐν τῇ πορφύρᾳ τεχθέντα, καὶ τρίτον Θεόδωρον· ἀλλὰ

Alexius igitur imperator, cognomento Angelus, filia Theodoro Lascari thalamo sociata, summum quoque principatum ad eumdem transmisit. Lascaris sobole virili carens Joanni Batatzæ, ex ordine B procerum, [seu virorum principum,] Irenen ex se natam collocavit, generumque imperatorem nominavit. Joannis satu Theodorus editur, qui et ipse Romanis imperitavit. Is Joannem creat, in 5 quo intercisa propagatione imperatoria, ad Michaelem Palæologum (16) ex asse respublica demigravit. Hic senos sustulit liberos (17), Andronicum, qui etiam secundum patrem in sceptra successit : Constantinum Porphyrogenitum (18) ac Theodorum ; filias Irenen, Eudociam et Annam. Andro-

Jacobi Pontani notæ.

sariorum suorum conventiculis agitata sint : et alia utique, quibus adesse præsens non potuit. Nec Julius Cæsar omnibus quæ narrat coram affuit ; affuit autem plurimis : et quæ pro illo gesta sunt, ejus virtute multa et' auspiciis gesta sunt omnia. Valet ad conciliandam historiæ fidem, scribere C quæ videris, non quæ audieris : oculis siquidem certior fides est, quam auribus. Quare nonnulli, quo exploratiora et indubitatiora possent scribere, ipsimet terras et regiones peragrarunt, ut Diodorus Siculus, Sallustius.

(16) Michael Palæologus Joannem puerum, Theodori filium, Joannis Batatzæ nepotem, Theodori Lascaris pronepotem, hæredem legitimum, cujus tutor erat institutus, nefarie exoculavit, vel, ut alii retulerunt, interfecit; imperium Constantinopolitanum circiter annos sex et quinquaginta a Latinis, ab anno Domini 1203 ad 1259, seu ut alii, ad annos circiter tres et sexaginta, a Belgis, inquam, occupatum, pulso Balduino secundo, Græcis restituit, sibique usurpavit. Vide Nicephorum Gregoram, lib. III et IV; Petrum Bizarum, *de bello Veneto*, libro primo. Docet idem Gregoras libro sexto, quo pacto Andronicus filius, paterni sceleris vindictam metuens (ne et ipse videlicet oculos cum D imperio amitteret propter quem pater Michael legitimum hæredem ita crudeliter tractaverat), ad eum in quodam Bithyniæ oppidulo custoditum venerit, consolatus sit, ad victum et cultum omnia quoad viveret, suppeditarit. — *Familiam Palæologorum ex Italia, et Viterbo Etruriæ civitate haud ignobili originem traxisse, nonnullis placet : et continuata quadam serie ex hac Cæsares imperio Constantinopolitano dati sunt, annis circiter centum nonaginta quatuor : donec tandem refrigescente pristina illa virtute pietateque Christiana, omnia segnitie quadam et diversis studiis in deterius labi cœperunt : sic, ut florentissimum Græcorum imperium in Turcarum manus ac potestatem deveniret, anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio, postquam mille centum et amplius nonaginta annis incolume stetisset. Ut autem imperium hoc a Constantino magno Helena matre genito, qui hanc urbem e ruderibus et nobilissimæ antiquitatis fragmentis plane novam refecerat miroque ornatu exstruxerat, initium habuit : sic sane in Constantino octavo, cui quoque mater fuit Helena, desiit. Quin etiam cum id tenuissent Latini quot annis supra diximus, et eorum auspicia regni a Balduino Flandriæ comite cœpissent, sic postmodum in Balduino, secundo nimirum hujus nominis, conciderunt.* Hæc ut perspicua et cognitu digna ex Bizari libro I de bello Veneto inferenda duximus.

(17) Posteritatem Michaelis Palæologi tam distincte, plene ac vere non facile apud alios explicatam cernas. Quod ignorantiæ historiæ hujus, quæ adhuc in tenebris jacuit, ascribendum quispiam putaverit. Propter quam ignorantiam multa aliter ab aliis narrata et errata sunt.

(18) Verbum e verbo, *et Constantinum in purpura natum.* Hoc est, patre jam purpurato, seu purpuram gestante, quod solebant imperatores : id enim erat eorum insigne. Seu qui natus est imperator, ad quem purpura, sive imperium cujus ea symbolum et indicium, seu successio in imperio, ipso ortus jure pertinebat. Tametsi infantes quoque ipsi purpureis fasciis involvi solerent, quod de se Anna Comnena, Alexii filia, Præfatione Historiæ suæ testificatur. Unico verbo Græce dicitur Πορφυρογεννήτης, quod malo (nec id sine exemplo) reddere *Porphyrogenitus*, quo magis latinizem, quam retinere Græcum, ac dicere *Porphyrogenneta*. Verumtamen Constantinus iste non fuit proximus hæres imperii, sed posterior. Etenim Michael pater Andronico, ante purpuram sibi nato, ut apparet, priores dare voluit. Poterat inter Constantinum et Andronicum fratres eadem lis intercedere, quæ inter Artemenem et Xerxem, Darii Persarum regis filios intercessit. Artemenes siquidem, ut natu maximus, ætatis prærogativa imperium ad se trahebat, quod jus et ordo nascendi, et natura ipsa gentibus dedit. Xerxes controversiam non de ordine, sed de nascendi felicitate referebat. Namque Artemenem primum quidem Dario, sed privato provenisse, se regi primum natum, etc., Justinus, lib. II, de eorumdem memorabili concordia in petitione regni ; Plutarchus, libro *De amore fraterno*, ubi, quem Justinus Artemenem, ipse Ariamenem vocat.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

nico igitur Michaelis imperatoris filio duæ deinceps uxores fuerunt, quarum prior Hungarorum rege orta (20), Anna audivit, ac duos mares ei peperit, Michaelem, qui cum patre imperium tenuit, et Constantinum despotam (21) cognominatum, ut qui post fratrem imperatorem generatus per cuncta proinde secundas obtineret. Ex altera, nempe Irene, marchionis Montisferrati Lombardi principis filia (22), trium filiorum factus est parens, Joannis, Theodori, Demetrii et unius puellæ nomine Simonidis (23). Jam vero Michael prædicti Andronici filius, ducta regis Armeniorum filia, Andronicum imperatorem, et Manuelem despotam, muliebris autem sexus Annam et Theodoram ex ea suscepit. Quæ autem supra nominatorum imperatorum temporibus a Theodoro Lascari usque ad Michaelem ex Palæologis secundum (24)

A καὶ θηλείας τοσαύτας, Εἰρήνην, καὶ Εὐδοκίαν, καὶ Ἄνναν. Οὗτος δὴ ὁ βασιλεὺς Ἀνδρόνικος ὁ τοῦ Μιχαὴλ βασιλέως παῖς (19), δυσὶ γάμοις προσομιλήσας, ἐκ μὲν Ἄννης τῆς θυγατρὸς τοῦ τῆς Οὐγγρίας ῥηγὸς, παῖδας ἐγέννησεν ἄῤῥενας δύο, Μιχαὴλ τὸν βασιλεύσαντα σὺν αὐτῷ, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Κωνσταντῖνον δεσπότην ὀνομασθέντα, ὡς καὶ μετὰ τὸν βασιλέα τεχθέντα, καὶ τὰ δευτερεῖα φερόμενον ἐπὶ πᾶσιν. Ἐκ δὲ τῆς πρὸς δεύτερον γάμον ὁμιλησάσης αὐτῷ Εἰρήνης τῆς θυγατρὸς μαρκέση Μουμφαρὰ ἄρχοντος Λουμπαρδίας, ἐγέννησεν υἱοὺς τρεῖς, Ἰωάννην, Θεόδωρον, καὶ Δημήτριον, καὶ θυγατέρα μίαν τὴν Σιμωνίδα. Ὁ δέ γε βασιλεὺς Μιχαὴλ, ὁ τοῦ προῤῥηθέντος Ἀνδρονίκου βασιλέως παῖς, εἰς γάμον ἑαυτῷ συναρμόσας τὴν θυγατέρα τοῦ τῆς Ἀρμενίας

B ῥηγὸς, παῖδας ἔσχεν ἐξ αὐτῆς τόν τε βασιλέα Ἀνδρόνικον, καὶ Μανουὴλ τὸν δεσπότην, καὶ θυγατέρας,

Jacobi Pontani notæ.

(19) Ad oram ms. ascriptum erat πατήρ. Frustra.

(20) Observo, Οὐγγρίαν transferri *Hungariam*, tametsi spiritus non consentit, cum sit in Græca voce lenis; et Ungri populus nominantur ad Istrum. Sed tamen cum etiam e Germania, Sabaudia, Italia Byzantini imperatores sibi conjuges asciverint, cur non ex vicina Hungaria? Græci porro posteriores plurima dignitatum, magistratuum ac potestatum vocabula aut Latina prorsus, aut Latino-Græca seu ad Græcas flexiones detorta, et nonnihil immutata, seu Ἑλληνικοβάρβαρα ex commerciis forsitan et consuetudine cum Latinis adhibuerunt. Cum igitur Constantinopolitanum semper βασιλέα nominet, reges autem ῥῆγας (excepto Mœsorum rege, quem, si memini, pene nunquam τοῦ βασιλέως nomine dignatur, quam ob causam, non dispicio) videtur vocabulo βασιλεύς quiddam amplius et majus significare voluisse, quam nos voce *rex* significare consuevimus. Et quanquam Græci regem βασιλέα dicunt, nihilominus eodem vocabulo imperatorem etiam Romanum et Augustum exprimunt. Duo duntaxat scriptores nominantur qui interdum αὐτοκράτορα appellent, Plutarchus et Herodianus. Quamobrem quoties in hac historia vox βασιλεύς de Constantinopolitano principe occurrit (occurrit autem millies), non *rex*, sed *imperator* reddenda est. Non me latet, tria hæc nomina eumdem aliquando gessisse, βασιλεὺς, καῖσαρ, σεβαστός. Verum ea aliud non sunt, quam *imperator*, *Cæsar*, *Augustus*. Est ergo in hisce libris non modo Οὐγγρίας, Ἀρμενίας, Ῥασύνας (Ῥαδέννης legendum), Κύπρου, Κατελάνων, semelque et iterum Μυσῶν ῥῆξ, sed etiam Κάρουλος ῥῆξ: ne de regulis tantummodo dictum existimes. Quin et imperatorem Occidentis apud quosdam recentiores Græcos non βασιλέα Ῥωμαίων, sed ῥῆγα Ῥωμαίων nominatum videbis: nam illo priore suum illum orientalem honorant.

(21) Despota hic valet, quod Hispanis et Lusitanis *infans*. Primogenitus enim, imperatrr, qui Gallis delfinus, Hispanis princeps. Ipsemet Cantacuzenus rationem affert cur despota dictus sit iste Constantinus, et affert eam quam adduximus. Imperatores Romani de filiis, aut nepotibus, aut consanguineis, quorum præstantem vidissent indolem, et ad imperandum idoneos fore censuissent, successores sibi legebant, quos initio principes juventutis nominabant: post nominati sunt Cæsares (quod retinuerunt, etiam cum ad culmen imperatoriæ majestatis ascendissent, ut Cæsares imperatores dicerentur), tandem nobilissimi Cæsares appellati sunt. Apud Turcas Zelebis significat nobilem. Quam vocem eorum monarchæ honoris causa in successoribus suis nominandis, imitatione Romanorum (ut conjici potest) usurparunt. Tamen Mahometis II et successorum filii non zelebes, sed sultani cœpti sunt indigitari.

(22) Irenæ huic senatus Genuensis quatuor triremes instructas decrevit, quæ illam Byzantium Andronico nupturam devexere. Gregoras, libro sexto, scriptum reliquit, cum eo duceretur, egisse annum undecimum, Andronicum vero tertium supra vicesimum: quam et vultus et morum elegantia commendarit. Mulierem longe ambitiosissimam eamdem describit libro septimo, quippe quæ omnes tres filios suos imperatores designari percupiebat, et ut C modo imperantes videret. Romanas opes in Romanorum hostes profundebat. Ibidem, quam lenis ad eam placandam Andronicus fuerit. Febri corrupta obit diem suum, in oppidulo Drama, quo animi gratia Thessalonica se conferre solebat. Est autem Græce ἄρχοντος Λουμπαρδίας. At enim non paruit huic marchioni universa Lombardia, quam Insubriam veteres dixere (proinde malui *Lombardi principis*, quam *Lombardiæ principis*, ut vitarem τὸ ἀμφίβολον), sed ea solum regiuncula, quæ inter Padum et Tanarum sita, et jampridem Montisferrati nomine vocata est. Primus marchio ejus fuit Almaranus, a socero Othone magno creatus, anno Christi 967. Inde postea marchiones propagati.

(23) Georgius Pachymerius hoc illi nomen factum tradit, quod, cum plures puellæ Andronico natæ morerentur, a muliere quadam edoctus, duodecim apostolorum duodecim statuas cereas viri magnitudine statuerit, easque sub tempus partus D ordine accenderit; qui cum in tempus, quo statua Simonis ardere incipiebat, incidisset, puellam ex eo Simonidem nuncupatam. Hanc, teste Gregora, pater quinquennem Crali Serviæ regulo quadragenario quartam uxorem desponsam domi, donec viro tempestiva evaderet, educandam dedit. Invita ad maritum postea, a quo discesserat, Byzantio revertitur, et monacham profitetur. Vide principium lib. VIII. Sustulit et notham filiam idem Andronicus, nomine Irenen, quam Joannes Ducas, Pelasgorum et Thessalorum princeps, uxorem duxit, ut est libro VII apud eumdem Gregoram.

(24) Primus ex Palæologis Michael fuit Andronici parens. Secundus Michael Palæologus, filius Andronici senioris, et imperii consors. Τὸ *secundum* ad nomen et ordinem in imperio referendum est: nec enim post patrem Andronicum, sed cum patre imperavit. Ita non tertius a primo, sed secundus numeratur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ἄνναν καὶ Θεοδώραν. Ἃ μὲν οὖν συμβέβηκεν ἐπὶ τῶν ἀναγεγραμμένων βασιλέων, ἀπὸ τῶν τοῦ Λάσκαρι χρόνων, ἄχρι Μιχαὴλ βασιλέως τοῦ τῶν Παλαιολόγων δευτέρου, πολλοῖς ἐγένετο συγγράψασθαι σπούδασμα οὐ μικρόν· ἐξ ὧν αὐτός τε σὺ, καὶ εἴ τις ἕτερος βούλοιτο, δυνηθείη ἂν ἀκριβῶς μαθεῖν περὶ τῶν πεπραγμένων· εἴ γε μὴ κἀκεῖνοι ταῖς προρρηθείσαις ἐνσχεθέντες αἰτίαις, τὰ μὲν ἀληθῆ λέγειν εἴασαν χαίρειν, αὐτοὶ δὲ ὅπως ποτὲ ἔτυχον διακείμενοι περὶ ὧν διελέγοντο, οὕτω δὴ καὶ τὴν διήγησιν ἀπέδωκαν τῶν πραγμάτων, ἀρκεῖν αὐτοῖς ἡγούμενοι πρὸς ἀντιμισθίαν τῶν πόνων, ἢ τὸν φιλούμενον ἐπαινέσαι, ἢ τὸν μισούμενον καθυβρίσαι, τῆς δ' ἀληθείας μηδὲν φροντίσαντες. Ἐξ ὅτου δ' ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ, τῶν Παλαιολόγων ὁ δεύτερος δηλαδὴ, τοῦ παρόντος ἀπέστη βίου, ἢ οὐδεὶς συνεγράψατο τὰ τοῖν βασιλέοιν ἐξειργασμένα ἔν τε τοῖς εἰρήνης καιροῖς, καὶ ἐν οἷς περὶ τῆς ἀρχῆς ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους· ἢ εἴγε καὶ συνεγράψατο, οὐκ ἂν οἶμαι καθαρῶς τῆς ἀληθείας αὐτὸν ἐφάπτεσθαι, ἅτε δὴ τῶν πραγμάτων ἀκριβῆ γνῶσιν οὐκ ἐσχηκότα, πολλῶν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ καὶ ποικίλων συνενεχθέντων. Διὸ σύ τε καλῶς ἐποίησας παρὰ τοῦ σαφῶς εἰδότος ἐθελήσας μαθεῖν· ἐγώ τε μηδὲν μελλήσας, τὴν διήγησιν ἐκθήσομαι τῶν πραγμάτων, τῆς ἀληθείας προτιμήσας μηδέν.

A acta sunt, in iis scriptura consignandis complures diligentissime elaborarunt (25) : ex quorum monumentis et tu, et quibus libebit, omnia ad unguem percipietis : si modo non etiam illi prædictorum rei (26) **6** criminum [puta odii, et gratiæ] veritatem valere jusserunt, et prout erga eos erant animati, de quibus exponebant, ita rerum nobis memoriam tradiderunt, satis magnam suis laboribus mercedem statuentes, vel immodice commendare quos diligerent, vel despicabiles reddere quos odissent. Ab excessu Michaelis Palæologi secundi aut nemo quisquam inter duos imperatores [avum ac nepotem scilicet Andronicos] pace belloque quod super imperio habuerunt, gesta conscripsit : aut si etiam, non eum arbitror incorruptam veri- B tatem attigisse : utpote plena et accurata gestorum cognitione destitutum, quandoquidem haud ita longo intervallo multa et varia contigerunt. Quocirca cum tu prudenter facis ab eo accipere illa desiderans, qui ea certissime novit tum ego nihil procrastinans, eadem quam verissime explanare occipiam.

Jacobi Pontani notæ.

(25) Georgius Pachymerius, Gregoras, et (quem penes se manu exaratum esse affirmat in Pandecte historiæ Turcicæ Joannes Leunclavius) prætor Græciæ. Hic prætor annorum amplius sexaginta historiam, a capta nimirum Constantinopoli a Flandris usque ad eamdem a Michael Palæologo receptam composuit. Qui præterea illa tempora persecuti C sint, nescire me fateor.

(26) Hæc contra Gregoram in primis, quem et lib. IV, cap. 24 et 25 ut hominem mendacissimum insectatur. Eundem paulo infra iterum tangit, cum res Andronicorum satis cognitas et exploratas habuisse, et idcirco incorruptam veritatem attigisse negat. Sane non pauca ad junioris Andronici gloriam spectantia dissimulavit, aut ignorantia, aut fide non bona. De eodem historico Præfatione ad lectorem plura disseruimus.

ARGUMENTUM LIBRI PRIMI.

7 Michael senioris Andronici filius, Junioris pater, filiabus in matrimonio collocatis et filiis parenti ad educandum commissis, ex oriente Byzantium rediens Adrianopolin, deinde Thessalonicam ab eodem transmittitur, ubi de morte filii Manuelis certior factus, præ luctu acerbissimo in morbum labitur, quo etiam hac vita decedit. Senex pater Andronicum adolescentem nepotem, Constantino despota filio suo, Michaelis germano fratre, in imperio surrogato, idque non tam ipsius Constantini, quam Michaelis pueri eidem Constantino ex pellice suscepti, causa abdicare constituit. Post obitum Michaelis imperatoris provinciarum præsides et magistratus sacramentum novum postulantur, et juvenis Andronici nomen in conceptione juramenti præteritur : solus Joannes Cantacuzenus, cubiculi sacri præfectus, ne se scelere contaminet, jurare detrectat : veteri formula jurare sinitur. Tacitus fert injuriam nepos, quem Syrgiannes vir nobilissimus serio monet, ut sibi consulat; et in eam rem operam fidelem spondet. Ille rem cum Contacuzeno, qui tum in Thracia prætor versabatur, ut cum amico omnium sincerissimo, prius communicandam censet. Dolet is ea necessitate, quam Syrgianni internuntio diserte explanat, calamitatemque in posterum præsentit, et juvenem in tuto collocandum, aliud nihil, nisi cogantur, incipiendum suadet. Christopolis fugæ, nepote approbante, deligitur. Cantacuzenus e Thracia Constantinopolin veniens, quid sibi cum Syrgianne convenerit, renuntiat : Apocauchum hominem obscuri generis, sed prudentem in primis (a quo postmodum diu vehementerque divexatus est, ut patebit lib. III). Syrgianni gratificans, Andronico commendat. Causæ dissidii inter avum et nepotem aliæ adtiquiores afferuntur, prolatisque exemplis, avus nimiæ austeritatis et importunitatis insimulatur, quam illi per patriarcham Josephum nepos exprobrat. Avus se excusat. Placatur nepos. Verum hæc Michaele adhuc vivente. Quo fatis absumpto, cum quoddam dictum redigeret ei in

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

memoriam, quo honestius eum hæreditaria successione multaret, ostendit nepos qua mente diverit : veniam delictis suis petit ; cui Cantacuzenus, ut justam causam habenti, semet et omnia sua offert. Iterum perfugio Christopolis destinatur. Callinicus ad Cralem Triballorum principem de societate legatur. Spondet. Denuo de loco, ad quem salutis tuendæ 8 confugiant, deliberatur, et Adrianopolis præfertur. Injuriæ avi in nepotem memorantur. Syrgiannes e Thracia revocatur. Adhuc de loco fugæ. Adrianopolis iterum eligitur. Quærunt quomodo Constantinopoli impune exeant. Protostrator senem in custodiam tradendum, Syrgiannes omnino jugulandum decernit : utrique repugnans Cantacuzenus, in prima sententia, de simplici discessu, permauendum pronuntiat, Syrgianni contra nitenti sapienter occurrit, simulque protostratorem refellit. Nepos ab omni crudelitate in avum abhorrens, Cantacuzeno subscribit. Idem Syrgiannes et protostrator faciunt : imperatricem Cantacuzenus, qui et magnus domesticus, junioris imperatoris conjugem Constantinopoli relinquendam sentit. Magnus contostaulus et magnus logotheta Metochites causam nepotis apud avum agunt : ad judicium arcessitur : protostrator eum comitatur : domesticus supervenit postea : in palatio de servando juvene sermocinantur. Ternæ triremes a Genuensibus amicis instruuntur. Nepos magnum domesticum offendens, se desertum conqueritur : quæ maxime vult, audit. Citatur de integro ab avo ad judicium : amicos ad fidelitatem sibi in periculo præstandam hortatur. Cantacuzenus et protostrator omnia pollicentur : ad palatium deducunt. Ibi coram episcopis ut superbus et rebellis a sene accusatur. Negat se talem : si facinorum istorum compertus fuerit, vel capitalem pœnam libenter excepturum, et avum ut contumeliosum redarguit. Amici duo foris clamorem audientes, succurrere parant. Senex quiescit, et nepoti conditiones fert quatuor : ad singulas respondet : pedem ejus pronus osculatur. Fingit ille se reconciliatum : inani gaudio exsultatur. Jubetur in Peloponnesum præfectus abire magnus domesticus ; quæ jussio quoniam fraudem olebat, quid agat, cum sociis consultat. Conjicitur mens senis hæc, ut ipsis specie præfecturarum distractis, nocere liberius ac facilius possit : non esse salutem negligendam. A juniore ad senem pro impunitate sociorum legatio decernitur, quam Metochites certis de causis obire detrectat. Sequitur frivola domestici excusatio, cur a Peloponneso abhorreat. Objurgatus ab imperatore, in Thessaliam jubetur proficisci ; quam conditionem similiter subterfugere studens dissimulat, et extra urbem milites pecuniamque exspectat. Protostratori Prillapi præfectura mandatur. Scriptura ad lectulum inventa, nepos Byzantio decimo tertio Kalendas Maias, comitatus protostratore, paucisque famulis, cum canibus et avibus venatoriis (ad fugam tegendam scilicet) egreditur : Adrianopoli comiter accipitur. Hoc intellecto, imperator Tagarim magistrum militiæ ad fugitivum reducendum mittere vult : a quo docetur, laborem inanem fore. Interdicitur omnibus, ne de cætero nepotem nomine imperatoris afficiant, declaraturque hostis, et cum factione sua a piorum communione secluditur. Ab eo deinde pacem senex petit. Legati in discrimen veniunt : et ibi alterius præsens atque inconcussus animus. Benigne cum responso dimittuntur. Postridie in concilio pax recusatur, ni senior imperio cedat : datur tamen opera, ut is imminens periculum declinare possit. Exercitus mire avet Byzantium petere, nec ei persuaderi potest, ut libens in occidentem tendat. A Sphentisthlabo Mœsorum rege insidiæ. Lente Constantinopolin pergit junior, morbum prætexens ; senem præmonet, ut sibi caveat. Magnus domesticus ab oppugnatione urbis dehortatur. Palæologa monacha super induciis rogatum accedit. Nepos respondens, se in avum officiosissimum demonstrat. Avus jusjurandum dat, et anathematismum rescindit : irascitur, hominem de infima plebe ad se juramenti exigendi missum : factum excusatur. Adrianopolin se recipit nepos, eo uxorem evocat. Syrgiannes ad senem deficit ; objectum perfidiæ crimen negat. Itur infestis signis Byzantium ; optimates et duces exercitus ad avum de pace scribunt. Xena mater Andronici minoris Thessalonicæ a templo avulsa, pro captiva adducitur Constantinopolin. Pax petitur. Morbus junioris, a quo stratopedarcha desciscit. Beneficentia magni domestici, ejusque matris Theodoræ magnanimitas. Oppida Apri, Garella, Rhædestum, Sergentzium occupantur, Sacci exuruntur. Stratopedarchæ perfidia, Syrmpani pastoris fidelitas in dominum, et charitas in inimicum admirabilis. Nepotis in hostem lenitas. Constantinus despota captivus in vincula 9 conjicitur Qui Xenæ imperatrici manus violentas attulerant, puniuntur. Leniniorum ad nepotem defectio : quem formidantes Persæ deserto avo, cui auxilio veniebant, in orientem turpiter refugiunt. Poscitur pacem, quam dare cogitat, ita ut ipse, exercitus, urbes, tota imperii administratio penes seniorem sint de cætero. Conciones imperatoris et Cantacuzeni ad principes et duces exercitus. Actum gratias, et pacem confirmatum Xena ad filium mittitur. Conditiones senex accipit, ad quem salutandum nepos Byzantium concedit : ille obviam se fert. Ibi consuetudo quædam imperatoria declaratur. Una in urbem ingrediuntur. Die sequenti Deiparæ de confecta pace nepos gratias agit. In palatio cum avo degit aliquandiu : ad eum spectandum frequentes undique concursus fiunt. Didymoticham redit. Sphentisthlabus morbo interit, Tertere filio successore, a quo Philippopolis capitur. Nepos Mœsiam incursans, prædas ingentes agit, et Byzantii Syrgiannem in senem conjurationis reum in carcere invenit : in quem facta licet potestate, sententiam ferre abnuit. Moritur Terteres. Complura Mœsiæ oppida Andronico minori se dedunt : reliqua Boesilas, defuncti regis patruus, sibi asserit. Avi commissu nepos Philippopolin,

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

sed frustra, oppugnat. Machina, cujusdam Germani opus, depingitur. De Roesilæ socii et amici morte falsus rumor. Philippopolis fortuito recuperatur. Bellum in Barbaros decernitur, incassum dissentientibus senioris consiliariis, a quo magnus domesticus commendatur. Pax et fœdus inter imperatores, et Mœsum, quicum junioris nupta erat soror. Mos Romanorum imperatorum, quo sibi per matrimonia Scytharum satrapas devinciebant. De Scytharum binis in Thraciam irruptionibus, quorum partem Romani trucidant. Cum Scytharum quodam duce nepotis ex altera ripa colloquium. Irene conjux diem obit; Anna Sabaudiæ comitis filia juniori ad connubium petitur; ipse a patriarcha Isaia solemni cœremonia (quam auctor accurate explicat) coronatur. Annæ e Sabaudia illustris adventus, Quæ Byzantii splendide peractis nuptiis, ipsa quoque corona induitur. Nobiles Sabaudi complures quasi per successionem manent Constantinopoli, et imperatorem juvenem ludicris artibus instituunt. Persæ prædones cæduntur. Imperator pedem sagitta vulneratur. Magni domestici in pugna virtus. Michael Mœsorum rex Zernæ cum nepote dies aliquot hilares agit. Didymotichum reversus, de avo ab se sine causa alienato nuntium accipit. Panhypersebastus regnum affectat, cui magni logothetæ filii student: quorum litteræ intercipiuntur, et eorum pater officii sui admonetur. Protovestiarius logothetæ extrema minitans, a nepote compescitur, et apud avum excusatur. Ambo ingratissimi inveniuntur, eorumque instigatione bellum recrudescit. Nititur senex memoriam junioris e sacris tollere: cujus patrocinium patriarcha suscipit. Avum placare Andronicus conatur, et a bello dehortans se ad causam dicendam offert. Orat idem per litteras magnus domesticus, et in extremis terret, si monita contempserit. Responso avi mœstus juvenis, patriarchæ et episcoporum fidem appellat, qui eum in avi gratiam conantur restituere. Mittuntur Rhegium ex tribus delecti ordinibus, qui crimina exponant, ejus defensionem audiant, et judicent. Ille avum in odium rapit, sibi benevolentiam judicum colligit, et sigillatim objectis respondet. Sequitur oratiuncula, qua suam innocentiam adversus criminationem de perjurio in fœdere violando tuetur. Avi et Cocalæ litteras contra se profert, quibus ab ipsis fœdus violatum convincere contendit. Cocalæ impudentia. Episcopi damnare accusatum verentur. Respondens avo de se, ut in eum officioso, prædicat, illum ut sycophantis credulum perstringit, pacem pro republica orat, se subjicit, et ni bene monenti obsecundet, minatur. Cocalas acta Rhegii renuntiat seni omnia: reliqui non audiuntur. Eum patriarcha castigans, a juniore se staturum profitetur. Cum episcopis idcirco habetur sub custodiis. Magnus domesticus et protostrator ad procedendum Constantinopolin nepotem incitant: cui spem reliquam pacis domesticus eripit. Litteræ amicorum Byzantio. Imperat ei avus uti se ab urbe amoliatur. Marci Caballarii convicium. Memorat, quo officio in avum fuerit, cujus pertinaciam accusat. Selybriæ rempublicam ordinat. Rursum nepos Didymotichum rediit. **10** Andronicus Tornices et Manuel Lascaris pactionis cum satrapis Scytharum suspecti, et Thracia exacti, quæ protostratori cum parte copiarum committitur. In Macedoniam junior contra hostes abit, Pheris eos provocat. Iis se excusantibus, quominus postulata præstent, removetur inde exercitus. Thessalonicam vocatur: urbe dedita, arx oppugnatur, cui Pherenses eventu infelici subsidium mittunt. Miraculum sancti Demetrii martyris in imperatore. Arx traditur. Deliberatur, quo eundum. Probatur consilium magni domestici. Edessa et Berrhœa se dedunt. Ingens Occidentis defectio. Duces senioris ad Triballum fugientes, a Pheræis militibus capti ad nepotem adducuntur. Cum uxoribus eorum benigne agitur. Deditio Castoriæ et Archridis. Protovestiarius cum sociis Triballum ad arma in imperatorem juniorem sollicitat. Uxoris ejusdem protovestiarii mendacium. Domestici in contemptu auri argentique apud protovestiarium reperti excelsus animus. Imperatoris beneficentia. Voluntaria agrestium Albanorum deditio, Triballorum procerum in dissuadendo bello æquitas. Viæ ad fugitivos juvandos complures. Casus eorumdem. Strombitza et Melenicus nolunt se dedere. Protostrator ad fluvium Nigrum seniorem vincit: nec lætatur victoriæ nuntio junior. Fœdus cum Mœso senex facit; ad urbem junior accedit, pacem iterum iterumque petit. Duo plebeii Constantinopolin produnt. Pulchrum exemplum Christianæ mansuetudinis Andronicus minor. Proditoribus præmium condignum promittitur. Mœsus ad confinia copias adducit. Nepos abire Logos decernit. Quæritur cur tria millia equitum a Mœsis Byzantium missa. Avus monitionem de periculo vilipendit. Interrogatur Mœsus, quid sibi velit cum exercitu. Post conterritus minis, jurat se fœdus non rumpere, nec contra imperatorem venire: fidei pignus sacram crucem mittit. Ibanem, seu Joannem, ducem cum equitibus ex urbe revocat. Scalæ et alia ad eam capiendam parantur. Die Pentecostes Logis progrediuntur: a domestico et imperatore agmen oppugnationi disponitur. Extremo capite, quomodo urbs capta sit, et humanitas nepotis erga avum, et patriarchæ e monasterio liberatio describuntur. In hoc libro præcipua animadversione digna, et tanquam potissima capita hæc observanda: varii naturæ motus in avo et nepote, ac memorabile exemplum illius in hunc odii, hujus in illum observantiæ. Deliberationes et legationes multæ, in quibus multa prudenter dicta. Pacis mentio, et desiderium frequens, et incredibile. Assentatorum et sycophantarum studium. Ritus coronationis imperatorum. Singularis eventus in capienda Constantinopoli. Mira commutatio imperatoris senioris in privatum, contra junioris privati propemodum et exsulis in monarcham

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

LIBER PRIMUS.

CAPUT PRIMUM.

Michaelis Palæologi II obitus, avi in nepotem impietas, et in spurium filii propensissima voluntas.

Michael imperator, senioris Andronici et patris in imperio socius et collega, cum generasset, sicuti antea demonstravimus, filios duos, filias item duas, Annam quidem filiarum alteram Thomæ despotæ, Nicephori despotæ filio, principi Acarnaniæ (27) in conjugium tradidit, Theodoram autem Sphentisthlabo Mœsorum regi (28) connubio junxit : puerosque ambos; Andronicum imperatorem et Manuelem despotam, avo regali disciplina educandos concredens, ipse in Orientem transmisit, ut qui illic in Romanorum ditione ac potestate erant, et a Persis vexabantur, iis pro copia auxilium portaret. **11** Ubi cum non ita diu commoratus esset, Constantinopolin revenit, et a patre Adrianopolin missus diutius ibidem ætatem habuit. Ab eodem denuo jussus, Thessalonicam proficiscitur, quo illi tristes nuntii afferuntur, Annam filiam, cum Thoma despota conjunctam, lucis usuram reddidisse. Parvo intervallo alii prioribus etiam tristiores, Manuelem despotam juniorem filium vivere desiisse (29). Sive autem morbum quempiam intestinum et acutum dolor acceptus veluti flamma succensum exaggeraverit, sive ipsa per se luctus immensitas tantum valuit, post diem octavum ipse similiter apud Thessalonicam naturæ concedit, annum agens tertium ultra quadragesimum, ab orbe condito sexies millesimo octingentesimo vicesimo nono (30), quarto

Ὁ τοίνυν βασιλεὺς οὗτος Μιχαὴλ, συμβασιλεύων Ἀνδρονίκῳ τῷ βασιλεῖ καὶ πατρὶ, καὶ παῖδας ἐσχηκὼς, καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν, ἄῤῥενας δύο, καὶ θυγατέρας τοσαύτας, τὴν μὲν ἑτέραν τῶν θυγατέρων τὴν Ἄννην Θωμᾷ τῷ δεσπότῃ, τῷ τοῦ Νικηφόρου τοῦ δεσπότου παιδὶ, ἄρχοντι τῆς Ἀκαρνανίας πρὸς γάμον ἐξέδωκε· τὴν Θεοδώραν δὲ τῷ βασιλεῖ Μυσῶν Σφεντισθλάβῳ· τοὺς υἱοὺς δὲ αὐτοῦ τὸν βασιλέα Ἀνδρόνικον καὶ Μανουὴλ τὸν δεσπότην, παρὰ τῷ βασιλεῖ καὶ πάππῳ αὐτῶν ἀφεὶς ἀνάγεσθαι βασιλικῶς, αὐτὸς ἐπεραιώθη πρὸς ἕω, τοῖς ὑπηκόοις ἐκεῖσε τῇ βασιλείᾳ Ῥωμαίων τὴν δυνατὴν εἰσοίσων βοήθειαν, πάσχουσι κακῶς ὑπὸ τῶν Περσῶν· ὀλίγον δέ τινα χρόνον ἐνδιατρίψας ἐκεῖ, καὶ πρὸς τὴν Κωνσταντίνου πόλιν ἐπανελθὼν, πέμπεται παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ βασιλέως τῇ Ἀδριανοῦ πόλει ἐνδιατρίβειν· καὶ διέτριψεν ἐκεῖ χρόνον τινὰ συχνόν· εἶτα τοῦ πατρὸς πάλιν προστεταχότος, πρὸς Θεσσαλονίκην ἀπῆρεν. Ἐν τούτοις ὄντος αὐτοῦ, ἤκουσι κακῶν ἄγγελοι πρὸς αὐτὸν, τὴν τῷ δεσπότῃ συνοικοῦσαν Θωμᾷ θυγατέρα αὐτοῦ λέγοντες τεθνηκέναι· καὶ μετὰ μικρὸν ἕτεροι τῶν προτέρων βαρυτέρας φέροντες ἀγγελίας, τὸν υἱὸν αὐτοῦ Μανουὴλ δεσπότην ἔφασαν τεθνηκέναι. Εἴτε δὲ καὶ νόσημά τι τῶν ὀξέων ἔνδον οἰκουροῦν ἔτι ἡ τῆς ἀθυμίας ὑπανῆψε φλὸξ, εἴτε καὶ αὐτὴ καθ' αὐτὴν ἡ ἀμετρία τῆς λύπης ἤρκεσε πρὸς θάνατον αὐτῷ, μετὰ ὀγδόην ἡμέραν τῆς ἀγγελίας τῆς τελευτῆς τοῦ παιδὸς τελευτᾷ

Jacobi Pontani notæ.

(27) Parva Epiri regio Acarnania. Epiri et Ætoliæ principem facit Gregoras lib. VIII, et Annam post mariti necem Conto ejus nepoti ac percussori nupsisse commemorat.

(28) Gregoras ait, *Bulgarorum principi*. Mœsiam enim superiorem, cujus creberrima in his libris mentio, sunt qui Valachiam, sunt qui Moldaviam aut Bulgariam fuisse dicant. Ita Mœsi erunt, qui recentioribus Valachi aut Moldavi, aut etiam Bulgari. Quo tamen nomine, Bulgarorum, inquam, alii Triballos, Mœsiæ inferioris populos intelligunt, qui Nicetæ dicuntur Servii, de quibus similiter in hac historia sæpissime agitur. Cum autem historicus noster perpetuo et constanter scribat Μυσοὺς et Μυσίαν, ego Mœsos et Mœsiam potius existimavi.

(29) De genere mortis ejus Gregoras in limine libri octavi. Si verum est quod narrat, miserabiliter interiit bonus adolescens. Confirmat etiam hic locus notionem vocis *despota*, de qua supra egimus, ubi Constantinus Audronici senioris filius secundum Michaelem natus, sic nominabatur. Primogenitus enim dicebatur βασιλεύς, ut Andronicus quoque junior, frater Manuelis, semper dicitur.

(30) Qui tandem? Hodie ab orbe condito non plures 5564 numerantur; quomodo igitur ante annos abhinc plus ducentos sexaginta, cum ista gererentur, sexies mille octingenti novem et viginti numerari poterant? Hac de re cum consuluissem D. Marcum Velserum, hujus reipub. duumvirum, et omnis antiquitatis peritissimum, sic mihi ad verbum rescripsit : *Re accuratius perpensa, Cantacuzenum eorum æram sequi video, qui Christum anno mundi* 5508 *natum existimant. Hanc autem usu ab Ecclesia receptam esse ait Antonius Contius in Notis Chronol. Nicephorianæ, cap.* 9, *et testimoniis comprobat, ut videre est in secunda editione Bibliothecæ sanctorum Patrum, tomo* VII, *colum.* 984 *Annus itaque* 6829, *quo Michael mortuus est, erit Christi* 1321, *quo sane currebat indictio quarta, quam Cantacuzenus in calce lib.* I *annotat Quod inde potest ostendi. Datis annis Christi, si annos* 312 *auferimus, et reliquos per* 15 *dividimus, quidquid provenit, indictionis numerum indicat. Jam si a* 1321 *auferas* 312, *remanent anni* 1009, *qui per quindecim divisi ostendunt orbem indictionum sexagies septies absolutum, et quatuor annos indictionis sexagesimæ octavæ esse reliquos Hoc est quod ponebatur, indictionem quartum numerari. Annus* 6835 *est Christi* 1327 *et indictio decima, quod cum superiori supputatione demonstrari potest, tum inde manifestum est, quod sexto ante anno ipse Cantacuzenus quartam*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

καὶ αὐτὸς ἐν Θεσσαλονίκῃ, τρίτον πρὸς τεσσαράκοντα χρόνον ἄγων τῆς ἡλικίας, ἔτους ἐννάτου πρὸς τοῖς εἴκοσι καὶ ὀκτακοσίοις καὶ ἑξακισχιλίοις, δωδεκάτῃ μηνὸς Ὀκτωβρίου, ἡμέρᾳ πρώτῃ τῆς ἑβδομάδος. Τούτων οὕτω συνενεχθέντων, ἀγγέλλεται τῷ βασιλεῖ Ἀνδρονίκῳ τῷ τοῦ τετελευτηκότος πατρὶ ἡ τοῦ βασιλέως καὶ υἱοῦ τελευτή. Καὶ χρόνον μέν τινα συχνὸν ἐπένθησεν ἐπὶ τῷ βασιλεῖ καὶ παιδί· οὐ γὰρ ἄκρας ἔψαυσεν αὐτοῦ καρδίας ἡ τοῦ καλοῦ παιδὸς τελευτή. Εἶτα δαίμονός τινος τῶν ἐξητασμένων ἐπὶ φθορᾷ, βαρὺ καὶ ἄγριον κατὰ τῆς Ῥωμαίων πνεύσαντος εὐτυχίας, ἢ, τἀληθέστερον μᾶλλον εἰπεῖν, αὐτοῦ τοῦ τὰ πάντα οἰκονομοῦντος Θεοῦ πρὸς ἔκτισιν τῶν ἐπὶ πλήθει καὶ μεγέθει τὸ μέτρον ὑπερβαινόντων ἡμετέρων σφαλμάτων τὰ τοιαῦτα παραχωροῦντος, ἐπὶ νοῦν ἔρχεται τῷ βασιλεῖ Ἀνδρονίκῳ, τὸν μὲν καθεστῶτα βασιλέα τὸν ἔκγονον αὐτοῦ τὸν νέον Ἀνδρόνικον ἀποστερῆσαι τῆς βασιλείας, καὶ εἰς ἰδιώτου μεταστῆσαι σχῆμα· τὸν υἱὸν δὲ αὐτοῦ τὸν Κωνσταντῖνον δεσπότην ὄντα τῷ διαδήματι τῆς βασιλείας κοσμῆσαι· οὐ μᾶλλον αὐτοῦ τούτου γε ἕνεκα διανοηθεὶς τοῦτο τοῦ Κωνσταντίνου, ἢ ὥστε τὸ τῆς βασιλείας ἀξίωμα, καὶ εἰς τὸν ἐκ παλλακῆς αὐτῷ δὴ τῷ Κωνσταντίνῳ πρόσοντα παῖδα μεταδῆναι τὸν Μιχαήλ, ὡς πατρόθεν καὶ ἐξ ἁρμονίας αὐτῷ προσῆκον· ὃς δὴ καὶ Καθαρὸς ὠνόμαστο μητρόθεν λαχὼν τὴν κλῆσιν· οὗτος δὴ ὁ Μι-

A Idus Octobres, primo die hebdomadis [quem Dominicum appellitamus.] Cum hæc ad istunc modum evenissent, Andronicus senior de ejus obitu certior factus, in diuturno mœrore jacuit (31); in pectus enim penitissimum tam boni filii occasus descenderat (32). Exin quopiam malo dæmone, de iis qui in exitio hominibus machinando sunt exercitati (33), adversus Romanorum felicia tempora (34) dirum et immane spirante, quinimo (ut verius loquar) ipso universam naturam procurante Deo ad delictorum nostrorum, qua multitudine, qua gravitate infinitorum pœnas expetendas permittente (35), Andronicus decretum jam imperatorem nepotem suum Andronicum juniorem, imperio spoliatum, in ordinem redigere, ac pro eo
B Constantinum filium despotam imperiali diademate exornare meditatur. Neque id tam Ipsius Constantini causa, quam ut amplitudo imperatoria etiam ad Michaelem puerum, ipsi Constantino ex Cathara pellice (36) natum, (a qua et Catharus cognomen invenit), tanquam debita a patre hæreditas et quasi ex compage, perveniret. Hic igitur Michael generis sui fontem ex matre vili et ignobili traxit, fuitque cætera quoque nullius pretii. Nam neque illi ingenium prudentia munitum erat, neque liberalium disciplinarum peritiam ullam (37), neque militaris scientiæ exercitationem vel mediocrem,

Jacobi Pontani notæ.

indictionem nominat. Verumtamen, anno 1327 *post mensem Septembrem, quo Græci indictiones auspicabantur, undecimam indictionem cepisse. Sed quia in scheda tua dies* 14 *Kalendas Junias ascripta erat, rationem qua Cantacuzenum, sive librarium excusem, non invenio, siquidem codex ita præfert.* Hactenus ille. Solent ergo Græci tempora ab annis mundi conditi numerare : in numero autem a nobis ipsa multitudine plurimum discrepant.

(31) Gregoræ verba recitabo. *Senex autem imperator Andronicus ex mœrore et sollicitudine confectus est, cujus vix exemplum reperiatur.* Sic ille. Ex quo scire licet, patri fuisse charissimum, quia filius optimus, ut sequitur in Cantacuzeno.

(32) Verba sunt Ulyssis in Hecuba Euripidis. Autumat enim, Hecubæ beneficium sibi manere alta mente repostum. Erasmus sic convertit, *haud enim hæc res summa strinxit pectoris.* Ad verbum, *non enim summum seu superficiem cordis ejus boni filii mors tetigit.* Id est, in pectus ejus quam
D altissime descendit. Dolor ille de filii charissimi obitu cor ejus intimum penetravit. Germanice, *Esi st ihm tief zu Herzen gegangen.* Aut. ἐμφατικώτερον, *Das grosse Leid hat dem guten Alten sein Herz, seine Seele durchdrungen.*

(33) *De numero eorum, qui in nocendo hominibus sæpe magna documenta dederunt.* Aut sic : *Quorum detrimentis humano generi inferendis, jam multis experimentis probata et explorate cognita malignitas.* Scimus dæmones hominum esse hostes sempiternos, idque ex incredibili quadam invidia. Sed historicus sentit quoddam esse genus, cui nocere hominibus per calamitates ingentes palmarium est : quales, opinor, ii quibus mulierculæ sagæ seu veneficæ totas se consecrant. Ab illis enim qua privata, qua publica damna, perniciemque hominibus dare compelluntur.

(34) In historia Byzantina rudiores illos quoque Orientales populos intelligant Romanos vocari, et
C imperium illud Romanum, et imperatores Romanos, ex quo Constantinus Magnus communis Orientis et Occidentis, Romanorumque imperator sedem Constantinopoli posuit, et eo ex Italica Roma tanquam coloniam deduxit, quam et novam Romam dixit, et sic passim a Græcis scriptoribus appellatur, νέα Ῥώμη, ut illa altera πρεσβυτέρα Ῥώμη, indeque se Græci Ῥωμαίους, populos autem Occidentis Λατίνους et Φράγκους appellare cœperunt. Successores porro Constantini hoc nomen ut gloriosum sibi suisque retinuerunt, et se quoque Romanos dici haberique voluerunt. Sciendum insuper, a Græcis posterioribus nonnunquam Græciam Europæam, nonnunquam provincias illas Asiæ minoris *Romaniam* vocari.

(35) Hujuscemodi piæ Christianæque sententiæ, et hæc præ aliis ab hoc scriptore frequentantur. Nisi enim essent hominum scelera et flagitia, non essent pestilentia, bellum, fames, eluviones, aliaque mala atrocissima et plurima, quibus Deus nos punit, vel admonet potius, ut resipiscamus, si pœnas æternas velimus effugere. Ergo in Deum mala nostra ob hanc causam, quasi videlicet in animadversorem punitoremque referri, pium est, et id sancta Scriptura passim docet : *Omnia quæ fecisti nobis, Domine, in vero judicio fecisti, quia peccavimus tibi, et mandatis tuis non obedivimus.* (*Dan.* III). Mittam locos alios, quia sapienti pauca, ut dicitur.

(36) Muzalonis protovestiarii filiam uxorem habuit, ex qua nullos genuit liberos. Ea post defuncta, ex ancilla formosa, Cathara nomine, puerum suscepit, quem Michaelem Catharum dixit : et postmodum novis cujusdam Endociæ amoribus (quam et viro ejus mortuo uxorem duxit) veterem et concubinæ, et filii ex ea sibi procreati amorem ex animo ejecit, ut pluribus, lib. VIII, ipso ferme initio a Gregora proditur.

(37) Græce est, οὔτ' ἐγκυκλίου παίδευσιν ἔσχε παι-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

neque demum quantamcunque indolem ad ullum adolescentiæ decus et ornamentum præ se tulit. Nihilo tamen secius vehemens libido Andronicum imperatorem invasit, ut omnimodis ab omni laude inopem splendidissimo, et altæ cujusdam mentis indigo **12** principatui Romano præficiendum existimaret. Ergo ubi consilium expedivit, nihil morandum ratus, Michaelem a consuetudine convictuque matris segregatum, domesticum suum et contubernalem fecit (38); a latere suo nusquam discedere passus est, et quæcunque legitime generatis honorifica tribuerentur, in his eumdem primas ferre voluit. Insuper enixe operam dedit, ut in responsis ad legationes unde unde missas, et in congressibus cum episcopis, aut alioqui cum viris sapientibus, aliisve in sermonibus et colloquiis, quæ auscultatorem semetipso prudentiorem effectura viderentur, coram præsens adesset atque attenderet. Sin imperatore disceptante cum quopiam forte fortuna abesset, pluribus continuo dimissis, ut magnum operæ pretium faciens, eum advocabat. Ac scopus quidem ejus in speciem erat, ut si his rationibus illi honorem auctoritatemque comparasset, Romanis velut nepotem imperatoris colendum observandumque persuaderet: re autem vera, ut eum ad destinatum imperii fastigium præpararet atque præcoleret, et ad imperialium functionum experientiam eveheret. Quanquam ipsummet post pacificationem cum juniore Andronico, quo a se culpam removeret, affirmare solitum ferunt, quæ Michaeli facta essent, non aliqua vafritie aut dolo malo, sed incuriose, nullo fuco, et casu facta esse. Ac propter altitudinem quidem gradus quem tenebat (39), amoremque veritatis, cui in omni anteacta vita studuerat, firmam fidem ejus reperisset oratio, nisi rerum exitus postea declarasset, earum exordia non fortuito et inconsulto, sed ex callido commento potius et insidiosis cogitationibus exstitisse : id quod procedens narratio mox demonstrabit.

A χοῆλ εἶλκε μὲν καὶ τὰς τοῦ γένους πηγὰς ἐκ φαύλης· καὶ ἀσήμου μητρός· ἦν δὲ καὶ τἄλλα ἄξιος οὐδενός· οὔτε γὰρ φύσεως ἔτυχεν εὐρώστου πρὸς τὸ φρονεῖν, οὔτ' ἐγκυκλίου πεῖραν ἔσχε παιδείας· οὔτε πρὸς στρατείας ἥσκητο τὸ παράπαν οὔτε πρός τι τῶν ὅσα νέους κοσμεῖ εὐφυῶς εἶχε κἂν ἐπ' ὀλίγον· ἀλλ' οὕτω παντάπασιν ὄντα παντὸς ἐστερημένον καλοῦ, δεινὸς ἔρως εἰσῆλθε τὸν βασιλέα, τῇ λαμπρᾷ ταύτῃ καὶ βαθείᾳ δεομένῃ φρενὸς ἐπιστῆσαι βασιλείᾳ Ῥωμαίων. Οὕτω δὴ διανοηθείς, καὶ ἔργου ἥπτετο ἤδη, καὶ τὸν Μιχαὴλ ἐκ τῆς παρὰ μητρὶ διατριβῆς ἀφελών, σύνοικον ἀπέδειξεν ἑαυτῷ καὶ συνδιατρίβοντα· αὐτῷ τε ἀεὶ παρακαθήμενον καὶ παριστάμενον, καὶ τὰ πρῶτα τῶν γνησίων ἀποφερόμενον, ὅσα γε εἰς τιμήν. Ἔτι τε διὰ σπουδῆς
B ἐποιεῖτο πάσης, ἔν τε τοῖς πρὸς τοὺς ὀθενδήποθεν πρέσβεις χρηματισμοῖς, κἂν ταῖς πρὸς ἀρχιερέας ἤ τινας τῶν σοφῶν ὁμιλίαις, ἢ καὶ ἄλλοις τισὶ λόγοις τὸν ἀκροατὴν δοκοῦσι συνετώτερον ποιεῖν ἑαυτοῦ, παρεῖναι καὶ ἀκροᾶσθαι τὸν Μιχαήλ· εἰ δέ ποτε συμβεβήκει τὸν Μιχαὴλ μὴ παρεῖναι ταῖς ἀγωνιστικαῖς ὁμιλίαις τοῦ βασιλέως, μετεκαλεῖτο τοῦτον διὰ πολλῶν ὡς δή τι προῦργου ποιῶν· σκοπὸς δ' ἦν αὐτῷ, τὸ ἐμφανὲς μὲν, ὡς ἂν αὐτῷ περιποιήσῃ τιμὴν, καὶ Ῥωμαίους πείσῃ ὡς ἐγγόνῳ βασιλέως αὐτῷ προσέχειν· τῇ δ' ἀληθείᾳ, πρὸς τὸ μελετώμενον αὐτὸν τῆς ἀρχῆς ἐξασκῆσαι ὕψος, καὶ πρὸς πεῖραν ἀναγαγεῖν διοικήσεως πραγμάτων βασιλικῶν· καίτοι τε αὐτὸς ὁ βασιλεὺς Ἀνδρόνικος, μετὰ τὰς συμβάσεις, ἃς ἐποιήσατο πρὸς τὸν ἔγγονον καὶ
C βασιλέα τὸν νέον Ἀνδρόνικον, ἑαυτὸν ἐξαιτιώμενος περὶ τούτου, οὐκ ἐκ περινοίας τινὸς ἢ κακούργου σκέψεως ἔλεγε τὰ κατὰ τὸν Μιχαὴλ γεγενῆσθαι, ἀλλ' ἀπεριέργως οὕτω καὶ ἁπλῶς ἐκ τοῦ συντυχόντος· καὶ ἦν ἂν τοῖς τοιούτοις λόγοις ἰσχυρὰ πίστις, τότε τοῦ βασιλέως ἀξίωμα, καὶ τὸ, διὰ βίου παντὸς αὐτὸν τῇ ἀληθείᾳ προσέχειν, εἰ μὴ τὰ τῶν πραγμάτων τέλη τὰς ἀρχὰς ἀπέδειξαν ἑαυτῶν οὐχ ὡς ἔτυχεν οὐδ' ἐκ τοῦ συμβεβηκότος, ἀλλ' ἐκ περινοίας καὶ σκέψεως οὐ δικαίας γεγενημένας· σκεπτέον δὲ ἐκ τῶν πραγμάτων.

Jacobi Pontani notæ.

δείας. De orbe illo doctrinarum loquitur, qui septem artibus liberalibus definitur. Quæ alioqui etiam juncto verbo ἐγκυκλοπαιδεία vocari solet. Verum a me nomen ipsum *orbis* exprimi haud necesse fuit, quando res clara est.

(38) Gregoras alias causas duas affert, quæ tamen huic a nostro allatæ nihil repugnant : *Eum*, inquit, *annum ætatis* 15 *agentem accersitum, inter aulica ministeria assumit. : primum; ne ab omnibus neglectus, fame periret; deinde fortasse, ut sanguine imperatorio oriundus, affinitate cum aliquo ex finitimis hostibus jungeretur, pacemque conciliaret, et Romanos, Romanamque rem adjuvaret.* Pergit deinde paucis indicare, quo loco apud senem fuerit, in quo noster est copiosior : *Cum autem*, inquit, *in palatio versaretur, brevi tempore imperatoris animum ita sibi conciliavit, ut et ipsi imperatoris filii ei inviderent, Andronicus vero Junior imperator irasceretur, molesteque ferret, insignem illum sui amorem*
D *apud avum languescere, erga novitium vero illum et subditilium vehementer crescere.* Ostendit præterea, quomodo annos natum 25 cuidam Macedonicæ provinciæ præfecerit, et ejus encomium texit. Lege lib. VIII. paulo post principium.

(39) Plinius Vespasianum alloquens Præfatione Historiæ suæ naturalis, imperatorem ait in excelsissimo humani generis fastigio positum. Nobiles, ac præsertim principes, reges, imperatores non est verisimile mentiri velle, quia id summa eorum ingenuitas non permittit : et quia nulli hominum generi fœdius est mendacium. Nam cum ob duas plerumque causas mortales mentiantur, vel ut jocentur scurriliter, vel ut aliquam sibi utilitatem, compendiumque pariant, in viros tales neutrum convenit, quos et summa gravitas decet, et qui magis habent quod aliis dent, quam indigent quod ab aliis accipiant. Nec minus odit Deus divitem mendacem, quam pauperem superbum.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

CAPUT II.

Origo dissidii inter Andronicos imperatores. Cantacuzeni in recusatione juramenti libertas. Nepotis cum Syrgianne colloquium de salute et dignitate retinenda, mutuusque inter nepotem et Cantacuzenum amor. Hujus et Syrgiannis in Thracia consultatio.

Ἔθους γὰρ ἐπικρατοῦντος παρὰ Ῥωμαίοις, ἐπεὶ δὰν ἀπολίπῃ τὸν βίον ὁ βασιλεὺς τοὺς μὲν ἐπιτρόπους τῶν ἐπαρχιῶν ἅπαντας παραλύεσθαι τῆς ἀρχῆς· εἰς ἓν δὲ συνιόντας, ὅρκοις βεβαιοῦν τὴν πίστιν τῷ ὑπολειπομένῳ βασιλεῖ, εἴ γε εἷς ἐστιν ἢ καὶ δύο· εἶτ' αὖθις οἷς ἂν αὐτῷ δόξειε τὰς ἀρχὰς ἐγχειρίζειν, ὥριστο καὶ τότε παρὰ τοῦ βασιλέως, μετὰ τὴν τοῦ υἱοῦ καὶ βασιλέως τελευτὴν Μιχαὴλ, τούς τε ἐν τέλει καὶ τοὺς ἐν ἀξιώμασι πάντας, μέλλοντας καθίστασθαι πρὸς ἀρχάς, ὅρκοις ἐμπεδοῦν τὴν πίστιν τοῖς βασιλεῦσιν. Ἐτελοῦντο τοίνυν οἱ ὅρκοι, οὐ κατὰ τὸν πρότερον συνήθη τύπον· ἔτι γὰρ καὶ Μιχαὴλ ἐν ζῶσιν ὄντος τοῦ βασιλέως, εἴπερ ἐδέησέ τινα ὅρκῳ δοῦναι πίστιν τοῖς βασιλεῦσι, προαπαριθμησάμενος τὰ ἅγια ἐν οἷς ὤμνυεν, εἶτα στέργειν ἔλεγε καὶ βασιλέα, πρῶτον μὲν Ἀνδρόνικον τὸν καὶ πρεσβύτερον τῷ χρόνῳ καὶ πατέρα τῶν βασιλέων, καὶ τὴν αὐτοῦ γαμετήν· εἶτα μετ' ἐκεῖνον, τὸν υἱὸν αὐτοῦ Μιχαὴλ ὁμοῦ τῇ συζύγῳ· καὶ τρίτον τὸν νέον Ἀνδρόνικον, υἱὸν μὲν ὄντα τοῦ Μιχαὴλ υἱωνὸν δὲ Ἀνδρονίκου· τοῦ τοιούτου ἔθους ἀπὸ τῶν χρόνων ἀρξαμένου τοῦ πρώτου βεβασιλευκότος Παλαιολόγου τοῦ Μιχαήλ· πρότερον γὰρ οὐκ ἐξῆν τῷ παιδὶ τοῦ βασιλέως ὅρκους ἀποδιδόναι· ἀλλ' οὐδὲ παρασήμοις κεκοσμῆσθαι βασιλικοῖς, εἰ μὴ τοῦ πατρὸς αὐτῷ μεταστάντος τοῦ βίου, τὸ κράτος τῆς βασιλείας ἤδη καθαρῶς πρὸς αὐτὸν μεταβαίη. Ὥσπερ ἔφημεν τοίνυν ἔτι τοῦ Μιχαὴλ ζῶντος, τελουμένων τῶν ὅρκων, μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ὥριστο τοὺς ὀμνύοντας πρὸς μόνον τὸν πρεσβύτερον Ἀνδρόνικον ποιεῖσθαι τοὺς ὅρκους, καὶ ὃν ἂν αὐτὸς βασιλέα Ῥωμαίων καταστήσῃ, τὸ τοῦ νέου βασιλέως ὄνομα Ἀνδρονίκου παντάπασιν ἐκβαλόντας· τοῦτο πάντας μὲν ἐνίασε τοὺς συνετωτέρους Ῥωμαίων, καταστοχαζομένους ἤδη τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι τῶν Ῥωμαϊκῶν πραγμάτων φθορὰν ἐκ τῆς ἀναφυομένης μεταξὺ τῶν βασιλέων στάσεως καὶ διαφορᾶς. Τῷ δέει μέντοι τοῦ κρατοῦντος ἅκοντες πάντες ὤμνυον ὡς ἐκελεύοντο πλὴν ἑνὸς μόνου τοῦ Καντακουζηνοῦ Ἀνδρονίκου τῇ τοῦ παρακοιμωμένου τετιμημένου ἀξίᾳ· οὗτος γὰρ χρησάμενος παῤῥησίᾳ κατὰ καιρὸν, ἀθέτησιν ἔλεγεν εἶναι τοῦ Θεοῦ φανερὰν, εἰ μὴ καὶ τὸν νέον βασιλέα Ἀνδρόνικον συμπαραλάβοι τοῖς ὅρκοις· τοῦτον γὰρ τὸν τρόπον καὶ πρότερον ὁμωμοκέναι. Διὸ καὶ οἱ ἐπὶ τῆς ὁρκωμοσίας τεταγμένοι, συνιδόντες τὴν ἔνστασιν τοῦ ἀνδρὸς ὡς δικαίαν, ἅκοντες μὲν, ὅμως δ' οὖν συνεχώρησαν αὐτῷ τὸν πρότερον τύπον ἐκθέσθαι τοῦ ὅρκου. Τοῦτο δὴ παρ' αὐτῶν γνωρίσας καὶ βασιλεὺς, βαρέως μὲν ἤνεγκε τὴν τοῦ ἀνδρὸς παῤῥησίαν, τοῦ δὲ μή τινα ταραχὴν ποιῆσαι τὴν πρὸς

A Cum increbuisset apud Romanos consuetudo, ut demortuo imperatore provinciarum præsides omnes magistratu vacarent et in unum coeuntes imperatori superstiti, si unus esset, aut etiam duobus, fidelitatis sacramentum dicerent, deinde, quos ille delegisset, præfecturas reciperent, edixit etiam tum imperator, ut exstincto Michaele filio collega, **13** quicunque magistratus gererent et dignitates obtinerent, si eas sibi confirmari optarent, novo sacramento imperatoribus sese obstringerent. Ex quo jusjurandum dabatur illud quidem, non tamen veteri ac solemni more dabatur. Nam vivo adhuc Michaele, percensitis antea sanctis quæ testabantur, tum se agnoscere et amplecti profitebantur imperatorem, primum quidem Andronicum B (utpote annis grandiorem imperatorumque parentem) et imperatricem : deinde filium ejus Michaelem item cum conjuge : tertio loco Andronicum Michaele prognatum, Andronici nepotem : hac consuetudine a temporibus Michaelis ex Palæologis primi imperatoris introducta. Ante illam siquidem ætatem imperatoris filio non jurabatur, neque eum insignibus imperatoriis cohonestare licebat, nisi patre jam lumine casso, imperialis ad eum potentia citra controversiam devolveretur. Itaque juramentis, eo modo quo diximus, Michaele superante conceptis, post ejus e vita discessum lata lex est, ut Andronico seniori tantum et quem is sibi consortem allegisset, nomine Andronici junioris penitus ejecto, jurato fides firmaretur. Quæ C res prudentioribus Romanorum universis pestem et exitium in Romanam rempublicam ex suboriente inter imperatores dissidio distractioneque incubiturum, suspicione præcipientibus luctuosa accidit. Nihilo minus dominantis timore subacti, omnes juxta præceptum juramenti religione se devinxerunt, extra unum tantummodo Joannem Cantacuzenum. Qui honore præfecti sacri cubiculi (40) ab Andronico insignitus, tempestiva loquendi libertate adhibita, Deum a se manifeste contemptum iri dixit, nisi item junioris imperatoris Andronici jurando meminisset : ad eum quippe modum etiam prius jurasse. Quamobrem qui adjurabant, seu qui juramentum deferebant, non injuD ria virum acrius obniti ac repugnare cernentes, ut se ex antiqua formula sacramento constringeret volentes nolentesque permiserunt. Id simul ex eis senior rescivit, hominis confidentiam inique passus, ne tamen si illum premeret urgeretque severius, turbarum aliquid efficeretur, conniven-

Jacobi Pontani notæ.

(40) Παρακοιμώμενος Græce, Latine *accubitor*, et usu verbi liberiore, *custos*. Sed sine controversia ea dignitas designatur, quam tribus vocibus expressimus. Paulo infra, μέγας δομέστικος, et ita deinceps semper nominatur (minoris Andronici intelligo) quæ tamen dignitas, quando in eum collata sit, nusquam indicatur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dum et ipse censuit. Nepos comperto quid ageretur, illico animum graviter vulneratus, procœmiaque hujuscemodi ad eversionem atque interitum suum spectare auguratus, dolorem silentio dissimulat cor suum comedens, ut Homerus ait (41), ac ne verbis quidem tenus in avum 14 contumax, ac superbus videri studens. Atque ille quidem sic tacitus sedebat, cum quidam perillustri prosapia oriundus, cui maternum genus e sanguine imperatorio (42), pater autem apud Comanos (qui Joanni Batatzæ imperium capessenti se dediderant [43]) nobilissimus, barbare Sytzigan, nomine vero ejus, qui ipsum e sacro fonte susceperat (44), Syrgiannes nuncupatus; hujus itaque Syrgiannis filius patri cognominis, noctu imperatorem nepotem cum convenisset, istiusmodi verbis eum affatus est: Credo equidem, imperator, novas hasce machinationes tibi plane auditas esse: te autem, ut minime stultum, quonam res tali exorsu evasura sit, conjectura providere decet. Illud profecto dici non potest, avum tuum dementia quadam, aut imperitia rerum huc prorupisse, cum se prudentissimum experientissimumque multis antehac exemplis probaverit. Nam nisi prius constabiliisset et communiisset, quem splendida purpura induturus est (45),

A ἐκεῖνον ἔνστασιν, συνεχώρησε καὶ αὐτός. Ὁ μέντοι νέος Ἀνδρόνικος ταῦτα μαθὼν, ἐπλήγη μὲν σφοδρῶς τὴν ψυχὴν, τὴν ἀρχὴν τῶν τοιούτων πραγμάτων εἰς αὐτοῦ καταστροφὴν ἀποβλέπουσαν ἐννοῶν, ἔφερε δὲ τὸ ἄλγος σιγῇ, θυμὸν ἔδων, καθ' Ὅμηρον, καὶ οὐδὲ λόγῳ γοῦν ἐθέλων δοκεῖν ἀπαυθαδιάζειν πρὸς τὸν πάππον καὶ βασιλέα. Ἐκεῖνος μὲν οὖν οὕτω καθῆστο σιγῇ· εἷς δέ τις τῶν ἐπ' εὐγενείᾳ λαμπρυνομένων, καὶ τὰς σειρὰς ἑλκόντων τοῦ γένους μητρόθεν μὲν ἐξ αἱμάτων βασιλικῶν, πατρὸς δὲ ὢν παῖς τοῦ παρὰ τοῖς Κομάνοις εὐγενεστάτου (οἳ προσεχώρησαν Βατάτζῃ τῷ βασιλεῖ τῆς Ῥωμαίων βασιλείας ἐπειλημμένῳ), Συτζιγὰν βαρβαρικῶς καλουμένου, ἐκ δὲ τοῦ ἁπὸ τοῦ ἁγίου φωτίσματος αὐτὸν ἀναδεξαμένου Συργιάννη ἐπικληθέντος· τούτου δὴ τοῦ Συργιάννη

B παῖς Συργιάννης, νυκτὸς τῷ νέῳ βασιλεῖ προσελθὼν, Πάντως ἤκουσταί σοι, βασιλεῦ, ἔφη, τὰ καινουργήματα ταυτὶ τὰ νέα· καὶ στοχάζεσθαι τὸ τέλος τῶν πραγμάτων ἐκ τῆς ἀρχῆς ὄντι συνετῷ σοι προσήκει. Οὐ γὰρ ἔστιν εἰπεῖν ὡς ὁ σὸς πάππος καὶ βασιλεὺς, ἐξ ἀνοίας ἢ ἀπειρίας τοιαῦτα προήχθη δρᾶν· ὁ παρελθὼν γὰρ χρόνος καὶ ἐμπειρίαν πολλὴν καὶ φρονήσεως αὐτῷ μέγεθος μαρτυρεῖ, ἀλλ' εἰ μὴ πρότερον ὃν μέλλει τῷ τῆς ἀλουργίδος ἄνθει κοσμήσειν κατέστησεν ἐν βεβαίῳ, οὐκ ἂν ἀπεστέρει σε ταύτης

Jacobi Pontani notæ.

(41) Locus est de Bellerophonte *Iliad.* ζ, qui ab Antia, Prœti Argivorum regis uxore, apud virum falso accusatus, quod se de stupro appellasset, ab eodem cum litteris ad Jobaten Lyciorum regem socerum missus, et ab illo periculis magnis objectus est, quæ tamen vicit. Postmodum diis exosus factus, in locis solis oberrabat, hominum congressus fugiens, ac se tristitia et dolore macerans. Versus Homeri cum Latina M. Tullii interpretatione apponam :

Ἦτοι ὁ καπνεδίον τὸ ἀλήϊον οἷος ἀλᾶτο,
Ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.

Qui miser in campis mœrens errabat Aleis,
Ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans.

Germani istuc, cor suum comedere, ἐμφατικῶς exprimunt, *er frisst sich selbst*, hoc est, comedit, absumit se ipsum. Mœror enim vehemens, ac diuturnus, seu immensa et longa animi ægritudo corpus tabefacit, ad cutemque et ossa redigit: quod Artemisiæ reginæ Cariæ Mausolum maritum ἀπαραμυθήτως lugenti contigit, de qua Cicero in Tuscul. : *Ut Artemisia illa Mausoli Cariæ regis uxor, quæ nobile illud Halicarnassi fecit sepulcrum, quandiu vixit, vixit in luctu, eodemque etiam confecta contabuit.*

(42) E familia imperatoria erat hæc femina, quæ dynastæ barbaro et Comano nupsit, Cantacuzeni cognata. Nam et Scythis principibus, ut audiemus, imperatores Constantinopolitani locabant filias suas, et Cantacuzenus Orchani Persæ, seu Turcæ potius Theodoram filiam nuptum dedit.

(43) Hoc ἐν παρενθέσει dictum, quam Græci notare non solent : quo attentiorem oportet esse interpretem. Verisimile fit, Sytziganum istum barbarum cum uxore Constantinopolim migrasse, ibidemque susceptis Christianorum sacris habitasse, et in eadem urbe Syrgiannem filium genuisse.

(44) Hos quidam susceptores, alii compatres vocant : debent enim cura paterna, pro quibus in baptismo spondent, in Christianis institutis erudiendos suscipere, et in eo paternam illorum curam gerere. Nisi quis malit ab eo dici susceptores, quod infantem vel abluendum salutari fonte, vel ablutum suscipiunt in ipsa brachia. Græce est, ἀπὸ τοῦ ἁγίου φωτίσματος αὐτὸν ἀναδεξαμένου, *qui eum a sancta illuminatione suscepit.* Quod Latini dicunt, voce e Græco fonte cadente, baptizari, a βαπτίζεσθαι, id Græci præterea aliis tribus efferunt, φωτίζεσθαι, σφραγίζεσθαι, καθαίρεσθαι, *illuminari, obsignari, purgari.* Quæ tamen, si verborum ipsorum vim et sensum velimus exprimere, non sic reddenda sunt, sed, *baptismo ablui, sacro fonte tingi, salutari aqua perfundi, sacro rore tingi, cœlesti fonte lustrari*, et aliis compluribus modis, quos Latinitatis studiosi haud ignorant. Dies autem ille, quo Christi baptizati memoria celebratur, et in diem Epiphaniæ in Latina Ecclesia incidit, a Græcis Patribus φώτων ἡμέρα nominatur, *dies luminum* : siquidem φωτισμὸν ἀντὶ βαπτίσματος frequenter accipiunt. Ita Gregorius Nazianzenus orationem eo die habitam inscripsit, Εἰς τὰ ἅγια φῶτα, *In sancta lumina.* Qui ergo festum luminum apud Græcos esse festum Purificationis Mariæ volunt, falluntur. Fons autem in basilicis, ut notavit Brissonius commentario de feriis Christianis, proprio et baptismi officio specialiter dicato loco concludebatur, cujus appellationem Latini verborum inopes a Græcis mendicantes, locum eum baptisterium nuncupant. Græci suum illud Latinis commodatum verbum intempestive repetere nolentes, φωτιστήριον dicunt, Ambrosius, *regenerationis sacrarium.* Et recens baptizati tum νεόφυτοι, tum νεοφώτιστοι appellabantur.

(45) *Quem ornaturus est ornatu purpuræ.* Ἄνθος quippe etiam ea notione est, qua κόσμος : sed μεταφορικῶς, ut Latinum, flos, sæpe decus, elegantiam, pulchritudinem, et ornamentum quoddam significat. At certe ἀνύει, hic potius, ipsum κάλλος τοῦ βάμματος, tincturæ, sive coloris purpuracei nitorem ac venustatem quandam declarat.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ἀναφανδόν. Τὸ γάρ σε μὲν ἐκβαλεῖν τῶν ὅρκων, ἀντεισαγαγεῖν δὲ ὃν ἂν αὐτὸς καταστήσῃ, οὐδὲν ἄλλο δύνασθαί μοι δοκεῖ. Δεῖ δή σε βουλεύσασθαι περὶ τοῦ πράγματος συνετῶς· οὐ γὰρ περὶ μικρῶν καὶ εὐκαταφρονήτων βουλεύσῃ· ἀλλ' ἢ καλῶς ζῆν, ἢ μὴ ἀτίμως ἀποθανεῖν. Ἐγὼ δ' ἐμαυτὸν παρέξω σοι προθυμότατον πρὸς ἅπαν τὸ προσταττόμενον ἑτοίμως ἔχοντα μὴ πράγματα μόνον καὶ κτήματα, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν ζωὴν ὑπὲρ τῆς σῆς προέσθαι τιμῆς. Τούτων τῶν λόγων ἀκούσας ὁ βασιλεὺς, Τῆς μὲν εἰς ἐμέ σου φιλίας ἕνεκα καὶ προθυμίας, ὁμολογῶ σοι χάριν, ἔφη, πολλήν· ἐπεὶ δ' ὁ μέγας δομέστικος ὁ Καντακουζηνὸς Ἰωάννης καί σοι μὲν οἰκείως διάκειται πάνυ καὶ φιλικῶς, ἐμοὶ δὲ συνδέδεται δεσμοῖς φιλίας ἀῤῥήκτοις ἐκ βρεφικῆς ἡλικίας ἄχρι καὶ δεῦρο συνηυξημένης ἡμῖν, καὶ εἰς βάθος προκοψάσης τοσοῦτον ὡς δοκεῖν τὴν μὲν ἐμὴν ψυχὴν τὸ ἐκείνου σῶμα κινεῖν, τὴν δ' ἐκείνου ψυχὴν ἐν ἐμοὶ κινεῖσθαι, καὶ ταῦτα καὶ λέγειν καὶ πράττειν ἅπερ ἂν ἐγὼ βούλωμαι, καὶ τρόπον τινὰ τὰς ἀμφοτέρων ψυχὰς συντακείσας εἰς μίαν, ἀμφότερα τὰ σώματα κινεῖν. Ἐπεὶ τοίνυν συμφυῶς οὕτως ἔχομεν πρὸς ἀλλήλους, οὐκ ἀνεκτὸν ἡγοῦμαι μόνος τι βουλεύσασθαι περὶ ἐμαυτοῦ κἂν ἐν ἐσχάτοις κινδύνοις συμβαίνῃ περιπεσεῖν. Ἀλλ' ἐπεὶ σὺ πρὸς Θρᾴκην ἀπέρχῃ τῆς ἐκείνου διάδοχος ἐσόμενος ἀρχῆς, γράμματα πρὸς αὐτὸν λαβὼν τῆς ἐμῆς χειρὸς ὡς ἂν πιστεύσῃ πρὸς λόγου σοι συνελθεῖν, (ἄλλως γὰρ οὐ θαῤῥήσειεν ἄν), ταῦτ' ἐπίδος αὐτῷ. Καὶ συνελθόντων ὑμῶν εἰς ἕν, καὶ βουλευσαμένων περὶ τῶν προκειμένων, ἅπερ ἂν ὑμῖν δόξῃ λυσιτελῆ καὶ ὠφέλιμα, ταῦτ' ἔσται συνδοκοῦντα κἀμοί. Πέπεισμαι γὰρ ἀκριβῶς, ὡς εἰ μὴ Θεὸς οἷς οἶδε τρόποις τὴν ὑμῶν σφήλειε γνῶσιν, οὐκ ἂν ἁμάρτοι τοῦ καλοῦ καὶ λυσιτελοῦντος καὶ ὠφελίμου, καὶ φρονήσεως ὀξείας ἕνεκα, καὶ πείρας πραγμάτων πολιτῶν, καὶ τῆς περὶ ἐμὲ φιλίας ἄκρας καὶ συναφείας. Τούτων οὕτω ῥηθέντων, τὰ γράμματα λαβὼν ἐκ βασιλέως ὁ Συργιάννης, ἐχώρει πρὸς Θρᾴκην· ἔνθα δὴ τῷ μεγάλῳ συγγενόμενος δομεστίκῳ, καὶ τά τε συμβάντα γνωρίσας αὐτῷ, καὶ τὰ τοῦ βασιλέως γράμματα ἐγχειρίσας, ἐβουλεύοντο περὶ τῶν παρόντων, καὶ δύο καὶ τρισὶν ἐφεξῆς ἡμέραις. Καὶ ποικίλης καὶ πολυειδοῦς τῆς βουλῆς γενομένης (ἐπεὶ περὶ τῶν μεγίστων ἦν ὁ ἀγὼν), καὶ πολλῶν ῥηθέντων παρ' ἀμφοτέρων (ἐπεὶ καὶ φρονήσεως ἕνεκα καὶ πείρας στρατηγικῆς τοῖς μάλιστα πρώτοις τῶν Ῥωμαίων συνημιλλῶντο), τέλος ὁ μέγας δομέστικος εἶπε τοιάδε·

A non te eadem palam privatum iret. Etenim quid aliud sit, nomen tuum formula jurandi exclusisse, ejus contra, quem ipse cooptaverit, inseruisse, ego non intelligo. Quoniam igitur non parvæ et floccifaciendæ res aguntur, sed quo pacto vel cum honestate vivas, vel citra dedecus ignominiamque pereas, tute tibi sapienter consulas, atque prospicias necesse est. De me hoc tibi habeo polliceri, ad omnia mandata tua conficienda, nec ad facultates modo omnes, sed ad vitam quoque pro dignitate tua contemnendam paratissimum fore. Finierat, cum sic excepit imperator : Quod mi tantopere diligis, et in mea causa tantam alacritatem præ te fers, immortales tibi gratias ago. Cæterum quia Joannes Cantacuzenus magnus domesticus et in intima familiaritate tua versatur, et irruptis mecum amicitiæ vinculis conjungitur, quæ inde ab infantibus (46) usque ad hanc diem nobiscum accrevit et tantis auctibus est cumulata, ut utriusque anima in alterius corpore habitare, seu animæ duæ in unam conflatæ amborum artus regere videantur, vigetque inter nos sermonum et actionum summa consensio : quia, inquam, nos duo animis usque adeo coaluimus, scelus conscisscerem, si, quanquam in extremum periculum præcipitatus, de rebus meis sine illo consultarem. Sed cum tu in Thraciam pro illius successore abeas, manu mea exaratam epistolam ei reddes, quo fide facta tecum congrediatur : alioqui enim fortasse non audebit. **15** Quæcunque autem vobis super præsenti statu meo deliberantibus conducere et expedire videbuntur, apud me quoque in simili æstimatione futura sunt. Prorsus enim ita sentio, nisi Deus, modo quo ipse novit, mentibus vestris caliginem offuderit, vos ut intelligentia pollentes, non mediocri reipublicæ usu præditos, mihique omnibus necessitudinibus conjunctissimos, ab eo quod honestum, frugiferum et conducibile est, opinione et sententia nequaquam abituros. His inter se dictis, Syrgiannes cum litteris in Thraciam discedens eas Cantacuzeno reddit, et in collocutione quæ Constantinopoli acciderint enuntiat. Triduum deinceps in consultationem impendunt. Cum diversa et multifaria in medium allata essent (de negotio quippe in primis magno et arduo laborabatur) et uterque non pauca dixisset (prudentia enim civili et experientia militari cum laudatissimis quibusque Romanorum certabant), tandem Cantacuzenus sic cœpit :

B

C

D

CAPUT III.

Cantacuzeni ad Syrgiannem oratio. Dolet de re tam ancipiti et periculosa dicendam sententiam; nepotem laudat et miseratur : futuram calamitatem præsentit : amicitiam justitiæ se prælaturum negat : elabendum potius aliqua, quam armis, citra ultimam necessitatem, decertandum affirmat.

Πολλῶν ἂν ἠλλαξάμην πραγμάτων, ὦ βέλτιστε φίλων, ἢ μᾶλλον καὶ αὐτῆς τῆς ζωῆς οὐκ ὀλίγου

Multa ego, amicorum optime, imo enimvero non parum de reliqua vita mea præoptarem amittere,

Jacobi Pontani notæ.

(46) *Cantacuzenus cognatus imperatori Andronico juveni æqualis et amicissimus ab ineunte ætate, et ob animi candorem sermonumque veritatem et morum commoditatem charissimus.* Gregoras lib. VIII.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quam ut esset ad nos delata hujuscemodi consultatio, ubi utrumvis evenerit, citra grande periculum evenire non potest. Qui de aliis rebus in consilium veniunt, iis ratiocinando licet concludere, tali modo rebus euntibus, bene, alio male omnino eventuras. In hac vero, qua de in præsens quærimus, si pars deterior meliorem vicerit, moriendum erit : sin, quæ apparet melior, deteriorem superaverit, quas non calamitatum Iliadas subire oportebit? Etenim si exitum sortita fuerint quæ imperator noster adversus nepotem coquit, ad malorum perferendorum magnitudinem accedere nihil poterit. Hominem namque pluribus æquiparandum (47) prudentia, cum prudentissimis de palma contendentem, fortitudine animi post se alios longe relinquentem, ingenuitate, et naturæ habilitate ad tantam imperii molem suis humeris sustinendam idoneum, amicitiæ et scientem, et conservantem leges, et ut universe dicam, commune humani generis **16** ornamentum (48) sic indicta causa gravissimorum criminum damnari (49), atque aut vitam omni morte acerbiorem exigere (qui enim heri et nudiustertius (50) ut imperator adorabatur et colebatur ab omnibus (51), hodie despicitur, et injuriose tractatur, atque unus de circumforaneis seu ex infima plebe reputatur), aut contra jura omnia, contraque præscriptum rationis ad mortem mitti continget. Quod si qua via discrimen capitis effugerit, tum jam poeta quopiam tragico indigebimus, qui clades et ærumnas a Romanis vicissim importandas cum gravitate ac miseratione decantet. Quis enim vel lignis ac lapidibus stupidior non cogitatione præcipit, inter imperatores flagrante discordia, neces-

A μέρους τινὸς, μὴ τὴν βουλὴν ἡμῖν περὶ πραγμάτων προκεῖσθαι τοιούτων, ὥστ' ἀμφοτέρωθεν ἔχειν τὸ ἐπικίνδυνον οὐκ ὀλίγον, ὅπως ἂν ἀποβαίη. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων πραγμάτων βουλευομένοις, ἔστι συνάγειν ἐκ λογισμῶν, ὡς, ὡδὶ μὲν ἀπαντησάντων, σχήσει καλῶς· μὴ οὕτω δὲ, τοὐναντίον ἅπαν ἂν ἀποβαίη. Ἐφ' οὗ δὲ νῦν βουλευόμεθα, εἰ μὲν νικήσει τὰ χείρω, τῆς ζωῆς ἔστιν ἐκπεσεῖν· εἰ δὲ τὰ δοκοῦντα βελτίω γένηται κρείττω, κακῶν ἐσμὸν προσδοκᾶν ἀνάγκη. Τοῦ βασιλέως γὰρ ἡμῶν τοιαῦτα βουλευομένου περὶ τοῦ ἐκγόνου καὶ βασιλέως, εἰ μὲν εἰς πέρας ἔλθῃ τὰ μελετώμενα, οὐδεμίαν ὑπερβολὴν ἐλλείψει κακῶν. Ἄνθρωπον γὰρ πολλῶν ἀντάξιον ἄλλων, φρονήσει μὲν τοῖς πρώτοις τῶν πρωτείων ἀμφισβητοῦντα, ἀνδρίᾳ δὲ ψυχῆς πολλῷ
B τῷ μέσῳ τοὺς ἄλλους ὑπερνικῶντα, ἐλευθερίᾳ δὲ γνώμην, καὶ φύσεως ἐπιτηδειότητι τῷ τοσούτῳ μεγέθει προσήκοντα τῆς ἀρχῆς, φιλίας δὲ εἰδότα καὶ τηροῦντα θεσμοὺς, ὅλως δὲ κοινὸν ἄγαλμα τῆς φύσεως ὄντα, οὕτως ἐρήμην ἐπὶ τοῖς μεγίστοις ἁλῶναι συμβαίνει· καὶ ἢ ζῆν παντὸς θανάτου βαρυτέραν ζωὴν (ὁ χθὲς καὶ πρώην ὡς βασιλεὺς καὶ προσκυνούμενος καὶ τιμώμενος, σήμερον καταφρονούμενος καὶ περιυβριζόμενος, καὶ τῶν ἀγοραίων καὶ τοῦ δήμου νομιζόμενος εἷς), ἢ τεθνάναι παντὸς ἔξω καὶ δικαίου καὶ λόγου. Εἰ δὲ δυνηθείη τρόπῳ δή τινι τὸν κίνδυνον ἐκφυγεῖν, τότ' ἤδη τραγικοῦ τινας δεησόμεθα ποιητοῦ τὰς συμβησομένας παρ' ἀλλήλων Ῥωμαίοις ἐκτραγῳδήσοντος συμφοράς. Τίς γὰρ οὐκ
C ἐννοεῖ κἂν ἀψύχων ἀναισθητότερος ᾖ, ὡς διαστάντων τῶν βασιλέων, ἀνάγκη συνδιαστῆναι καὶ τὴν ἀρχὴν, καὶ μάχας συῤῥαγῆναι παρ' ἀμφοτέρων μερῶν· καὶ ὥσπερ ἐν νυκτομαχίᾳ συμπεσόντας ἀλ-

Jacobi Pontani notæ.

(47) Ad Andronicum suum accommodat, quod de medico Homerus protulit *Iliad.* Λ :

Ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ, πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων,

quo versiculo poetæ sapientissimi jure gloriantur medici : cujus sensus, medicus instar multorum, seu pro multis est, seu, multis æquiparari potest. Hoc vult, Andronicum multorum virtutes unum complexum, ita ut in singulis nemini cedat. Nota egregiam laudatiunculam ex verbis, quæ continenter subjiciuntur.

(48) Vocem φύσεως de humana natura, id est, de hominibus ipsis prolatam accipio, quorum
D communiter decus et ornamentum fuisse (propter animi præstantiam videlicet) Andronicum suum testatur. In quovis rerum genere illud aliarum decus, gloria et ornamentum est, quod supra alias excellit. Et quia ἄγαλμα etiam exponitur oblectamentum, parum aberat, quin hoc totum, κοινὸν ἄγαλμα τῆς φύσεως, converterem, *amor ac deliciæ humani generis*, recordatus ita Titum imperatorem Vespasiani filium nominatum esse, teste Suetonio, in ejus Vita, cap. 1.

(49) In Græco subaudienda est vocula, δίκη, cum illa, ἐρήμη. Est autem δίκη causa, judicium, ut ἐρήμη δίκη sit desertum judicium, seu desertum vadimonium. Composita vox est ἐρημοδίκιον, quando quis ad diem non se sistit in judicio. Et ἐρήμην καταδικασθῆναι, vel, ut apud nostrum est, ἐρήμην ἁλῶναι, est, ob desertum vadimonium damnari. Potest etiam verti, *indicta causa damnari*, quod nos fecimus; neuter enim, et qui vadimonium deseruit, et qui causam non dixit, ad judicium comparet; ita uterque videtur deseruisse, etsi alter reus est, qui vadimonio se obligavit; alteri fit injuria. Seneca *Medea* :

Qui statuit aliquid parte inaudita altera,
Æquum licet statuerit, haud æquus fuit.

(50) Hac proverbiali hyperbole utitur non raro. Licet etiam reddere, *pronuper*, *nuperrime*, *paulo ante*, *heri*.

(51) Verbum προσκυνεῖν, *adorare*, in sacrosanctis profanisque litteris creberrime ad homines, qui dii non sunt, accommodatur, dicunturque προσκυνεῖσθαι, *adorari*, id est, singulari quadam veneratione, corpore ad terram incurvato, affici. *Summissi petimus terram*, inquit Æneas lib. III Æneid. Quem adorandi modum et gestum expressit pulcherrime Themistocles, dum regem Persarum per simulationem adoravit. Annulum enim cadere permisit, quem, cum se inclinans levasset, visus est suo munere perfunctus. Noster quoque satis clare libro II cap. 5, ubi Tamerchanes Phrygiæ satrapa ad imperatorem venit. Nam de ejus comitibus Persis, Οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἄπωθεν τὸν βασιλέα προσεκύνουν τὰς κεφαλὰς ἐρείσαντες ἐπὶ τὴν γῆν· *Cæteri quidem omnes imperatorem, antequam appropinquarent, capitibus humi submissis venerabantur.* Ista adoratio etiam hodie Barbaris in more est. Non igitur verebor προσκυνεῖν exponere, *adorare*, cum res tam aperta sit.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

λήλοις συγγενικῶν αἱμάτων ἐμπλησθῆναι καὶ φιλι- A
κῶν; Καὶ ἐῶ λεηλασίας καὶ πραγμάτων φθοράς, ἐν
αἷς διαφθεροῦμεν τὴν οἰκείαν ὡς πολεμίαν. Τί οὖν
ἄν τις βουλεύσαιτο πρὸς τοσαύτην ἀνακύπτουσαν
βλάστην κακῶν; Τὸ μὲν γὰρ τὸν νέον βασιλέα περι-
ιδεῖν οὕτως ἐξ οὐδεμιᾶς αἰτίας προπηλακισθέντα
καὶ τὴν βασιλείαν ἀφαιρεθέντα, ἴσως δὲ καὶ περὶ τὸ
ζῆν κινδυνεύσοντα, οὐδὲν ἔμοιγε ἧττον θανάτου. Τὸ
δ' αὖ πάλιν πρὸ τοῦ προσήκοντος χρόνου πρὸς πόλε-
μον ἑτοίμους ὀφθῆναι, ὡς δοκεῖν καὶ τοῖς ἔξωθεν
αὐτοὺς ἡμᾶς ἐξεπίτηδες τὸν βασιλέα παρορμᾷν
πρὸς ἀποστασίαν τοῦ πάππου καὶ βασιλέως, ἀβου-
λίας εἶναί μοι δοκεῖ τῆς ἐσχάτης. Ἐγὼ γὰρ τοσού-
του δέω πρὸς ἀποστασίαν τοῦ βασιλέως τὸν ἔγγονον
αὐτοῦ καὶ βασιλέα παρακινεῖν, ὥστε, καί τοι τοῦτον B
πάνυ φιλῶν, καὶ ὡς ὁρᾷς ἕτοιμος ὢν καὶ τὴν ψυχὴν
αὐτὴν ὑπὲρ αὐτοῦ προέσθαι, εὖ ἴσθι σαφῶς, οὐκ ἄν
αὐτῷ συνέπραξα πρὸς οὐδέν, εἴ γε τῆς ἀρχῆς αὐτὸν
ἑώρων προθυμούμενον ἀποστερῆσαι τὸν βασιλέα
χρησάμενον πλεονεξίᾳ καὶ ἁρπαγῇ. Ἦν γὰρ ἂν
ἐκεῖνος μὲν οὐδὲν διαφέρων Ἀβεσσαλὼμ, Ἀχιτόφελ
δ' ἐγώ. Τοιγαροῦν ἐπειδήπερ εἰς τοιαύτην συνηλά-
θημεν ἀνάγκην πραγμάτων, δεῖν εἶναι νομίζω τὸ
μέσον ἑλομένους, ἑκατέρων ἀποσχέσθαι τῶν ἄκρων·
καὶ μήτ' ἀμελῶς πάνυ καὶ ῥᾳθύμως διάγειν, ὡς
μηδενὸς προσδοκωμένου δεινοῦ, μήτ' αὖ πάλιν ἀπε-
ρισκέπτως οὕτω καὶ θρασέως τὰ δοκοῦντα συμφέ-
ροντα πράττειν. Τοῦτο δὲ γένοιτ' ἄν, εἴ γε τὴν μὲν
προσδοκωμένην φλόγα τῶν πειρασμῶν σβεννύομεν
ὅση δύναμις, συνέσει χρώμενοι καὶ εὐβουλίᾳ· τὸν C
νέον δὲ βασιλέα καταστήσομεν ἐν ἀσφαλείᾳ, ὡς
μηδένα κίνδυνον ὑφορᾶσθαι, ἂν τῆς θαλάσσης ἐκτα-
ραχθείσης τὸ κλυδώνιον ὑπερζέσῃ. Εἰ μὲν οὖν τὰς
ἡμετέρας τε καὶ πάντων Ῥωμαίων ἁμαρτίας ὑπερι-
δὼν ὁ Θεὸς ἄνωθεν κατασβέσει τὴν προσδοκωμέ-
νην φλόγα τῶν πειρασμῶν, τὴν καρδίαν τοῦ βασι-
λέως εὐθεῖαν ἀπεργασάμενος πρὸς βασιλέα τὸν νέον,
σχνὰ; αὐτῷ προσήκει χάριτας ὁμολογεῖν ῥυσαμένῳ
τῶν συμφορῶν. Εἰ δ' αὖ, ὃ μὴ γένοιτο, ἵνα πολλῶν
κακῶν πεῖραν Ῥωμαῖοι λάβωσιν, ἡ ψυχὴ σκληρυν-
θεῖσα τοῦ βασιλέως ἀνήκεστόν τι βουλεύσεται περὶ
τοῦ ἐγγόνου, τότ' ἤδη τῇ προκατασκευασθείσῃ
ἀσφαλείᾳ τὸν νέον θέμενοι βασιλέα, οὕτω χωρή-
σομεν πρὸς τὸ πράττειν, τὸν Θεὸν προστησάμενοι
μάρτυρα τῆς ἀδικίας, καὶ τῶν πραττομένων ἐξεται-
στήν.

sario seditionem in imperio exorituram, arma armis concursura : atque haud aliter quam per cæcam noctem conserto prælio, sublatoque in tenebris discrimine, mutuum invasuros, ex cognatorum amicorumque trucidationibus multo sanguine sese cruentantes? Mitto direptiones ac vastitates, quibus provinciam nostram perinde ut hostilem regionem deformabimus. Quid ergo adversus enascentem tam multorum incommodorum propaginem remedii excogitabimus? Mihi sane juniorem imperatorem nulla sua culpa tam ignominiose habitum, et cum imperio vitam quoque ipsam fortasse amissurum negligere, mortis instar est. Rursum ante tempus ad bellum comparatos apparere, ut ab exteris quoque de compacto nepotem ad defectionem ab avo sollicitare existimemur, id ego in summa temeritate numero : et ab ea mente tantum absum ut, quamvis adolescentem valde amem charumque habeam, et ut vides, ipsum insuper corpus meum ejus causa projicere non recusem, tamen (pro certo credas velim) non ei me uspiam adjutorem ac socium præberem, si ad avum principatu per avaritiam et rapinas depellendum incumbere animadverterem. Sic enim ipse Absalonem, ego Achitophelem induerem [1]. Quoniam igitur in istam necessitatem devenimus, ad officium pertinere judico, vitatis extremis, in medio consistere : et neque dissolute admodum ac desidiose vitam transire, quasi nihil grave formidandum sit : neque ita inconsiderate et audacter provisas utilitates persequi. Id consequemur, si imminenti tentationum flammæ consilii prudentia, quantum in nobis est, occurrerimus, juvenemque imperatorem in tranquillo ac tuto portu constituerimus : ut, quamvis iratum pelagus vastos ad littora **17** fluctus volverit, ipse cujusque periculi timore vacet. Quod si Deus nostra Romanorumque omnium admissa despiciens (52) ac dissimulans, formidatum hoc malorum incendium cœlitus compresserit; si, inquam, cor senis erga nepotem rectum et sedatum præstiterit, crebras ei gratias pro calamitatum amolitione debebimus. Sin contra (quod idem Deus averruncet), ad Romanos multis malis atterendos animus ejus obduruerit, et immanius in nepotem consuluerit, tum jam eo in præparata loci securitate collocato, divinum numen impietatis injuriæque testem, factorumque interpretem et judicem nobis proponentes, operi accingemur.

[1] II Reg. xv et seqq.

Jacobi Pontani notæ.

(52) Ad locum Pauli alludit, Actor. xvii, in concione ad Areopagitas Τοὺς μὲν οὖν χρόνους τῆς ἀγνοίας ὑπεριδὼν ὁ Θεός. *Et tempora quidem hujus ignorantiæ despiciens Deus.* Subjungit noster, τὴν καρδίαν τοῦ βασιλέως εὐθεῖαν ἀπεργασάμενος, *cor imperatoris rectum præstans*, ubi alium locum in mente habuit, qui est Actor. viii. Sic enim sanctus Petrus ad Simonem, oblata pecunia per manuum impositionem Spiritus sancti communicandi potestatem sibi concedi petentem, Ἡ γὰρ καρδία σου οὐκ ἔστιν εὐθεῖα ἐνώπιον Θεοῦ· *Cor enim tuum non est rectum coram Deo.* Non enim sententiis modo integris divinarum Litterarum innectendis, sed etiam unico verbo iisdem insinuandis Cantacuzenus gaudet; quod te, lector, hic potissimum monitum volui. Sane peritissimum sacræ Scripturæ fuisse, extra dubium est.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

CAPUT IV.

Syrgiannes magni domestici consilium probat. Duæ urbes ad fugam deliguntur : Christopolis Adrianopoli præferiur. Cantacuzenus uxore Calliopoli relicta Byzantium venit, Andronico Juniori, quid decreverint, renuntiat : Alexium Apocauchum, obscurum hominem, sed prudentem, in gratiam Syrgiannis ei commendat. Andronicus consulta amplectitur, magnanimitatemque et æquitatem suam ostendit.

Postquam magnus domesticus hoc maxime modo disseruit, Syrgiannes eadem, quæ ipse cum animo agitaret locutum, seque omnibus, ut probe dictis, astipulari confessus est. Sed adhuc paulum requiri quo verbis effectus respondeat : quomodocunque enim locum inveniendum, ubi Andronicus Junior tuto se teneat. Super quo communiter inquirentibus, visum ambobus, alterius horum solutam ei optionem esse : sive ut Adrianopoli, amplæ urbi et frequenti (53), præterea militare agmen haud modicum habenti, se crederet : cum præsertim et parens ejus Michael imperator, illic potius longinquo tempore degens, plurimorum amicitiam familiaritatemque adeptus esset, qui pro ejus filio summa voluntate dimicaturi viderentur : sive si is locus minus placeret (quia metueret ne, si avus spreta pietate exacerbatus, bellum quam pacem mallet, manum validam Constantinopoli ad se oppugnandum emitteret, quod propter vicinitatem facile posset). Christopolin se conferret, oppidum simul natura loci et muris firmum ac munitum : simul velut quoddam claustrum in medio utriusque climatis, Occidentales copias, quamvis ingentes et præliis assuefactas, ab Orientalibus ac Threiciis secludens (54) : adhæc maritimum, et ad auxilia undecunque e mari accipienda situ commodum. Sic demum finita deliberatione, valeque invicem dicto (55), Syrgiannes in Thracia, ejus administrandæ causa remansit : Cantacuzenus Constantinopolin iter intendit, uxore Calliopoli relicta, in qua urbe ut plurimum commorabatur ; partim quod ea propter munitionem ad Barbarorum irruptiones prohibendas idonea, partim quod cum tota classis ibidem staret, essentque triremes et classiarii multi, indigenæ regionis exspoliabantur ac premebantur, nemine eos terrente, eorumque impetus

Οὕτω τοῦ μεγάλου δομεστίκου διαλεχθέντος, πάντα μὲν ἔφησεν ὁ Συργιάννης πρὸς γνώμης αὐτῷ εἰρῆσθαι, καὶ πᾶσιν ὡς καλῶς ἔχουσι συμφωνεῖν, πλὴν ὀλίγου τινὸς ἐνδεῖν ἔτι τοὺς λόγους ἐλθεῖν πρὸς πέρας. Δεῖ γὰρ ἐξευρεῖν ὅπως ποτὲ καὶ ἥτις ἔσται ἡ τοῦ βασιλέως ἀσφάλεια. Κοινῇ δὲ συνδιασκεψαμένοις περὶ τούτου, ἔδοξεν ἀμφοτέροις αἱρεσιν προθεῖναι τῷ νέῳ βασιλεῖ τῶν δύο τουτωνὶ ἑτέρου· ἢ πρὸς τὴν Ἀδριανοῦ μεταβῆναι πόλιν, ἅτε μεγάλην οὖσαν καὶ πολυάνθρωπον, καὶ στρατιὰν οὐκ εὐκαταφρόνητον ἔχουσαν ἱδρυμένην ἐν ἑαυτῇ· ἄλλως θ' ὅτι καὶ τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ τοῦ πατρὸς αὐτῷ (56) χρόνον ἐκεῖ διατρίψαντος μάλα συχνὸν, πολλοὶ προσεγένοντο αὐτῷ οἰκεῖοι καὶ φίλοι καὶ βουλησόμενοι μάλα προθύμως ὑπὲρ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ διακινδυνεύειν· ἢ εἰ μὴ τοῦτο βούλοιτο (δεδιὼς ὡς εἰ μὴ πρὸς συμβάσεις ὁ βασιλεὺς καὶ πάππος αὐτῷ, ἀλλὰ πρὸς πόλεμον μᾶλλον ὑπὲρ τὸ δέον χωρήσει παροξυνθείς, ῥᾳδίως σχήσων στρατιὰς συχνὰς ἐκπέμπειν πρὸς μάχην, οἷα δὴ πλησίον οὔσης τῆς Κωνσταντίνου), πρὸς τὸ τῆς Χριστουπόλεως φρούριον ἀφικέσθαι· ἅμα μὲν ὡς ὂν καρτερὸν ἔκ τε τῆς φύσεως τῆς κατασκευῆς, τοῦτό που καὶ τῶν τειχῶν, ἅμα δ' ὅτι καὶ ὥσπερ εἴρηται κλεῖθρον κεῖται τῶν κλιμάτων ἑκατέρων μέσον, τὴν δυτικὴν στρατιὰν πολλήν τινα οὖσαν καὶ πρὸς μάχας ἐξησκημένην τῆς ἐκ τῆς ἕω καὶ τῆς Θρᾴκης διεῖργον· καὶ τρίτον, ὅτι παράλιον ὄν, καὶ τὴν ἐκ θαλάττης ὀθενδήποθεν εὐκαίρως ἂν παράσχοιτο συμμαχίαν. Τοῦτο πέρας ἐπιθέμενοι τῇ βουλῇ, ἀλλήλοις τε συνταξάμενοι, ὁ μὲν ἔμεινεν ἐν Θρᾴκῃ ταύτης ἐπιτροπεύων. Καντακουζηνὸς δ' ὁ μέγας δομέστικος τῆς πρὸς τὴν Κωνσταντίνου φερούσης εἵρετο, τὴν σύνευνον αὐτῷ καταλιπὼν ἐν τῇ Καλλίου πόλει· ἐν ταύτῃ γὰρ διέτριβε τὸ πλεῖστον τοῦ χρόνου· τοῦτο μὲν ὡς ἐπικαίρως ἔχοντος τοῦ χωρίου πρὸς τὰς ἐφόδους ἀνθίστα-

Jacobi Pontani notæ.

(53) Orestiadem antea dictam hanc urbem quidam auctores sunt. Solebant sultani Turcici regnum auspicari in ea civitate, quæ sedes esset imperii. Principio Turcis (capta Constantinopoli videlicet) fuit Prusa Bithyniæ, paulo ante mortem Osmanis ab Urchane filio capta, quæ licet honorem hunc non diu retinuit, ex pristina tamen prærogativa meruit, ut longissimi temporis spatio sultani Turcarum mortui, paternis et avitis istic monumentis, etiam diu post captam Constantinopolim, inferrentur. Postquam vero transvectis in Europam copiis, Murates I, Urchanis fil. Osmanis N. Hadrianopolim cepisset, eodem et regni sedes ex Asia commigrasse videtur, quod recte se facturos sultani ducerent, si rebus Anatolicis jam tranquillioribus, præcipuum militiæ robur jam Hadrianopoli velut in excubiis haberent : unde, momentis rerum ex usu suo gerendarum animadversis, progredi paulatim latius, et in Europæ viscera grassari possent. Leunclavius.

(54) Arbitror ad hunc locum pertinere, quod scribitur a Gregoras libro septimo, Andronicum seniorem longum murum ad Christopolim a mari usque ad vicini montis cacumen exstruxisse, ut locus is se invito prorsus inaccessus esset iis, qui vel e Thracia in Macedoniam, vel e Macedonia in Thraciam iter haberent.

(55) Ἀλλήλοις τε συνταξάμενοι. Vox συντάσσεσθαι sacris scriptoribus idem valet, quod ἀποτάσσεσθαι, *in digressu salutem dicere*. Quare συνταχτήριος λόγος Gregorii Nazianzeni centum quinquaginta episcopis præsentibus habitus, est ea oratio, quam primo quoque tempore discessurus pronuntiavit, et episcopis illis valedixit. Item apud Damascenum, libro, *Quod mortui viventium beneficiis juvantur*, συνταχτήριον θρηνεῖν, est in ultimo digressu flere ac lamentari. Plura Billius, *Observat. sacrar.* lib. I, cap. 22.

(56) Ita sæpius pro αὐτοῦ, ut infra.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

σθαι τῶν βαρβάρων, τοῦτο δ' ὅτι καὶ τοῦ ναυτικοῦ παντὸς ἐν ταύτῃ κατῳκισμένου, πολλῶν ὄντων τριήρεων πληρωμάτων, τοὺς ἐγχωρίους συνέβαινεν ἁρπαγὰς ὑπομένειν καὶ βίας, τοῦ φοβοῦντος οὐκ ὄντος καὶ τὰς ὁρμὰς ἐπέχοντος. Ναυτικὴ γὰρ ἀναρχία κρείσσων, τις ἔφη, πυρός. Κατέλιπε δ' ἐκεῖ τὴν γυναῖκα, τῷ δοκεῖν μὲν, ὡς οὐ ῥᾳδίως ἔχων ἐπισύρεσθαι τὴν γυναικωνῖτιν, τῇ δ' ἀληθείᾳ, ὅπως αὐτῷ πρόφασιν εὐπρόσωπον ὑπολίπηται εἰ δέοι τῷ Συργιάννῃ συγγενέσθαι πάλιν καὶ εἰς λόγους ἐλθεῖν. Ἐλθὼν δὲ εἰς τὴν Κωνσταντίνου, καὶ τῷ νέῳ βασιλεῖ προσελθὼν, καὶ τὰ τῆς βουλῆς ἀπαγγείλας, ἔτι δὲ καὶ τὸν Ἀπόκαυχον, ἄνδρα γένους μὲν ἀφανοῦς ὄντα, καὶ ταῖς τῶν δημοσίων πράξεσιν ἠσχολημένον (τῶν δημοσίων γὰρ ἀλῶν τότε τὴν διάθεσιν ἐποιεῖτο), ἄλλως δὲ βαθείας ὄντα φρενὸς, καὶ δυνάμενον καιροῖς καὶ πράγμασι χρῆσθαι, προσοικειώσας τῷ βασιλεῖ, χάριν ἐν τούτῳ πλείστην τινὰ τῷ Συργιάννῃ κατατιθέμενος (ἦν γὰρ αὐτὸς τὸν μέγαν δομέστικον περὶ τούτου πολλὰ παρακεκληκὼς), ἐν πᾶσιν εἶχεν ἐπινεύοντα καὶ συνευδοκοῦντα τὸν βασιλέα. Τοῖς βεβουλευμένοις δὲ καὶ τοῦτο προσέθηκεν ὁ βασιλεὺς, ὅτι, Τὸ μὲν ἡμῖν αὐτοῖς τὴν ἀσφάλειαν προετοιμάσαι, ὥστ' ἔχειν ἀποφυγὴν τῶν δεινῶν ἐπιόντων, καὶ τῶν πάνυ συμφερόντων εἶναί μοι δοκεῖ καὶ τῶν ἀναγκαίων· διὸ καὶ τοῦτο χρὴ σπουδάσαι προῦργου παντὸς εἰς πέρας ἰδεῖν ἐλθόν· μεγαλοψυχίας δὲ καὶ καρτερίας οὐδὲν ἐλλιπέσθαι, ἀλλ' ἄχρι καὶ αὐτῆς διακαρτερῆσαι τῆς ἀκμῆς τῶν κινδύνων μένοντας ἐπὶ τῶν προτέρων· κἂν μέν τινα σχῶμεν τῆς καρτερίας καρπὸν, τοῦ βασιλέως ἴσως μεταβαλόντος. καὶ τῶν μελετωμένων καθ' ἡμῶν παυσαμένων, πάντοθεν ἂν ἔχοι καλῶς. Εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ τοῦτό γε ἡμῖν περιέσται πάντως, τὸ μὴ δοκεῖν εὐθαδείᾳ καὶ θρασύτητι τρόπων μηδὲ πλεονεξίᾳ γνώμης καὶ φιλαρχίᾳ, τοῦ βασιλέως καὶ πάππου κατεξανίστασθαι· ἀλλ' ἀδικουμένους καὶ τὰ ἔσχατα ὑπομένοντας, τὸν προῦπτον κίνδυνον ἀποδιδράσκειν. Καὶ ταῦτα μὲν βασιλεὺς ὁ νέος.

A cohibente. Nautica quippe licentia, igne magis rapida et indomita est, ut dixit quispiam (57). Reliquit autem illic uxorem cum feminis honorariis, non posse mulierum gregem secum trahere simulans. Verum id agebat, ut speciosam causam prætexere liceret, si Syrgianne iterum convento opus foret; se enim propter uxorem eo venisse diceret (58). Postquam autem Constantinopolin ingressus est, nepotem imperatorem adit, quæ deliberata fuerant pandit, Apocauchum, hominem quidem infimi ordinis, ac publicis functionibus occupatum (tum enim forte rei salariæ præfecturam gerebat), alioqui reconditæ prudentiæ, scientem uti foro, et actorem negotiorum non incallidum, ei pro familiari commendat, vehementer in eo Syr- B gianni gratificans; sæpius enim ea de re magnum domesticum rogaverat. Nepos assensu confirmat omnia, iis autem quæ prius fuerant deliberata, adjicit hæc: De loco tuto, ad quem malis urgentibus perfugiant, provideri admodum utile ac necessarium esse. Idcirco dandam diligenter operam, ut id ante omnia perfectum conspiciatur. A magnitudine animi, et tolerantia nec latum unguem discedendum, sed usque ad ipsum articulum discriminis in incepto persistendum. Si patientiæ suæ fructum aliquem percipiant, sene forsitan consilia in melius mutante, et a meditatis in ipsos sceleribus desistente, nihil optatius posse fieri. Sin autem aliter res cadat, hoc saltem omnino sibi restare, C ut ne arrogantia et temeritate, neque habendi cupiditate et amore dominandi contra avum imperatorem insurrexisse videantur; sed injuriis exagitati, et extremis afflictati incommodis, prævisum exitium effugere voluisse judicentur. Et hactenus quidem imperator nepos.

19 CAPUT V.

Dirus ab avo nuntius. Altera, et antiqua causa inter imperatores dissidii, solutior videlicet vita nepotis, et avi in illum contumeliæ.

Ὁ δέ γε πρεσβύτερος τῷ πρὸς τὸν ἔγγονον μίσει τὴν καρδίαν μᾶλλον οἰδαίνων, ἀγγέλλει διά τινος αὐτῷ τῶν συγκλητικῶν· Οἶσθα πρὸ καιροῦ τινος αἰτησάμενός με τὸ βασιλικὸν ἀποθέσθαι σχῆμα, καὶ

Cæterum senior odio in nepotem crudeliore concepto, per senatorem quemdam (59) hæc ei nuntiat: meminisse ipsum, quomodo alias ab se contenderit, uti ejus bona venia liceret posito or-

Jacobi Pontani notæ.

(57) Genus hominum valde improbum nautæ, perjurum, mendax, naves alienas et homines despolians: quos apologo quodam notavit Æsopus, dum eos dicit in tempestate multa diis vovere, quæ cum in littus salvi pervenerint, minime solvant; et cum quibus Bias navigabat impii, quibusque in sæva tempestate deorum opem implorantibus dicebat, *Tacete, ne vos illi hic navigare sentiant*, nautæ potissimum erant. Laertius, Euripid. *Hecuba*, ubi illa misera mulier captiva jam et serva mittit famulam, quæ petat a Græcis, ne quid in corpus filiæ Polyxenæ jam ad Achillis tumulum mactatæ designent illiberalius ac petulantius: Ἐν γὰρ μυρίῳ στρατεύματι ἀκόλαστος ὄχλος, ναυτικὴ τ' ἀναρχία, κρείσσων πυρός. *Nam in numeroso excercitu indomita, seu infrenis turba est, nauticaque licentia, est* D *igne violentior*. Sumpsit ergo ab Euripide Cantacuzenus, ut vides.

(58) In ms. hæc ætiologia non est.

(59) Nomina σύγκλητος et συγκλητικὸς, *senatus* et *senator*, quod mihi videor observasse, noster scriptor varie usurpat. Nunc enim proceres aulicos conciliumve aulicum, seu senatum imperialem, sive imperatorium, nunc belli duces conciliumve bellicum, et utrobique optimates, ac viros illustres primariosque sic appellat. Itaque raro transtulimus *senatus*, *senatores*, ne quis de civili senatu et senatoribus rem intelligendam putaret: fugienda est enim ὁμωνυμία. Hoc etiam loco, si placet, senatorem, virum nobilem Palatinum, aut consiliarium imperatoris, *einen Kammerherrn*, interpretare.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

natu imperatorio privatum vivere, ac tum quidem se, quæ decuissent, respondisse : nunc autem petitione illa examinata statuisse, ex æquo et bono factam, petitaque concessurum, idque in præsens ei significatum velle, nihilominus successorem ejus præcipuo ipsum honore et amore dignaturum. Solio quidem haud assurrecturum accedenti, quando id privatis præstare imperatores morem non habent; quoties tamen accederet, stantem et erectum inventurum; qua ratione utrique dignitatem et jus suum conservatum iri. Hoc animo suo fixum immotumque sedere sciret. Respondit Andronicus nepos ea quæ paulo infra (60) ascribemus; verum prius memorandum est, unde quibusve momentis imperator ad huncce nuntium allegandum inductus sit. Nepos primo anno supra vicesimum de curso, intra Byzantii fines (61) omne tempus conterebat, nec quoquam ultra sinebatur progredi. Qui juvenili inflatus spiritu, et naturæ acrimonia effrenatior, longioribus sibi peregrinationibus interdictum indigne ferebat; nec illi secus erat, quam si carcere clausus teneretur. Nihilominus necessitati se submittens, avi imperata facessebat, intereaque, prout res ferebat, solatiola sibi quærens, captandis per venatum feris in agro Byzantino, et decursionibus equestribus ita vacabat, ut præ hac cura et sollicitudine putaretur nec somnum posse capere. Hoc genus occupationum illius ægerrime ferens avus (62), adolescentem aspe-

A εἰς ἰδιώτου τάξιν τελεῖν· ἐγὼ δὲ τότε μὲν ἀπεκρινάμην ὅσα προσῆκε· νῦν δ' ἐξετάσει τὸ πρᾶγμα δοὺς, καὶ καλῶς ἔχειν ἡγησάμενος ὅπερ αἰτεῖς, καὶ βούλομαι τοῦτο καὶ σοὶ δῆλον ποιῶ. Ὁ μέν τοι τὴν βασιλείαν διαδεξόμενος, ἐν τῇ πρώτῃ σε τιμῇ καὶ ἀγάπῃ τηρήσει, καὶ οὐχ ὑπαναστήσεται μέν. σοῦ προστόντος, τοῦ θρόνου· οὐδὲ γὰρ ἔθος βασιλεῦσιν ἐξανίστασθαι ἰδιώταις· εὑρήσεις μέν τοι προσιὼν, ὀρθὸν ἑστηκότα ὡς ἂν καὶ σοὶ τὸ τῆς τιμῆς, κἀκείνῳ τὸ τῆς βασιλείας δίκαιον περισώζοιτο. Ταῦτ' ἔδοξε, καὶ ἔσο ταῦτα εἰδώς. Πρὸς ταῦτ' ἀπεκρίνατο μὲν ὁ νέος Ἀνδρόνικος ἃ μετὰ μικρὸν ἐροῦμεν· νυνὶ δὲ ἄξιον ἱστορῆσαι, ὅθεν κἀκ τίνος αἰτίας εἰς τούτους προήχθη τοὺς λόγους ὁ βασιλεύς. Ὁ νέος Ἀνδρόνικος, ἔν που καὶ εἴκοσι γεγονὼς ἔτη, περὶ

B τὸ Βυζάντιον ἀεὶ διέτριβε μηδαμῇ συγχωρούμενος περαιτέρω προβαίνειν· οἷα δὲ σφριγῶν νεότητι, καὶ φύσεως ὀξύτητι τὸ ἀκάθεκτον ἔχων, ἐδυσχέραινε μὲν εἰργόμενος μακροτέρας τὰς ἀποδημίας ποιεῖσθαι, καὶ οὐδὲν ἄμεινον διέκειτο τῶν κατακεκλεισμένων φρουρᾷ· ἔστεργε δὲ ὅμως, τοῖς τοῦ βασιλέως· καὶ πάππου προστάγμασι πειθόμενος ἀναγκαίως. Ὅμως δὲ αὐτῷ τινα παραμυθίαν ἐκ τῶν ἐνόντων κατασκευάζων, κυνηγεσίαις ἐσχόλαζε καὶ ἱπποδρομίαις, ὡς δοκεῖν μηδὲ ὕπνου μεταλαγχάνειν τῇ ἀσχολίᾳ τῇ περὶ ταῦτα. Ἐν οἷς ὑπεραχθόμενος ὁ πάππος καὶ βασιλεὺς, τραχύτερον ἐπέπληττε τὸν νέον, ὀνειδιστικοῖς τοῖς σκώμμασι βάλλων, οὐκ ἰδίᾳ μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλῶν παρόντων

Jacobi Pontani notæ.

(60) Cap. 6.

(61) Urbs hæc nobilissima duo nomina habuit, antiquius Byzantium, recentius Constantinopolis; de utroque dicendum. Vetus fuit oppidum in Thracia ad Propontidem, quod Byzantes classis Megarensium, eo coloniam deducentium dux condidit, quod conditum Pausanias Spartanus instaurasse et amplificasse dicitur. Tradit Zonaras, Constantinum Magnum parantem urbem sui nominis ædificare, primo Sardicum agrum, post Sigæum promontorium, tandem Chalcedonem et Byzantium delegisse. Cedrenus auctor est, Thessalonicæ fecisse initium; sed peste interpellatum, reliquisse locum, et Chalcedonem profectum. Quam a Persis eversam cum restituere inciperet, ab aquilis admonitum fuisse, ubi Constantinopolim conderet, quod illæ architectorum regulas et funiculos sæpius raperent. Byzantiumque deportarent. Sozomenus et Zosimus narrant, cogitantem urbem

C sui nominis condere, quæ honore Romam æquaret, inter Ilium et Hellespontum spatium invenisse commodum, ibi fundamenta jecisse, partem muri in altitudinem eduxisse, post sedem commodiorem visum Byzantium. Quam cum Severus imperator superioribus annis, occiso Pescennio Nigro, qui imperium Orientis invaserat, diruisset, et in vici formam redegisset, ipse Licinio devicto, ejus ambitum dilatavit, muros extulit, ædificiis publicis privatisque ad usum et decus explere instituit. Postea utroque imperio in multas portiones diviso, Occidentalis Romam, Orientalis domicilium Byzantium esse voluit, vocatisque Orientis episcopis, magna cæremonia urbem novam Deo ac Virgini Matri consecravit, eamque novam Romam et Constantinopolim indigitavit, et ad dignitatem urbi addendam, ecclesiam ejus ad honorem patriarchatus evexit, eiusque episcopum Metropha-

nem post Alexandrinum sedere instituit. Hactenus illi. Si libet, vide etiam de conditoribus, et nomine urbis hujus quæ affert Petrus Bizarus, *Historiæ Genuensis*, lib. XII, in anno 1453. Vocatur sæpe a Græcis βασιλὶς τῶν πόλεων, *regina urbium*, seu *urbs imperatrix*. Noster infra, cap. 21, eo quam honorifice de ea : Πόλιν οὕτω μεγάλην, καὶ πολυάνθρωπον, καὶ χρήμασι, καὶ ὅπλοις, καὶ στρατιώταις δυνατωτάτην, *urbem adeo amplam, et frequentem, pecuniaque, et armis, et militibus potentissimam.* Locum haud inelegantem ascribam ex epistola Matthæi Camariotæ, qua Constantinopolim a Turcis subactam lamentatur : *Cuncta nobis præsidia et ornamenta simul uno impetu erepta sunt. Patria capta est; cujus urbs in terris similis nulla, sed ejusmodi quæ non humana potuerit exstrui manu. Eadem magnitudine, et pulchritudine præstabilis, situ et venustate splendens, quam affirmare omnium*

D *uspiam urbium maximam pulcherrimamque ausim; quam unam omnes sperabant et credebant in perpetuum ab omnibus mansuram inexpugnabilem; cui secundum Deum universi salutem credebant suam; quæ si oculus appelletur orbis terræ, aut cor, a vero non aberretur; de qua nemini non gloriari licebat; in qua civem ascriptum esse, non parum argumenti ad commendationem gloriamque habebat.* Hactenus ille. Vide etiam Nicetam ad finem Annalium. Invenio hanc urbem dictam Χριστούπολιν, quemadmodum Antiochiam Θεούπολιν.

(62) Venari, aucupari (nam et aucupio delectabitur juvenis, ut videbis), equestribus vacare lusibus, non sunt illiberales occupationes, nec principem, præsertim adolescentem, dedecent. Quare causæ nihil erat, cur senex morosus his vacanti adeo irasceretur, adeoque innocentem duriter increparet. Videntur aliæ quædam fuisse occupationes illius, nempe in scortis, comessationibus, noctur-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

καὶ τῶν τῆς συγκλήτου καὶ τῶν κατὰ γένος προσηκόντων αὐτῷ. Πάντα μὲν οὖν ἐλύπει τὴν τοῦ νέου ψυχὴν οὕτως ὑπὸ τοῖς ἁπάντων ὀφθαλμοῖς δοκοῦντος περιυβρίζεσθαι. Ὁ δὲ τῶν ἄλλων μᾶλλον ἦν ἀλγεινότατον, τοῦτ' ἦν, ὅτι πρὸς τοὺς παρόντας μαρτυρόμενος τὸ τοῦ ἐγγόνου διάστροφον δῆθεν ὁ βασιλεὺς, ἔλεγεν· Εἰ πρός τι τῶν ἀναγκαίων χρήσιμος οὗτος ἀποδειχθῇ, ζῶν μὲν ἄξιος βληθῆναι λίθοις ἐγὼ ἀποθανὼν δὲ, ἀνορυχθῆναι καὶ παραδοθῆναι πυρί. Μεταξὺ δὲ τῶν σκωμμάτων τούτων, (καὶ τί τοιοῦτον συνηνέχθη γενέσθαι;) ἦλθέ ποτε βασιλεὺς ὁ νέος τὴν συνήθη προσκύνησιν ἀποδώσων τῷ πάππῳ. Εἰσιὼν δὲ τοῦ οἰκίσκου τὴν θύραν, ἐν ᾧ καθῆστο συνήθως ὁ βασιλεὺς, ἐκ μαρτύρων οὖσαν τὴν φλοιὰν ἡρμοσμένην, συμβέβηκε τὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς λίθον τῷ μαρμάρῳ προσαρραχθῆναι. Ἐφ' ᾧ διαταραχθεὶς οὐκ ὀλίγον ὁ βασιλεὺς, καὶ σιγῇ μὴ δυνηθεὶς καρτερῆσαι, Ὁρᾷς, εἶπε μεγάλῃ τῇ φωνῇ, ὡς, ὅπερ ἐγὼ λέγω, καὶ Θεὸς ἐπιμαρτυρόμενος ἄνωθεν, ἀνάξιον κέκρικέ σε τῆς βασιλείας, καὶ διὰ τοῦτό σε τὸ σύμβολον αὐτῆς τῇ πέτρᾳ προσαρράξαι παρακεχώρηκε; Τοῦτο παντὸς βέλους πικρότερον ἐλυμήνατο καὶ κατέτρωσε τὰ σπλάγχνα τοῦ νέου. Καὶ πρὸς τὴν οἰκίαν τὴν ἑαυτοῦ ἀπελθὼν, ἔκειτο βαρέα στενάχων, ψυχὴν ἐρευγόμενος, ποιητικῶς εἰπεῖν.

A rius castigat, et probris conscindit, non in secreto modo ac sine testibus, sed pluribus etiam proceribus et propinquis præsentibus. Adolescens vehementissimo dolore angi, qui videret ante ora omnium sibi tantas imponi contumelias. Præ cæteris vero eum excruciabat, quod audientibus aliis, ingenium ejus perversum ac distortum his verbis testificaretur; Si hic ad ullam rem conducibilem efficiendam reperietur idoneus, ego me dignum deputo, qui vivens lapidibus obruar, mortuus refodiar et, ignibus exustus, in cineres redigar. **20** Media inter talia scommata (quid aliquando simile factum meminimus?) forte adest die quodam juvenis, senem consueta adoratione impertiturus. Eo introeunte per humilem januam domun-
B culæ, ubi avus pro consuetudine considebat, marmore incrustatos postes habentem, accidit pileum seu tiaram gemmatam, quam in capite ferebat (63), ad marmor allidi. Quo casu mire conturbatus imperator, nec voci iræque parcere potis, sublato clamore, Jamne intelligis, inquit, Deum dictis meis de cœlo perhibere testimonium, et te indignum judicari imperio; ideoque, quod est imperii symbolum [corona videlicet] in marmor impingi sustinuisse? Hoc verbum intima juvenis præcordia quovis telo dirius læsit, et acerbius recumbebat, flebiles effundens gemitus, et, ut

consauciavit. Hinc se domum capessens, lectulo poetice dicam, animam ipsam eructans (64).

CAPUT VI.

Mittit legatum ad avum nepos : ejus viri virtus prædicatur. Summa legationis, secum atrocius agi, quam delicta mereantur; et illum oblivisci se patrem esse. Si pergat odisse, alium imperatorem designet. Avus memorans, quanto amore nondum etiam natum dilexerit, severitatem et rigorem excusat. Ad superiorem narrationem reditur, et interrupta contexuntur.

Ὅμως δ' ἑαυτὸν τῆς πολλῆς ἀθυμίας ἀναλαβὼν

Porro ut se ex ingenti ægritudine collegit, lega-

Jacobi Pontani notæ.

nis obambulationibus, in ære profundendo, et C tutibus emendata sunt, et cum Cantacuzenus nominibus faciendis, cum inobedientia et contumacia erga avum, quæ Gregoras, nihil quidquam veritus memorat, infensior et iniquior eidem, ut apparet. At noster hic vel digna hæc non putat, ob quæ juvenis imperio privetur, quia scilicet peccata juventutis sint : *Dum ætas, dum tempus tulit* (ait ille senex in *Andria*) *sivi animum ut expleret suum;* et alius ille in *Adelphis*, plus æquo indulgens : *Amet, scortetur, potet, faciat quod libet;* vel propter summum amorem, credo, ut famæ et bonori ejus consulat, artificiose dissimulat, ac præterit. Etiam non semel jurantem inducit, nihil se tanta ira et odio avi dignum commisisse, sed a calumniatoribus se falso apud illum deferri. Quod an excusari possit, si Gregoras vera loquitur, equidem haud scio. Ac tanto minus fortasse potest, quod initio historiæ se veritatis tam amantem ostenderit. Verumtamen non ita dissimulat, quin quem toties defendit et excusat, propemodum D manifeste prodat. Infra enim ipsum adolescentem se flagris digna perpetrasse confitentem facit. Atqui venatus et decursus equestris flagris digna non sunt. Quanquam vero modum in his excedere potuit (imo excessit, cum præ studio rerum istarum somnum capere non potuerit, ut audisti, et mira narrat in hoc genere de canibus et avibus ejus Gregoras, etiam imperatoris), tamen non hanc, sed aliam quamdam intemperantiam esse putarim, quam in se flagris puniendam confessus est. Nihilominus ista vitia magnis ac splendidis postea vir-

amore, tum Gregoras odio peccare, et ille quædam vera omisisse, hic multa non vera in medium attulisse potuit.

(63) Græce est, τὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς λίθον, lapidem supra caput, lapidem utique pretiosum, qualibus pileus ille distinguebatur. Et fortassis hic λίθος in apicem coronæ ejus insertus, visendæ magnitudinis erat. Certe etiam lib. IV dicitur λίθῳ κεκοσμημένος πῖλος. Subjicit mox, imperii esse symbolum. Unde patet συνεκδοχικῶς locutum; nam non lapis, quantumvis pretiosus, sed corona, tiara, aut diadema symbolum ac signum est imperii. *Cassidis formam hodieque retinent uscufiæ Turcarum*, inquit in *Pandecte historiæ Turcicæ* Leunclavius, *instar pileoli rotundi, ovalis figuræ, vel rotundi calicis, absque pedunculo factæ : cujusmodi coronas ovales ex auro solido gestare solebant imperatores Græci, planeque talis etiam imponebatur Theolepto patriarchæ, cum nos Constantinopoli essemus, a duobus aliis tunc ibidem præsentibus patriarchis, Sylvestro Alexandrino, et Michaele Antiocheno, die 10 Martii, anno Christiano* 1585, *quo tempore ab eis inaugurabatur, quod Græci vocant, in thronum collocari. Solent hodieque Genitzari et alii ditiores ex auro solido factas uscufias gestare. Becos ip e vidi sic ornatos, qui sultani Turcarum cursores sunt, circum ipsum semper obambulantes, cum e saraio, seu palatio prodit.*

(64) Præcedit, βαρέα στενάχων, quomodo Homerus loquitur. Ψυχὴν ἐρευγόμενος; ipsene finxerit, an.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tionem ad avum decernit, cum ut furorem ejus mitiget, eumque ad lenitatem ac mansuetudinem traducat, tum ut causam cognoscat, ob quam ille sibi tam infensus atque infestus sit. Legat igitur Josephum quemdam, virtute et doctrina conspicuum (65), et per omnium ora volitantem. Qui, quanquam lucernam sub modio abscondere pro virili niteretur, nihil tamen promovebat, quando effatum Domini[a] non potest ullo modo intercidere. Eo siquidem claritudinis pervenerat, ut communibus imperatoris, sacræ synodi, universi senatus suffragationibus in pontificia hujus novæ Romæ cathedra collocandus censeretur : etsi ipse, ob modestiam animi moderationemque singularem repugnans, fastigium et magnitudinem dignitatis religiose declinaret. Ergo [hujus oratoris ore] imperatorem avum sic alloquitur (66) : Quandoquidem parentibus singulis (67) præcipuum quemdam amorem erga liberos natura ingeneravit, rationi consentaneum est utique, ut ii errata etiam eorumdem obtegere et occultare velint. Quod si pater unus aliquis filium copiose **21** atque honorifice laudaverit, non effugiet, quin auditores illas laudes ementitas, et laudatorem ob charitatem propensionemque naturalem deceptum magnopere suspicentur. Contra ea, si filium vel levi reprehensione perstrinxerit, rursus ex diametro nimium fuisse reprehensum interpretantur, et adæque arguunt. Igitur cum tu, pater meus, tam valde mihi irascaris, multaque et varia in me convicia et maledicta assiduo jactes, quodque omnium durissimum, et a quo non solum dicendo lingua, sed etiam audiendo aures meæ abhorrent, cum capiti tuo frequenter malam pestem imprecatus sis, si ego unquam ad ullum operæ pretium faciendum habilis et appositus viderer : quodque vel ipsa morte amarius est, cum minuta quædam et fortuita eventa cœlestes significationes, divinique consilii demonstrationes existimes, quibus ad populos imperio regendos ineptus ostendar, quis, quæso, Romanorum hæc audiens, non te maria tota improborum facinorum (68) mecum de me conscire arbitrabitur? Ideo autem modica quædam ad

A ἔγνω δεῖν πρεσβείᾳ χρήσασθαί τινι πρὸς τὸν πάππον καὶ βασιλέα, ἅμα μὲν καὶ τὴν ὀργὴν ἐκμειλιξόμενος τὴν ἐκείνου καὶ πραότερον καταστήσων, ἅμα δὲ καὶ τὴν αἰτίαν ἐθέλων μαθεῖν δι' ἣν πρὸς αὐτὸν ὁ βασιλεὺς οὕτως ἐκπεπολέμωτο. Πέμπει δή τινα τῶν ἐπ' ἀρετῇ καὶ φιλοσοφίᾳ γνωρίμων, καὶ παρὰ τοῖς ἁπάντων στόμασι κείμενον Ἰωσήφ. Ὃς ἐφιλονείκησε μὲν, τό γε εἰς αὐτὸν ἦκον, τὸν λύχνον ὑπὸ τὸν μόδιον κρύψαι, οὐκ ἠδυνήθη δὲ, τοῦ Δεσποτικοῦ λόγου πάντως μὴ δυναμένου διαπεσεῖν. Ἀλλ' εἰς τοσοῦτον ἦλθε περιφανείας, ὡς ψήφῳ κοινῇ βασιλέως τε καὶ συνόδου τῆς ἱερᾶς, ἔτι δὲ καὶ συγκλήτου πάσης, τῶν ἐκκλησιαστικῶν θρόνων τῆς νέας ταυτησὶ Ῥώμης ἄξιος ἀποδειχθῆναι, κἂν αὐτὸς τῷ λίαν ταπεινῷ καὶ μετρίῳ τοῦ ἤθους ἀπώσατο τὴν ἀξίαν, τὸ τῆς καθέδρας ὕψος, καὶ τὸ μέγεθος εὐλαβηθεὶς τῆς ἀρχῆς. Τούτῳ δὴ χρησάμενος πρεσβευτῇ, ἀναφέρει δι' αὐτοῦ τῷ βασιλεῖ καὶ πάππῳ τοιάδε· Τῶν γεγεννηκότων πάντων πρὸς τοὺς ἐξ αὐτῶν φυσικῇ τινι κεκρατημένων στοργῇ, εἰκός ἐστι δήπου καὶ τὰ τῶν παίδων ἐλαττώματα συσκιάζειν ἐθέλειν. Κἄν τις ὑπὲρ τοῦ παιδὸς πολλούς τινας διεξέλθῃ καὶ θαυμασίους ἐπαίνους, ὑποψίαν οὐ μικρὰν τοῖς ἀκούουσι παρέχει, ὡς οὐ τοῦ παιδὸς ὄντος τοιούτου, ἀλλὰ πολλῷ τῷ μέτρῳ λειπομένου τῶν ἐπαίνων, αὐτοῦ δὲ ἀπατωμένου διὰ τὴν σχέσιν τὴν πρὸς αὐτόν. Ἂν δ' ὁ πατὴρ τῷ παιδί τινα καὶ μικρὸν προστρίψηται ψόγον, πάλιν ἐκ διαμέτρου πολλαπλασίονα τὸν ψόγον ὑπονοοῦσι, τὴν ἴσην προστιθέντες αἰτίαν. Σοῦ τοίνυν τοῦ πατρὸς κατ' ἐμοῦ τοῦ παιδὸς οὕτως ἐξωργισμένου, καὶ πολλὰς καὶ ποικίλας ὁσημέραι καταχέοντος τὰς λοιδορίας καὶ τὰ ὀνείδη, καὶ τὸ πάντων ἐμοὶ βαρύτατον, καὶ ὃ μήτ' ἀκούειν, μήτε λέγειν ἀνεκτὸν ἐμοί, κατὰ σεαυτοῦ πολλάκις τὰ δεινότατα ἐπαρωμένου, εἶπον' ἐγὼ πρός τι τῶν χρησίμων εὐφυῶς ἔχων φανεῖην· τὸ δ' ἔτι ὂν θανάτου πικρότερον, τὸ καὶ μικρά τινα συμβάματα ὡς ἔτυχεν ἐκ τοῦ συμπεσόντος γεγενημένα, θεοσημείας καὶ Θεοῦ βουλῆς ἀποκαλύψεις ἡγεῖσθαι, ἐμὲ τῆς βασιλείας οὐκ ἄξιον ἀποδεικνύντος, τίς ἔσται Ῥωμαίων ὃς ταῦτα ἀκούων, οὐ θαλάσσας ὅλας κακῶν ἐμοὶ συνειδέναι λογιεῖται τὸν πατέρα; Καὶ διὰ τοῦτο καὶ

[a] Matth. v, 15.

Jacobi Pontani notæ.

ab Homero, aliove poeta sumpserit, et an priorem vocem mutaverit, si forsitan μῆνιν fuit, ignoro.

(65) Philosophia non semper est illa divinarum humanarumque rerum cognitio : sæpe enim liberalem doctrinam, seu eruditionem ingenuam, seu φιλολογίαν Græci hoc verbo exprimunt. Isocrates in primis (ex quo plura testimonia Budæus profert) qui etiam oratione περὶ τῆς εἰρήνης in fine, φιλοσόφους vocat homines litterarum studiosos, quia et φιλοσοφεῖν, σπουδάζειν significat. Sacri scriptores Græci studium vitæ innocenter et sancte agendæ frequentius φιλοσοφίαν nominant, quia nimirum *timor Domini disciplina sapientiæ*, Proverbiorum capite decimo quinto.

(66) Amat noster historicus orationes, quæ directæ vocantur, hoc est, per primam personam et indicativum modum conceptas (quod in præfatione lectorem monuimus), et hoc etiam in legationibus servat : ubi legati personam mittentis in dicendo induunt. Primum exemplum est hoc Josephi. Quo res fieret planior, illas voces, *hujus oratoris ore*, de nostro addendas duximus.

D

(67) Sæpius avum patrem nominat; vere enim pater est, quamvis non proximus, sed major, hoc est, antiquior. Unde Germanis, *Grossvater* : et defuncto Michaele patre naturali, avus erat ei patris loco. Diligebatur item ut a patre filius, et reverebatur eum vicissim ut filius patrem; hoc enim de se credi vult.

(68) Cum proverbio dicamus, mare bonorum, sicut, mare malorum, pro innumerabilibus bonis ac malis, sententia postulat, ut κακῶν hic non *malorum*, sed *vitiorum*, aut *malorum facinorum* interpretemur. Auxit rem valde, cum adjecit ὅλας, *tota*, dixitque θαλάσσας τῶν κακῶν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μικρά τινα προχεῖσθαι τοῖς ἔξω, δεῖγμα τοῦ κεκρυμμένου πλήθους τῶν ἀφορήτων κακῶν καί σοι τῷ πατρί· ὅπου γε καὶ θαυμάζοντός σου καὶ πολλοὺς ἐπαίνους διεξιόντος, καὶ πλέον σεμνύνοντος ἢ προσῆκε, τούτοις δὲ εἰκὸς ἦν τὸν ἔπαινον ὑποπτεύειν, τῇ πρὸς τὸν παῖδα διαθέσει τοῦτο λογιζομένους. Ταῦτ' ἔστιν ἃ με λυπεῖ, καὶ τὴν ζωὴν ἀηδεστέραν ποιεῖ θανάτου. Ἁμαρτάνειν μὲν οὖν ὁμολογῶ καὶ πληγῶν ἄξια κἀμαστίγων· καὶ ἦν ἂν ἐμοὶ τῶν εὐεργεσιῶν ἡ μεγίστη, εἴ γε ἐν τῷ κεκρυμμένῳ παρὰ σοῦ τοῦ πατρὸς τῶν σφαλμάτων χάριν ἐμαστιγούμην· τὸ δ' εἰς τούτων ἐξάγεσθαι τὴν ὀργήν, ὡς καὶ πολλῶν παρόντων οὕτω προπηλακίζεσθαι, πάντων ἀνιαρώτερον. Ἂν τοίνυν πλεῖον ἐπιβλέψας ὁ Θεὸς ταῖς ἐμαῖς ἁμαρτίαις, ὁδηγήσει καί σε πραότερόν μοι γενέσθαι καὶ συμπαθεῖν ὡς υἱῷ, τοῦτ' ἂν εἴη βέλτιστον· εἰ δ' ὁμοίως ὥσπερ νῦν κἀν τοῖς ἑφεξῆς τελεῖσθαι μέλλει, ἕτερος προβληθήτω σοι βασιλεὺς, ὅς ἂν σοι δόξῃ χρήσιμος καὶ καλός. Ταῦτα διαπρεσβευσάμενος Ἰωσὴφ ἐξ Ἀνδρονίκου βασιλέως πρὸς τὸν πάππον καὶ βασιλέα. Εἶτα καὶ παρ' ἑαυτοῦ συχνούς τινας ἐγκωμίων λόγους τοῦ νέου βασιλέως διεξελθόντος, καὶ πράως πῶς καθαψαμένου τοῦ βασιλέως, ὡς τραχύτερον ἢ προσῆκεν προσφερομένου τῷ νέῳ, ἀντεμήνυσε καὶ αὐτὸς τοιαῦτα· Τῶν ἄλλων πάντων πατέρων ἅμα τῇ τῶν παίδων γεννήσει τὸ πρὸς αὐτοὺς φίλτρον κτωμένων καὶ συναυξανόντων αὐξανομένοις, αὐτὸς οὕτως ἐφίλησά σε καὶ πρὶν εἰς φῶς προσελθεῖν, ὡς καὶ πολλοὺς τῶν διαβεβοημένων ἐπ' ἀρετῇ, καὶ Θεῷ προσεγγίζοντα βίον ζῶντας μάρτυρας ἔχειν τοῦ φίλτρου. Οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστιν οὐδεὶς ὃν οὐ πολλὰ πολλάκις ἱκέτευσα, θερμοτέρας καὶ συχνὰς ὑπὲρ σοῦ Θεῷ προσάγειν εὐχάς, ὡς μὴ μόνον μηδὲν δυσχερὲς ἀπαντῆσαι τῇ σῇ γεννήσει, ἀλλὰ καὶ τεχθέντα, πάντα ἄριστον καὶ τῶν τοσούτων εὐχῶν ἄξιον ἀποδειχθῆναι. Καὶ αὐτὸς δὲ ἐγὼ, προπετῶς μὲν διὰ τὸ μὴ τὸ θαρρεῖν ἔχειν ἐκ τῆς τοῦ βίου διαστροφῆς, ἔπραττον δ' οὖν ὅμως, πολλὰ πολλάκις ἐδάκρυσα προτευχόμενος τῷ Θεῷ, ὥστε σε καὶ γεννηθῆναι, καὶ γεννηθέντα τῶν ἐμῶν εὐχῶν ἄξιον ἀποβῆναι. Ὃν οὖν ἔτι τοῖς μητρικοῖς θαλάμοις ἐνδιατρίβοντα οὕτως ἐφίλησα καὶ ὑπὲρ τὸ μέτρον, πῶς εἰς τοσοῦτον ἡλικίας προσήκοντα νῦν, μισεῖν εἶχον καὶ ἀποσείεσθαι; οὐκ ἔστι σὺν λόγῳ φθέγ-

allos abs te profundi (69), ut argumento sint, quam multa adhuc et intolerabilia, etiam tibi patri, crimina mea conscientia tua constricta teneantur; cum te nepotem admirante, et multis laudibus plus æquo efferente ac honorante, illos ipsos prædicationem eam suspectam habere, paternoque affectui attribuere magis decuisset. Hæc sunt quæ me torquent, vitamque mihi morte ipsa insuaviorem reddunt. Peccasse me, et plagis ac flagris expianda commisisse non ibo inficias, summique beneficii loco numerarem, si in abdito tua manu, pater, pœnas a me repeteres (70) : verum usque eo laxare habenas iracundiæ ut, quamvis in præsentia multorum ita maledice me laceres, id est quod mœrorem mihi parit, incredibilem. Si itaque Deus misericordibus oculis delicta mea respiciens, te quoque ad humanitatem, et misericordiam mihi, utpote filio tuo, impertiendam inflexerit, nihil acciderit mihi optabilius. At si in posterum nihilominus tam aversa a me voluntate futurus es, quem probaveris, hunc imperatorem pro me designes licet. Hæc Josephus legatus nepotis apud avum exposuit. Postea cum eumdem nepotem sua sponte affatim collaudasset, verbisque mitioribus senem molliter arguisset, qui inclementius, quam pro æquo et bono se in adolescentem gereret, ille vicissim talia referenda dedit : Cum patres reliqui omnes, quando cœlo frui cœperunt liberi, tum primum 22 eos amare incipiant, quem amorem ipsis crescentibus adaugent et amplificant, ego te adeo miris modis amavi (71), etiam antequam in auras luminis exires, ut non paucos quoque spectata vitæ sanctimonia hujus rei testes habeam. Non enim est, non est, inquam, illorum ullus, quem non sæpe impensius rogaverim, ardentes et crebras Deo preces fundere, non tantum, ut ne quid sinistri in ortum tuum incideret, verum etiam ut natus undequaque optimus, votisque tam multis dignus reddereris. Quin ego ipse, temere quidem, fateor, quando a moribus meis parum sanctitatis normam directis, impetrandi fiduciam petere nequibam, tua causa complura feci, nec raro lacrymans Deum oravi, ut et nasci posses, et natus talis evaderes, qualem ego te ab ipso poposcissem. Quem ergo

Jacobi Pontani notæ.

(69) Manet in metaphora, quod tamen non semper est necessarium. Dixerat enim, θάλασσα κακῶν. Ideo nos quoque non, *proferri*, quod poteramus, sed *profundi* transtulimus ; mare enim, quoniam aqua constat, funditur. Et alioqui etiam sic loquimur, aliquid effundere, pro, cum affectu vel ex affectu aliquo proloqui. Item simpliciter, ut Cicero *De orat I*, *Effudi vobis omnia*. Et poetice, *Hæc effudit pectore dicta*.

(70) Vel quia forsitan *pro magno peccato paululum supplicii satis erit patri*, ut Terentius ait. Vel quia naturale est malle a propinquis quam alienis vapulare, quod misericordiam speramus ab iis, qui in nos crudeles propter sanguinis communionem esse non possunt. David quoque a Deo tanquam a patre, quam ab hominibus puniri malebat : *Coarctor nimis. Sed melius est, ut incidam in manus Domini (multæ enim misericordiæ ejus sunt) quam in manus hominum* (II *Reg.* XXIV).

(71) Gregoras principio lib. VIII : *Andronicum tanto amore prosecutus est avus, ita ejus aspectu gavisus, ut omnes et ante et post natos filios, filias, nepotes multo minoris faceret, omnesque quam hunc unum perire mallet, si optio daretur, tum ob firmiorem imperii successionem, tum propter ingenii præstantiam, tum propter vultus majestatem ; forsitan et similitudo nominis aliquid ad benevolentiam contulit. Quibus de causis eum apud se regia disciplina instituendum, ejusque conspectu noctu atque interdiu fruendum esse, lætandumque censuit.*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

etiam tum in materni uteri penetralibus latitantem (72) sic effuse et immense dilexi, eum ad hunc ætatis florem provectum odisse, et a me repellere, qui tandem potui? Haud istuc cum ratione dicitur. Quod autem in te emendando rigidior, et in objurgando aculeatior fui, non id potius in odii, quam in perfectæ charitatis et paternæ sollicitudinis indicium certissimum trahi debet: ut qui studuerim filium meum omnibus florere laudibus, præsertim jam ad tanti imperii culmen ascendentem, in quo et parvissima labes sapientibus videri maxima queat (73): siquidem omnis honestatis exemplum universis propositus, ea propter ad splendorem virtutum omnium merito expoliendus sit. Hac tam placida et benigna responsione delinitus adolescens, per certum hominem festive gratias egit. Ac toto biennio insequente a malo quies, et respiratio fuit, avo nepotem amicius intuente, et si quando res tulisset, parcius increpante: ut et ipse nepos, quasi tantummodo commonefactus, id gratum sibi evenire confirmaret. Sed et ita antea faciebat vivente imperatore Michaele, verum eo mortuo, et ad cætera quod attinet efferatum gessit animum in juvenem, et illius, cujus supra mentionem fecimus, recordatione tactus (quomodo scilicet ex iniquis ejus increpationibus mœstior, per internuntium ei dixerat: Siquidem amaritudinem adversus me deponis (74); sin autem, alium pro arbitratu imperatorem creato) renuntiari eidem hæc verba jussit: Quod aliquando desiderabas, ejus nunc faxo compos fias; alius enim in locum tuum imperator asciscetur, qui te potissimis honestabit honoribus. Tunc quidem Andronicus **23** hunc in modum responsum reddidit:

A γεσθαι ταῦτα. Τὸ δέ με τραχυτέραις χρῆσθαι ταῖς διορθώσεσι, καὶ δάκνουσι καθάπτεσθαι λόγοις, οὐ μίσους τεκμήριον χρὴ ποιεῖσθαι, ἄκρας δὲ μᾶλλον ἀγάπης, καὶ κηδεμονίας πατρὶ πρεπούσης, βουλομένῳ τὸν υἱὸν διὰ πάντων ἄριστον εἶναι, καὶ μάλιστα πρὸς ὄγκον τηλικαύτης ἀρχῆς ἐπιβαίνοντα ἤδη. Ἐν ἐκείνῳ γὰρ καὶ τὸ φαυλότατον τῶν ἁμαρτημάτων παρ' εὖ φρονοῦσι μέγιστον ἂν κριθείη, ὡς μίμημα παντὸς καλοῦ πᾶσι κειμένῳ, καὶ διὰ τοῦτο εἰς κάλλος ἀπεξέσθαι διὰ πάντων δικαίῳ ὄντι. Ταύταις ταῖς ἀποκρίσεσιν οὕτως ἡμέροις οὔσαις καὶ προσηνέσι καὶ ὁ νέος χαριεστέρας ἀντέπεμπε τῷ βασιλεῖ τὰς εὐχαριστίας. Καὶ δυσὶν ἔτεσιν ἐφεξῆς ἐλώφησε τὸ κακὸν, τοῦ βασιλέως εὐμενέστερον ἐπιβλέποντος τῷ ἐγγόνῳ· εἰ δέ ποτε καὶ ἐπιπλήττειν ἔδει, συμμέ B τρως τοῦτο ποιοῦντος, ὡς καὶ τὸν νέον, οἷα δὴ νουθετούμενον, χάριν ὁμολογεῖν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἔτι περιόντος βασιλέως τοῦ Μιχαήλ· ἐπεὶ δ' ἐτεθνήκει, τά τε ἄλλα ἐκπεπολέμωτο πρὸς τὸν ἔγγονον ὁ βασιλεὺς, καὶ δὴ καὶ ὃ μικρῷ πρόσθεν εἴρηται μεμνημένος (ὡς ὁ νέος Ἀνδρόνικος ἀλγυνόμενος ταῖς πέρα τοῦ δέοντος ἐπιπλήξεσι μεμήνυκε πρὸς αὐτὸν, ὡς Εἰ μὲν μεταβάλοις τῆς εἰς ἐμὲ πικρίας· εἰ δ' οὖν, ἀλλ' ἕτερος ὃν ἂν ἐθέλῃς προβεβλήσθω σοι βασιλεὺς), ἀντεμήνυσεν αὐτῷ νῦν καὶ αὐτὸς, ὡς Ὃ πρόσθεν ἐζήτεις, γενήσεται νῦν, καὶ ἕτερος ἀντὶ σοῦ προβληθήσεται βασιλεὺς, σοῦ τὰς πρώτας παρ' αὐτοῦ τιμὰς καρπουμένου. Πρὸς ταῦθ' ὁ νέος Ἀνδρόνικος ἀπεκρίνατο τοιαῦτα·

CAPUT VII.

Purgat se de verbo suo nepos; dolentem, et conturbatum dixisse, sperantemque paternum animum ad misericordiam ita commoveri posse. Veniam petit. Magnus domesticus e Thracia reversus acta cognoscit: fidem et operam suum usque ad aras spondet. De perfugii loco deliberatur. A Crale Tribollorum principe legatio, et Callinici legati astus.

Qui ira, dolore, aut alio quopiam graviore affectu concitantur, neque quid dixerint in illa perturbatione, neque quid fecerint, meminisse solent. Nec mirandum eos dictorum oblivisci. Cum enim non sentiant vel ad exiguum tempus, quid agant, multo minus verborum præteritorum recordari queunt. In quos vero seu verbo, seu re aliquid officii collatum est, illi vel in multos annos acceptorum

C Τοῖς ἐξ ὀργῆς ἢ λύπης ἤ τινος τῶν τοιούτων τεταραγμένοις τοὺς λογισμοὺς, ἀκόλουθόν ἐστι μήθ' ὧν λέγουσι μήθ' ὧν δρῶσιν ἐν τοῖς τῆς ταραχῆς καιροῖς παρακατέχειν τὴν μνήμην. Ὅπου γὰρ μήθ' ὧν πράττουσιν αἰσθάνονται κἂν πρὸς βραχὺ, σχολῇ γ' ἂν μεμνήσονται λόγων παρεῤῥυηκότος χρόνου. Οἱ δέ γε παρά τινος λόγοι, ἢ πράγμασιν εὐεργετούμενοι, καὶ εἰς πολλοὺς ἐνιαυτοὺς τὴν μνήμην

Jacobi Pontani notæ.

(72) Non opinor quemquam scriptorem uterum mulieris, seu parientis uterum vocasse thalamum. Recordor autem in sacris Litteris de Salvatoris nostri ortu legi, *tanquam sponsus procedens de thalamo suo*. Ubi consensu theologorum sanctissimæ Virginis Mariæ uterus intelligitur, in quo velut thalamo eam sibi Filius Dei, carne ex ea indutus, sponsam copulavit. Et quoniam Cantacuzenus liberaliter vocibus divinarum Scripturarum utitur, de matre Andronici et partu ejus cogitanti, hoc verbum, seu hunc Scripturæ locum occurrisse existimemus licet.

(73) Juvenalis *Satyra* 8:

Omne animi vitium tanto conspectius in se
Esse solet, quanto major qui peccat habetur.

Bene, *sapientibus*, nam hi longe cernunt acutius quam vulgus, et judicant verius. Ergo sapientes a regibus perfectionem maximam, requirunt, eorumque peccatis non facile ignoscunt. Ipsemet Cantacuzenus extremo quarto, cap. 48, en quam præclare, dum filium Matthæum a cupiditate imperandi absterret: *Non enim quemadmodum aliis, si vitam solute transegerint, sic etiam imperatoribus usuvenit, ut damnum ad ipsos modo pertineat, sed et bona et mala ipsorum subditis communia sunt: et imperatoris animum omnis virtutis speculum atque archetypum esse oportet: alioqui non solum suæ, sed et aliorum segnitiei pœnas persolvet.*

(74) In Evangelio, *si quidem fructum fecerit: sin autem, succides eam*. Genus loquendi ἐλλειπτικόν. Subauditur, bene res habebit, aut tale quidpiam. Latini quoque sic loquuntur, atque adeo ipse Cicero. Notatum est alicubi a Budæo in Pandectas.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

παρακατέχουσι τῶν εὐεργετημάτων. Ἡμέρου γὰρ οὔσης τῆς ψυχῆς καὶ καθεστηκυίας, καὶ ταῖς εὐεργεσίαις ἐνηδομένης, ὡς ἐν χαλκῷ συμβαίνει καὶ τῶν λόγων καὶ τῶν ἔργων ἐγκολάπτεσθαι τὰς μνήμας. Καὶ αὐτὸς τοίνυν, ὦ βασιλεῦ, ὧν μὲν ἐφθεγξάμην ἐν οἷς ἠγανάκτουν, ἐπιλέλησμαι παντελῶς· ὧν δ' ἠκηκόειν εὐεργετούμενος παρὰ σοῦ, οὕτως ἔχω τὴν μνήμην ἀνθοῦσαν καὶ νεαρὰν, ὡς δοκεῖν οὔπω χθὲς καὶ πρώην ἠκηκοέναι. Καὶ σὲ δὲ αὐτὸν ἐλογιζόμην, τὸν ἴσον ἐμοὶ διακεῖσθαι τρόπον· καὶ ὧν μὲν ὀργιζόμενος ἐφθέγξω, τὴν ταχίστην τὴν μνήμην ἀποβαλεῖν· ὧν δὲ εὐεργέτηκας, ἀσφαλῶς παρακατέχειν. Νῦν δὲ τοὐναντίον ἅπαν ὁρῶ συμβαῖνον. Τοὺς γὰρ τῆς εἰρήνης λόγους βυθῷ Λήθης φέρεσθαι παραδοὺς, τοὺς ἐξ ἀμετρίας ἐξενηνεγμένους λύπης εἰς μέσον ἄγεις. Ἐγὼ δ' ὅτι μὲν εἰρήκειν ἀνεμνήσθην ἀκηκοώς· οὐ μὴν ὡς δή τι τῶν αἰσχίστων τὴν βασιλείαν ἀποποιούμενος, τοιαῦτ' εἰρήκειν. Ἦ γὰρ ἂν ἦν παντάπασιν ἐστερημένος φρενῶν, καὶ ἀχαριστίας ὑπερβολὴν καταλιπὼν οὐδεμίαν, εἰ ἃ Θεὸς ὁ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ σὺ αὐτὸς ὁ κύριος καὶ πατὴρ, πᾶσαν εὐεργεσίαν ὑπερβαίνοντα ἐχαρίσασθε, ταῦτ' αὐτὸς ἀνοήτῳ καὶ παραβόλῳ φρενὶ ὣς τι τῶν ἀχρήστων ἀπεβαλόμην. Ἀλλ' ἐκ λίαν ἐνωδύνου καὶ τεταραγμένης ψυχῆς τοὺς τοιούτους λόγους προῆειν, λογιζόμενος ὅτι τὸ λίαν ἐνώδυνον καὶ οἷον πικρίας γέμον τοῦ παιδὸς φθέγμα, πρὸς συμπάθειαν κάμψει τὰ σπλάγχνα τὰ πατρικά· ἆδὴ καὶ κατὰ γνώμην ἐμὴν ὀπέδη, καὶ πολλῆς ἀπέλαυσα μέχρι δεῦρο τῆς εὐμενείας τῆς πατρικῆς. Νῦν οὖν εἰ μέν ἐστί τις ἐξελέγξων ἀξιά μέ τινα εἰργασμένον θανάτου, οὐ παραιτήσομαι τὸ δικαίως ἀποθανεῖν. Εἰ δ' ἄρα τοιαῦτ' ἔστι τὰ ἐγκλήματα ὡς παιδείας δεῖσθαι καὶ μάστιγος πατρικῆς, τὰ μὲν ἀφήσεις, ὡς καὶ αὐτὸς παρὰ τοῦ μεγάλου Βασιλέως καὶ θέσει Πατρὸς τὴν τῶν πλημμελημάτων συγχώρησιν ἐξαιτούμενος ὁσημέραι· ὑπὲρ δὲ τῶν, ἐξεστί σοι δίκας λαμβάνειν τῶν πλημμελημάτων ἀξίας, τοὺς τοιούτους ἐπαχθεῖς καὶ παντὸς βαρυτέρους φορτίου μακρὰν ἡμῶν ἀπελαύνοντι λόγους. Τοιαῦτα καὶ Ἀνδρονίκου τοῦ νέου ἀποκριναμένου τῷ πάππῳ, αὐτὸς μὲν πρὸς τὴν ἀπολογίαν ἀντεῖπεν οὐδέν· βαρεῖαν δ' ἦν τῇ σιγῇ καὶ τοῖς ἤθεσι τὴν ὀργὴν ἐνδεικνύμενος τῷ ἐγγόνῳ. Ὁ μέν τοι μέγας δομέστικος ἐκ Θρᾴκης ἐλθὼν ἐπεὶ ἐπύθετο τὰ συμβάντα παρὰ βασιλέως τοῦ νέου,

A memoriam custodiunt. Quia namque mitis eorum beneque compositus est animus, et beneficio delectatur, fit, ut cum verba tum benefacta illi tanquam in æs insculpta altissime hæreant. Ac me sane eorum quæ locutus sum, dum stomacho et indignationi serviebam, funditus cepit oblivio : quæ autem abs te mihi benefaciente audivi, ita vigent, itaque recentia sunt in pectore meo, ut ea nec heri quidem ac nudiustertius, sed, quod amplius est, hodie primum his auribus hausisse me putem. Te vero perinde affectum rebar, quæque per iram exprompsisses, eorum citissime abjecisse memoriam : quæ autem merita in me collocasses, ea te etiam atque etiam recordari. Atqui aliter multo rem evenisse intelligo. Nam sermones meos de pace Lethæis volvendos aquis permittens (75), quæ immodico dolore stimulatus effuderam, ea nunc in medium adducis. Quæ ego audiens, dixisse me veni in memoriam! Verumtamen non quod imperium, ut quidpiam turpitudinis et infamiæ plenum repudiarem, illa dixi. Profecto enim nullam partem mentis possiderem, nec esset quidquam me ingratius, si quæ Deus rex regum, et tu ipse dominus ac parens meus, ultra omnem beneficentiæ modum donavistis, ea insipienter ac temere ceu inutilia rejicerem. Quid igitur? animi acerbius dolentis, et perquam conturbati, confidentisque ægritudine et amaritie refertam nati vocem paterna viscera ad sympathiam emollituram, illa fuit oratio; idque factum, ut volui. Nam hucusque patria mihi abs te benevolentia tributa est. Nunc si quis est, qui me capitalia designasse convincet, meritæ mortis supplicium non deprecabor. Quod si 24 talia sunt crimina mea, ut paterna duntaxat castigatione verberibusque expianda videantur, eorum mihi gratiam facies, cum ipse quoque a magno Imperatore (76), qui nos æqualiter omnes adoptavit, peccatorum tuorum veniam preceris quotidie. At quæ ego in te commisi, digna pœna vindicabis, si molestas hasce omnique onere intolerabiliores voces procul a me abstinueris. Hac defensione explicata, avus eam nec verbo refellit, silentio vero ipso et gestibus contra nepotem ira æstuare visus est. Cæterum (77) magnus domesticus e

B

C

D

Jacobi Pontani notæ.

(75) Lethe palus inferorum, ab oblivione nominata, quod mortui omnium rerum hujus vitæ obliviscantur. Quin autem historicus iterum, ut alibi, poetice loquatur, nullus dubito; et est hæc quoque una historiæ proprietas, uti poeticis loquendi generibus, in quo apud Latinos conspicuus est Livius. Ovidius in Ibin :

Et tua lethæis acta dabuntur aquis.

Et *Trist.*, eleg. 7 :

Cunctane in æquoreos abierunt irrita ventos?
Cunctane lethæis mersa feruntur aquis?

(76) Agapetus diaconus ad Justinianum imperatorem libello pulcherrimo, quo imperatorem præceptis format : Συγγνώμην αἰτούμενος ἁμαρτημάτων, συγγίνωσκε καὶ αὐτὸς τοῖς εἰς σὲ πλημμελοῦσιν, ὅτι ἀφέσει ἀντιδίδοται ἄφεσις, καὶ τῇ πρὸς ὁμοδούλους ἡμῶν καταλλαγῇ, ἡ πρὸς Θεὸν φιλία καὶ οἰκείωσις· *Cum delictorum tuorum veniam a Deo petas, ipse quoque te offendentibus ignosce, quoniam remissioni retribuitur remissio, nostræque cum conservis reconciliationi, Dei amicitia et familiaritas.* Simili sententia usum inveni D. Epiphanium, ad Eudociam Augustam, Arcadii conjugem, cum illa de injuriis sibi a Joanne Chrysostomo illatis, eidem conquereretur, ut est legere in Vita ejusdem Chrysostomi apud Metaphrasten.

(77) Hæc alia deliberatio est. Illa prior inter domesticum et Syrgiannem in Thracia fuit, hæc inter domesticum, et juniorem Andronicum suscipitur. Et intelligimus rediisse in Thraciam magnum domesticum, siquidem Constantinopolim reversus dicitur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Thracia reversus auditis ex juniore imperatore quæ contigerant, impendio mirratus humanam naturam tot tantisque subjectam miseriis, et de invidia conquestus, quæ semel a se occupatos ipsi naturæ bellum inferre cogit, Optime imperator, inquit, malum esse atrocissimum hinc satis liquet. Fidem porro erga te meam et amorem sinceriasimum, coævamque inter nos amicitiam, et cum utrisque corporibus quodam modo auctam, antegressa tempora abunde docuerunt. Itaque verbis inter nos opus esse non arbitror, quibus nostrum uterque alterum sibi conciliet et adjungat. Ventura autem tempora, fidelissimorum amicorum opem imploratura, ut auguror, non minus qui sim erga te declarabunt. Si quidem igitur viderem te, malignitate et arrogantia corruptum, avo imperium eripere, et ad te solum transferre attentare, persuadeas tibi velim, quanquam tui sum cupidissimus, nollem tamen in tam infando negotio ad tuas rationes me adjungere. At quia te immerente prorsus hujusmodi adversum te mala emergere cerno, ut, nisi Deus illa desuper discusserit, metuendum sit ne in altitudinem immensam excrescant, en ego ultro ac libens pro salute tua non pecunias tantum, fortunas, servos, amicos, sed meipsum præterea offero, ut quacunque in re et quomodocunque me uti possis. Gratias diserte agit imperator, atque hoc insuper addit : Cum ipsa die veterascant paulatimque dilabantur omnia, instituta mihi tecum amicitia vetustatem vincit : quippe quæ tempore procedente validior semper atque virentior apparet, arbori perpetua baccarum ubertate incurvescenti, ac præsenti auctumnitate præteritam superanti similis. Dehinc ad consultandum conversis, primum omnium complacitum est, deligendum esse, qui ad se confugientes reciperet, locum munitum, situque tum ad tuendos receptos, tum ad arcendos oppugnantes haud incommodum. Nominabatur **25** in Odrysis ab Adriano Augusto vocabulum sortita Adrianopolis, idque multis et pernecessariis de causis. Sed cum illud eis timorem faceret, ne infesto agmine per vestigia insecutus senior (qui militem in promptu haberet, quemque viæ brevitas, duorum nimirum, aut trium dierum itinere minor adjuvaret) fugientes opprimeret : quandoquidem ipsi a tergo instantes propulsare nequirent, in irritum cadente sententia, Christopolin Thraciæ urbem petere constituerunt. Iis hoc modo inter se consiliantibus, a Crale Stephano, Triballorum principe (78), ad imperatorem avum (cujus filiam Simonidem habebat in matrimonio), advenit legatio, ex causa hujuscemodi. Imperator de ejus exercitu mutuatus circiter duo Comanorum millia, eos non restituerat, sed ad remanendum pellectos, ita retinebat. Quare ar-

πολλὰ θαυμάσας τῶν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως κατορχουμένων κακῶν, καὶ τὴν ἀδικίαν καταμεμψάμενος ὡς καὶ κατ' αὐτῆς τῆς φύσεως ὁπλίζουσαν τοὺς ἀλόντας αὐτῇ καθάπαξ, Κράτιστε βασιλεῦ, ἔφη, τὸ μὲν κακὸν κατάδηλον αὐτόθεν ὡς ἔστι τῶν ἀνηκέστων. Τὴν δὲ πρὸς σέ μου πίστιν καὶ δόλου παντὸς ἀμιγῆ φιλίαν, καὶ ὁ παρελθὼν μὲν χρόνος βεβαιώσασθαι ἱκανὸς, ἡλικιῶτιν καὶ τοῖς σώμασιν ἡμῖν συναυξανομένην ἀπέδειξας τρόπον τινά. Διόπερ οὐδὲ λόγων δεῖν πρὸς ἀλλήλους ἡμᾶς ἡγοῦμαι, ἑαυτῷ τὸν ἕτερον ἑκατέρους οἰκειουμένους. Καὶ ὁ μέλλων δὲ οὐκ ἔλαττον δείξει, φίλων πιστοτάτων δεησόμενος ὡς ὁρῶ. Εἰ μὲν οὖν ἑώρων σε κακοηθείᾳ χρώμενον καὶ ἀθαδείᾳ πρὸς βασιλέα τὸν πάππον, τῆς ἀρχῆς ἐκεῖνον μὲν ἀποστερεῖν, σεαυτῷ δὲ μόνῳ περιποιεῖσθαι βούλεσθαι, εὖ ἴσθι, καίτοι λίαν φιλῶν, οὐκ ἂν οὕτως ἀτόπου πράξεως εἰλόμην σοι κοινωνεῖν. Ἐπεὶ δ' ἐξ οὐδεμιᾶς αἰτίας τοιαῦθ' ὁρῶ φυόμενα κακὰ κατὰ σοῦ, ὥστ' εἰ μὴ Θεὸς ἄνωθεν αὐτὰ διαλύσει, οὐδὲ πάνυ πόρρω προσδοκίας εἰς ὕψος ἀρθῆναι βαθὺ, ἑκὼν αὐτὸς ἐπιδίδωμι τοῖς κινδύνοις τοῖς ὑπὲρ σοῦ, οὐ χρήματα μόνον καὶ κτῆσιν καὶ οἰκέτας καὶ φίλους, ἀλλ' ἤδη καὶ αὐτὸν ἐμὲ, ὥστε ἔχειν, ὅ τι βουλήσῃ χρῆσθαι. Ἐπὶ τούτοις τοῦ βασιλέως δομεστίκῳ τῷ μεγάλῳ πολλὴν χάριν ὁμολογήσαντος, καὶ προσθέντος, ὡς Ὁ πάντ' ἀμβλύνων χρόνος, καὶ κατὰ μικρὸν ὑποῤῥέειν ποιῶν, τῆς ἡμετέρας ἥττηται πρὸς ἀλλήλους φιλίας, ἐῤῥωμενεστέρας ἀεὶ καὶ ἀκμαιοτέρας προϊόντος φαινομένης, καὶ δένδρῳ προσεικάσαντος ἀεὶ βρίθοντι τοῖς καρποῖς, καὶ τὸν παρελθύθότα τῷ ἐνεστῶτι νικῶντι χρόνῳ, ἐτράποντο πρὸς τὸ βουλεύεσθαι περὶ τῶν παρόντων. Καὶ πρῶτον ἐδόκει πάντων, ἐκλογὴν ποιήσασθαι τοῦ μέλλοντος αὐτοὺς ὑποδέξεσθαι φεύγοντας φρουρίου ἐπικαίρως κειμένου, καὶ πρὸς τὸ φυλάξαι διαδράντας, καὶ πρὸς τὸ τοῖς μαχομένοις ἀντεπιχειρεῖν ῥᾳστώνην παρέχειν. Ἐδόκει μὲν οὖν ἑλέσθαι τὴν ἐν Ὀδρυσοῖς ἐπώνυμον Ἀδριανῷ πόλιν, πολλῶν ἕνεκα καὶ ἀναγκαιοτάτων αἰτιῶν. Δεδιότες δὲ μὴ καταπόδας τῆς φυγῆς ἐπιστρατεύσαντος αὐτοῖς τοῦ βασιλέως, ἅτε καὶ στρατιὰν ἔχοντος ἐξ ἑτοίμου, καὶ τῆς ὁδοῦ δυοῖν ἢ τριῶν ἡμερῶν ἔλαττον οὔσης ἁλῶσιν, ἀμύνασθαι μὴ δυνάμενοι τοὺς ἐπιόντας, ἐξεκρούοντο τῶν λογισμῶν. Συνετίθεντο δὲ μᾶλλον πρὸς τὴν ἐν Θρᾴκῃ Χριστούπολιν ἀπελθεῖν. Οὕτω περὶ τῶν καθ' ἑαυτοὺς βουλευομένων αὐτῶν, ἀφικνεῖται παρὰ τοῦ Τριβαλῶν ἄρχοντος Κράλη Στεφάνου πρὸς βασιλέα πρεσβεία, ὃς ἦν γεγαμηκὼς τὴν βασιλέως θυγατέρα τὴν Σιμωνίδα. Ἡ δὲ τῆς πρεσβείας πρόφασις ἦν, ὅτι ἐκ τῆς αὐτοῦ στρατιᾶς Κομάνων ὀλίγων δέοντας διαχιλίων λαβὼν, οὐκ ἀπέδωκε τοὺς στρατιώτας, ἀλλὰ πείσας μένειν, παρακατεῖχεν. Ἐφ' οἷς ὁ Κράλης παροξυνόμενος, διεπρεσβεύετο πρὸς τὸν κηδεστήν. Ὁ πρεσβευτὴς δὲ μοναχὸς ἦν, Καλλίνικος κεκλημένος, τὸ γένος μὲν καὶ αὐτὸς Τριβαλός, εὖ

Jacobi Pontani notæ.

(78) Nomen Κράλης regem sonat Hungaris, Bulgaris sive Serviis, Sclavonibus, Boemis, Polonis, a Kiral, et contractione Kral. Inde positione Græca factum Κράλης a nostro historico, et muliebre Κράλαινα.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δὲ εἰδὼς καιροῖς καὶ πράγμασι πολιτικοῖς χρῆσθαι δι' ἐμπειρίαν. Ὃς δὴ τὴν μεταξὺ τῶν βασιλέων ἀναφυομένην στάσιν μὴ ἀγνοήσας, καὶ συνιδὼν ὡς ἡ τοιαύτη διχοστασία καιρὸν ἂν παράσχῃ τῷ ἰδίῳ δεσπότῃ παρὰ βασιλέως ὧν ἠδίκητο περὶ τὴν στρατιὰν δίκας λαβεῖν, ἐβούλετο κρύφα τῷ νέῳ βασιλεῖ συντυχεῖν. A dens iracundia Crales ad socerum Callinicum monachum, natione Triballum, mittit. Qui cum non male didicisset uti occasionibus, et in rebus civilibus tritus esset, exortam præterea inter imperatores discordiam non ignoraret, nec non etiam prospiceret, hanc dissensionem domino suo peropportunam fore, ad animadvertendam a socero propter militem non redditum in'uriam, cum juniore imperatore clandestinum voluit inire colloquium.

CAPUT VIII.

Callinicus ad Cralem de societate legatus, rem feliciter conficit. Andronici junioris propositum. Theodorus Synadenus protostrator consiliorum periculorumque socius asciscitur. De trium Genuensium fide ac promissis. Adrianopolis ad fugam denuo eligitur. Avi in nepotem inhumanitas et importunitas. A magno domestico solatium. Syrgiannis e Thracia revocatio. De ratione Byzantio se educendi consultatio.

Τὸ δ' αὐτὸ καὶ βασιλεὺς ὁ νέος σὺν δομεστίκῳ τῷ μεγάλῳ λυσιτελεῖν αὐτοῖς ἡγησάμενοι, πρὸς τὸν Κράλην διαπρεσβεύσασθαι περὶ συμμαχίας, τὸν Καλλίνικον μεταπεμψάμενοι, καὶ περὶ τῆς τοῦ Κράλη συμμαχίας καὶ φιλίας διαλεχθέντες, καὶ πείσαντες ἐκ τοῦ ῥάστου διὰ τὸ καὶ αὐτὸν τὴν πρεσβείαν ταύτην τῷ Κράλῃ νομίζειν λυσιτελεῖν, ἄλλως δ' ὅτι καὶ πρὸς Συργιάννην αὐτῷ φιλίας ἐνέχυρα καὶ πρότερον ἦσαν, ἐξαποστέλλουσιν. Ὁ δὲ, σπουδῇ καὶ προθυμίᾳ πολλῇ τὴν ὁδὸν τάχιστα διανύσας, τῷ Κράλῃ τε συγγενόμενος, καὶ τὴν τοῦ νέου βασιλέως ἀπαγγελίας πρεσβείαν, εὗρε καὶ αὐτὸν ὥσπερ ἔρμαιον ἡγησάμενον τὸν καιρὸν, καὶ παντὶ σθένει συμμαχήσειν ὑπισχνούμενον τῷ νέῳ βασιλεῖ, πρὸς τῷ καὶ χάριν εἰδέναι, εἰ μόνον τοῦ πάππου καὶ βασιλέως ἀποστὰς, πρὸς τοῖς μέρεσι γένοιτο Μακεδονίας· ᾤετο γὰρ τὴν πρὸς αὐτὸν συμμαχίαν κάκωσιν εἶναι τῶν τοῦ κηδεστοῦ καὶ βασιλέως πραγμάτων. Λαβὼν τοίνυν ὁ Καλλίνικος τὰς ἐπαγγελίας, ἐπάνεισι πρὸς τὸ Βυζάντιον κατὰ τάχος, καὶ χαίρων ὀφθεὶς τῷ βασιλεῖ χαίροντι ἀπήγγελλέ τε τὰ τῆς πρεσβείας, καὶ τὴν συμμαχίαν αὐτῷ τοῦ Κράλη ἐν βεβαίῳ κεῖσθαι διϊσχυρίζετο, ἢν μόνον πρὸς τοῖς μέρεσι γένηται Μακεδονίας. Οὕτω μὲν καὶ περὶ τῆς τοῦ Κράλη συμμαχίας ὁ νέος Ἀνδρόνικος κατεπράξατο. Τὸν μέντοι βασιλέα καὶ πάππον ὁρῶν τοῖς ἤθεσι καὶ τοῖς λόγοις τῆς προτέρας δυσμενείας οὐχ ὑφιέμενον, τὰ πρὸς τὴν ἰδίαν φυλακὴν ἐξηρτύετο καὶ αὐτός, τοῦτο διανοούμενος, ὡς, εἰ μὲν τρόπῳ δή τινι διαλυθείη τὰ δυσχερῆ, ὑπὸ τῷ βασιλεῖ καὶ πάππῳ τελέσων ἄχρις ἂν ἀποστῇ τοῦ ζῆν· εἰ δ' ἐπὶ τὰ πρόσω προΐοι καὶ ἤδη πρὸς τέλος ἐγγίζοι κακὸν, τότ' ἤδη τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων ἀποστὰς, ἑαυτόν τε διασώζοι καὶ τοὺς συνόντας. Ἐν τοῖς τοιούτοις δὴ τριβομένου τοῦ χρόνου, καὶ ὁ Συναδηνὸς Θεόδωρος ὁ καὶ πρωτοστράτωρ ἧκεν εἰς Βυζάν- B Is et magnus domesticus e re sua futurum statuentes, si legationem de coeunda secum belli societate ad Cralem mitterent, Callinicum arcessentes, et cum eodem de amicitia et armis cum Crale conjungendis sermonem miscentes: facileque homini consuadentes, quod ipse hoc etiam æque Crali conducturum sentiret, tum etiam quod vetus ei cum Syrgianne necessitudo esset, legatum eum mittunt. Missus Callinicus festinatione et alacritate mira celerrime confecto itinere, cum Crale congressus, legationem junioris imperatoris exponit. Ille similiter de oblata commoditate, tanquam de inexspectato lucro (79) sibimet gaudet, gratias insuper agit, atque ad nepotem adjuvandum vires **26** suas omnes spondet: dummodo ab C avo remotus, juxta Macedoniam consideat; sic enim expeditionem suam auxiliariam soceri rebus damnosam fore confidebat. Cum tali pollicitatione Callinicus magnis itineribus Byzantium se recipit, successumque legationis suæ læto imperatori lætus edisserit: certam et indubitatam esse Cralis societatem asseverat, tantum propter Macedoniam se collocet. De Crale quidem ad suas partes adjungendo Andronicus minor hoc fecit. Animadvertens autem avum de pristina malevolentia nec moribus, nec verbis remittere, securitati suæ prospiciebat, proponens apud animum, si quo modo tam turbida tempestas sedaretur, in avi arbitrio manere, quandiu illi vita suppeditaret: sin ulterius pro- D gredereturque furor ad effectum inclinaret, imperatricem urbium deserere, et se cum suo grege conservatum ire. Dum in his tempus ponitur, Theodorus Synadenus protostrator vacatione accepta ab Occidente Byzantium venit: Prillapum siquidem, finitimaque loca, et inferiora Macedoniæ oppidula procuraverat, vir domo nobilis, et amplis-

Jacobi Pontani notæ.

(79) Ἔρμαιον dicitur pro lucro insperanti objecto seu inopinato, et adventitio; ut cum quis in itinere aliquid fortuito invenit (quod etiam εὕρημα propterea appellatur, quasi dicas, inventum). Hinc quidquid boni nobis contingit (præsertim, si præter opinionem atque spem), id εὕρημα vocatur. Budæus a Platone in *Phædone* poni ait pro bono inexspectato, ac pro sorte exoptanda, quæ forte fortuna nobis oblata sit. Ratio nominis est a Mercurio, qui Græcis Ἑρμῆς et viis, nuntiis, lucro præest, et in *Amphitryone* Plauti est ita loquens:

Nam vos quidem id jam scitis concessum et datum
Mihi esse ab diis aliis, nuntiis ut præsim et lucro.

Si plures iter facerent, et unus boni quidpiam in via jacens repererat, alii, qui id secum dividi, seu commune vellent esse, dicebant κοινὸς ἑρμῆς, Latine, *in commune*. Observat Turneb. lib. XXVI, cap. 14.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

simo genere natus. Nam qua de matre, imperatores attingebat, quod ea fratre Michaelis primi imperatoris Palæologi procreata esset : pater in Occidente apud Dalmatas Pologum toparchiam obtinebat. Quam quia una secum Michaeli jam dicto obtulerat, ejusque ditioni subjecerat, eximios apud Romanos honores adeptus, et consobrinæ imperatoris copulatus, superboque conjugio dignatus fuerat. Hic ut Byzantium intravit, seniorisque ad juniorem pessumdandum et evertendum dicta factaque omnia percepit, cum detestatione tantæ iniquitatis incredibilem animo dolorem persensit. Quamobrem juvenis et magnus domesticus majorem in se concipientes audaciam (præsertim quod et antea protostratorem bene sibi cupientem habuissent, plus tamen magnus domesticus, ex eo quod Adrianopoli cum Michaele imperatore ambo vixerant, temporis longinquitate amicitiam confirmante) faciendum sibi existimarunt, ut cum eo provinciam suam communicarent : non solum qua amicus, sed etiam qua vir fortis, qua belli gerendi peritus, qua consideratus : quæ virtutes talibus in **27** negotiis maximopere expetuntur. Igitur quæ imperator nepoti denuntiasset, quid responsi redditum esset, quænam ipsi adhuc deliberassent, illi aperiunt. Ea protostrator omnia comprobans, se perpetua communitate qua consiliorum, qua periculorum cum eis devinxit. Convenit etiam illis cum nepote, nemini Romanorum ullo pacto arcana detegenda, præterquam tribus hisce, nempe magno domestico, Synadeno protostratori, Syrgianni : adhæc Latinis Genuensibus tribus, quorum erat imperatori perspecta fides, quique illis ad fugam Byzantio Christopolin magno possent esse adjumento. Ternas quippe triremes suo, septenas imperatoris sumptu armaturos promiserant : ut numerus earum denarius et ad fugam, si fugiendum, ei subserviret, et apud Christopolin simul bellum toleraret, quoad res suas ordinasset. Nomina eorum fuerunt, e gente quidem Auriarum Raphon Auria (80), e Spinularum, Fredericus Spinula (81), ex Temarensium, Raphon Temar (82). Denuo cum his

A τιον ἐκ τῆς ἑσπέρας παραλυθεὶς τῆς ἀρχῆς· ἐπιτρόπευε δὲ Πριλλάπου καὶ τῶν περὶ αὐτὸν χωρῶν τε καὶ πολιχνίων κατωτέρω Μακεδονίας. Ἦν δ' ὁ Συναδηνὸς οὗτος ἐξ εὐπατριδῶν, καὶ τὸ γένος περιφανής· μητρόθεν μὲν γὰρ εἰς βασιλέας ἀνῆγε τὰς τοῦ γένους σειράς, ἐξ ἀδελφοῦ τοῦ πρώτου τῶν Παλαιολόγων βασιλεύσαντος Μιχαὴλ τῆς μητρὸς αὐτῷ γεννηθείσης· ὁ δέ γε πατὴρ, τοῦ πρὸς ἑσπέραν κατὰ τὴν Δαλματίαν λεγομένου Πολόγου τοπάρχης ἦν, ἣν δὴ τοπαρχίαν σὺν ἑαυτῷ τῷ πρώτῳ τῶν βασιλέων προσαγαγὼν Παλαιολόγῳ τῷ Μιχαὴλ, καὶ ὑποχείριον ἀποδείξας αὐτῷ, τιμῶν τε ἠξιώθη μεγάλων παρὰ Ῥωμαίοις, καὶ γάμου κοινωνίας ἐπιφανοῦς, τῇ βασιλέως ἀνεψιᾷ συναφθείς. Οὗτος τοίνυν ὁ πρωτοστράτωρ ἐκ τῆς ἑσπέρας, ὥσπερ ἔφημεν, εἰς Bυζάντιον ἀφικόμενος, καὶ ὅσα πρὸς βασιλέως εἴρηταί τε καὶ πέπρακται ἐπὶ τῇ καταλύσει τοῦ ἐγγόνου καὶ βασιλέως ἀκηκοὼς, ἠγανάκτει τε οὐκ ἀνεκτῶς, καὶ πολλὴν κατεγίνωσκε τοῦ πράγματος ἀγνωμοσύνην. Διὸ δὴ καὶ θαῤῥήσαντες ὁ νέος βασιλεὺς σὺν δομεστίκῳ τῷ μεγάλῳ (ἄλλως θ' ὅτι καὶ φιλίως πρὸς αὐτοὺς διέκειτο καὶ πρότερον ὁ πρωτοστράτωρ, τῷ μεγάλῳ δὲ μάλιστα δομεστίκῳ ἐκ τῆς πρὸς Ἀδριανούπολιν παρὰ τῷ βασιλεῖ Μιχαὴλ διατριβῆς, χρόνῳ πολλῷ τῆς φιλίας αὐτοῖς ἰσχυρᾶς γενομένης), δεῖν ᾠήθησαν κοινωνὸν καὶ αὐτὸν τῶν πραττομένων παραλαβεῖν, φιλίας τε τῆς πρὸς αὐτοὺς ἕνεκα καὶ ἀνδρίας, καὶ πολεμικῆς ἐμπειρίας καὶ φρονήσεως, ἧς αἱ τοιαῦται μάλιστα τῶν πράξεων δέονται. B

C Ἀνακαλύπτουσιν αὐτῷ τοιγαροῦν ὅσα τε ὁ βασιλεὺς μηνύσειε τῷ ἐγγόνῳ, ὁποίων τε τύχοι τῶν ἀποκρίσεων, ἔτι τε ὅσα καὶ αὐτοὶ περὶ τῶν καθ' ἑαυτοὺς βουλεύσαιντο πραγμάτων. Ἅ δὴ πάντα καλῶς ἔχειν ἐπιψηφισάμενος καὶ αὐτὸς, κοινωνεῖν αὐτοῖς εἵλετο καὶ τῶν βουλευμάτων καὶ τῶν κινδύνων μέχρι παντός. Ἐδέδοκτο δὲ τούτοις ἅμα τῷ βασιλεῖ, πρὸς μηδένα μηδαμῶς ἕτερον τῶν Ῥωμαίων ἐκφανῆ γενέσθαι τὰ βουλευόμενα, ὅτι μὴ τουτοισὶ τοῖς τρισὶ, δομεστίκῳ δηλαδὴ τῷ μεγάλῳ καὶ τῷ Συναδηνῷ πρωτοστράτορι καὶ Συργιάννῃ. καὶ Γενουΐταις Λατίνοις ἑτέροις τρισὶ, φίλοις μὲν οὖσι δεδοκιμασμένοις τῷ βασιλεῖ, δυναμένοις δὲ μεγάλα πρὸς τὴν εἰς

Jacobi Pontani notæ.

(80) *Ab Ansaldo Auria gens Auriarum clarissima originem habuit. Ansaldus natus est ex quadam matrona nobili, cui nomen Oria fuit, ex prisca familia, Volta dicta, quæ nunc, ut diximus, Cataneorum est ; quam posteaquam Arduinus ex provincia Narbonensi regulus oriundus, propter venustatem formæ atque familiæ nobilitatem ambivisset, in matrimonium tandem accepit. Nam cum profectionem in Palæstinam religionis ergo instituisset, casu Genuam delatus in hujus præstantissimæ feminæ ex occasione, ut fit, familiaritatem et consuetudinem incidit, adeo, ut formæ pulchritudine illectus, postmodum in Voltarum familiam receptus, ad nominis, et familiæ avitæ differentiam, Oriæ uxoris suæ nomen retinuerit.* Bizarus in *Historia Genuensium*, lib. 1.

(81) *Familia Spinularum celeberrima et laudatissima, a Guidone Spinula Beli vicecomitis filio, viro egregio animi corporisque dotibus originem traxit.* Bizarus. Φρερίγω ex Italo elisum pro Φρεδερίκω.

(82) Plurimas Genuensium antiquas familias re- D censet Bizarus libro 1, inter quas hujus nulla mentio, sed bene additum ab eodem his verbis : *Et pleræque aliæ, quarum hac tempestate exsolevit memoria, et vix aliqua earum exstant ullius antiquæ nobilitatis indicia. Verum interea non me latet, atque omnino verisimile est, plurimas familias, successu temporis, mirum in modum extenuatas et inclinatas, cum aliis familiis, suo tempore integris et florentibus coaluisse, et quasi in eas insitas, et translatas fuisse, adeo ut postmodum abolito et antiquato pristino nomine illius familiæ, in quam transivissent, nomen assumpserint.* Cum suspicaretur porro, Raphon ex Raphaele corruptum esse, viri clarissimi Marci Velseri sententia opinionem meam confirmavit. Visum, inquit, monere, Raphones quidem haud dubie Raphaeles videri, depravato in hanc faciem vocabulo, Genuensi idiotismo, qui inter Italicas dialectos crassissimus est. Et Raphaelem sane Doriam maritimis præfecturis illa ætate claruisse, historiæ ostendunt, neque Folieta in

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Χριστούπολιν ἐκ Βυζαντίου συγκαταπράξασθαι φυγὴν αὐτοῖς. Ἐπηγγείλαντο γὰρ αὐτοὶ, τρεῖς μὲν τριήρεις οἰκείοις ἀναλώμασι πληρώσειν, ἑπτὰ δ' ἑτέρας ἐκ βασιλέως λαβόντες χρήματα· ὡς δέκα τὰς συμπάσας γενομένας, καὶ πρὸς τὴν ἀπόδρασιν, εἰ δεήσει, συνάρασθαι τῷ βασιλεῖ, καὶ πρὸς τῇ Χριστουπόλει συμμαχούσας καρτερῆσαι, ἄχρις ἂν ὁ βασιλεὺς εὖ διάθοιτο τὰ κατ' αὐτόν. Ὀνόματα δ' αὐτοῖς, ἀπὸ μὲν τοῦ τῶν Ὁρίων γένους, Ῥάφων τε Ὅρια· ἀπὸ δὲ τοῦ Σπινουλῶν, Φρερίγω Σπίνουλα· ἐκ δὲ τῶν Ντεμὰρ, Ῥάφων Ντεμάρ. Αὖθις δ' ἅμα τοῖς δυσὶ βουλευομένῳ τῷ βασιλεῖ περὶ τοῦ ποτέραν χρὴ τῶν πόλεων ἀποδιδράσκοντας ἑλέσθαι, ὡς ἂν καὶ ὁ πρωτοστράτωρ τὴν δοκοῦσαν αὐτῷ τὸ νικᾷν ἔχειν εἰσενέγκῃ ψῆφον, καὶ τὴν μὲν Χριστούπολιν τῇ παρὰ τοῦ Κράλη συμμαχίᾳ παραζευγνύοντος, τῇ Ἀδριανοῦ δὲ τὴν πολυανθρωπίαν καὶ τὴν ἐγκαθιδρυμένην ἐκεῖ στρατιὰν, καὶ τὸ πλείστους εἶναι τῶν οἰκούντων ἐκεῖ τὰ τοῦ νέου βασιλέως ἠρημένους· ὁ πρωτοστράτωρ μὲν τὴν εἰς Ἀδριανούπολιν ᾑρεῖτο. Οὕπω δὲ πέρας τῆς βουλῆς λαβούσης, ἀνέστησαν. Εἶτ' αὖθις ἅμα δομεστίκῳ τῷ μεγάλῳ μόνῳ καὶ βασιλεῖ περὶ τῶν αὐτῶν τούτων βουλευομένων, καὶ συνιδόντων ὡς Συργιάννῃ μὲν καὶ τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ τῇ Θρᾴκῃ τῶν γαμετῶν ἐνδιατριβουσῶν, ῥᾴδιόν ἐστιν ὅποι βούλονται ταύτας ἀπαγαγεῖν, πρωτοστράτορι δὲ τῆς γαμετῆς ἅμα δυσὶ θυγατριδίοις τῇ Ἀδριανοῦ πόλει ἐγκαθιδρυμένης, πολὺ τὸ δύσκολον μετακινεῖσθαι· εἶτα καὶ τοῦτο προσεπινοουμένων, ὡς καὶ τὸ τοσαύτην ἀνάγκην τῷ πρωτοστράτορι ἐπαγαγεῖν, ἀγνωμοσύνης ἂν εἴη πολλῆς· καὶ τὸ δυσκόλως ἔχοντα πρὸς ταῦτα τῆς κοινωνίας ἀπωθεῖσθαι, καὶ ἀβουλίας ἅμα καὶ ἀδικίας· τοῦτο μὲν, εἰ πρὸς πάντα βέλτιστον ἄνδρα μικρᾶς ἀπώσαιντο αἰτίας ἕνεκα· ἀδικίας δ', ὅτι αὐτοὶ προσκαλεσάμενοι καὶ προσεταιρισάμενοι, καὶ σπουδὴν πολλὴν καὶ προθυμίαν πρὸς τὸ σὺν αὐτοῖς κινδυνεύειν εἰσενεγκόντα νῦν ἀπωθοῦνται, ἔδοξε θεῷ θαρρήσαντας, καὶ ὑποψίαν κινδύνου μικρὰν τοῦ ἑταίρου χάριν ἀναδεξαμένους, τὴν εἰς Ἀδριανούπολιν μᾶλλον ἐπιψηφίσασθαι. Οὕτω πέρας ἐπιθέντες τῇ περὶ τούτου βουλῇ, καὶ τῷ πρωτοστράτορι δῆλα καταστήσαντες τὰ τῆς γνώμης, ἀνεπτέρωσάν τε πρὸς τὸ πράττειν, καὶ προθυμότερον ἀπέδειξαν ἑαυτοῦ.

A duobus [puta cum magno domestico et Syrgianne] consultante imperatore, utram urbium confugio constituere oporteret, quo et protostrator, quam pro meliore duceret, sententiam proferret, et cum Christopoli quidem auxilia a Crale exspectanda, cum Adrianopoli vero populi frequentiam, ibidemque locatam militarem copiam, ac civium denique multitudinem sibi faventium conjungente, et protostratore Adrianopolin præoptante, antequam certum quid decernerent, surrexerunt. Post iterum domestico et imperatore solis super eadem quæstione inter se agentibus, nec ignorantibus, Syrgianni et domestico facile factu esse, uxores in Thracia manentes, quo placeret, abducere, protostratori contra, Adrianopoli conjugem cum duabus B filiolis habenti, sedem mutare perdifficile fore: deinde et hoc secum volventibus, nec tantam necessitatem, nisi admodum injuste illi imponi posse: et reluctantem a communione repellere, non injustum modo, verum etiam stolidum videri: illud quidem, quia virum omnimodis optimum adeo levi de causa excluderent, hoc vero, quia eum nunc removerent, quem prius invitassent, et ad numerum suum allegissent, quique ad discrimina communiter adeunda **28** promptam et alacrem animi voluntatem attulisset: hæc, inquam, reputantibus complacuit, divina bonitate confusos, eum nonnulla suspicione periculi, ob majus bonum Adrianopolin potius decernere. Finita deliberatione sensum suum protostratori indicant, qui ad rem C aggrediendam mirabiliter excitatus semetipso evadit erectior.

Ἀλλὰ τὰ μὲν κατ' αὐτοὺς τοιαῦτα. Βασιλεὺς δ' ὁ πρεσβύτερος τῇ πρὸς τὸν ἔγγονον ὀργῇ λίαν παροξυμμένος, οὔτε προσιόντα καθημέραν προσηγόρευε τὸν ἔγγονον, οὔτε μὴν πρὸς τὴν οἰκίαν ἀπιόντα πάλιν προσρήσεως ἠξίου τινός. Ἀλλ' οὐδὲ βελτίονος ἢ φαύλου λόγου ἐπὶ τέσσαρσιν ὅλοις μησὶ μετέδωκε, πλὴν ὅτι τοῦ νέου βασιλέως ἐξεπίτηδες ὀσημέραι τοῖς βασιλείοις καὶ ὑπὲρ τὸ δέον προσκαρτεροῦντος, ὁρῶν ὁ βασιλεὺς τῆς προσεδρείας τὴν ἀκαιρίαν, ὥσπερ ὑπ' ἀνάγκης συνωθούμενος, Ἄπελθε λοιπὸν πρὸς τὴν σὴν οἰκίαν, ἔλεγε τῷ ἐγγόνῳ, μηδέν τι τούτου προστιθεὶς πλέον. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ μετὰ τῶν τῆς συγκλήτου καὶ τῶν ἐν ἀξιώμασι τοῦ νέου βασιλέως τῷ πάππῳ παρισταμένου, οὐδέποτ' ἐπέτρεψε

Et horum quidem ejusmodi status et conditio fuit. Senior autem imperator iracundia percitus in nepotem, neque in dies singulos ad se ventitantem, recedentemve salutatione, neque totis quatuor mensibus ullo vel dextro, vel sinistro sermone D dignari: nisi quod eo de industria citra decorum quotidie palatium obeunte, importunam assiduitatem intuens, veluti vi adactus in hanc vocem aliquando erupit, nullo præterea verbo addito: Mane de cætero domi tuæ. Enimvero nec cum senatoribus suis et magistratibus sibi assistentem unquam sedere jussit, sed aliis ejus jussu considentibus, ipse quoque necessario considebat, omnibus ad illum respicientibus, quassoque capite

Jacobi Pontani notæ.

elogiis dissimulat. Verum Temar familiæ quod vestigium reperiemus? In Genuensium Annalibus sæpius obvii Uso di mare, sive antique Uso de mare, et Uso de mar, quos Folieta Usus marios appellat. Illos ipsos, abjecta prima vocula, ut a vulgo brevitatis amante fieri solet, Demar, atque inde Temar dictos fuisse, admodum apparet probabile. Hæc Velserus. Raphon Temar sine dubio est Raphael Temar.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

significantibus, se stante ipso non sessuros; quod adolescentem mordebat acrius, ut et quibus fidebat, diceret, velle se domino et imperatore (hoc etenim modo avum semper nominabat) cæteris sessionem mandante, sibi autem minime, stare diutius; hortantibus autem (83) ad sedendum, responderet: Vobis, non mihi, facultas ab imperatore domino data est. Quapropter vos jussa implentes, sedere convenit, me autem stare, donec similiter sedere jubear. His apud eos, quibus audebat fidere, dolorem suum testabatur. Itaque magnus domesticus eum consolans, cum alia tanquam carmina ad leniendam ægrimoniam accinebat, tum illi Salomonis (84) obtemperandum aiebat, præcipientis patientiam et tolerantiam ostendendam in tempore. Secundum hæc junior imperator et amici per familiarem quemdam Syrgiannem certiorem faciunt, cupere se, ut Constantinopolin, reversionis suæ honestam aliquam causam commentus, advolet; res enim hac melius, illac deterius ire. Qui multo cum studio celeriter adest, et cum imperatore ac sociis collocutus, intelligit quod dictum fuerat: res melius procedere, ad protostratorem, alterum, res deterius ire, ad imperatorem avum pertinere, qui nepotem odisset **29** implacabilius. Edocetur nihilominus aliá, quæ post ejus in Thraciam discessum evenerant. Tum quid res tempusque postulet, et quinam ex urbe regina urbium se queant subducere, disquirunt. Primus itaque protostrator in hæc verba disserit: ·

A καθεσθῆναι· πρὸς δὲ τοὺς ἄλλους τῆς ἐπιτροπῆς γινομένης, ἐξ ἀνάγκης ἐκαθέζετο καὶ αὐτὸς, πάντων πρὸς αὐτὸν ὁρώντων, καὶ τοῖς νεύμασι δηλούντων, ὡς οὐδ' ἂν αὐτοὶ καθεσθεῖεν ἐστηκότος αὐτοῦ. Ὁ δὲ καὶ μᾶλλον τὸν νέον ἔδακνε βασιλέα, ὡς καὶ πρὸς οὓς εἶχε λέγειν θαῤῥεῖν, ὡς βούλοιτο τοῦ κυρίου καὶ βασιλέως (τοῦτον γὰρ ἀεὶ τὸν τρόπον τὸ τοῦ βασιλέως καὶ πάππου προέφερεν ὄνομα), τοῖς ἄλλοις ἐπιτρέποντος τὴν ἀνάκλισιν, αὐτῷ δὲ μὴ. ἑστάναι ἐπιπόλυ. Ἐπιτρεπομένων δ' αὐτῶν, Ἀλλ' ὑμῖν μὲν, εἰπεῖν, πρὸς τοῦ κυρίου καὶ βασιλέως τὴν καθέδραν ἐπιτετράφθαι, ἐμοὶ δὲ μή. Διόπερ ὑμᾶς μὲν καθεσθῆναι προσήκει, τὸ προσταττόμενον ἐκπληροῦντας· ἐμὲ δ' ἑστηκέναι ἄχρις οὗ τὸ ἐπίταγμα φθάσῃ καὶ πρὸς ἐμέ. Τοιαῦτ' ἔλεγε πρὸς οὓς ἐθαῤῥει, τὸ τῆς ψυχῆς ἄλγος ἀνακαλύπτων· ἐφ' οἷς αὐτὸν ὁ μέγας δομέστικος παραμυθούμενος, ἄλλα τε κατεπῇδε τῆς λύπης, καὶ τὸ Σολομώντειον ἔλεγε δεῖν ἐκπληροῦν, ὑπομονὴν ἐνδεικνύμενον καὶ καρτερίαν κατὰ καιρόν. Τὸ δ' ἑξῆς ὁ νέος βασιλεὺς καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν, διά τινος τῶν οἰκείων μηνύουσι Συργιάννῃ πρὸς τὴν Κωνσταντίνου ταχέως ἐπανελθεῖν, εὐπρόσωπόν τινα πλασάμενον αἰτίαν τῆς ἐπανόδου. Τὰ γὰρ κατ' αὐτοὺς πράγματα, πῇ μὲν ἐπὶ τὸ βέλτιον, πῇ δ' ἐπὶ τὸ χεῖρον χωρεῖν· ὁ δὲ σὺν σπουδῇ πολλῇ κατὰ τάχος ἐπανελθὼν, καὶ συγγενόμενος βασιλεῖ καὶ τοῖς ἑταίροις, καὶ τὸ μὲν ἐπὶ τὸ βέλτιον προκεχωρηκέναι σφίσι τὰ πράγματα, τοῦ πρωτοστράτορος Συναδηνοῦ χάριν εἰρῆσθαι μαθών· τὸ δ' εἰς τὸ χεῖρον, διὰ τὸ μᾶλλον ἐκπεπολεμῶσθαι τῷ

B

ἐγγόνῳ τὸν βασιλέα, καὶ τἆλλα ἐκδιδαχθεὶς ὅσα δὴ συμβεβήκει μετὰ τὸ εἰς Θρᾴκην αὐτὸν ἀπᾶραι, περὶ τοῦ τί χρὴ πράττειν ἐβουλεύοντο κατὰ σφᾶς· καὶ ὅπως ἂν αὐτοὺς γένοιτο τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων ἀκινδύνως ὑπεξελθεῖν. Πρῶτος τοίνυν εἶπεν ὁ πρωτοστράτωρ Συναδηνός·

CAPUT IX.

Protostrator imperatorem seniorem in custodiam dandum, Syrgiannes interficiendum, magnus domesticus in priore sententia consistendum suadet. Reprehensus a Syrgianne de pertinacia, sapienter se tuetur, et utrumque refellit.

Magnum ego et manifestum periculum huic negotio inesse animadverto. Si enim nos quomodocumque clam hac urbe egressos, imperator senex armis continuo fuerit persecutus, quibus tandem machinis præsentissimo discrimini elabemur? Est autem, uti reor, virorum prudentium, et incolumitatis suæ amantium, certa pericula saluti suæ non anteponere (85). Ex urbe igitur clam exire, imperatore potentissimo adversario a tergo relicto, et ita gravem suspicionem commovere, non longe ab extrema pernicie abesse judico (86): et securitatem multam adepturos, si comprehensum, quod facile poterimus, custodiæ mandemus; sic enim nemine adversante, nullo plane negotio

C Ἐμοὶ πολύν τινα καὶ προφανῆ τὸν κίνδυνον ἐκ τῶν πραγμάτων ἐστὶ συνορᾶν. Εἰ γὰρ ἡμῶν ὅπως ποτὲ ταυτησὶ τῆς πόλεως ὑπεξελθόντων, ἐπιστρατεύσει καταπόδας ὁ βασιλεὺς, τίς μηχανὴ μὴ οὐχὶ τὸ παραυτίκα πρὸς ἔσχατον ἑλθεῖν κινδύνου; Ἔστι δὲ ἀνθρώπων, οἶμαι, σωφρονούντων καὶ βουλομένων σώζεσθαι, μὴ τοὺς προδήλους ἀνθαιρεῖσθαι κινδύνους τῆς ἐν βεβαίῳ κειμένης σωτηρίας. Τοῦ τοίνυν τῆς πόλεως ὑπεξελθεῖν, δυνατώτατον ἀνταγωνιστὴν ὄπισω καταλιπόντας τὸν βασιλέα, οὕτως ὑποψίαν δεινὴν παρέχοντας, μακρὰν ἀφεστηκέναι παντὸς κακοῦ, καὶ πολλὴν τὴν ἀσφάλειαν ἡμῖν παρέχειν, τὸ τοῦτον κατασχόντας, ὃ δυνήσεσθαι δοκῶ ῥᾳδίως, κατακλεῖσαι φρουρᾷ. Οὕτω γὰρ οὐδενὸς ἀνταγωνιζο-

Jacobi Pontani notæ.

(83) In Græcis lego, προτρεπομένων, perspicue id postulante sententia.

(84) Ecclesiastici cap. XVIII: *Ante languorem humilia te, et in tempore infirmitatis ostende conversationem tuam.* Græce sic legitur in Septuaginta: Πρὶν ἀῤῥωστῆσαί σε ταπεινώθητι, καὶ ἐν καιρῷ ἁμαρτημάτων δεῖξον ἐπιστροφήν. Græca illa Cantacuzeni Latinis potius respondent.

(85) Cic. 1 Off. *Nunquam omnino periculi fuga committendum est, ut imbelles timidique videamur. Sed fugiendum etiam illud, ne offeramus nos periculis sine causa, quo nihil potest esse stultius.*

(86) Necessario ante μακρὰν particula negans in Græco adjicienda est, prætermissa a librario. Itaque interpretando adjecimus. — Interpres legit οὐ μακράν. Frustra, quippe aliter vertere debuit.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

μένου, ῥᾷστα κρατήσομεν ἁπάντων. Συργιάννης δὲ μετ' ἐκεῖνον εὐθύς, Καὶ τοῦθ' ὅπερ εἴρηκας, ἔφη, πολλοὺς ἔχον ἐξετάζοντι φανεῖται τοὺς κινδύνους. Πρῶτον μὲν γὰρ οὐ μικρὸν ἔργον τὸ κατασχεῖν, πολλῶν περὶ αὐτὸν εὐνοϊκῶς διακειμένων καὶ τῶν τῆς συγκλήτου, καὶ τῶν ἐν τέλει, καὶ μισθοφόρων ἀεὶ πολλῶν διατριβόντων ἐν βασιλείοις· ἔπειθ' ὅτι καὶ τοῦτ' εἰ μετὰ πολλῶν τῶν κινδύνων κατορθωθείη, τότ' ἤδη χαλεπωτέροις περιπεσούμεθα κινδύνοις, πολλὰς ὑποπτεύοντες ἐκ τῶν φυλάκων καὶ τῶν πραγμάτων τὰς μεταβολάς. Ὅτε τοίνυν καὶ ἀμφοτέρωθεν ὑποψία δεινή, βέλτιον βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ τῆς ζωῆς ἀποστερῆσαντας, βεβαίως ἄρχειν αὐτοῦ τε οὐκ ἀμυνουμένου, καὶ τῶν ἄλλων οὐδενὸς διακινδυνεύειν ὑπὲρ αὐτοῦ κειμένου βουλησομένου. Τὴν δὲ τοιαύτην βουλὴν ἐξήνεγκε μὲν κατὰ βασιλέως ὁ Συργιάννης ἐξ ἑαυτοῦ μὲν, ἐνῆγε δ' εἰς αὐτὴν μάλιστα καὶ Ἀπόκαυχος, ἐκσπόνδως πρὸς βασιλέα ἐξ αἰτιῶν διακείμενος παραλόγων· μὴ δι' αὐτοῦ δὲ δυνάμενος εἰσάγειν τὴν γνώμην (οὕπω γὰρ ᾠκείωτο βασιλεῖ τοσοῦτον ὡς καὶ μετέχειν βουλῆς), φίλῳ ὄντι τῷ Συργιάννῃ τὰς βουλὰς ὑπετίθει ὡς αὐτῷ παῤῥησίᾳ βουλευσομένῳ. Πρὸς ταῦθ' ὁ μέγας δομέστικος, Ἐμοὶ τὸ πρῶτον, ἔφη, τῶν βουλευμάτων τῶν ἁπανθρώπων κρίνοντι, τὸ δεύτερον, οὐδ' ὠμότητος καὶ ἀπανθρωπίας ὑπερβολὴν ἐλλείπειν οὐδεμίαν φαίνεται. Διὸ συμφέρειν ἡγοῦμαι τούτων ἀποστάντας ἁπάντων, τῶν προτέρων ἔχεσθαι βουλευμάτων, καὶ σκοπεῖν οὐχ ὅπως βασιλεῖ κακῶν ἀνηκέστων αἴτιοι φανῶμεν, ἀλλ' ὅπως ἡμᾶς αὐτοὺς ἀπαθεῖς διατηρήσωμεν κακῶν (εἰς τοῦτο γὰρ καὶ συνελήλυθεμεν, ὅπως τῷ μὲν τῶν βασιλέων ἀδικουμένῳ, Θεοῦ συναιρομένου, καὶ τὴν ζωὴν διατηρήσωμεν καὶ τὴν τιμήν)· τῷ δὲ, μηδεμιᾶς ἀκολουθούσης ἀνάγκης, μηδ' εἰς τὴν τιμὴν παρενοχλῆσαι, μήτοι γε τὴν ζωήν. Τούτων οὕτως ἀλλήλοις ἐναντία βουλευομένων, ὁ μὲν βασιλεὺς καθῆστο σιγῇ, τῶν λεγομένων ἐπακροώμενος· ὁ Συργιάννης δὲ τὸν λόγον ἀναλαβὼν, ἐκ τῶν ἐναντίων ἀντιλέγων πρὸς τὸν μέγαν δομέστικον ἔφη· Τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὸ ἐνδεὲς ἐχούσης, καὶ τῆς τελείας τῶν ὄντων γνώσεως ἀπολειπομένης, οὐδένα δεῖν οἶμαι τοῖς ἀπ' ἀρχῆς δεδογμένοις ἐμμένειν, ἂν μετὰ ταῦτα βελτίω τἀναντία φαίνηται, ἢ εἰ τοῦτο κρατήσῃ, οὐκ ἂν φθάνοι πάντ' ἄνω καὶ κάτω γενόμενα. Ἂν γὰρ μήτ' ἔμπορος, μήθ' ὁ γεωργὸς, μήθ' ὁ κυβερνήτης πρὸς τὰ δοκοῦντα λυσιτελῆ μεθαρμόζηται, ἀλλ' ἀναγκαίως ἐμμένῃ τοῖς ἀπ' ἀρχῆς δεδογμένοις, ταχέως ὁ μὲν κυβερνήτης ἑαυτῷ συγκατεδύσῃ τὴν ναῦν ἐναντίων κινηθέντων πνευμάτων· ὁ δ' ἔμπορος ἐπανήξει κενὸς χρημάτων· ὁ γεωργὸς δὲ πρὸς τῇ τῶν πόνων ἀποστερήσει, καὶ βαθὺν ὀφλήσει γέλωτα. Προσθήσομεν δέ τι καὶ τῶν οἰκείων παραδειγμάτων. Οὐκ ἂν οὐδὲ στρατηγὸς τοῖς ἀπ' ἀρχῆς

A rerum summa potiemur. Tum Syrgiannes exeipiens, Et hoc quod dixisti, inquit, si quis cogitatione perlustrarit, multis obnoxium periculis inveniet. Primum enim arduum opus est illum comprehendere, quando et ex proceribus, et ex magistratibus, et ex meritoriis militibus, qui frequentes in palatio semper visuntur, multi suam in eum benevolentiam navant. Deinde ut hoc fauste transigamus (quamvis non sine pluribus periculis) in discrimen sævius incidemus, cum e custodibus plures suspectos habere et rerum vicissitudinem metuere cogemur. Quoniam igitur utrinque male metuendum est, præstat, ut mea fert opinio, seni quod restat vitæ momentum præcidere, atque ita certum et constans imperium indipisci, quando-

B quidem nec ipsum se ulciscetur, et qui pro mortuo aliquid periculose inceptet, nullus exsistet. Tale consilium Syrgiannes contra avum ex se quidem dabat; sed in primis Apocaucho sollicitante, qui ob causas quasdam non legitimas, ab imperatore seniore alienior, quia ore suo sententiam dicere non poterat, quod in junioris familiaritatem necdum adeo penetraverat, **30** ut etiam in consilium adhiberetur, et Syrgiannem diligebat, eidem istuc, ut liberrime consulturo suggesserat. Contra hæc sic ingressus est magnus domesticus: Et prima sententia mihi inhumana, et altera sævitiæ atque immanitatis modum omnem exsuperare videtur. Quamobrem spectata utilitate, ab hisce

C consiliis recedendum, ac prioribus adhærescendum constituo, providendumque, non quonam pacto imperatorem atrocissime multemus, sed qua ratione a nostris ipsorum cervicibus exitium prohibeamus (hujus enim ergo convenimus, ut alterius quidem injuria læsi vitam honoremque, Deo nos bene adjuvante, tueamur); alterius autem, nulla impellente necessitudine, ne honori quidem, quid dicam vitæ? incommodemus. Illis isto modo judiciis sententiaque discrepantibus, junior imperator sedens, tacitus quæ dicebantur auscultabat. Tum Syrgiannes magno domestico sic occurrit: Cum ingenii humani imbecillitas perfectam rerum cog-

D nitionem simul (87) assequi nequeat, nemini in his quæ ab initio ei visa sunt, conquiescendum puto, si postmodum contraria meliora apparuerint; alioqui aliud alio ferri, miscerique ac perturbari omnia necesse est. Si enim nec mercator, nec agricola, nec gubernator perspectæ commoditati se accommodaverit, verum in suscepto semel proposito perseverare obstinate imbiberit, hic ventis adversis surgentibus cito navem secum summerget, negotiator crumena vacua redibit; arator præter laboris frustrationem publica etiam irrisione

Jacobi Pontani notæ.

(87) Verissimum est, quod ait Aristoteles *Eth.* I. *Off.* M. Tullius, omnes homines trahi et duci ad cognitionis et scientiæ cupiditatem, et veri videndi a natura nobis ingeneratum desiderium. Sed quia cognitio nostra necesse est per sensus ad animum veniat, quomodo nec simul omnia sensibus percipere, sic nec omnia eodem tempore simul cognoscere possumus. Itaque perfectam cognitionem quasi gradatim acquirimus.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ludetur. Quin etiam exempla e re nostra adjicia-
mus. Nullus ductor placitorum priorum tenax, de
hostibus tropæum eriget ; imo turpiter et effemi-
nate victus seque militemque perditum ibit. Nam
si copias suas adversariis longe majores, et bello
exercitatiores censens, idcirco prælio dimicandum
decreverit, deinde in conspectum hostium veniens,
eos et numero, et usu, et armorum apparatu mul-
tis partibus superiores viderit, et quia anticipatam
opinionem deserere non vult, inconsiderate ac te-
mere signis illatis conflixerit, ecquid talem ducem
insano parum interesse negabimus? Certe neuti-
quam. Itaque et tu mihi in præsens admirationem
commoves, homo a pueritia usque ad hoc ætatis in
militia et militaribus versatus laboribus, dum af-
firmas, quæ a principio statuerit quispiam, iis
affixum esse oportere, nec scis vel uno temporis
puncto **31** rerum plurimarum commutationes so-
lere fieri. Adhæc magnus domesticus sic respondit:
Ego vero mortalium adhuc nullum, saltem paulu-
lum monte valentem, ita perpetuam in prima ali-
qua voluntate permansionem sibimet indixisse
credo, ut eam postea, tametsi meliora se offerrent,
immutare detrectaverit. Te quoque ipsum arbitror
non potuisse tam immodice mihi conviciari, aut
de rebus adeo commode ac vere loqui, nisi pariter
mecum sentires. Tantum autem ab illo disto, quem
tu me describis, ut tam in publicis quam privatis
deliberationibus, cum sententiam probabilem et
rei propositæ utilitatem opinione mea maxime at-
tingentem sæpenumero protulissem, deinde ubi
ad facta ventum fuerit, aut ab alio, quem minus
prudentem judicarem, aut a memet persuaeus, in
alia omnia discesserim. In hoc autem negotio, de
quo nunc disceptamus, non quæ vobis, sed quæ
mihi videntur, probanda existimo, idque pluri-
bus de causis. Primum enim manus in imperato-
rem, et unctum Domini (88) injicere, eique ani-
mam exstinguere, non apud homines solum
universos venia caret, sed, uti credimus, etiam a
Deo hujusmodi facinora acerbissima mercede pen-
santur. Deinde non istuc nobis a principio propo-
suimus, ut alterum imperatorem neci daremus,
alterum in solio collocaremus : sed sollicito ad
justitiam respectu, studiosius ad ei opitulandum
incubuimus, qui et de imperio, et de vita conser-
vanda laboraret. Absurdum est igitur, huic juste
imperium vindicare, illi injuste etiam spiritum, et
sanguinem eripere : et quæ, si in alium designa-
rentur ab aliis, crudelissima duceremus, iis multo
crudeliora nos ipsos in imperatorem machinatos
videri : et velut in trutina, rebus in una lance de-
vergentibus, ad similem inæqualitatem ex contra-

A ἐμμένων βεβουλευμένοις, τρόπαιον ἀπὸ τῶν πολε-
μίων ἀναστήσει· ἀλλ' αἰσχρῶς καὶ ἀγεννῶς ἡττη-
θεὶς, συγκινδυνεύσει τοῖς στρατιώταις. Ἂν γὰρ
συμβῇ τυχὸν τὴν μὲν ἑαυτοῦ στρατιὰν πολλαπλα-
σίονα τῶν πολεμίων καὶ πρὸς τὰ πολεμικὰ μᾶλλον
ἠσκημένην ἡγεῖτθαι, καὶ διὰ τοῦτο δεῖν βουλεύσηται
μάχην συνάπτειν, εἶτ' ἐπὶ τῶν πραγμάτων ἐλθὼν, τὴν
τῶν ἐναντίων ἰδῃ καὶ τῷ πλήθει καὶ τῇ ἀσκήσει καὶ
τοῖς ὅπλοις ὑπερέχουσαν πολλῷ τῷ μέτρῳ· διὰ δὲ
τὸ μὴ λῦσαι τὰ δεδογμένα, ἀλογίστως συμπλέκηται
καὶ παραβόλως, οὐκ ἂν ἐγγὺς τοῦ μαίνεσθαι φαίημεν
τὸν στρατηγὸν ἐκεῖνον; Παντί που δῆλον. Διό μοι
καὶ σὲ νῦν ἔπεισι θαυμάζειν, οὕτως ἀποφηνάμενον
ὡς χρὴ τοῖς ἐξ ἀρχῆς δεδογμένοις ἐμμένειν, ἐκ
πρώτης ἡλικίας ἐς τόδε χρόνου, στρατείαις καὶ τοῖς
B ἐκ στρατείας ἐνδιατρίψαντα πόνοις, τοῦτο δὲ ἠγνο-
ηκότα, ὡς μία καιροῦ ῥοπὴ πολλῶν ποιήσει πραγμά-
των μεταβολάς. Ἐπὶ τούτοις ὁ μέγας δομέστικος
εἶπε τοιάδε· Οὐδένα νομίζω τῶν καὶ ὁπωσοῦν μετ-
ειληχότων φρενῶν οὕτως ἑαυτὸν οἷς ἐξ ἀρχῆς ἐβου-
λεύσατο πεπεικέναι βεβαίως ἐμμένειν, ὥστε μὴ με-
ταβάλλειν, ἑτέρων ἐν ὑπτέρῳ φαινομένων βελτιόνων.
Καὶ σὲ δὲ αὐτὸν οὐκ ἂν εὐπορήσειν ἐπ' ἐμοὶ λοι-
δορίας ὑπερβολῆς, ἣ οὕτω περὶ τῶν πραγμάτων λέ-
γειν ἔχειν, ἐν διαφορᾷ καταστάντα. Ἐγὼ δὲ τοσού-
του δέω ὁποῖον εἶναί φατε, ὥστε κἀν τοῖς δημοσίοις,
κἀν τοῖς ἰδίοις, ψῆφον ὡς καλῶς ἔχουσαν, καὶ τοῦ
λυσιτελοῦντος τὸ δοκεῖν ἐς τὰ μάλιστα ἐφικνουμένην
περί τινος πολλάκις ἐξενεγκὼν, ἤδη δὲ καὶ πρὸς τὸ
πράττειν χωρῶν, ἔπειτ' ἢ ἑτέρῳ τὸ ἧσσον ἔχειν ἐπὶ
C τῷ φρονεῖν δοκοῦντι, ἢ αὐτὸς ἐμαυτῷ τὴν ἐναντίαν
πεισθεὶς εἰλόμην. Ἐφ' οἷς δὲ νυνὶ σκοποῦμεν, μάλι-
στα μὲν ὧν ὑμεῖς βουλεύεσθε, ἀποσχέσθαι, ὧν δ
ἐμοὶ δοκεῖ, δεῖν ἔχεσθαι νομίζω πολλῶν ἕνεκεν αἰτιῶν.
Πρῶτον μὲν γὰρ τὸ χεῖρα κινῆσαι κατὰ βασιλέως,
καὶ τῷ Θεῷ κεχρισμένου, καὶ σωτηρίαν ἀποστερῆ-
σαι ψυχῆς, οὐ μόνον πάσης ἐν ἀνθρώποις ἀπεστέρη-
ται συγγνώμης, ἀλλὰ καὶ παρὰ Θεῷ τὰς ἐσχάτας
τῶν τοιούτων ἔργων πεπείσμεθα κεῖσθαι τὰς ἀντι
δόσεις. Ἔπειτα δὲ, οὐδὲ τοῦτο ἐξ ἀρχῆς ὑπεθέμεθα,
ὥστε τὸν μὲν ἀνελεῖν, τὸν δ' ἐγκαθιδρῦσαι τοῖς θρό-
νοις τῶν βασιλέων· ἀλλὰ πολύν τινα τὸν δικαίου
ποιούμενοι λόγον, ἀμύνειν τῷ νέῳ προὐθυμήθημεν
βασιλεῖ, ἀδικουμένῳ τε περὶ τὴν ἀρχὴν, καὶ δεδοι-
D κότι περὶ τὸ ζῆν. Ἄτοπον οὖν, τῷ μὲν σὺν τῷ δικαίῳ
τὴν ἀρχὴν κατακτᾶσθαι, τὸν δ' ἀδίκως ἀφαιρεῖσθαι
καὶ τὴν ζωήν· καὶ ἃ περὶ τὸν ἕνα πραττόντων ἑτέ-
ρων, τῶν ἀτοπωτάτων ἐδόκει, τούτων χαλεπώτερα
περὶ τὸν ἕτερον ἐξειργασμένους αὐτοὺς ὀφθῆναι· καὶ
ὥσπερ ἐν ζυγοῖς τῶν πραγμάτων ἐφ' ἑτέρῳ μέρει
βαρυνομένων, ἐπὶ τὴν ἴσην ἀμετρίαν πρὸς τοὐναν-
τίον αὐτοὺς καταπιέσαι, δέον ἐπὶ τὸ ἴσον ἀναγα-
γεῖν. Οὐ μὴν οὐδὲ τὸ δήσαντας φρουρεῖν, τοῦ ἅπαξ

Jacobi Pontani notæ.

(88) Loquitur, ut David de Saule consuevit, lib. III Reg. 1. Interpretes Bibliorum frequentissime vocem Græcam χριστὸς retinuerunt, ut I Regum : *Loquimini coram Deo et christo ejus.* In Psalmis : *Nolite tangere christos meos. Salvavit Dominus christum suum.* Apud Lucam de Simeone : *Non visurum se mortem, nisi prius videret christum Domini;* et sexcenties alibi. Dicitur autem, τὸ *unctus Domini*, aut, *christus Domini*, cum significatione maxima, est et verbum gravissimum.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἡμερώτερον ἀποκτεῖναι. Τοῖς γὰρ ἐν ἕθει τοῦ θεραπεύεσθαι καὶ δορυφορεῖσθαι, φοβερώτερον τοῦ ἀποθανεῖν, τὸ παρ' ἀξίαν κακοπραγεῖν. Διὸ καὶ πολλοὶ τῶν ὑμνουμένων παρὰ Ῥωμαίοις αὐτοκρατόρων μᾶλλον εἵλοντο ἀποθανεῖν, ἢ ζῶντες αἰσχρῶς δουλεύειν ἀτυχήσαντες περὶ τὰς μάχας· καὶ χωρὶς δὲ τούτων, τὸ παρὰ τῶν φυλάκων ὡς δεσμώτῃ προσεχόντων περιῦβρίζεσθαι καὶ λοιδορεῖσθαι, παντὸς ἂν εἴη πικρότερον ὕδατος Στυγός. Ἔτι δ' οὐδ' ἀσφάλειαν ἡμῖν παρέχει τὸ δήσαντας φρουρεῖν. Ἂν γὰρ ὁτῳδήτινι τρόπῳ δυνηθείη τὰ δεσμὰ διαφυγεῖν, ὅπερ ἡμῖν πρόσεστι νῦν, τὸ δοκοῦντας ἀδικεῖσθαι καρποῦσθαι τὴν ἁπάντων εὔνοιαν, ἐκείνῳ περιστήσεται· καὶ σφοδρότερον πολεμήσει συμμάχοις προθύμοις καὶ τοῖς περιοίκοις βαρβάροις καὶ Ῥωμαίοις χρώμενος. Ὅτε τοίνυν, τὸ μὲν ἀποκτεῖναι ἀλαστόρων καὶ ἀνδροφόνων ἐπιτιμίαν, οὐ μόνον ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ παισὶν ἡμετέροις ἔπειτα προσάπτει, τὸ δ' εἴρξαντας φρουρεῖν, μετὰ τοῦ αἰσχροῦ καὶ τοὺς ἐσχάτους ὑποπτεύει κινδύνους, καὶ λυσιτελὲς ἅμα καὶ δίκαιον εἶναι νομίζω, τῶν προτέρων ἐχομένους λογισμῶν, τὸν ἡμέτερον βασιλέα διασώζειν ἀμυνομένους ἄν τις ἐπίῃ. Ἀλλ' ἐρεῖς, Τί οὖν; ἂν ἐπιστρατεύῃ βασιλεὺς ἡμῖν, οὐ μαχούμεθα αὐτῷ, οὐδ' ἀποκτενοῦμεν, ἂν οὕτω συμβαίνῃ; Μάλιστα μὲν οὖν ἀμυνούμεθα πάσῃ δυνάμει· ἀλλ' οὐ τὸν αὐτὸν ἔχει τό τε κατάρχειν καὶ τὸ ἀμύνασθαί τινα, λόγον. Τῷ μὲν γὰρ πρὸς τῷ αἰσχρῷ πρόσεστι καὶ τὸ ἀδικεῖν· τὸ δ' ἀμύνασθαι, πρὸς τῷ δικαίῳ καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἔργων εὔκλειαν ἔχει. Ἂν γὰρ συμβῇ τὸν προκατάρχοντα παθεῖν κακῶς, οὐ τῷ ἀμυνομένῳ τὴν ἀπόβασιν, ἀλλὰ τῷ ἐπιόντι λογίζεσθαι, τῶν ἔργων δίκαιον. Ἡμῖν μὲν οὖν ἐπ' ἀμφότερα γυμνάζουσι τὸν λόγον ἑκατέροις εἴρηται πολλά. Βασιλεῖ δὲ πάντων ἀκροωμένῳ ἐξέσται τὸν τῶν ἁλιέων τρόπον τῆς σαγήνης πολλὰ περισχούσης τὰ χρήσιμα ἐκλεξαμένῳ, τῶν ἀχρήστων ἀποσχέσθαι. Ἐπὶ τούτοις καὶ τῶν ἄλλων συνθεμένων, καὶ τὴν διάκρισιν τῶν λόγων ἀναθεμένων τῷ βασιλεῖ, εἶπε καὶ αὐτὸς τοιαῦτα·

A ria parte alteram lancem deprimere, cum ambas potius ad æquamentum, seu æquilibrium componere debeamus. Nec vero mitius eum habebimus, si vinctum in custodiam trudamus, quam si semel jugulaverimus. Qui enim tam officiose coli, satellitioque semper stipari consueverunt, iis (89) amplitudine et dignitate sua orbatis adversos casus volvere, letho ipso horribilius est. Hinc plures Romanorum imperatores, quorum celebris est apud posteros memoria, præliis usi adversis, mori, quam indignam hostibus servitutem servire, maluerunt (90). Præterea a custodibus, ut ad vinctum attentis, probra et contumelias perpeti, tales animos quavis aqua Stygia cruciat amarius (91).

32 Huc accedit, quod nihilo securiores erimus, B si catenis injectis eum carceri mandaverimus. Quippe si arte aliqua inde elapsus fuerit, quod hodie abunde datur nobis, ut, cum inique nobiscum videatur actum, omnium favore ac benevolentia perfruamur, tunc illi dabitur, et vicinis Barbaris Romanisque impigre adjuvantibus, infestiore in nos Marte pugnabit. Quia igitur e medio tollere imperatorem, nobis liberisque nostris nefariorum atque homicidarum notam inuret, in carcerem autem compingere, præter facti infamiam etiam summorum malorum suspicionis ac formidinis plenum est: ex æquo et bono futurum sentio, in pristino consilio permanere, et imperatorem nostrum juniorem, si qua vis exstiterit, tutum præstare. Ilic tu objicies: Quid? si C senior arma nobis intulerit, non contra pugnabimus? non eum, si sors ita ferat, trucidabimus? Maxime imo pugnabimus, et quidem nervis omnibus; verum aliud est præoccupare, et aliud resistere. Illud et turpe ad famam, et injustum; hoc et gloriosum, et justum numeratur. Quod si damnum acceperit qui antevertit, rerum exitum non defensori, sed invasori condecebit ascribere. Ab utroque igitur nostrum in utramque partem velut exercitationis causa satis dictum est. Restat ut imperator auditis omnibus a principio, more piscatorum, quasi e sagena multos pisces concludente, utilia deligat, inutilia rejiciat. Hoc ipsum ubi et reliqui duo assensu firmarunt, et dijudicationem controversiæ eidem detulerunt, sic profatus est:

Jacobi Pontani notæ.

(89) Id præcipue tragici poetæ nobis egregie D ponunt ante oculos, dum heroas et heroinas sua infortunia, tristissimamque, et beatæ quondam, ac felici longe disparem conditionem deplorantes inducunt. Exempla multa suppeditabit unus Euripides. Nec tam jucundum est, ex afflicto ac perdito beatum, quam acerbum ac luctuosum, ex beato miserum et calamitosum evadere. Seneca, *De tranquillitate animi*, cap. 8: *Tolerabilius est, facilinsque non acquirere, quam amittere. Ideoque lætiores videbis quos nunquam fortuna respexit, quam quos deseruit.*

(90) Enumerat Valer. Max. lib. III, cap. 2, *De fortitudine*, P. Crassum, qui cum Aristonico bellum in Asia gessit, Scipionem Pompei socerum, Catonem Uticensem. Quibus adde ex Suetonio Othonem. Primus hoste lacessito, ab eo est interfectus, reliqui sua manu necem sibi intulerunt, ne servirent. Sed Catonis facinus cum ab aliis, tum etiam a Cicerone laudem invenit. Putat enim, cum ei incredibilem tribuisset natura gravitatem, eamque ipse perpetua constantia roborasset, semperque in proposito, susceptoque consilio permansisset, necem potius sibi consciscere, quam tyranni Cæsaris vultum aspicere debuisse. *Off.* I.

(91) Ipsa Styge est illis odiosius, nam et ab odio palus illa fabulosa nomen habet. Impatiens est injuriæ contumeliæque nobilis animus, et nobilium illustriumque hominum plerumque etiam nobiles animi.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

CAPUT X.

Nepos insignem observantiam in avum ostendit, et crudelia potius ab ipso pati, quam in eum facere paratus est. Quæ fortuna dabitur, ea se usurum. Si se deserant socii, acerbe laturum. Ejus voluntate collaudata, protostrator et Syrgiannes, dum licet, Byzantio discedendum statuunt. Quæritur ecquid imperatrix assumenda, an Constantinopoli relinquenda sit.

Qui de rebus gravioribus consilii capiendi causa deliberant, eos etiam numerum conficere oportere autumo. Unde olim Romani et Græci, quique sub populari, quique sub optimatum potestate et imperio degebant, consilia e pluribus congregabant, recte sentientes, hoc modo ab honesto et conducibili haud facile deflexum iri. Quin et de veteribus quidam, et e nostro ovili sapiens (92), salutem esse dicit, ubi multa consilia : sibimet autem inimicum pronuntiat hominem inconsultum. Cum itaque vos et plures sitis, et in dando consilio excellatis, deque præsenti negotio multa disseruerilis, licitum erit et mihi, quemadmodum piscatoribus, ut dixistis, e plena sagena delectis melioribus, cætera foras mittere. Proferam ergo ipse quoque meo judicio optima : vestrum unicuique integrum erit, quæ probaverit amplecti. De rebus expetendis ac fugiendis, jucundis et injucundis nequaquam unus et idem est omnium hominum sensus, sed ut quisque iis afficitur, ita de illis judicat. Fas sit igitur mihi quoque nunc in consultatione ita proloqui, ut affectus sum. Usque eo nihil dirum, et immane vel vitæ, vel dignitatis meæ gratia in dominum meum et imperatorem perpetrari velim, ut si forte districto ense in me jugulabundus irrueret, pedibus salutem meam expedire contenderem. Sin quippiam fugienti obstaret, adeo me non delectaret ad defensionem converti, ut velata facie, cum silentio plagam mallem accipere ; metuens ne aspectu illius vehementius turbatus, ac velut de statu mentis dimotus insilirem, ferrumque ei extortum longius projicerem : cum hoc ipsum scelesti facinoris loco ducam, quoquo modo contra parentem manus tollere. Sic me de avi honore sentire, Deum omnia perspicientem testor. Eodem animo vos esse desidero, certos plane, ne mutire quidem super hac re amplius, neque conari, me in diversum trahere : nec enim hilum proficietis. Si ergo priora consulta vestra, eaque salutaria sequentes, instantia pericula fugiendo declinare vultis, bene est, et ego ad numerum vestrum me aggrego, nec discriminum communionem recuso. Sin autem illa, ut ex timiditate et ignavia profecta improbantes, in secundis cogitatis nulla interposita dubitatione consistere decrevistis, ac me in alia omnia discedente, vos, quæ mihi placent haud profutura ducitis, ego sane hujusmodi factorum consortium nunquam cupiverim : vos quæ securitati vestræ conducere creditis, quoniam potestas est, amplectimini. Deo

A Τοῖς περὶ μεγάλων πράγματων βουλευομένοις ἀναγκαῖον εἶναι νομίζω, καὶ πολλοῖς εἶναι τὸν ἀριθμόν. Διὸ καὶ Ῥωμαῖοι καὶ Ἕλληνες τὸ παλαιὸν, καὶ δημοκρατούμενοι, καὶ τῶν ἀρίστων ἀρχόντων, ἐκ πλειόνων τὰς βουλὰς συνεκρότουν τοῦ καλοῦ καὶ συμφέροντος, οὕτως; οὐκ ἂν οἰόμενοι ῥᾳδίως ἁμαρτεῖν ὀρθῶς φρονοῦντες. Καὶ τῶν παλαιῶν δέ τις σοφὸς τῆς ἡμετέρας αὐλῆς ἐν πολλῇ βουλῇ τὴν σωτηρίαν εἰρηκεν εἶναι, καὶ πολέμιον ἑαυτῷ τὸν ἀσύμβουλον ἀπεφήνατο. Καὶ ὑμῶν τοίνυν καὶ πολλῶν καὶ περὶ ταῦτα ἀρίστων ὄντων, καὶ λόγοις οὐκ ὀλίγοις περὶ τοῦ πράγματος χρησαμένων, ἐξέσται κἀμοὶ, ὃν εἰρήκατε τῶν ἁλιέων τρόπον, πολλὰ τῆς σαγήνης καταγαγούσης, τὰ χρήσιμα ἐκλεξαμένῳ ἀπορρίψαι τὰ μὴ τοιαῦτα. Ἐρῶ τοίνυν καὶ αὐτὸς ἃ μοι δοκεῖ βέλτιστα εἶναι· ὑμῖν δ' ἐξέσται ἑκάστῳ ἃ δοκεῖ συμφέροντα ἑλέσθαι. Οὐ πᾶσιν ἀνθρώποις τὰ αὐτὰ αἱρετὰ καὶ φευκτὰ, καὶ ἡδέα καὶ μὴ τοιαῦτα δοκεῖ, ἀλλ' ὅπως ποτὲ ἔχουσι περὶ αὐτὰ, τοιαύτας καὶ περὶ αὐτῶν ἐξάγουσι τὰς κρίσεις. Ὡς ἔχω τοίνυν καὶ αὐτὸς περὶ τῶν προκειμένων ἐρῶ. Τοσούτου δέω τοῦ τι τῶν ἀνηκέστων καὶ ζωῆς ἕνεκα καὶ τιμῆς περὶ τὸν ἐμὸν κύριον καὶ βασιλέα γενέσθαι βούλεσθαι, ὥστ' εἰ συμβέβηκε τὸν αὐτὸν ξίφος ὡς ἀποκτενοῦντά με σπασάμενον ἐπιέναι, φυγῇ μὲν ἂν ἐπραγματευσάμην τὴν σωτηρίαν· εἰ δὲ κώλυμά τι μεταξὺ φεύγοντι συμβέβηκε τῆς φυγῆς, τοσοῦτον ἀπέχω τοῦ συστραφεὶς ἀμύνεσθαι βούλεσθαι, ὥστ' ἐγκαλυψάμενος, ἐδεχόμην ἂν σιγῇ τὰς πληγὰς, δείσας μὴ πρὸς ἐκεῖνον ὁρῶν, καὶ οἷον τῷ πάθει, τῶν φρενῶν ἐκκρουσθεὶς, πρὸς τὸ λαβεῖν ἐξ αὐτοῦ κινηθῶ, καὶ μακρὰν ἀπορρίψαι τὸ ξίφος, ἐπειδὴ καὶ τοῦτο τῶν ἀνοσίων κρίνω, καθ' ὁντινα τρόπον χεῖρας ἀνασχεῖν τῷ πατρί. Τοιαύτην ἔχειν γνώμην περὶ τῆς εἰς τὸν πάππον τιμῆς τὸν πάντα ἐφορῶντα μαρτύρομαι ὀφθαλμὸν τοῦ Θεοῦ. Διὸ δὴ καὶ ὑμᾶς βούλομαι οὕτως ἔχειν σαφῶς πεισθέντας, μηδένα περὶ τούτου λόγον κινεῖν, μηδὲ μεταπείθειν ἐπιχειρεῖν· ἔσεσθε γὰρ ἡνυκότες πλέον οὐδέν. Εἰ μὲν οὖν ἐθελήσετε τῶν ἐξ ἀρχῆς ἐχόμενοι λογισμῶν, τὴν σωτηρίαν ἑαυτοῖς πορίζομένους φυγῇ τὸν ὑφορώμενον κίνδυνον διαδιδράσκειν, εὖ ἂν ἔχοι, καὶ τὴν κοινωνίαν αὐτὸς ἀσπάζομαι τὴν ὑμετέραν, καὶ συγκινδυνεύειν ὑμῖν αἱροῦμαι· εἰ δὲ τῆς προτέρας ἀτολμίαν καὶ ἀνανδρίαν καταγνόντες βουλῆς, ἐμμένειν ἀσφαλῶς κεκρίκατε τοῖς δευτέροις, μὴ πειθομένου δ' ἐμοῦ, οὐδ' αὐτοὶ λυσιτελεῖν ἑαυτοῖς ἅπερ ἐγὼ βούλομαι ἡγεῖσθε, ἐγὼ μὲν τῶν τοιούτων ἔργων κοινωνεῖν ὑμῖν οὐκ ἂν ἐλοίμην ποτέ. Ὑμᾶς δὲ τὸ οἰκεῖον ἀσφαλὲς ἕξεστι περισώζοντας, ἃ συμφέρειν ὑμῖν αἴεσθε ἑλέσθαι. Χάριν

Jacobi Pontani notæ.

(92) Salomon est iste, Proverb. cap. II, 24. Vides quemadmodum tangat sacras Scripturas? Nam *e nostro ovili* est, ἐκ τῆς ἡμετέρας αὐλῆς, apud Joannem cap. X. Salomon est ex nostro ovili, quia Deum verum, quem nos agnoscimus et colimus, ipse quoque agnovit et coluit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δὲ πολλὴν ὁμολογῶ τῷ Θεῷ, ὅτι τῆς εἰς ἐμὲ εὐνοίας A
οὐδὲν οὐδέπω καὶ νῦν ὑμῖν ἀπήνεγκε τῶν δυσχερῶν·
οὐδὲ περὶ ὧν ἐβουλευσάμεθα κατάδηλον οὐδὲν γέγο-
νεν οὐδενὶ πλὴν ὑμῶν. Ἐγὼ δὲ ὡς ἂν οἷός τε ὦ, καὶ
ὡς ἂν ὁ Θεὸς διδῷ, τὸν ὑπὲρ ἐμαυτοῦ κίνδυνον δια-
κυβερνήσω. Οἶδα μὲν οὖν ὡς ἂν συμβῇ μαχόμενόν
με πεσεῖν, πολλὰ μὲν ἐπιθρηνήσετε κειμένῳ, πολλὰ
δὲ πολλάκις ἀνακλαύσεσθε τὸν φίλον, εἰ δή τι καὶ
μνήμης ἄξιον ἐνεδειξάμεθα φιλίας εἰς ὑμᾶς. Εἰ δ'
ἔτι περιόντι πάλιν ἐθελήσετε προσελθεῖν, μηδαμῶς
ὑμῖν ἐμπόδιον τὸ νῦν ἡμᾶς χωρίζεσθαι καταστήτω·
εὑρήσετε γὰρ ἀεὶ τὸν αὐτὸν ὄντα καὶ φιλικῶς ὥσπερ
καὶ νῦν διακείμενον πρὸς ὑμᾶς. Μὴ νομίσητε δὲ
ἐμὲ μήτε ἀλύπως ἐπὶ τῷ χωρισμῷ ὑμῶν διακεῖ-
σθαι, μήθ' ὡς τοῦ μηδενὸς ἀξίους ὑμᾶς οὕτως ἐκ
τοῦ παραυτίκα ἀπωθεῖσθαι. Ἐξ ὅτου γὰρ περὶ τῶν B
τοιούτων ἠρξάμην λέγειν, πολλῶν τὴν διάστασιν
ὑμῶν ἐννοῶν αἰσθάνομαι τῶν ἀλγηδόνων· οἶδα δ' ἐν
τῷ μετὰ ταῦτα καὶ πλειόνων αἰσθησόμενος καὶ σφο-
δροτέρων. Φέρειν δὲ ἀνάγκη, τῶν πραγμάτων ἀσυμ-
βάτως ἐχόντων. Εἰ μὲν οὖν, ὥσπερ εἶπον, ἐθελήσετε
τῶν προτέρων ἐχομένους λογισμῶν, ὑπὲρ μὲν τῆς
ἡμετέρας σωτηρίας φροντίσαι, μηδὲν δὲ κατὰ βασι-
λέως βουλεύσασθαι τῶν ἀπεικότων, καὶ ἐμὲ κοινωνὸν
ἕξετε τῶν πραττομένων· εἰ δ' ἑτέρως ὑμῖν δοκεῖ,
οὐδὲν ἄλλο λοιπὸν, ἢ πολλὰ τῆς εἰς ἐμὲ φιλίας ἐπευ-
ξάμενον ἀγαθὰ, καθ' ἑαυτὸν ἃ μοι δοκῶ συμφέροντα
πράττειν. Τοιαῦτα καὶ τοῦ βασιλέως εἰπόντος, ἐπὶ
πολὺ μὲν πρὸς ἀλλήλους ἐώρων, τὸ τῆς γνώμης θαυ-
μάζοντες ἐπὶ τὰ καλὰ βεβηκός, ὡς μηδὲν τῆς πρὸς C
τὸν βασιλέα καὶ πάππον αἰδοῦς ὑφεῖναι, καίτοι πολ-
λοῖς αὐτὸν τοῖς λυποῦσιν ἀμειβομένου. Εἶθ' ὁ πρω-
τοστράτωρ ἀπεκρίνατο τοιαῦτα· Ἡμῖν, ὦ βασιλεῦ,
τὸ συμφέρον σοί τε καὶ ἡμῖν αὐτοῖς σκοποῦσιν, ἃ
λυσιτελεῖν ἐδοκοῦμεν, ἐφθεγξάμεθα. Ἃ δὲ περὶ βα-
σιλέως ἐφθεγξάμεθα, οὐκ αὐτὸ τοῦτο μόνον ὅπως
κακόν τι πάθοι σκοποῦντες ἐβουλευσάμεθα, ἀλλ'
ὅπως μὴ μετὰ τὸ φανερῶς εἰς τὸν πόλεμον κατα-
στῆναι, τίς ὑπολείποιτο μετὰ σοῦ προδοκία δεινοῦ·
τοῦτο γὰρ ἡμῖν περὶ πλείστου σκοπεῖται· ἐπεὶ δ'
ὡς ἠκούσαμεν τῆς εἰς τὸν βασιλέα καὶ πάππον
ἀσφαλείας τε καὶ τιμῆς τὴν οἰκείαν σωτηρίαν καὶ
ἀσφάλειαν ἐν δευτέρῳ λογίζῃ, θαυμάζειν μὲν ἔπεισι
τῆς μεγαλοψυχίας καὶ τῆς δικαιοσύνης, πείθεσθαι δὲ
οἷς ἂν ἐθέλῃς, καὶ ταῦτα νομίζειν καὶ δίκαια καὶ
συμφέροντα, ἅπερ ἂν καὶ σοὶ συνδοκῇ. Εἰ δέ τι καὶ
πρότερον διηνέχθημεν περὶ τοὺς λόγους, οὐκ ἀλλή-
λοις ἐναντία βουλευόμενοι, ἀλλ' ὅπως μηδὲν τῶν D
δεόντων ἀνεξέταστον διαφύγῃ. Τοιγαροῦν ἐπεὶ τῆς
ἀμφιβολίας παυσαμένης εἰς ἓν συνήλθομεν ταῖς
γνώμαις, οὐδὲν ἄλλο λείπεται ἢ τοὺς λόγους καταλι-
πόντας, χωρεῖν ἐπὶ τὸ πράττειν τὰ δεδογμένα. Καὶ
Συργιάννης κατὰ γνώμην αὐτῷ εἰπόντος εἰρῆσθαι,
καὶ τοῦτο προσθέντος· ὡς Τῆς εἰς τὸν βασιλέα καὶ
πάππον αἰδοῦς καὶ κηδεμονίας, ὦ βασιλεῦ, πολλαί
σοι παρὰ τῷ μεγάλῳ καὶ οὐρανίῳ βασιλεῖ κεῖσονται
χάριτες· καὶ ἢ μεταβαλεῖ τὰς γνώμας τῶν ἐπιβου-
λευόντων, ἢ κακοῦν ὡρμημένων, αὐτὸς ὑπὲρ ἡμῶν
πολεμήσει· τοῦ τε βασιλέως τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας

singulares ago gratias, quod usque ad hanc diem A
nulli vestrum sua in me inclinatio voluntatis quid-
quam creavit incommodi : neque extra vos ulli
mortalium nostrarum consultationum arcana pa-
tefacta sunt. Quod ad me attinet, ut potero, et
ut Deus annuerit, in periculo meo me tractabo.
Equidem non ignoro, si in pugna occubuero, 34
vos morti meæ illacrymaturos affatim, frequenti-
que ac longo fletu amicum prosecuturos, si modo
aliquod amicitiæ meritum memoria haud indignum
in vos collocavi. Quod si ad superstitem denuo vos
adjungere volueritis, non erit ullo impedimento
ista quæ nunc fit inter nos dissociatio : eumdem
quippe me semper, atque ut nunc, vestri amantem invenietis. Ne vero arbitremini, aut hanc se- B
parationem mihi non molestam accidere, aut vos,
ceu homines nauci a me rejici in præsentia. Ex
quo enim hunc sermonem orsus sum, ex cogita-
tione distractionis nostræ doloribus multis cumu-
latus est mihi animus : etsi me in posterum plura
et vehementius doliturum sciam. Sed quoniam res
in tranquillum conferri non possunt, quod ferre
oportet, feramus. Ergo si, ut dicebam, antegressis
cogitationibus insistentes, saluti nostræ prospi-
cere, et adversus avum nihil inconveniens medi-
tari institueritis, rebus agundis comitem me pro-
fitebor : sin alia vobis mens, hoc unum relin-
quitur, ut multa bona ob declaratam in me bene-
volentiam vobis a Deo precatus, ipse mihi ad utili-
litatem meam promus condus fiam. His auditis illi C
diu inter se aspicere, et admirari ingenium juve-
nis, adeo ad honestatem grassantis, ut de pudore
et reverentia erga avum nihil diminueret, quam-
vis ille tristia multa remetiretur. Dein protostra-
tor sic incipit : Nos, imperator, de tuis atque nos-
tris commodis solliciti, quæ eo facere putabamus,
edisseruimus. Quod autem de avo consuluimus, in
eo non hoc unum spectavimus, ut malo multare-
tur, verum ut ne ad bellum apertum veniretur,
tuoque capiti casus aliquis gravior impenderet :
id enim est, quod omnium minime velimus. Et
cum securitatem honoremque avi tuæ saluti in-
columitatique præferas, quod intelleximus, subit
nos hujus magnanimitatis et justitiæ admiratio,
et quæ voles præstabimus, justaque et utilia tuo D
judicio metiemur. Quod vero antea oratione dis-
crepuimus, non id studio dissentiendi factum est,
sed ut ne quid eorum quæ tempus postularet, nos
indiscussum præteriret. Proinde cum omni ambi-
guitate sublata sententiis congruamus, hoc solum
restat, ut omissis sermonibus, ad id quod datur,
aggrediamur. Postquam Syrgiannes deinde ex sua
item mente locutum protostratorem pronuntiavit,
et hoc ad commendationem nepotis adjecit, ob 35
hanc reverentiam atque curam avi multa illum
apud magnum, cœlestemque imperatorem manere
præmia, qui aut malevolorum consilia mutaturus,
aut ad nocendum prorumpentibus pro defensore
obviam iturus esset : ubi nepos quoque de bene-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

volentia et obsequio sibi præstitis gratias amplas egit, fugiendum esset nec ne quæsiverunt. Et quia semper diem supervenientem malum aliquod majus pârere videbant, et iram avi magis magis que corroborari, ex eo ducta conjectura videlicet, quod nunquam vel verbo appellare nepotem dignaretur : et quia in timore erant, ne si quid inopinatum derepente exstitisset, id ipsum effugere nequirent, dum tempus ad eam rem sineret, et libertas suppeditaret, Byzantio excedendum statuerunt. Imperator quanquam eos id quod res esset dixisse, et scopum tetigisse fateretur, tamen excelso et patienti animo usque ad ipsum discriminis articulum exspectandum esse monuit, cum senem aliam mentem induturum, et a conceptis maleficiis destiturum confideret. Nunc autem de conjuge mea decernendum est, inquit, utrum eam fugientibus nobis pone sequi oporteat. Hæc e Germanis erat principis Brunsuicensis (93), apud suos eminentissimi et splendore generis inter omnes sui ordinis facile præcipui filia. Protostratori igitur et Syrgianni faciendum videbatur, uti imperatoris conjugem assumerent, quando et ipsi suas secum haberent : quin omnem lapidem movendum, ut et imperatrix cum imperatore esset.

καὶ εὐπειθείας πολλὴν ὁμολογήσαντος χάριν αὐτοῖς, εἰ φευκτέα ἢ μή, ἐσκόπουν. Ὁρῶντες δὲ ἀεὶ τὴν ἐπιοῦσαν μεῖζόν τι φύουσαν κακὸν, καὶ τοὺς κατὰ βασιλέως, τοῦ πάππου καὶ βασιλέως θυμοὺς ἐπὶ μᾶλλον αὐξομένους ἐκ τοῦ μηδαμοῦ τεκμαιρόμενοι μηδὲ λόγου τινὸς ψιλοῦ τούτῳ μεταδιδόναι · καὶ δεδοικότες μή τινος τῶν ἀδοκήτων ἐκ τοῦ αἰφνιδίου συμβάντος, οὐδ' αὐτὸ τοῦτο διαδρᾶναι δυνηθεῖεν, ἐδόκει νῦν ὡς καιρὸν ἔχουσι καὶ ἀδείας εὐπορουσῖν, ἀφίστασθαι τοῦ Βυζαντίου. Βασιλεὺς δὲ αὐτοὺς ταῦτα μὲν ἦ ἔχουσιν εἰρηκέναι καὶ καλῶς στοχάσασθαι ἔφη, ἔτι μέντοι γε καρτερίας καὶ μεγαλοψυχίας προσδεῖν, ἄχρι καὶ αὐτῆς τῶν κινδύνων τῆς ἀκμῆς. Ἠλπιζε γὰρ ἀεὶ μεταβαλεῖν, καὶ τῶν μελετωμένων ἀποστήσεσθαι τὸν βασιλέα. Τὸ δὲ νῦν ἔχον, περὶ τῆς βασιλίδος, ἔφη, τῆς ἐμοὶ συνοίκου σκεπτέον εἰ χρὴ καὶ ταύτην φεύγουσιν ἡμῖν συνέπεσθαι. Ἦν δ' ἐκ Γερμανῶν αὕτη θυγάτηρ δουκὸς ντὶμ προυζουὴκ τοῦ παρ' αὐτοῖς ἐπιφανεστάτου, καὶ λαμπρότητι πάντας τοὺς ὁμοφύλους ὑπερβάλλοντος τοῦ γένους. Τοῖς μὲν οὖν δυσὶ τῶν ἀναγκαίων ἐδόκει καὶ τὴν τοῦ βασιλέως γαμετὴν συμπαραλαβεῖν, διὰ τὸ καὶ αὐτοὺς τὰς γυναῖκας ἔχειν μεθ' ἑαυτῶν, καὶ διὰ τοῦτο δέον εἶναι πάσῃ μηχανῇ χρήσασθαι ὥστε καὶ τὴν βασιλίδα συνεῖναι τῷ βασιλεῖ.

CAPUT XI.

Cantacuzeni rationes, cur imperatrix Constantinopoli relinquenda. Syrgianne ad præfecturam suam in Thraciam dimisso reliqui hærent Byzantii. Magnus contostaulus, et magnus logotheta Metochites viri clarissimi imperatorem senem frustra ab incepto dimovere nituntur.

At enim Cantacuzenus magnus domesticus seorsum ab iis sentiens, opinionis suæ momenta his verbis explicavit : Primum discessio nostra clandestine, et anxie nobis satagentibus futura est ; id feminis ad hujusmodi operum laborem infirmis, et natura nequaquam idoneis, summum periculum conflabit ; et nos ipsi non mediocre habemus formidare discrimen, si facto in ipso deprehensi fuerimus. Adhæc, etiamsi fortuna favente hoc operis bene processerit, tamen posteriora non perinde evenient. Nam si ab avo manus ad nos insequendos **36** mittatur, alterum e duobus cogemur, aut uxoribus relictis porro fugere, quod nos timiditatis, ignaviæ, dementiæ, temeritatis criminibus maculabit (ut omittam quod imperatrici dedecoris auctores erimus, quæ pro captiva abducetur), aut ejus, imperatricis inquam, causa pauci cum multo pluribus pedem conferentes interfici : quorum utrumvis eligere, a prudentia abhorret plurimum. Præterea neque ad quos proficiscimur, constantem erga nos fidem gerunt. Quod cum ita sit, non

Καντακουζηνὸς δ' ὁ μέγας δομέστικος τἀναντία φρονῶν ἦν, καὶ τὰς αἰτίας προσετίθει · Πρῶτον μὲν γὰρ, ἔφασκε, τῆς ἀναχωρήσεως ἡμῶν λαθραίας γινομένης καὶ κατεσπουδασμένης, ἐπικινδυνότατον γυναιξὶ πρὸς τὰ τοιαῦτα τῶν ἔργων ἀσθενῶς ἐχούσαις καὶ ἀφυῶς · καὶ ἡμῖν δὲ αὐτοῖς οὐ μικρὸς ὁ κίνδυνος ὑποπτεύεται, ἐπ' αὐτῶν τῶν ἔργων καταφώρους γινομένοις · ἔπειτα εἴτε καὶ τύχῃ χρησαμένοις τοῦτο πρὸς τὸ ῥᾴδιον ἀποβαίη, ἀλλ' οὐχ ὁμοίως ἀπαντήσει καὶ τὰ μετὰ ταῦτα. Εἰ γὰρ πρὸς βασιλέως στρατιὰ πρὸς δίωξιν ἡμῶν ἀποσταλῇ, δυοῖν ἀνάγκη θάτερον ἑλέσθαι, ἢ τὰς γυναῖκας καταλιπόντας χρήσασθαι φυγῇ, ὃ δειλίας καὶ ἀνανδρίας, ἔτι τε ἀνοίας καὶ ἀβουλίας ἡμῖν ἔγκλημα περιάψει, πρὸς τῷ καὶ ἀδοξίας αἰτίους τῇ βασιλίδι γεγονέναι δίκην ἀγομένῃ δοριαλώτου, ἢ ταύτης. Ἕνεκα πολλαπλασίοις ὀλίγους συμπλεκομένους ἀποθνήσκειν, ὧν οὐδέτερον ἑλέσθαι προσήκει σωφρονοῦντας. Πρὸς δὲ τούτοις, οὐδὲ πρὸς οὓς ἀπερχόμεθα βέβαια τὰ τῆς πίστεως ἡμῖν · καὶ διὰ τοῦτο οὐ μέλλειν οὐδὲ κατατρίβειν τὸν καιρὸν ὁμαλῶς βαδίζοντας καὶ ἀνειμέ-

Jacobi Pontani notæ.

(93) Quis neget hic nomen proprium corruptum esse? Divinet igitur lector vocabulum hujus principis ; nam quod sequitur, nomen est provinciæ Brunsuicensis, et dicetur lib. II, cap. 5, Germanis cum imperatoribus Constantinopolitanis fuisse hospitium et amicitiam. Hæc autem mulier, Irene dicta, sine liberis decessit, de quo infra, cap. 40. — In Græco δουκὸς ντὶμ προυζουὴκ, ubi nil omnino corruptum est, quod ait interpres, sed ita scribendum : δουκὸς ντὶ Μπρουζουὴκ, id est, Italice, *duca di Brunzuic*, nam ejus linguæ magnus usus Constantinopoli, ut conjicere est ex locorum appellationibus, ut Φράντζα, et Σαβωΐα, etc., litteræ autem ντ valent δ apud Græcos inferiores, ut infra patebit sæpius : μπ valent β ut μπαλότα pro *baleta*, et Μπαΐουλος, *Bailus*, nomen Venetum.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

νως, ἀλλὰ κατεσπουδασμένως καὶ σὺν τάχει πολλῷ χρή· ἵνα μὴ πρὸ τοῦ ἡμᾶς ἀφικέσθαι, τὴν ἄφιξιν ἡμῶν πυθόμενοι, βουλεύσωνται κατὰ σφᾶς, μὴ εἰσδέξασθαι ἡμᾶς τῇ πόλει, καὶ γένωνται παράδειγμα καὶ ταῖς ἄλλαις τὰ ἴσα δρᾶν, ἀλλ' αὐτοὺς ἡμᾶς ἀγγέλλειν τε τὴν ἄφιξιν ἡμῶν, καὶ κατέχειν τὴν πόλιν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ κατὰ γαστρὸς ἔχειν τὴν βασιλίδα, οὐ μικρὸν κώλυμα πρὸς τὸ ἀνδράσι φεύγουσιν ἀκολουθεῖν. Δι' ἃ δὴ πάντα προσήκειν ἡγοῦμαι, ταύτην μὲν ἐᾶν καθ' ἡσυχίαν μένειν, ἡμᾶς δὲ διακινδυνεύειν· κἂν μὲν ἡμῖν τὰ πράγματα χωρήσῃ κατὰ νοῦν Θεοῦ βουλομένου, τότ' ἤδη καὶ τὴν βασιλίδα μεταλαλεῖσθαι ὅπου περ ἂν ᾖ βασιλεύς, εἰ δ' ἐναντίως ἢ ἐλπίζομεν ἀποβαίη, αὐτὴν γοῦν ἐν ἀσφαλείᾳ εἶναι. Τούτοις τοῖς λόγοις ὡς καλῶς ἔχουσιν ἐπιψηφισάμενος ὁ βασιλεὺς σὺν τοῖς ἄλλοις, ἐσκέπτοντο περὶ τοῦ πότε καὶ ὅπως τὴν ἀναχώρησιν χρὴ ποιεῖσθαι. Ὁρῶντες δὲ καὶ τοὺς ἐπιλοίπους τῆς συγκλήτου καὶ τοὺς ἐν τέλει ἐν δεινῷ τιθεμένους τὴν τῶν βασιλέων διαφοράν, καὶ κακῶν νιφάδα; τῷ κοινῷ τῶν Ῥωμαίων οὐ μετρίας προσδοκῶντας καὶ περὶ τούτων πρὸς ἀλλήλους ἀεὶ διαλεγομένους, καὶ προσδοκίμους ὄντας καὶ βασιλεῖ διαλέξεσθαι περὶ τοῦ μὴ δεῖν νεωτερίζειν, ἀλλ' ἐᾶν τὸν ἔγγονον ἐπὶ σχήματος εἶναι, ὡς μεγάλων κακῶν αἰτίας ἐσομένης καὶ ταραχῆς τῆς τοιαύτης ἐπιχειρήσεως, ἐπεὶ ἔδοξε καρτερεῖν τὸ μέλλον ἀποβήσεσθαι σκοποῦντας, ἐξαποστέλλουσι πρὸς Θρᾴκην τὸν Συργιάννην τῆς ἀρχῆς ἐπιμελησόμενον, αὐτοὶ δὲ προσεκαρτέρουν τῇ Κωνσταντίνου. Ἐν τούτοις δὲ τῶν πραγμάτων ὄντων, ὁ μέγας κονσταῦλος Μιχαὴλ ὁ Τορνίκης (μητρόθεν μὲν κατὰ γένος προσήκων τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν βασιλέων, καὶ πολλῆς εὐμενείας ἀπολαύων παρ' αὐτῷ καὶ τιμῆς, οὐ μόνον διὰ τὴν συγγένειαν, ἀλλ' ὅτι καὶ φρενὸς ἦν βαθείας, καὶ τοὺς τρόπους ἀγαθὸς, καὶ πρὸς τὰς ἐπαρχίας ὧν ἦρξε βασιλέως διδόντος, εὐνομώτατος καὶ σπουδαιότατος ἐφάνη), οὗτος δὴ τῇ πρὸς αὐτὸν εὐμενείᾳ τοῦ βασιλέως θαῤῥήσας, προσῆλθέ τε καὶ διελέχθη κρύφα περὶ βασιλέως τοῦ νέου, τὸ ἄτοπον, ὡς εἰκὸς, τῶν μελετωμένων ὑποδεικνὺς, καὶ ὡς πολλῶν ἔσοιτο συμφορῶν αἴτιον τῇ βασιλείᾳ Ῥωμαίων, ἄν τε κατορθωθῇ τὸ μελετώμενον, ἄν τε μή. Τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ Μετοχίτης λογοθέτης ὁ μέγας, ὃς μεσιτεύων μὲν τότε τῇ διοικήσει τῶν βασιλικῶν πραγμάτων ἦν, ἄλλως δὲ ἀγχίνους, καὶ οὐ μόνον τῆς καθ' ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ τῆς ἔξω σοφίας εἰς ἄκρον ἐληλακώς· τὴν γὰρ ἀστρονομίαν ἀπό τινος Βρυεννίου φαύλας τινὰς καὶ οὐκ ἀκριβεῖς πάνυ παραλαβὼν ἀρχὰς, αὐτὸς ἰδίοις πόνοις ἐξηκριβώσατο,

A cunctandum, neque æquabili et lento passu bonum tempus conterendum : sed enixe et accelerato gradu ambulandum est, ne antequam perveniamus, incolæ adventu nostro præcepto, unanimi consensu urbe nos arceant, reliquisque urbibus ad similem audaciam exemplo suo præeant : sed ut ipsimet nuntium adventus nostri apportemus, urbemque occupemus. Illud insuper imperatrici ad comitandam virorum fugam non levi impedimento est, quod uterum fert. Ob hæc omnia æquum judico, ut illa se non moveat; nos autem fortunam subeamus, et, si quidem res, Deo bene juvante, ad voluntatem fluxerit, tum jam ipsa quoque eo accersatur, ubi conjux fuerit; sin secus, ipsa saltem secura degat. His ut præclare dictis, B imperator et reliqui suffragantes, quando, quove pacto secederent, circumspiciebant. Cæterum cum perspicerent, etiam reliquos tum proceres, tum magistratus dissidio imperatorum graviter offendi, calamitatumque densissimos imbres communi Romanorum inde metuere, et eas crebris usurpare sermonibus, exspectarique ut iidem cum imperatore agerent, ne quid novi et inusitati inceptaret, sed nepoti ornamenta imperatoria permitteret; quod alioqui molitio senis ingentium incommodorum ac motuum futura esset materia, durandum, et quo res evaderet, observandum esse censuerunt. Itaque Syrgianne in Thraciam ad præfecturæ suæ munus dimisso, cæteri Constantinopoli hærere perseverant. In hoc rerum statu ma- C gnus contostaulus Michael Tornices (qui materno genere imperatorem seniorem attingebat, nec postremum gratiæ et auctoritatis locum apud eum tenebat, non tantum quia cognatus, sed quia non vulgari prudentia, et morum probitate egregius, atque a provinciis, quas imperatoris concessu administrarat, æquitatis et integritatis laudem maximam reportaverat), **37** hic igitur fretus ea gratia qua valebat, clam aliis ad imperatorem accessit, et cum eo super nepote collocutus, quam aliena a ratione tentaret, non immerito ostendit, quamque varias in imperium Romanum calamitates inveheret, sive meditata feliciter, sive contra irent, demonstravit. Id ipsum et magnus logotheta D Metochites (94) præstitit, qui tum domum imperatoriam, sive aulam regebat (95), vir alioqui solers, et non Christianis modo, sed externis etiam litteris politissimus. Etenim cum astronomiæ principia a quodam Bryennio minuta et imper-

Jacobi Pontani notæ.

(94) *Erat tum potens apud imperatorem ac rerum omnium moderator Metochites Theodorus, logotheta generalis. Sic autem ab imperatore amabatur, tantique fiebat, ut nullum ejus arcanum ignoraret*, etc. Gregoras lib. VII.

(95) Græce sic est, ὃς μεσιτεύων μὲν τότε τῇ διοικήσει τῶν βασιλικῶν ἦν, quod *rerum omnium pro imperatore moderatorem, seu vicarium imperatoris* transferri posse non puto. Etenim isti μεσάζοντες, seu μεσιτεύοντες τοῖς πράγμασι τοῦ βασιλέως, seu τῆς βασιλίδος (nam et illa suum μεσίτην habuit *mediatorem*, ad verbum) videntur non alii fuisse quam magistri aulæ, *Hoffmeister*, curatores, præfecti et administri rerum domus imperatoriæ, quos jureconsulti vocant comites rerum privatarum, qui quidem assidui erant apud principes, eorum jussa excipientes et exsequentes. Πράγματα igitur βασιλικὰ quæ fuerint hoc loco, jam, ut reor, perspicis.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

fecta accepisset, ipse in eo studio accuratissima diligentia sua tantos processus effecit, ut deinde quoque permulti in eadem scientia ipso præceptore progressus eximios adepti sint. Quod cum imperator admirans, Gregoram ejus auditorem percunctaretur, qui tandem Metochites a tam tenuibus profectus initiis, ad plenam hujus disciplinæ cognitionem aspirare potuisset, audivit ab eo, nihil esse mirum, ex parva lampade luculentam facem accendi. Laudavit respondentis acumen imperator (96), et imagine obvia, ac familiari naturam rei ante oculos ponente delectatus est. Ergo hic magnus logotheta cum propter intelligentiam atque doctrinam liberalem, et in negotiis obeundis dexteritatem ab imperatore familiariter admodum diligeretur, ausus est et ipse de nepote illum admonere, suadereque ne semel fixa et rata convelleret, neve imperium eidem ablatum, alteri, cui minime deberetur, transditum vellet : si non ob aliud, at certe ne tanti tumultus inde cierentur. Hæc et similia imperatori occinentes illi duo, lapides videbantur loqui (97) : nam quod a primordio decreverat, ab eo deduci nullis machinis poterat, suamque malignitatem in nepotem rebus ipsis exserebat. Aiunt, hoc tempore in seipsum descendisse, et quasi cura altiore defixum, neminem quidem allocutum, sibimet autem frequenter interrogantem dixisse : Ergone natura ipsa potentius erit istuc odium? Quod verbum aliorsumne, an ad nepotem pertineret, scire pro certo nemo potuit; omnes tamen in hanc partem potius, quam in aliam interpretati sunt, et pro argumento futurarum miseriarum habuerunt. In his hiems desiit.

ὡς καὶ μετὰ ταῦτα πολλοὺς ἐν ἐπιστήμῃ τοῦ μαθήματος σὺν ἀκριβείᾳ γενέσθαι παρ' αὐτοῦ διδαχθέντας· ὃ καὶ θαυμάζοντος βασιλέως, καὶ πρός τινα τῶν ἐκείνῳ φοιτησάντων ἐρομένου, ὁ Γρηγορᾶς οὗτος ἦν, πῶς ὁ Μετοχίτης ἐκ φαύλων τῶν ἀρχῶν ὡρμημένος, οὕτως ἠδυνήθη πρὸς τελείαν ἐξεύρεσιν τοῦ μαθήματος ἐλθεῖν, Οὐ θαυμαστὸν, φάναι, βασιλεῦ, τὸν ἐρωτηθέντα, ἐκ λαμπάδος μικρᾶς πυρσὸν ἀναφθῆναι μέγαν, ἐπαινέσαι τε τοῦτον τῇ ἀγχινοίᾳ τὸν βασιλέα, καὶ τὸ οἰκεῖον τῆς εἰκόνος θαυμάσαι. Οὗτος δὴ οὖν ὁ μέγας λογοθέτης, διά τε τὴν σύνεσιν καὶ τὴν σοφίαν, καὶ τὴν ἣν εἶχεν ἐπιτηδειότητα πρὸς τὴν διοίκησιν τῶν πραγμάτων πολλῆς ἀπολαύων παρὰ βασιλέως οἰκειότητος καὶ εὐμενείας, ἐθάρρησε καὶ αὐτὸς τῷ βασιλεῖ προσελθὼν περὶ τοῦ ἐγγόνου διαλεχθῆναι, πείθειν ἐπιχειρῶν ὡς οὐ δεῖ τὰ καθεστῶτα κινεῖν, οὐδὲ τὸν ἔγγονον τῆς βασιλείας ἀποστεροῦντα, ἑτέρῳ μηδαμῶς προσήκοντι παρέχειν, εἰ μή τι ἄλλο, τὰς ἀπὸ τούτου ταραχὰς συμβησομένας εὐλαβούμενον. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν τοιαῦτα, καὶ ἕτερ' ἄττα διελέχθησαν βασιλεῖ· ἐδόκουν δὲ λίθους ἔχειν. Ὁ γὰρ βασιλεὺς ἀνεπιστρόφως εἶχετο τῶν ἀπαρχῆς δεδογμένων, καὶ τὴν πρὸς τὸν ἔγγονον δυσμένειαν αὐτοῖς πράγμασιν ἐπεδείκνυ. Λέγεται δ' ἐν τούτοις τοῖς καιροῖς καὶ βασιλεὺς εἰς ἑαυτὸν συννενευκὼς, καὶ περί τινος δοκῶν φροντίζειν, πρὸς μηδένα δὲ διαλεγόμενος, αὐτὸς πρὸς ἑαυτὸν πολλάκις εἰπεῖν ὥσπερ ἐπερωτῶν· Καὶ τῆς φύσεως ἐπικρατεστέρα φανεῖται ἡ ἔχθρα ἄρα; εἴτε δὲ πρός τι τῶν μελετωμένων ἄλλο ὁ λόγος ἀπετείνετο, εἴτε περὶ τῆς εἰς ἔγγονον ἔχθρας ἦν, οὐδεὶς σαφῶς ἠδυνήθη μαθεῖν· πάντες μέντοι πρὸς τοῦτο τὸν λόγον ἐξέλαβον, καὶ τεκμήριον ἐποιοῦντο τῶν μελλόντων κακῶν. Ἐν τούτοις μὲν οὖν ὁ χειμὼν ἐτελεύτα.

38 CAPUT XII.

Ab avo citatur nepos, et a protostratore de illius versutia monetur. Iterum citatus, in palatium venit, protostratore prosequente et foris exspectante. Supervenit magnus domesticus; quid actum sit cognoscit; consilium suum edictat. Mos Genuensium et Venetorum, Dominico die imperatorem veneraudi. Genuenses ternas triremes celeriter armant. Protostratoris ad pugnam ardor.

Vere novo, Nonis Aprilibus (98), Dominica ante diem Palmarum, avus nepoti per ministerium mandat, ne quoquam concedat, sed ad se confestim accedat. Qui secum animo versans, et curiosius indagans, quidnam ista denuntiatio sibi vellet, cum causam accitus nullam posset conjicere, interroga-

Ἄρτι δ' ἔαρος ἀρχομένου, Ἀπριλλίου μηνὸς πέμπτῃ ἱσταμένου τῇ πρὸ τῶν Βαΐων Κυριακῇ, ὁ βασιλεὺς τῷ βασιλεῖ καὶ ἐγγόνῳ μηνύει ἑτέρωθι μηδαμοῦ πορευθῆναι, πρὸς αὐτὸν δὲ ἀφικέσθαι, καὶ τὸ νῦν εἶναι. Ὁ δὲ τί ποτ' ἂν εἴη τὸ λεχθὲν ἐν νῷ στρέφων καὶ περιεργαζόμενος, καὶ μηδαμοῦ τὴν αἰτίαν συμβαλεῖν

Jacobi Pontani notæ.

(96) Animadverte laudari obiter Gregoram, propter scite dictum. Lib. IV reprehenditur acerrime, sed a moribus. Ipse tamen Gregoras non semel Cantacuzeni honorifice meminit, ut præfatione ad Lectorem ostendimus. Quod dicit paulo ante, Gregoram fuisse Metochitæ discipulum, id ipsemet libro VIII testatur his verbis : *Nam posteaquam in recens ædificato monasterio Choræ me collocavit, maximi fecit, et pene in germani filii loco me dilexit : adeo, ut astronomicam disciplinam, quam solus eo tempore perfectissime noverat, mihi traderet, nec tantas opes invideret, et sæpe apud imperatorem ac proceres gloriaretur, me a se hæredem doctrinæ suæ institutum esse.*

(97) Peccatum est forte a librario, et scriptum ἔψειν pro εἰπεῖν. Si non est, tum inanem operam significabit; non enim mollescit lapis, dum coquitur, ignibus tamen ad calcem redigitur. Sed malo legere εἰπεῖν, ut sensus sit, nimis dura videbantur loqui, ut est lapis. Itaque et Plautus Aulularia : *Cerebrum mihi dicta tua excutiunt, soror : lapides | loqueris.*

— In Græco nihil mutandum. *Lapides coquere*, proverbium pro *nihil aut incassum agere.*

(98) Quomodo tam sero novum ver? Græce enim est, ἄρτι δ' ἔαρος ἀρχομένου. Adultum est potius Nonis Aprilibus. Ita sane secundum cœli cursum. Sed potest tunc novum esse, si tum primum verna tempestas incipiat, quam hoc anno 1601 et superiore experti sumus cum Martio mense haud incepisse. Quo pacto aliter locus explicetur, non dispicio.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ἔχων, ἤρετο τὸν μηνύσαντα, καὶ ἀξίωσιν προσθεὶς, εἴ τι σύνοιδεν ἀπαγγέλλειν· ὁ δ' ἔλεγε βέβαιον μὲν οὐδὲν εἰπεῖν ἔχειν, στοχάζεσθαι δὲ, τὸν πάππον βούλεσθαι καὶ βασιλέα τοῦ πατριάρχου καὶ ἀρχιερέων παρόντων λόγου τινὰς πρὸς σὲ διελθεῖν· οἵ τινες δὲ οἱ λόγοι καὶ πρὸς τί φέρουσι, σαφῶς εἰδέναι μηδαμῶς. Εἶτα μικρὸν ἐπισχών· Ὥσπερ μὲν ἔφην, ἀκριβῶς οὐκ οἶδα, εἶπε, περὶ ὧν οἱ λόγοι· εἰκάζειν μέντοι μὴ προσηνεῖς τινας ἔσεσθαι καὶ ἡμέρους, ἀλλ' ὡς ἐπὶ δίκῃ καλεῖσθαι· ἐδεῖτό τε μικρὸν ἀναμείναντα, καὶ μέλετῃ μικρᾷ προσασχοληθέντα, ὡς εὐθύνας ὑφέξοντα, πρὸς ἀπολογίαν ἕτοιμον ἥκειν. Ὁ βασιλεὺς δὲ χάριν αὐτῷ τῆς καλοκαγαθίας ὁμολογήσας, καὶ ἀγαθῶν ἀμοιβὴν προσεπευξάμενος παρὰ Θεοῦ, εἶτα καὶ τοῦτο εἰπὼν, ὡς κατὰ γνώμην αὐτῷ γένοιτ' ἂν τὸ πολλῶν παρόντων δικαζόμενον ἀπολύσασθαι τὰ ἐγκλήματα, ἀπαγγέλλειν ἐκέλευε τῷ πάππῳ καὶ βασιλεῖ, ὡς ἀφίξεται ὅσον οὔπω. Ἐκεῖνος μὲν οὖν τὴν παρὰ Θεοῦ βοήθειαν ἐπευξάμενος· ἐν τοῖς παροῦσι τῷ βασιλεῖ, καὶ προσκυνήσας ἀπῆλθε. Βασιλεὺς δ' εὐθὺς τοὺς ἑταίρους μετεκαλεῖτο. Ἀλλ' ὁ μὲν μέγας δομέστικος, θείου αὐτῷ τοῦ Ταρχανειώτου, ἀδελφῆς τοῦ πρώτου βασιλέως Μιχαὴλ υἱοῦ τεθνηκότος, παρῆν ἐκεῖ πενθήσων ἐπὶ κειμένῳ τῷ συγγενεῖ. Ὁ πρωτοστράτωρ δὲ διατριβῶν οἴκοι, ἀφίκετό τε πρὸς βασιλέα εὐθὺς, καὶ τὴν αἰτίαν τῆς κλήσεως ἐρρώτα μαθεῖν. Βασιλεὺς δὲ τά τε παρὰ βασιλέως μηνυθέντα, καὶ ὅτι δίκης ἕνεκα καλοῖτο γνωρίζει, καὶ ὡς ἥξειν ἐπηγγείλατο κατὰ τάχος, προσθεὶς καὶ τοῦτο, ὡς κατὰ γνώμην ἂν αὐτῷ γένοιτο δικασθῆναι, δυνησομένῳ ῥᾳδίως αὐτὸν μὲν οὐδενὶ τῶν ἐγκαλουμένων ἐνεχόμενον ἀποδεῖξαι, τὸν δὲ κύριον καὶ βασιλέα, ψυχῆς ἰδίας θέλησιν ἐκδικοῦντα. Ὁ πρωτοστράτωρ δὲ, Πάνυ μοι δοκεῖς ἁμαρτάνειν, ἔφη, τοῦ ὄντος, ὦ βασιλεῦ· καὶ ὡς ἔοικεν, ὧν πρὸς σὲ περὶ τῆς τοιαύτης κρίσεως ὁ μέγας δομέστικος εἰρηκεν ἐπελάθου, ἃ δή που καὶ σοὶ αἱρῆσθαι τότε καὶ ἡμῖν ὀρθῶς ἐδόκει. Σοῦ γὰρ εἰρηκότος, Ὡς βουλοίμην ἂν ἐπὶ τοῦ βασιλέως καὶ πάππου δίκης τυχὼν, ἢ τὰ ἐγκλήματα ἀπολύσασθαι, ἢ τοῦτο μὴ δυνηθεὶς, μὴ τὴν βασιλείαν μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν ἀφαιρεθῆναι ζωὴν, ὃ δ' ἠύξατο μὴ ζῶν ἰδεῖν τοιαύτην ἡμέραν ἐν ᾗ γενήσεταί σοι τῷ βασιλεῖ καὶ τῷ πάππῳ δικαζόμενον ἰδεῖν, οὐ γὰρ δίκης, καταδίκης δὲ μᾶλλόν ἐστιν ἀληθὲς τὴν ἡμέραν προσειπεῖν ἐκείνην. Ἑνὸς γὰρ ὄντος τοῦ δικάζοντος καὶ τοῦ κατηγοροῦντος, οὐδὲν ἄλλο λείπεται συνάγειν. Ἄλλως τ' οὐδὲ τῶν ἀνοήτων ὁ βασιλεὺς, ὥσθ' οὕτως ἀπερισκέπτως ὁρμηθῆναι πρὸς τὴν δίκην, ὡς καὶ καιρὸν ἀπολογίας σοι παρασχεῖν, καὶ ἢ τὰ ἐγκλήματα ἀπολύσασθαι, ἢ καὶ ἀδικούμενον ἑαυτὸν ἀποδεῖξαι· ἀλλὰ βαθείας ὢν καὶ συνετῆς, ὡς ἴσμεν, φρενὸς, καὶ δεινὸς πράγμασι χρῆσθαι, τότ' ἐπὶ τῆς δίκης σε καταστήσει, ὅτε πρὸς τὸ αὐτῷ δοκοῦν πάντα προκατασκευασάμενος, οὐδενὸς ἄλλου λεί-

A bat, et precibus orabat nuntium, ut si quid nosset ne celaret. Tum ille, nihil se exploratum habere quod affirmaret; in suspicionem autem delabi, avum patriarcha et episcopis præsentibus eum constituisse alloqui. Verum quidnam, et quo fine dicturus sit, sibi neutiquam liquido constare; et parumper conticescens, Sicut narravi, inquit, satis perspectum non habeo, quid verborum sit facturus; auguror tamen, molle ac mansuetum nihil locuturum, sed te velut in judicium arcessi. Quare aliquandiu præmediteris licet, ut rationem reposcendus, paratus ad respondendum venias. Nepos ut bono viro gratias agens, et præmium a Deo comprecans, atque hoc insuper addens, sibi optatum fore, coram multis judicio contendentem crimina objecta refellere, renuntiare avo jubet, mox se affuturum. Apparitor divinam ei opem tali statu precatus, et ut imperatorem veneratus, recedit. Extemplo socios convocat. Porro magnus domesticus, Tarchaniota sororis primi Michaelis imperatoris, et majoris materteræ suæ filio rebus humanis erepto, ad exanime corpus luctus causa abierat: protostrator domi manens illico adest, cur vocatus sit quærit. Nepos et quid sibi ab avo mandatum, et se reum citari, ac sine mora se stiturum refert. Addit etiam, se judicium ex animo subiturum, cum nihil negotii sit ostendere, tum se vacare omni crimine, tum dominum et imperatorem semet de maligna voluntate sua ulcisci (99). Subjecit protostrator: Longe mihi a vero lapsus videris, imperator, atque ut verisimile fit, quæ de tali judicio a magno domestico audivisti, quæque tum et a te, et a nobis, ut recte dicta accipiebantur, eorum te occupavit oblivio. Nam cum tu ita prædicasses, velle te, si apud avum causam diceres, aut objecta diluere, aut, si id minus posses, non imperio tantum, verum etiam vita carere, ille emori optabat potius quam videre diem illum, quo tu judicio cum avo contenderes: non enim judicii, sed condemnationis diem revera appellare convenit. Cum enim idem sit futurus judex, qui accusator, aliud ratiocinando colligi nihil potest. Præterea non ita est insipiens, ut tam inconsiderate ad judicium feratur, tibique tempus etiam ad responsionem concedat, quo aut innocentem te ostendas, si bene, aut nocentem, si male responderis; sed cum sit, quod scimus, præstanti prudentia, et rerum gerendarum callidus, tum demum in judicium te adducet, quando ejus arbitratu præstructis omnibus, unum hoc restabit, ut sententia de te, tanquam de scleratissimorum facinorum manifesto, et ob id quibusvis suppliciis excarnificando (ut sic apud exteros etiam justitiæ opinionem auferat) pronuntietur. Hæc illis in colloquio agitantibus, ecce alius ab imperatore apparitor,

Jacobi Pontani notæ.

(99) Ut facit senex apud Terentium, in *Heautontimorumeno*:

Interea usque illi de me supplicium dabo.

Sed aliam ob causam ille, et ob aliam iste. Præterea, ille volens ac prudens, hic invitus.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

qui nepotem urgeret ad regiam. Quia ergo aliter nequibat, quo vocabatur, ivit, multa plenus mœstitudine propter magni domestici absentiam, quicum consilia sua conferre potuisset. Haud multo post domesticus quoque palatium ingreditur, junioremque imperatorem apud avum intus, protostratorem foris sedentem invenit, ipso vultu perturbationem ac sollicitudinem intimam ostentantem. Tum sic eum compellat : Aspectus tuus meditabundo similis te in re quapiam magni ponderis cogitationem defixisse significat. Hic protostrator, Maxime, inquit, et cogitatione defixus, et gravissimo casu afflictus sum. Quam ob causam tandem? Quod, inquit, Andronicus ab avo in judicium vocatus, cum vehementer cuperet prius tecum colloqui, ea facultate exclusus est. Et quoniam moras interponere non licebat, ipse ad imperatorem introivit, me timore non levi de se suspensum reliquit : cum præsertim recogito, quid tu nobis de istoc judicio dixeris. Rursum quærente magno domestico, quid interea loci rationibus suis appositum, et tempori accommodatum præstitissent : Nihil, ait protostrator; nam quia inter binos vocatus intervallum permodicum intercessit, **40** et ad imperatorem festinato abeundum fuit, haud quidquam quod in rem esset effecimus. Quid? de famulitio tuo aut nepotis cur hic nemo visitur? Visebantur vero, inquit, at ego formidans, ne eorum præsentia, aliis secus ratiocinantibus, aliquid suspicionis et damni afferret, eos domum remisi. Hoc loco domesticus eorum imprudentia magnopere incusata, quod nullum tempus periculosius et ad vim faciendam opportunius exsistere posset, quo proinde famuli velut ansam haberent, minime fucatam benevolentiam amoremque suum erga juniorem imperatorem declarandi, ipsum quibus cingeretur discriminibus eripiendo : Age, inquit, tu coactis de ministris et amicis tuis quotquot poteris, hic præstolari jube; ego hinc digressus, ipsius nepotis nihilominus meosque congregabo. In unam deinde multitudinem conglobati, adjuncto item imperatore, quod opinor nos posse, ad Sophiæ Dei Verbi sacrosanctam ædem (1) nos

A ποιτο, ἢ τὴν ἀπόφασιν ἐξενεγκεῖν κατὰ σοῦ· καὶ τοῦτο, ἵνα καὶ τοῖς ἔξω δίκαια δοκοίη ποιεῖν, ὡς ἐπὶ τοῖς ἀνοσιωτάτοις σοῦ φανερῶς ἑαλωκότος καὶ διὰ τοῦτο δικαίως πάσχοντος ὁτιοῦν. Τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ὁμιλούντων, αὖθις ἦκε μηνυτὴς ἕτερος ἐκ βασιλέως, ἐπισπεύδων τὴν ἐν βασιλείοις ἄφιξιν τῷ ἐγγόνῳ· δδ' (οὐ γὰρ ἐξῆν ἑτέρως δρᾷν) ἀφικνεῖται πρὸς τὸν βασιλέα καὶ πάππον, λύπῃ πολλῇ τηκόμενος τὴν ψυχήν, διὰ τὸ τὸν μέγαν ἀπόντα δομέστικον μὴ περὶ τῶν παρόντων ἐσχηκέναι συνδιασκέψασθαι. Εὐθὺς δὲ μετὰ μικρὸν καὶ ὁ μέγας δομέστικος ἦκεν ἐν βασιλείοις, καὶ τὸν μὲν βασιλέα παρὰ τῷ βασιλεῖ καὶ πάππῳ ἔνδον εὗρισκεν ὄντα· τὸν πρωτοστράτορα δ' ἔξω καθήμενον, καὶ τῇ ὄψει τὴν ἔνδον ταραχὴν τῆς καρδίας καὶ τὴν φροντίδα ὑποδεικνύν-

B τα· εἶπέ τε πρὸς αὐτόν· Δοκεῖς μοι περί τινος σκέπτεσθαι τῶν μεγάλων τῇ ἔξωθεν ὄψει καὶ τῇ συνοίᾳ. Ὁ δ' ἔφη καὶ σκέπτεσθαι, καὶ περιστάσεσι προσομιλεῖν ταῖς ἐσχάταις· τοῦ δ', Ὅτου χάριν; ἀντερομένου, Ὁ βασιλεὺς, ἔφη, παρὰ βασιλέως τοῦ πάππου κληθεὶς ἐπὶ δίκην, σοὶ μὲν συντυχεῖν πολλὰ ζητήσας, οὐκ ἠδυνήθη· τοῦ καιροῦ δὲ οὐκ ἐπιτρέποντος διαμέλλειν, αὐτὸς μὲν εἰσῆλθε πρὸς βασιλέα, ἐμοὶ δὲ φόβον οὐ μικρὸν ἐνέθηκε περὶ αὐτοῦ, μάλιστα τῶν σῶν λόγων ἐνθυμουμένῳ, οὓς πρὸς ἡμᾶς περὶ τῆς δίκης ταυτησὶ διεξῆλθες. Τοῦ δ' αὖθις ἐπανερομένου. Τί δ' ἡμῖν ἄχρι νῦν ἁρμόζον τῷ καιρῷ

C καὶ τοῖς πράγμασιν εἴργασται; Οὐδέν, εἶπεν ὁ πρωτοστράτωρ· βραχυτάτου γὰρ ὄντος τοῦ μεταξὺ τῶν ἀγγελιῶν χρόνου, καὶ τὴν ὡς βασιλέα ἄφιξιν κατεπείγοντος, οὐδὲν ἐπράξαμεν τῶν δεόντων. Πῶς δ' οὐ πάρεισιν ἐνταῦθα τῶν βασιλέως οἰκετῶν, ἢ καὶ τῶν σῶν τινες, ἐρομένου, Παρῆσαν μὲν, εἶπεν ὁ πρωτοστράτωρ· δείσας δ' ἐγὼ μὴ παρόντας ὁρώντων, καὶ ἄλλων ἄλλα λογιζομένων. ἐκ τούτου συμβῇ τις ὑποψία καὶ βλάβη, ἐκέλευσα ἀπιέναι. Ὁ δὲ πυλὰ καταμεμψάμενος τῆς ἀβουλίας, καὶ μηδένα καιρὸν ἄλλον εὑρήσειν ἐπικινδυνότερον ἢ βιαιότερον εἰπὼν ὥστε τὴν ἄδολον αὐτῶν εὔνοιαν καὶ ἀγάπην ἐνδεικνυμένους πρὸς βασιλέα τῶν περισχόντων ἀπαλλάττειν κινδύνων, Σὺ μὲν, ἔφη, τῶν σῶν οἰκετῶν ὁπόσους ἂν ἐξῇ καὶ τῶν φίλων συναγαγὼν, ἐνταῦθα κέλευσον μένειν· ἐγὼ δ' ἐξελθὼν αὖθις

Jacobi Pontani notæ.

(1) Filio Dei, qui est Verbum, et sapientia Patris, a Constantino primum excitatum est hoc templum, ut scribit Nicephorus Callistus, lib. VII, cap. 49. Laudatur a nostro historico lib. IV, cap. 4, ubi terræ motu quassatum, et ex parte collapsum narratur. Procopius de ædificiis Justiniani : *Totum templum in cineres redactum, Justinianus, quanquam multo post, ita reparavit et expolivit, ut quisquis de priori templo audiverit, is monstrata præsenti vetustate, optare possit, illud jamdudum periisse, ut in præsentem faciem mutatum cernat.* Paulo infra : *Extructa igitur ecclesia est in spectaculum plane pulcherrimum, iis quidem, quos videre contigit, stupendum : illis vero qui audiunt, incredibile prorsus.* Lege cætera. In Turcograecia, ubi Constantinopolis capta et vastata describitur, templum hoc verbis istis deploratur : Πῶς κατεδέξατο ἡ ἐπ' ὀνόματι τοῦ Θεοῦ Λόγου κτισθεῖσα ἁγία Σοφία;

D ὁ ἐπίγειος οὐρανὸς, ἡ νέα Σιὼν, ἣν ἔπηξεν ὁ Κύριος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος· τὸ καύχημα πάσης τῆς οἰκουμένης· τὸ ἄλσαλμα τῶν ἐκκλησιῶν ἡ ὑπερέχουσα πάντων τῆς γῆς κτισμάτων. Ὦ τοῦ θαύματος! Ὦ, τοῦ Θεοῦ περιώνυμος ναὸς ἐγένετο ναὸς τῶν Ἰσμαηλιτῶν, τῶν ἀθέων Φρίξον, ἥλιε, στέναξον, ἡ γῆ, καὶ κλονουμένη βόησον, ἀνεξίκακε Κύριε, δόξα σοι· *Quomodo contumeliam ferre tantam potuit, quæ de nomine Logi condita fuit sancta Sophia? Illud terrestre cœlum : nova illa Sion, quam construxit ipse Dominus, non homo; gloria illa universi orbis terrarum; illud decus ecclesiarum; eminentissimum illud omnium per totum mundum ædificiorum. O rem miram! Nobilissimum Dei templum templum factum est Ismaelitarum, impiorum illorum et infidelium. Horresce, sol, ingemisce, tellus, et concutere. Exclama, Gloria, tibi tolerantissime malorum Domine.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τοὺς βασιλέως συναθροίσω καὶ τοὺς ἐμούς· εἰς ἓν δὲ συνελθόντες, καὶ τὸν νέον βασιλέα παραλαβόντες, (ὅπερ οἶμαι δυνήσεσθαι) πρὸς τὸν τῆς Σοφίας ἀπελευσόμεθα τοῦ Θεοῦ Λόγου θεῖον νεών, τὴν σωτηρίαν διὰ τῆς ἀσυλίας τῆς ἐκείνου πραγματευσόμενοι, εἶτα διαπρεσβευσάμενοι πρὸς βασιλέα, ἀμνηστίαν αἰτήσομεν τῶν τολμηθέντων· τὸν δὲ, δείσαντα τὴν στάσιν, ὥσπερ εἰκὸς, ὅρκῳ καὶ βασιλεῖ καὶ ἡμῖν, καὶ τὴν ἀσφάλειαν πιστώσασθαι καὶ τὴν ἀμνηστίαν τῶν εἰργασμένων. Τοῦ νέου δὲ βασιλέως ἀπαλλαγέντος τοῦ περισχόντος νῦν ἐξαπίνης κινδύνου, τότ' ἤδη βουλευσαμένοις ὅπερ ἂν δοκῇ βέλτιον, ἐξέσται πράττειν κατ' ἐξουσίαν. Ἢ γὰρ ἐκ τῆς ἠπείρου μίαν τῶν τῆς πόλεως πυλῶν διατεμόντες ἐκπεσούμεθα νυκτὸς, ἢ τῶν ἐκ Γεννούας τοῦ βασιλέως φίλων τριήρη μίαν, ἢ καὶ δύο πληρωσάντων ἐπιβησόμεθα, καὶ πρὸς τὰς παραλίους τῆς Θράκης πόλεις (αὗται δ' εἰσὶν ἡμέτεραι διὰ τὸ τὸν Συργιάννην αὐτῶν ἐπιτροπεύειν) διασωθησόμεθα· καὶ οὕτω μακρὰν γενόμενοι τῶν κινδύνων, ἃ δοκεῖ συμφέρειν ἐν ὑστέρῳ πράξομεν. Τὸ δὲ νῦν ἔχον, πάσῃ δεῖ χρήσασθαι καὶ ἀνδρίᾳ καὶ προθυμίᾳ, καὶ αὐτὴν, εἰ δέοι, τὴν ζωὴν προθύμως προϊεμένους, ὥστε τῶν περισχόντων ἐξαρπάσαι κινδύνων τὸν βασιλέα, καὶ μὴ περιϊδεῖν αὐτὸν ἅμα τῷ δικαίῳ διαφθαρέντα· καὶ ἰατρῶν γὰρ τοὺς ἐμπειροτέρους ὁρῶμεν καὶ στρατηγῶν, πρὸς τὰ κατεπείγοντα μᾶλλον ἱσταμένους τῶν νοσημάτων καὶ τῶν πολέμων. Ταύτης τῆς βουλῆς καὶ πρωτοστράτορι βελτίστης εἶναι κριθείσης, ἐδέδοκτο πρὸς τέλος ἐξάγειν· καὶ πρωτοστράτωρ μὲν εὐθὺς πέμψας, μετεκαλέσατο τῶν οἰκετῶν καὶ τῶν φίλων ὅσους ἐνῆν· οἱ δὲ παρῆσαν σὺν τάχει· ὁ μέγας δὲ δομέστικος ἀπελθὼν, ὅσους ἐνῆν τῶν βασιλικῶν καὶ τῶν ἰδίων συναγαγὼν, τοὺς δὲ διεσκεδασμένους ὅταν ἐπανήξωσι παραγγείλας ἰέναι πρὸς τὰ βασίλεια, ἐπανῆλθε σὺν τάχει. Τούτων δ' οὕτω σὺν σπουδῇ πραττομένων, ἐπεὶ Κυριακὴ ἦν, ἔθος δ' ἐπεκράτησεν ἐκ πολλοῦ ἐν τῇ πρώτῃ ταύτῃ τῆς ἑβδομάδος ἡμέρᾳ Γεννουίτας τε καὶ τοὺς ἐκ Βενετίας Λατίνους ἀφικνουμένους εἰς τὰ βασίλεια τιμῆς τε ἕνεκα καὶ ὁμολογίας τοῦ ὑπὸ βασιλεῖ τῶν Ῥωμαίων τετάχθαι, ἄλλο μὲν οὐδὲν, μόνην δὲ προσκύνησιν ἀπονέμοντας, πάλιν οἴκαδε ἀπιέναι. Ἦκον καὶ τότε οἱ ἐκ Γεννούας πράξοντες τὰ εἰωθότα, ἐν οἷς ὁ μέγας δομέστικος τοὺς δύο τῶν εἰρημένων τοῦ

A recipiemus : ibi denique ut in asylo (2) tuendæ ac tegendæ saluti nostræ incumbemus. Postmodum missis ad avum oratoribus, ut ausus in se nostros oblivione sempiterna deleat (3) rogabimus. Et quia seditionem, quod credibile est, timeat, ut jurejurando nepoti nobisque tum securitatem, tum commissorum illam oblivionem promittat. Postquam ex hoc tam subito periculo evaserit, tum deinde ubi consuluerimus, quod præstare videbitur, ejus agundi libera potestas erit. Aut enim a continente una urbis porta (4) effracta noctuabundi erumpemus, aut Genuates nepoti amicos, triremem unam, binasve instructas auxilio poscemus, et ad maritimas Thraciæ civitates (quæ, quoniam a Syrgianne reguntur, a nobis sunt) incolumes profugiemus. B Atque ita procul periculis, quæ in rem nostram existimaverimus, de cætero exsequemur. Nunc animis opus et pectore firmo : nunc, si res flagitabit, ipsa quoque anima intrepide impendenda, quo imperatorem juniorem e medio discrimine extrahamus ; nec eum in causa justa rapi ad interitum patiamur, siquidem et medicos, et belli duces experientiores, morbis ac pugnis ingravescentibus acrius instare videmus. Hoc consilium ubi et protostrator pro optimo amplexus est, visum ad effectum perducendum. Et ille quidem protinus famulos, et amicos quotquot potuit coegit, quos cito pedes attulerunt. Idem magnus domesticus in suis et nepotis, quantum licuit, contrahendis præstans, absentesque, cum primum domum **41** revertissent, ad palatium occurrere jubens, brevi eodem rediit. His studiose ac sedulo peractis, quia Dominica agebatur, et mos longinquitate invaluerat, principe hebdomadis die, Genuenses, ac Venetos Latinos, honoris et subjectionis profitendæ gratia in regiam ventitare, adoratoque imperatore domum regredi, venerunt et tum Genuenses, solemne officium persoluturi. Inter hos magnus domesticus, duobus ex illis tribus, quorum supra mentionem faciebamus, nepotis fautoribus repertis, promissa eis redegit in memoriam, atque insuper de summa auxilii necessitate edoctos ad triremes instruendas dimisit. Illi abeuntes, et pro tempore diligentiam adhibentes, intra horas viginti, ternas omnibus re- D bus ornant. Quæ intuens protostator, multosque

Jacobi Pontani notæ.

(2) Ἄτυλος, cui necesse non est timere, ne spolietur, ne, quæ habet, præda fiant. Item, quem spoliare nefas est, tutus a violentia, sacrosanctus. Templa porro asyla dicuntur, ex quibus nefas est abstrahi eum, qui ad illa confugit. Servius in II *Æneid.* vocari putat asylum, quasi asyrum, a non abstrahendo. Multa asyla recenset Alexander ab Alexandro, lib. III, cap. 20.

(3) Ἀμνηστία, id est, injuriarum offensionumque oblivio. Hoc verbo Athenienses in sedandis discordiis usos affirmat Cicero, I *Philippica*. Et Thrasybulus, auctore Æmilio Probo, legem tulit, reconciliata pace, ne quis anteactarum rerum accusaretur, neve multaretur : eamque illi *legem oblivionis* appellarunt. Sed legem quidem ἀμνηστίας appellatam concedit Muretus : verbo autem usos μὴ μνησικακεῖν, hoc est, *non esse retinendam injuriæ memoriam*, seu, *animum malevolum ob injuriam illatam non suscipiendum*, et hoc idem fuisse in lege positum probat, Variar. lect. lib. II, cap. 15.

(4) De viginti tribus portis urbis Constantinopolitanæ, vide Joannis Leunclavii Pandecten historiæ Turcicæ, quo libro Annales sultanorum Othmanidarum, seu Osmanidarum illustravit, nobisque ad hasce notas plurimum commodavit : quando bonam partem Turcici imperii peragravit, et curiose, imo vero diligenter accurateque omnia inquisivit. Vide item Petrum Gyllium in Thracio Bosphoro.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tam de nepotis, quam de suis domesticis circumastantes conspiciens, spe bona confirmatus mirifice lætabatur, et amore magno pugnandi exardescebat. Verumtamen præter Apocauchum nemo causam evocationis noverat : illi enim soli quod agebatur patefecerant : alii ob aliquid singulare convenisse suspicabantur, eo argumento, quod qui equos haberent, eos ad palatium mittere jussi essent. nisi quod quæ de Michaele Catharo fama jactabat (quæ jam omnium aures compleverat), ea se ut novum quiddam et audituros, et visuros etiam sperabant. Et illi quidem in his erant.

A βασιλέως φίλων εὑρών, καὶ τῶν τε ὑποσχέσεων ἀναμνήσας, ἔτι δὲ τὴν ἀναγκαιοτάτην τῆς βοηθείας χρείαν ἀναδιδάξας, ἐξαπέστειλε τὰς τριήρεις ἐφοπλίζειν. Οἱ δ' ἀπελθόντες καὶ σπουδῇ χρησάμενοι τῷ καιρῷ προσηκούσῃ, ἐντὸς ὡρῶν εἴκοσι τρεῖς πληροῦσι τριήρεις. Ταῦτα καὶ πρωτοστράτωρ ὁρῶν, καὶ ἐν ἐλπίσιν ἤδη χρησταῖς γενόμενος, ὑπερήδετό τε, καὶ ὁρμῆς ἐπληροῦτο, πολλοὺς περὶ αὐτοὺς τῶν τε βασιλικῶν καὶ τῶν ἰδίων ἀθροιζομένους ὁρῶν. Οὐδεὶς μέντοι τῶν συναθροιζομένων τὴν αἰτίαν τῆς συνόδου συνῄδει πλὴν Ἀποκαύχου· ἐκείνῳ γὰρ μόνῳ τὴν αἰτίαν ἐκοινώσαντο τῶν πραττομένων· οἱ δ' ἄλλοι, τινὸς μὲν ἕνεκα μεγάλην τὴν μετάκλησιν ὑπενόουν εἶναι, καὶ τεκμήριον ἐποιοῦντο τὸ τοὺς ἵππους ἔχοντας ἰέναι πρὸς τὰ βασίλεια κελευσθῆναι, εἶχον δὲ εἰδέναι σαφὲς οὐδέν, πλὴν τὰ περὶ τοῦ Καθαροῦ τῆς φήμης διαθρυλλούσης (διεδέδοτο γὰρ ἤδη πρὸς πάντας), ἰδεῖν τι καὶ ἀκοῦσαι καινότερον ἤλπιζον. Οἱ μὲν ἐν τούτοις ἦσαν.

CAPUT XIII.

Junior imperator egressus, magnum domesticum requirit. Quid utrinque actum mutuo indicant. Historia inseritur de dilato senioris consilio. Denuo per eunuchum, et ad judicium quidem, cum magna vocantis miseratione et lacrymis arcessitur nepos. Ad officium tuli tempore sibi præstandum socios cohortatur. Promittunt omnia, ipsumque ad palatium comitantur.

Imperator minor ad exteriora palatii alvi dolore simulato egressus, magnum domesticum vestigabat. Quo invento dolens ac mœstus, Tu vero, bone vir, inquit, ubi hactenus fuisti? Ille contra magno cum affectu, Quo me nolentem rei necessitudo compulit. Deinde narrat quæque statuerint hactenus, quæque egerint. Nepos gratias agit, et interrogatus quid ipsis porro faciendum sit, de judicio futuro ait nullum relinqui dubium : hucusque autem avum nihil cuiquam **42** ex iis qui affuissent verborum fecisse, posseque nihilominus adhuc fieri, ut meditata, suo adventu videlicet dissipata, etiam nunc differat : quomodo nimirum paucis ante diebus usuvenerit, cum vetere instituto magni canonis officium canebatur (5) : quem even-

B Βασιλεὺς δ' ὁ νέος νύξιν ὑποκριθεὶς τῆς γαστρὸς καὶ πρὸς τοὺς ἐξωτέρω τῶν βασιλείων ἐξελθὼν οἴκους, τὸν μέγαν δομέστικον ἀνεζήτει· εὑρὼν δὲ, σὺν ἄλγει καὶ ἀθυμίᾳ ψυχῆς, Σὺ δ', ὦ ἀγαθὲ, ἦρετο, ὅπου μέχρι νῦν ἦς; Ὁ δὲ περιπαθέστερον ἀπεκρίνατο· Ὅπου μὲν οὐκ ἠβουλόμην, ἡ δ' ἀνάγκη τῶν πραγμάτων συνώθει. Εἶτ' ἐξαγγελίας ὅσα τε ἐβουλεύσαντο καὶ ὅσα ἔπραξαν ἄχρι τότε, τῆς μὲν βουλῆς αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς καὶ τῶν πραττομένων χάριτας ὡμολόγει· ἐρωτηθεὶς δ' ὅ τι δέοι πράττειν αὐτούς, τὴν μὲν δίκην ἔφησε γενήσεσθαι μέλλειν ἀναμφιβόλως, μέχρι δὲ νῦν μηδὲν εἰρῆσθαι πρὸς μηδένα τῶν ἀφικνουμένων τῷ πάππῳ καὶ βασιλεῖ. Ἐνδέχεσθαί γε μὴν καὶ νῦν ὑπερθέσθαι τὸν βασιλέα τὰ μελετώμενα, τῇ παρουσίᾳ τῇ ἐμῇ διασκεδα-

Jacobi Pontani notæ.

(5) Ex Triodio quodam libro rituali Græcorum de magno canone describemus, quæ interpretatus est noster Jacobus Gretserus, Notis in orationes Patrum de sancta cruce : *Eodem die (quinta scilicet quintæ hebdomadis in Quadragesima) canimus officium magni canonis. Hunc vere ex omnibus canonibus maximum optime et ingeniose composuit et conscripsit sanctus Pater noster Andreas, archiepiscopus Cretæ, cognomento Hierosolymitanus, ex Damasco oriundus, qui decimo quarto ætatis suæ anno grammaticæ studia aggressus, et in omni disciplinarum genere probe exercitus, Hierosolymam pervenit, vitamque monasticam iniit, qui sancte et pie vitam peragens, in quieto illo et a turbis remoto vivendi instituto, multa quidem cum alia Ecclesiæ Dei fructuosa ingenii sui monumenta reliquit, tum varias orationes et canones, crebrior tamen et copiosior in panegyricis orationibus exstitit. Ex multis autem aliis hunc quoque magnum canonem, infinita contritione animique compunctione refertum, elaboravit. Collecta enim in unum universa Veteris et Novi Testamenti historia, canticum hoc composuit, ab Adamo videlicet, usque ad Christi ascensionem apostolorumque prædicationem : quo quidem omnem animam cohortatur, ut ea quæ in historia videt esse bona et laudabilia, pro viribus sectetur; quæ vero mala, fugiat et aversetur, semperque ad Deum recurrat, per pœnitentiam, per lacrymas, per confes-*

C *sionem, et per alia hujusmodi Deum placandi eique placendi media. Quin adeo canon hic canorus est, et in animas tam facile influit, ut et mentem, etsi præduram, satis emolliat, et ad recipiendum id quod bonum et honestum est, excitet : dummodo corde contrito et debita cum attentione psallatur. Fecit autem hunc canonem eo tempore, quo magnus Sophronius patriarcha Hierosolymitanus Vitam Mariæ Ægyptiacæ litteris mandavit : quæ et ipsa compunctionis plenissima est, lapsisque et peccatoribus multum consolationis affert, si modo a pravis operibus desistere velint. Lege autem receptum est, ut hac die legatur hac de causa. Cum enim sancta Quadragesima ad finem tendat, ne homines segniores effecti spiritualia certamina negligentius ineant, vitamque sobriam et temperantem valere jubeant, maximus adest Andreas, qui, velut aliptes, per historias magni canonis, enumerando insignium virorum virtutem, et improborum casum et eversio-*

D *nem, eos qui laboribus insistunt, alacriores, et ut ita dicam, generosiores facit, ut viriliter ea, quæ supersunt, capessant. Sanctus vero Sophronius oratione sua sobrios et ipse reddit, et ad Deum excitat, ne corruant, neve desperent, licet aliquibus peccatis irretiti fuerint. Quanta enim sit Dei humanitas et clementia in illos, qui ex toto corde præteritæ vitæ noxas relinquere cogitant, narratio de Maria Ægyptiaca abunde docet. Appellatur*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

σθέντα, ὥσπερ δὴ καὶ πρότερον ὀλίγαις ἡμέραις συμβέβηκεν, ὅτ' ἔθος ἡμῖν τὴν τοῦ μεγάλου κανόνος ψάλλεσθαι ἀκολουθίαν. Ἄξιον δὲ διηγήσασθαι καὶ τὸ τότε συμβάν. Τοῦ μεγάλου λογοθέτου τοῦ Μετοχίτου ἐν ὥρᾳ μάλιστα χειμῶνος διὰ τὴν σμικρότητα τῆς ἡμέρας, οὐ δὶς τῆς ἡμέρας, ἀλλ' ἅπαξ εἰωθότος τοῖς βασιλείοις ἐπιδημεῖν καὶ διημερεύειν, καὶ αὐτὴν τὴν τοῦ μεγάλου κανόνος ἡμέραν διημερεύσαντος τοῖς βασιλείοις, καὶ ἤδη νυκτὸς ἐπελθούσης οἴκαδε ἀπελθόντος, ὁ βασιλεὺς κατὰ τάχος μετεκαλέσατο παρὰ τὸ πρότερον εἰωθός. Τοῦτο δὲ οἱ τοῦ μεγάλου λογοθέτου παῖδες, Δημήτριος καὶ Νικηφόρος ἰδόντες, καὶ περί τινων καινοτέρων τὴν τοῦ πατρὸς ἀήθη μετάκλησιν ὡς εἰκὸς ὑπολογισάμενοι (οὐδὲ γὰρ οὐδ' αὐτοὶ τῶν μελετωμένων κατὰ τοῦ νέου βασιλέως ἀνήκοοι ἦσαν), ἤκουσι πρὸς βασιλέα τὸν νέον, καὶ τὸ συμβὰν ἀπαγγείλαντες, ἃ δέοντα ἂν νομίζοι περὶ ἑαυτοῦ ἐδέοντο δρᾷν. Ὁ βασιλεὺς δὲ τούτους μὲν ἀπέπεμψεν ἐπαινέσας· μετὰ δὲ τῶν φίλων διασκεψάμενος, ἐδόκει δεῖν, ἐπεὶ καὶ μετ' οὐ πολὺ τῆς ἑορτῆς χάριν καιρὸς ἀφίκεσθαι πρὸς τὰ βασίλεια (ἄλλως γὰρ εἶχεν ἂν ὑποψίαν ἡ ἄφιξις), ἐλθεῖν καὶ πρὸ τοῦ καιροῦ. Κἂν μὲν περί τινων ἄλλων ἡ διάσκεψις ᾖ, τῆς ἑορτῆς χάριν δόξομεν ἀφικέσθαι· ἂν δὲ περὶ ἡμῶν, παυθήσεσθαι τὴν βουλὴν ἡμῶν παρόντων· ὃ δὴ καὶ συμβέβηκε. Τοῦ πρεσβυτέρου γὰρ βασιλέως πρὸς τὸν μέγαν λογοθέτην περὶ ὧν ἐδεῖτο διαλεγομένου, καὶ τοῦτο μόνον εἰπόντος, περὶ μὲν τοῦ τίνα χρὴ τρόπον γενέσθαι βουλὴν ζητεῖν, περὶ δὲ τοῦ γενέσθαι ἢ μὴ, μὲν [leg. οὐ] ζητεῖν (ὡς ὕστερον ἐκ τῶν ἐκεῖ παρόντων πρὸς ὑπηρεσίαν τῷ βασιλεῖ μαθεῖν ἀκριβῶς ἐξεγένετο)· καὶ ὁ νέος παρῆν βασιλεὺς, καὶ ἡ βουλὴ διελέχυτο· εἴτε περὶ τῶν προκειμένων ἢ τινων ἄλλων ἦν, οὐδαμῶς φανεροῦ γεγενημένου. Τούτου δὴ τότε καὶ ὁ βασιλεὺς εἰς μνήμην ἐλθὼν, ἔλεγε πρὸς τοὺς ἑταίρους, ὡς Ἴσως ὥσπερ τότε τὰ τῆς βουλῆς, οὕτω δὲ καὶ νῦν τὰ τῆς

A tum non erit alienum exponere. Cum magnus logotheta Metochites hibernis mensibus potissimum, propter dierum brevitatem non bis, sed semel duntaxat ad palatium accedere, ibique lucem totam transigere consuesset, et magni canonis diem ipsum ibi consumpsisset, jamque nocte se domum recepisset, imperator senior præter consuetudinem repentino eum vocat; cujus filii, Demetrius et Nicephorus insolito huic accersitui quippiam novum subesse verisimillimum cogitantes (nec enim ipsos quoque latebant quæ adversus juniorem imperatorem pararentur), eumdem juniorem adeunt, quodque acciderat exponunt, orantes, ut quæ necessaria factu pro seipso censuerit, ea ne prætermittat. Ille laudibus affectos dimittit, neque cum amicis B communicata, placuit, quandoquidem paulo post, festi diei causa, palatium ingrediendum esset (alioqui enim suspicionem moveret ejus eodem adventus), tempus antecapere. Et si quidem aliis de rebus consulet, diei festi gratia venisse videbimur, inquit; sin de nobis, nostra præsentia consultationem disturbabit; quod etiam evenit. Etenim cum imperator senior magno logothetæ, de quibus rogabat respondisset, et hoc tantum adjecisset, quo pacto consultaretur quærendum: an consultaretur, non quærendum (id quo postea ex apparitoribus probe cognitum est); et junior imperator aderat, et consilium ad nihilum recidit; sive id de re præsenti, sive de quibusdam aliis esset; id enim haud C rescitum est. Hujus itaque eventus memor tunc imperator dicebat cæteris, fortasse quomodo tum consultationem, sic nunc judicium avum esse dilaturum. Sed aliter fuit; nam judicium certo certius constitutum ac paratum erat. Adhuc enim eo cum magno domestico sermocinante, numerumque congregatorum exquirente, illoque respondente, nunc quidem esse centum, brevi ad trecentos fore;

Jacobi Pontani notæ.

autem magnus canon, ut forte quispiam dixerit, propter sententiarum pondus et gravitatem, quarum feracissimus est canonis hujus auctor, in his componendis præclare exercitatus. Cumque cæteri canones triginta aut paulo amplius, troparia contineant, iste ad ducenta et quinquaginta progreditur, quolibet ex illis ineffabilem stillante dulcedinem et voluptatem. Jure igitur optimo et convenienter sanctum est, ut magnus iste canon et compunctionis plenissimus in magna Quadragesima psallatur. Hunc præclarissimum et maximum canonem, et orationem in Mariam (Ægyptiacam) ipsemet Pater noster Andreas primus Constantinopolim tulit, quando ab Hierosolymorum patriarcha Theodoro ad sextam synodum subsidio missus est. Tunc enim monasticam vitam adhuc profitens, cum adversus Monothelitas fortiter decertasset, Ecclesiæ Constantinopolitanæ clero ascriptus est, deinceps in eadem diaconus et pupillorum curator et altor constituitur, et non longo post tempore archiepiscopus Cretæ ordinatus est. Postea proxime apud locum, qui Hicrisus dicitur, cum Mitylenem pervenisset, migravit ad Dominum, cum sedis suæ fructum copiosum percepisset. Ejus intercessione miserere nostri, Deus.

Cæterum quinta hebdomas fuit Græcis ea, quæ nobis quarta. Nam Græci auspicantur Quadragesimam die lunæ post Dominicam, quam vocant τυρινήν, seu τυροφάγον, quæ est Dominica Quinquagesimæ apud nos. Et prima Quadragesimæ hebdomas finitur Dominica orthodoxiæ, seu prima Quadragesimæ, quæ apud nos est *Invocavit*. Si ergo a Dominica τῆς τυροφάγου numeres hebdomadas usque ad quintam feriam, post quartam Dominicam Quadragesimæ, invenies eam de qua loquimur esse quintam, non quartam Quadragesimæ hebdomadem. Quæ omnia liquent ex Rituali Græcorum libro, qui Typicon Sabæ inscribitur, in quo titulus cap. 35, talis est: Εἴδησις τοῦ τύπου τῆς τετάρτης Κυριακῆς τῶν νηστειῶν, καὶ τῆς μετ' αὐτὴν ἑβδομάδος. Est autem hæc hebdomas quinta. Subjungitur enim τῇ δευτέρᾳ τῆς πέμπτης ἑβδομάδος, καὶ εὐθὺς ἀρχόμεθα τοῦ μεγάλου κανόνος. Et ut rem exemplo illustrem. Hoc anno 1600 agunt Græci, qui fastos Gregorianos sequuntur, festum magni canonis feria quinta post *Lætare*, qui est quintus Aprilis, et quinta hebdomas Quadragesimæ Græcæ, ducto initio a die lunæ post Dominicam Quinquagesimæ. Et hæc omnia sunt certissima ex libris ritualibus. Nam Græcorum Quadragesima septem hebdomadibus constat, et sex duntaxat Dominicis. Hæc me his ipsis verbis idem Gretserus noster monuit, quibus mecum utaris licet.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ad unum viros fortes, et ad præliandum exercitatos, si abeundum sit, etiam plures, et ignotos accursuros : de his, inquam, illis sermonem miscentibus, Deumque precantibus, **43** judicium ampliaret, quoad coiissent, qui pro ipsis decertaturi sperabantur, missu avi adest eunuchus Michael Callicrenites ; et priusquam vocem edat, lacrymis gemitibusque infaustum se apportare nuntium ostendit. Deinde præfatus, maluisse se tellure ima sibi dehiscente ad Manes descendere (6), et hac jucundissima luce privari, quam adeo mala nuntiare : Dominus, inquit, et imperator avus tuus te ad causam dicendam vocat. Tum ille : Haud aspernandum tuæ in me propensionis testimonium, quas fundis lacrymas : tamen, quid ita fles, cum necdum eventus pateat ? Fieri siquidem potest, ut cum albo calculo (7) discedam. Ipsa res, suscipit Callicrenites, me in fletum solvit. Etenim cum avus pro more in throno, patriarcha ad latus in sella, arbitri dextra sinistra sederent, tibi soli scamillum e regione et remotius mandatu imperatoris positum est. Quo viso, condemnationis tuæ locum illam sedeculam interpretans, optavi, ut dicebam, hodie mihi terram dehiscere. Verum Deus, qui prophetam suum Danielem de lacu leonum liberavit, et tres pueros a Babylonia fornace intactos præstitit, collatasque in Susannam scelestorum judicum calumnias detexit, idem te nunc qua premeris necessitate superiorem reddat, angelum suum mittens, qui te antecedat, et sapientiam tibi atque intelligentiam largiatur, qua objecta facile, ceu telas arancarum dissolvas. Hæc ubi precatus est eunuchus, Dei voluntas fiat, ait imperator ; jubetque avo renuntiari, se imperata facturum ; et conversus ad amicos, sic eos compellat : Si unquam alias, nunc tempus venit, quo virtutem, diligentiam, prudentiam, tolerantiamque vestram, tam formidoloso tempore declaretis. Enimvero cum multi sæpe et numero, et aliis rebus vobis impares, animorum facta conspiratione, admirabilia et obstupescenda prospere gesserint, vos ita freqentes ac tales longe utique justius est, præclaris et laudabilibus facinoribus efficiendis vobismet ipsis dignos apparere, et aut vitam honestam vivere, aut gloriosam mortem oppetere, hanc solam mentem vos decere arbitrantes. Ego ad tribunal vado ; quod si divino munere rursum conjungemur, interque nos amabiliter iterum intuebimur, erit cur gratias Numini persolvamus. Sin quid aliud illi de nobis complacitum est, ego his verbis postremum vos salutatos volo : vos **44** autem nobilitati virtutique vestræ paretote. Ad ista cum uterque dicere aliquid percuperet, protostratore cunctante, magnus

A δίκης ὁ βασιλεὺς ὑπερθήσεται. Τὸ δ' οὐκ εἶχεν οὕτως· ἀλλ' ἀναμφιβόλως ἡτοίμαστο τὰ τῆς δίκης. Ἔτι γὰρ δομεστίκῳ τῷ μεγάλῳ διαλεγομένου βασιλέως, καὶ τὸν ἀριθμὸν ζητοῦντος μαθεῖν τῶν συνηγμένων ἀνδρῶν, καὶ τούτου πρὸς αὐτὸν ἀποκριναμένου, Ὡς νῦν μέν εἰσιν ἑκατὸν, μικρᾷ δὲ παρελθούσῃ ὥρᾳ συνελεύσονται καὶ μέχρι τριακοσίων, πάντες ἀνδρεῖοι καὶ μάχεσθαι ἠσκημένοι· εἰ δεήσει δὲ ἀπέρχεσθαι, καὶ ἄλλοι πλείονες συνδραμοῦνται καὶ οὓς οὐκ ἴσμεν· περὶ τούτων δὴ διαλεγομένων, καὶ Θεοῦ δεομένων τὴν τῆς δίκης ὥραν παραταθῆναι, ὥστε συναθροισθῆναι τοὺς ἐλπιζομένους ὑπὲρ αὐτῶν μαχεῖσθαι, ἦκεν ἐκ βασιλέως τοῦ πρεσβυτέρου πρὸς τὸν νέον ἀπεσταλμένος ὁ Καλλικρηνίτης Μιχαὴλ ἐκτομίας· καὶ πρὶν φθέγξασθαι,

Τοιαῦτα τοῦ νέου βασιλέως βουλευσαμένου, καὶ τοῦ μεγάλου δομεστίκου καὶ πρωτοστράτορος ὡς καλῶς ἔχει συνεπιψηφισαμένων, αὐτοὶ μὲν ἕκαστος οἴκαδε ἀπεχώρουν· βασιλεὺς δ' ὁ νέος τὸν μέγαν μεταπαλεσάμενος λογοθέτην, οὕτω διεπρεσβεύετο πρὸς τὸν πάππον· Ἡ εἰς ἐμὲ πρὸ τῆς χθὲς γεγενημένη παρὰ τῆς σῆς γαληνότητος, ὦ βασιλεῦ, εὐεργεσία πολλὰς καὶ δικαίας ὁμολογεῖν χάριτας τῷ σῷ πείθει κράτει. Κἂν γὰρ ἀπὸ ταραχῆς καὶ ὀργῆς ἤρξαν οἱ λόγοι, ἀλλ' εἰς τέλος ἥμερον καὶ συμπαθείας γέμον ἀποκαταστάντες, μᾶλλον εὔφρηναν, ἢ κατ' ὅσον πρότερον ἐλύπουν. Διὸ δὴ καὶ τῶν μὲν προτέρων ὡς πατρικῆς ὄντων καὶ παιδείας καὶ κηδεμονίας, οὐδ' ἀναμιμνήσκεσθαι ἀξιῶ· ἃ δ' ἐν ὑστέρῳ πέπρακται, ὡς ἄξια καὶ μεγαλοψυχίας καὶ εὐμενείας καὶ πατρικῆς καὶ βασιλικῆς, ἀνεξάλειπτα δεῖν ἔγνων φυλάττειν ἐν τῇ ψυχῇ. Ἐπεὶ δ' ἔν τι τῶν τότε ῥηθέντων ἐμέ τε δεινῶς ἐκταράττει, καὶ φροντίδας οὐ παρέχεται μικρὰς, καὶ ἑτέροις ἐνέσεισεν οὐ τὸν τυχόντα φόβον, δέομαι τῆς σῆς γαληνότητος, λάσασθαι καὶ ταύτην τὴν ἀλγηδόνα. Ἔστι δ' ὁ λέγω τοιοῦτον· Σοῦ, βασιλεῦ, ἐμοὶ διὰ τοῦ μεγάλου λογοθέτου προστάξαντος τουτουΐ καταδήλους σοι θέσθαι τοὺς συνόντας καὶ συναιρομένους ἐμοὶ, τότε μὲν παντάπασι μὴ εἶναι οὐκ ἠρνησάμην, πλὴν ἀπὸ λογισμῶν εἰκότων ἐπεχείρουν ὡς οὐκ ἂν εἶεν ἀποδεικνύναι· οἷδ' ἦσαν· τὸ μήτε πόρον ἔχειν ἐμὲ χρημάτων οἷς ἂν ἴσως πείσαιμί τινας προσέχειν ἐμοὶ, μήτ' ἐξουσίας ἀπολαύειν παρὰ σοὶ καὶ παῤῥησίας βασιλέως παιδὶ πρεπούσης, δι' ἣν ἂν καὶ θεραπευθείην παρὰ τῶν τῆς ἐμῆς ὠφελείας δεησομένων. Νυνὶ δὲ αὐτό τε τὸ πρᾶγμα φανερὸς ἠνάγκασε γενέσθαι τοὺς προσκειμένους ἐμοὶ, καὶ αὐτὸς δὲ ἐγὼ εἶναι ὁμολογῶ. Πλὴν, ὅπερ καὶ τότ' ἔφην, οὐκ ὀφείλοντες χάριν, ἀλλὰ προκατάρχοντες μᾶλλον χάριτός εἰσι. Διὸ δὴ καὶ ἀντιβολῶ τὴν σὴν ἡμερότητα, βασιλεῦ, ὅρκοις ἐμοί τε καὶ αὐτοῖς πιστώσασθαι, τὸ ἀπαθεῖς κακῶν μέχρι παντὸς διατηρηθῆναι. Οὕτω γὰρ ἐμοί τε καὶ αὐτοῖς θαῤῥήσασιν, ἀφόβως τε βιοῦν, καὶ τῷ σῷ κράτει χάριτος ὁμολογεῖν πολλὰς περιέσται. Τοιαῦτα μὲν ὁ νέος βασιλεὺς πρὸς λογοθέτην διεξῆλθε τὸν μέγαν, ὡς ὑπαγγελοῦντα τῷ πάππῳ καὶ βασιλεῖ, συνάρασθαι καὶ αὐτὸν ἀξιώσας πρὸς τοῦτο, καὶ τὴν τῶν ὅρκων ἐκπλήρωσιν ὑποθέσθαι τῷ βασιλεῖ ὡς B Hoc consilio a juniore Andronico explanato, a magno autem domestico, et protostratore approbato, singuli domum concesserunt, atque Andronicus magno logotheta accito, cum hac oratione ad avum illum mittere instituebat : quo beneficio ante hesternum diem serenitas tua me ornavit, id me ad amplas, meritasque gratias agendas impellit. Quanquam enim sermo a perturbatione, et ita principium caperet, tamen in finem suavem, mutuæque affectionis plenum desinens, delectationis copia antecedentem molestiam obruit. Quare priorum, ut a paterna castigatione, ac sollicitudine profectorum, meminisse nolo : quæ autem posterius abs te facta sunt, ut digna magnanimitate imperatoria, paternaque charitate, ea mihi in medullis infixa semper manebunt. Cæterum quia tum quiddam prolatum graviter me angit, et cura non levi sollicitat, nec aliis quoque exiguum timorem incutit, oratam volo serenitatem tuam, ut huic etiam dolori medeatur. Quod dico, tale est : Cum mihi per magnum logothetam præceperis, ut administros atque socios meos tibi indicarem, tunc ego quidem non omnino, et absolute eos habere me negavi : verumtamen rationibus verisimilibus demonstrare contendi, eos esse nullos posse, qui erant : quod nec viam, et modum adipiscendæ pecuniæ nossem, qua fortasse quosdam ad obsequelam meam inducerem : nec possem apud te frui eo jure, eaque licentia, quæ imperatoris filio deberetur; propter quam etiam observarer, et colerer ab iis qui opem meam desideraturi essent. Nunc dies ipsa consortes meos qui sint aperuit, et ego de iis confiteor. Attamen, quod et tum dicebam, non mihi gratiam referunt; sed potius gratia me antevertunt. Quocirca tuæ mansuetudini supplex fio, nobis jurejurando fidem facias, non id illis unquam fraudi futurum. Sic namque mihi iisdemque fidentibus, metus expertes vivere, tuæque majestati amplissimas agere gratias licebit. **54** Hæc ad magnum logothetam nepos, ut avo imperatori ea expositurum, et sibi quoque in ea re operam daturum, quod cupiebat, eumque de juramento concipiendo, ut pluribus inde commoditatibus promanaturis, admoniturum videlicet. Logotheta continuo : Ego me boni alicujus ergo ad te

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

vocatum interpretabar (20), nempe ut avo subjectionem tuam, plenamque obsequii voluntatem tuo nomine indicarem : quo pacto eum placidiorem tibi, mitioremque efficeres. Atqui me fefellit augurium, et contrarium evenit. Quapropter nec nuntiare hæc, nec ejus animum talibus verbis exacerbare volo ; quando usque hodie inauditum est, dominos jurare servis (21). Quod si fiat, domini condemnabuntur servis, quemadmodum illi dominis; quod insolens et absurdum est. Ego vero anceps hæreo, dubitoque vehementer, si quæsierit imperator, cur ad te ierim, quid honeste respondeam. Sed causam aliquam profectionis ad te meæ comminiscar : te autem hortor, et obsecro, ut de reliquo taceas de his penitus : prospicio enim, horribili exitu conclusum iri, si ad aures avi pervenerint. At mihi plane contra sentire, dicereque in mentem venit, excipit nepos ; non enim mala, sed innumerabilia bona, hanc orationem, si ita, ut cupio, habeatur, parituram nobis confido. Porro quædam istius generis etiam sub antegressis imperatoribus usu venerunt. Non longe abiero ; meus proavus Michael imperator adhuc privatus, et Joanni Batatzæ imperatori subjectus, quod ab eo atrocius quiddam sibi paratum suspicaretur, ad Persarum principem sultanum confugit. Inde per legatum juramentum eum poposcit, quo testaretur, et fugam se illi condonare, et nihil in posterum gravius velle in ipsum statuere. Imperator legatum libenter audiit : et quanquam esset dominus, juramento, quod subditus petebat, se obstrinxit. Nec solus ille, verum ante illum complures alicujus emolumenti spe, subjectis juraverunt. Dic, amabo, per ipsam veritatem, si vel hoc tempore illi ipsi, quorum causa ego istuc juramentum exposco, timore periculi ad aliquem finitimorum barbarorum se conferrent, post mitterent, et adjurare imperatorem postularent, reversis nihil inflicturum mali; nunquid recusaturum censes? Equidem ego non censeo. Ergo quod te judice necessitas alioqui exprimeret, id in præsens multorum commodorum exspectatio impetret. **35** Ubi nepos conticuit, magnus logotheta dicta sua iterans, aliaque multa accumulans, omnique ratione postulatum inutile, nec fieri posse demonstrans : præterea se in ista re

A πολλῶν ἀγαθῶν ἐκ τούτου συμβησομένων. Ὁ δ' εὐθύς, Ἐγωγε, εἶπεν, ὡήθην, ὦ βασιλεῦ, τὴν ἐμὴν παρὰ σοῦ κλῆσιν πρός τι φέρειν τῶν ἀγαθῶν· ἐνόμιζον γὰρ ὡς ὑποπεπτωκότας τινὰς καὶ θεραπευτικοὺς λόγους δι' ἐμοῦ μηνύσεις τῷ βασιλεῖ, ἐξ ὧν ἠμερωτέραν ἀπεργάσῃ καὶ πραεῖαν αὐτοῦ τὴν ψυχήν. Τὸ δ' ἐναντίως ἔχει μᾶλλον ἢ αὐτὸς προσεδόκων. Ὅθεν οὐδ' αὐτὸς ἄγγελος εἶναι βουλήσομαι τοιούτων, οὐδ' εἰς ὀργὴν ἐξάψαι μᾶλλον διὰ τούτων τοὺς τοῦ βασιλέως θυμούς. Οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἀκοῇ παρειλήφαμεν ἄχρι καὶ νῦν τοὺς δεσπότας ὀμνύναι τοῖς δούλοις, τοὐναντίον δὲ μᾶλλον· ἢ εἰ τοῦτο γένοιτο, καὶ ὁ δεσπότης ὀφλήσει τοῖς ὑπηκόοις, ὅπερ ὀφλουσιν αὐτοὶ τοῖς δεσπόταις· ὅπερ ἀτοπίας οὐκ ἂν εἴη μακράν. Ἐγὼ δὲ καὶ ἀπορίᾳ δεινῇ συν-
B ἐχομαι, ἂν ὁ βασιλεὺς ἔρηται ὅπου χάριν πρός σε ἀφῖγμαι, τίνα ἂν ἀπολογίαν εὐπρόσωπον ἀποδοίην. Πρὸς ἐκεῖνον μὲν οὖν αἰτίαν τινὰ πλάσομαι τῆς ἀφίξεως, σοὶ δὲ παραινῶ καὶ προσέτι καὶ ἱκετεύω, μὴ κέτι μηδαμῶς περὶ τοιούτων λόγον κινεῖν. Συνορῶ γὰρ αὐτὸς, ὡς εἰς κακὸν ἀνήκεστον τελευτήσει, ἂν εἰς ἀκοὴν ἔλθῃ τῷ βασιλεῖ. Ἐμοὶ δὲ τοὐναντίον ἅπαν ἕπεισι καὶ νοεῖν καὶ λέγειν, ὁ νέος εἴρηκε βασιλεύς· οὐ γὰρ κακῶν αἰτίους τουτουσὶ τοὺς λόγους, ἀλλὰ μυρίων ἀγαθῶν, ἂν περ ὡς αὐτὸς ἀξιῶ γένηται, νομίζω. Ὅτι δὲ καὶ ἐπὶ τῶν πρότερων βασιλέων γεγένηται τοιαῦτά τινα, ἐγγύθεν παράσχωμαι τὴν
C ἀπόδειξιν. Ὁ γὰρ ἐμὸς πρόγονος ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ, ἔτι τὴν ἰδιωτικὴν στέργων τύχην, καὶ ὑπὸ χεῖρα τελῶν Ἰωάννῃ Βατάτζῃ τῷ βασιλεῖ, κίνδυνόν τινα ὑπονοήσας ἐς αὐτὸν ἥξειν ἐκ βασιλέως, πρὸς τὸν τῶν Περσῶν ἡγεμόνα Σουλτάν. Εἶτ' ἐκεῖθεν πρὸς τὸν βασιλέα πέμψας πρεσβείαν, ὅρκους ἀπῄτει τὸν βασιλέα, ὡς τοῦ τε δράσμοῦ συγγνώσεται, καὶ εἰς τοὔπιὸν οὐδὲν κατ' αὐτοῦ βουλεύσεται δυσχερές. Ὁ βασιλεὺς δὲ ἅσμενός τε προσεδέξατο τὴν πρεσβείαν, καὶ τοὺς ὅρκους ἐδίδου δεσπότης ὤν, ὥσπερ ὁ ὑπὸ χεῖρα τελῶν ἦξίου. Οὐκ αὐτὸς δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸ τούτου πολλοὶ ὠφελείᾳ ἕνεκά τινος ὁρωμόκεισαν τοῖς ὑπηκόοις. Πρὸς αὐτῆς δὲ τῆς ἀληθείας, εἴ γε καὶ νῦν αὐτοὶ οὗτοι περὶ ὧν ἐγὼ τοὺς ὅρκους ἀπαιτῶ, δείσαντες τὸν κίνδυνον, τινὶ προσχωρήσωσι τῶν παρακειμένων ἡμᾶς βαρβάρων, εἶτ' ἐκεῖθεν πέμψαντες ὅρκους ἀπαιτῶσι τὸν βασι-

Jacobi Pontani notæ.

(20) Gregoras Andronicum juniorem egressum, conjuratos circumstetisse ait, indignantes, et in eum vociferantes, ut qui sanctissimum jusjurandum violasset, ac fidem fregisset : *Quid enim, inquiebant, ad istius injuriæ magnitudinem accedere queat, cum tu per nos formidabilis, et invictus, omnia ex animi sententia facile confeceris, si nos jugulandos in orci faucibus deseruerit?* Tum de recusata legatione a Metochite hæc subjungit : *His et hujusmodi gestibus, et vocibus fractus, et pudefactus magnum Logothetam ad se venire jussit, ab eoque petiit, ut apud avum efficeret, ut suæ factioni jurejurando impunitatem daret. At ille ne audire quidem sustinens : Tu vero, inquit, non bene tecum actum esse putas, nec immortales Deo gratias agis, quod præter exspectationem ex orci faucibus ereptus, incolumis et salvus es? An ignoras te et mihi,* D *et liberis meis, quoad vixeris, magnam debere gratiam, quod consilium contra te initum averti meo interventu, quodque meo beneficio solem hunc intueris?* etc.

(21) Exemplis logothetam ita sentientem deinceps refellit nepos. Sed logotheta abutitur nomine servorum, et per contemptum socios Andronici junioris sic nominat : vere autem subditi erant senioris. Et nepotis exempla non de servis, sed de subditis sunt. Jure Romano dominus servo non jurat, nec servi dominis, quia nec persona servi ulla esse intelligitur jure civili, nec jurando quidquam agit, nisi quæ juret servus, eadem liber juret post manumissionem. Et hoc est quod jureconsulti aiunt, servum nullum jus habere. Subditos principibus, et principes subditis utiliter jurare, haud dubium est.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

λέα ὡς τε μὴ κακῶς παθεῖν αὖθις ἐπανελθόντες, οὐκ ἂν οἴει βουλήσεσθαι παρασχεῖν; Ἐμοὶ μὲν δοκεῖ. Ὁ τοίνυν ἐν ἑτέρῳ χρόνῳ γενήσεται, φαίης ἄν, δι' ἀνάγκην γενέσθω κἂν τῷ παρόντι διὰ τὰ συμβησόμενα ἐκ τούτου πολλὰ ἀγαθά. Ἐπὶ τούτοις λογοθέτης ὁ μέγας, τούς τε προτέρους λόγους ἀναλαβών, καὶ πλείονας ἑτέρους συνείρας, καὶ πανταχόθεν ἀλυσιτελῆ καὶ ἀδύνατον τὴν αἴτησιν ἀποδείξας, καὶ πρὸς τὸ γενέσθαι τοιούτων ἄγγελος παντελῶς ἀνανεύσας, ἀπῆλθεν (ἔφασκε δ' ἐν ὑστέροις χρόνοις εἰρήνης γενομένης ὁ πρεσβύτερος βασιλεὺς, ὡς εἰ περὶ τῶν ὅρκων αὐτῷ ἀπηγγέλθη, ὁμωμόκει τε ἄν, καὶ οὐδὲν ἐτολμήθη τῶν τετολμημένων, διὸ καὶ τὴν αἰτίαν ἅπασαν τοῦ πολέμου εἰς λογοθέτην ἀνετίθει τὸν μέγαν). Τοῖς φίλοις δ' εὐθὺς αὐτῷ παραγενομένοις, ἅ τε εἰρηκε καὶ ὧν ἔτυχε ἀποκρίσεων διηγησάμενος ὁ νέος βασιλεὺς, καὶ τέλος τοῦτο ἐπιφθεγξάμενος· Θεοῦ δὲ τίς ἔγνω βουλὴν τε νόον τέ; ἔτι μέχρι τινὸς ἐκέλευε τῇ μεγαλοψυχίᾳ προσκαρτερεῖν· Ἡ σήμερον γὰρ ἐκδιδάξει τι τῶν ἀγνοουμένων. Προθεσμία γὰρ οὖσα τῆς πρὸς τὸν βασιλέα τοῦ μεγάλου δομεστίκου ἀπολογίας, δι' αὐτῆς τῆς ἀπολογίας πρὸς τὸ τί χρὴ βουλεύεσθαι καὶ δρᾶν ὁδηγήσει. Οὗτοι μὲν οὖν τοιαῦτα βουλευσάμενοι διελέλυντο. Πρὸς δὲ τὸν μέγαν δομέστικον ὁ χθὲς ἄγγελος ἀφικνεῖται πρὸς βασιλέως, ἀπαιτῶν τὴν ἀπολογίαν· ἐποιήσατο δὲ τοιαύτην· Ἐμοὶ, κράτιστε βασιλεῦ, τῆς εὐμενείας τῆς σῆς πολλὰς ἔχοντι τὰς ἀποδείξεις, ὥσπερ ἔφην, ἔτι καὶ τὸ νῦν τοῦτο πλείους καὶ μείζους πείθει τὰς χάριτας ὁμολογεῖν· ἐπὶ πάσαις δὴ ταύταις καὶ ταύτης αἰτῶ τυχεῖν τῆς εὐεργεσίας, ἐλάττονος οὐδαμῶς ἐμοὶ τῶν ἄλλων νομιζομένης, τὸ μὴ πρὸς Πελοπόννησον ἀπελθεῖν· οὐκ ὄκνῳ εἴκων, ἢ τὴν ἀρχὴν ἧττω τῆς ἐμῆς ἀξίας νομίζων, ἀλλ' ὡς ἐκεῖ τοῦ ἐμοῦ πατρὸς τετελευτηκότος, οὐκ ἂν οἴσων τοῖς χωρίοις ἐκείνοις ἐνδιατρίβειν. Οἶσθα γὰρ αὐτὸς ἐμοῦ βέλτιον, ὦ βασιλεῦ, ὡς ἔτος ἓν ἐπὶ τοῖς εἴκοσι γεγενημένος τῆς ἡλικίας οὐμὸς πατὴρ, ὅτε παρὰ σοῦ πρὸς τὴν ἀρχὴν ἐξεπέμφθη Πελοποννήσου, ὀκτὼ τοὺς ἐφεξῆς ἐπὶ τούτοις ἐνδιατρίψας, τὸν βίον ἐτελεύτησεν ἐκεῖ. Οὗ δὴ χάριν καὶ πρὸς τὴν μνήμην μόνην ἀηδῶς διάκειμαι Πελοποννήσου· πολλὰ καὶ τῆς μητρὸς πολλάκις πρὸς ἐμὲ διειλεγμένης, ὡς οὐκ ἂν αὐτῇ γένοιτο καθ' ἡδονὴν ἐμὲ τῆς χώρας ἐκείνης, ἢ τοιούτου πατρὸς ἀπέδειξεν ὀρφανὸν, ἄρξαι. Διὰ ταῦτα συγγνώμης αἰτῶ τυχεῖν ἐκεῖ μὴ βουλόμενος ἀπελθεῖν. Τοῦτο δ' ἦν σκῆψις, οὐκ ἀληθὴς αἰτία τοῦ τὴν ἀρχὴν τῆς Πέλοπος διωθεῖσθαι. Τούτων ἀκούσας ὁ βασιλεὺς, καὶ πρᾴως εἰς αὐτὸν ἀποσκώψας ὡς οὐκ ἀνδρὸς συνετοῦ κεχρημένον λόγοις, οὐδ' ἀνδρᾶσι πρέποντα φόβον πεφοβημένον, διὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν τὸ χωρίον ὀρρωδοῦντα, διὰ τοῦ αὐτοῦ πάλιν

nuntium interponere prorsus abnuens, discessit. (Pace postmodum constituta, imperatorem avum autumasse ferunt, si de juramento intellexisset aliquid, juraturum fuisse, et ita tam audacibus facinoribus supersederi potuisse; hinc et totam belli culpam in magnum logothetam conjiciebat.) Mox junior amicis supervenientibus, quæ ipse dixerit, quæ logotheta responderit cum memorasset, et ad extremum adjecisset : Dei mentem consiliumque quis cognovit? uti adhuc paulisper tolerando viros se præstarent, eos est cohortatus : hodiernum quippe diem docturum, quod hucusque fuisset ignoratum. Nam cum magnus domesticus ad respondendum præstitutus sit, eum ipsâ responsione et consilli, et actionis ducem fore. Atque hi quidem [nepos, inquam, et amici], hoc deliberato a se invicem digressi sunt. Ad magnum vero domesticum hesternus nuntius revertens, responsum ad imperatoris jussa exegit. Respondit in hæc verba : Cum propensi ejus in se animi documenta complura habeat, ut ante fassus sit, insuper ista provinciæ delatione ad gratias uberiores agendas se compelli. Orare tamen, post omnia etiam istuc sinèret impetrari ab se beneficium, quod reliquis neutiquam inferius duceret, ut ne in Peloponnesum mitteretur : non quod ignaviæ succumberet, aut præfecturam hanc dignitati suæ imparem censeret, sed quod illis in locis versari nequeat, ubi patrem amiserit (22). Scire enim melius ipsum, quo pacto parens ejus, unum et viginti natus annos, ab eo Peloponneso præfectus, octo continuis ibidem consumptis, vitam reliquerit. Quo factum deinde, ut Peloponnesi memoriam nunquam sine dolore usurpet. Quin et matrem sæpe ac multum sibi dixisse, permoleste laturam, si ei regioni præesset, quæ ipsum tali patre orbasset. Huic igitur detrectationi suæ veniam daret. Sed enim hoc velamentum quoddam erat, non vera causa repudiandæ provinciæ. His intellectis imperator molliter hominem castigat, qui imprudenter locutus esset : quique timorem viro minime decorum concepisset, dum propter patris mortem illic obitam, a regione abhorreret; perque eumdem nuntium ei significat, **56** consultius facturum fuisse, si non repugnanter mandatis statim paruisset. Quia vero excusationem de Peloponneso non quidem necessariam prætexeret, sed tamen prætexeret, se illum eo munere liberatum velle : in Thessaliam autem jubere proficisci, quæ vicinorum Catalanorum incursionibus afflictata (23), exercitati, ac prudentis alicujus ducis auxilio indigeat. Suscepit magnus domesticus provinciam, cum quod opponeret, non haberet. Cæterum ut inopinatum ali

Jacobi Pontani notæ.

(22) **Mirum tam levem recusationis, et detrectatæ provinciæ causam ab homine prudente afferri. Sed idoneam bonus vir non reperiebat. Certum est tamen nos illa loca natura horrere, aversarique, in quibus nos, nostrive damno aliquo majore multati sunt** : multo magis, si etiam ibi aut interfecti, aut morbo consumpti.

(23) De origine et nomine Catalanorum, vide quid scribat initio libri quinti *Historiæ Genuensis* Petrus Bizarus. Malo autem cum multis Catalani, quam cum Græco *Catelani*: prima, inquam, vocali, quam secunda.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quod lucrum imperatoris verba arripiens, dicentis Catalanos incursare Thessaliam, ideo se egere non parva copia vicissim significat, si eo, quemadmodum imperetur, discedendum sit. Oportere autem, quæ sibi consideranti tum ad hostes propulsandos, tum ad munus suum tuto fungendum requisita viderentur rogantem, ab imperatore consequi : sic secum ratiocinans, eum aut propter difficultatem petitionis deficiente consilio, missionem istanc missam facturum : aut, quod proximum esset, dum tempus longius in apparatu consumitur, interea junioris imperatoris conveniendi, et rebus nimiopere fessis quid agendum sit, cum eo deliberandi facultatem fore. Jussus petere quæ animus hortaretur, per litteras exercitum justum, ac valentem, et pecuniæ in alimenta militum, quod satis sit, petit ; hæc enim esse, quibus indigeat. Utrique annuit imperator, et ut quamprimum omnia conficiantur, mandat. Cumque illum ad profectionem urgeret adeo, ut respirare non sineret, magnus domesticus post diem quintum se profecturum recepit (qui dies erat secundus magnæ, quæ dicitur, hebdomadis [24]) : eo imperator contentus siluit. Eadem luce protostrator quoque Prillapum ire, et præfecturam iterum capessere jubetur. Qui obtemperaturum se pollicitus, et quo die proficisci cogitaret interrogatus, sextum ejus hebdomadis nominavit. Ac cum seniore quidem imperatore sic egerunt.

A ἀντιμηνύει, ὡς Ἦν μὲν ἂν βέλτιον μηδὲν ἀντιλέγοντα, τὸ προσταττόμενον εὐθὺς ἐκπληροῦν. Ἐπεὶ δ' ἔστι σοί τις πρόφασις ἐν τῇ Πελοποννήσῳ, οὐκ ἀναγκαία μέν, ἔστι δ' οὖν ὅμως, ἐκείνης μὲν ἀφεῖθης τῆς λειτουργίας, πρὸς Θετταλίαν δὲ ἀπελθεῖν ἐπιτάττω, καὶ ταύτης ἐπιτροπεῦσαι, τῶν προσοίκων Κατελάνων ἐπικειμένων αὐτῇ καὶ δεινῶς πιεζόντων, καὶ διὰ τοῦτο δεομένην ἐπικουρίας, καὶ δεινοῦ καὶ σώφρονος στρατηγοῦ. Ἐπὶ τούτοις ὁ μέγας δομέστικος οὐδὲν ἀντιλέγειν ἔχων, ὑπεδέξατο μὲν δῆθεν τὴν ἐγχειριζομένην ἀρχήν· πλὴν ὡς ἑρμαίου τινὸς λαβόμενος τοῦ λόγου τοῦ βασιλέως, ὅτι δὴ παρὰ Κατελάνων ἡ Θετταλῶν πιέζοιτο, καὶ διὰ τοῦτο συχνῆς πρὸς ἐπικουρίαν δεῖται χειρός· πάλιν ἀντεμήνυσεν ὡς πρὸς Θετταλίαν μὲν ἀπελεύσεται καθὰ
B προσετάχθη, δέον δὲ σκεψάμενον ἃ λυσιτελεῖν νομίζοι καὶ πρὸς ἄμυναν τῶν πολεμίων, καὶ πρὸς ἀσφάλειαν τῆς ἀρχῆς ταῦτ' αἰτήσαντα παρὰ βασιλέως λαβεῖν· τοῦτο θέμενος ἐπὶ νοῦν, ὡς ἡ πρὸς τὴν δυσχέρειαν τῶν ζητημάτων ἰλιγγιάσας ὁ βασιλεὺς, ἀφέξεται τοῦ πέμπειν ἐκεῖσε, ἢ τό γε δεύτερον, πολλοῦ πρὸς τὴν παρασκευὴν τριβομένου χρόνου, ἐξέσται καὶ βασιλεῖ συντυχεῖν τῷ νέῳ, καὶ περὶ τοῦ τί χρὴ πράττειν συνδιασκέψασθαι, οὕτως εἰς στενὸν κομιδῇ τῶν πραγμάτων συνωθούντων. Τοῦ πρεσβυτέρου δὲ βασιλέως ἃ βούλοιτο αἰτεῖν κελεύσαντος, καὶ τοῦ μεγάλου δομεστίκου διὰ γραμμάτων ὧν δέοιτο δηλώσαντος βασιλεῖ (ταῦτα δ' ἦν, ἀξιόμαχός τε στρατιὰ, καὶ χρήματα εἰς τροφὴν ἀρκέσοντα τοῖς στρατιώταις), πρὸς οὐδὲ ἓν τῶν ζητημάτων ἀνένευεν ὁ βασιλεὺς, ἀλλ' εὐθὺς ἐκέλευε πάντα πρὸς πέρας ἀγαγεῖν. Ἐπιταχύνοντος δὲ τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ τὴν ἔξοδον βασιλέως καὶ οὐδ' ἀναπνεῖν ἀνιέντος, ὁ μὲν μετὰ πέμπτην ἡμέραν ὑπέσχετο ἐξελθεῖν (ἦν δ' αὕτη δευτέρα τῆς παρ' ἡμῖν μεγάλης ἑβδομάδος ὠνομασμένης), βασιλεὺς δὲ ἡσύχασεν ἀρκεσθείς. Τῆς αὐτῆς δὲ ἡμέρας, καὶ πρὸς πρωτοστράτορα παρὰ βασιλέως ἀφῖκτο πρόσταγμα πρὸς τὴν ἐπαρχίαν Πριλλάπου, ἧς καὶ πρότερον ἦρχε, πάλιν ἐπιτροπεύοντα ἀπελθεῖν. Ὁ δὲ, τὸ ἐπίταγμα τοῦ βασιλέως ἐπαγγειλάμενος ἐκπληρώσειν, καὶ προθεσμίαν αἰτηθεὶς τῆς ἐξόδου, τῆς αὐτῆς μεγάλης ἑβδομάδος ἐπηγγείλατο τὴν ἕκτην. Πρὸς μὲν δὴ τὸν πρεσβύτερον τῶν βασιλέων τοιαῦτα εἰπόν τε καὶ ἐπηγγείλαντο.

57 CAPUT XVIII.

Cunctatur Byzantio exire magnus domesticus, et ad urbem postea manens, pecuniam et militem exspectat. Protostrator quoque discedere cogitur. Libellus ad lectulum junioris imperatoris inventus. Ejusdem ex urbe egressus; Adrianopolin faustus ingressus. Mandat duci suo senior, fugitores insectatus, nepotem vinctum adducat. Ille vanam fore persecutionem docet.

Cum juniore autem verba miscentes, quæque accidissent commemorantes, comparatis necessariis, Byzantio excedere decreverunt. Monent item per litteras Syrgiannem, uti cum suo agmine die Paschæ, quo die egredi pepigerant, paratus prope Byzantium adsit. Ad egrediendum igitur sese instruebant. Postquam alter dies magnæ hebdomadis illuxit, quo magnus domesticus exiturum sese spoponderat, acrius promissa reposcunt, quos huic curæ imperator præposuerat. Ille commentitiis quibusdam causis exitum differre. Sequenti luce uti moras tollat, et exeat, imperatur. Respondet,

C Εἰς ταὐτὸν δὲ συνελθόντες τῷ νέῳ, καὶ πάντα διηγησάμενοι τὰ συμπεσόντα, οὐκέτι μένειν ἐδόκει, ἀλλὰ παρασκευασαμένους ἐξελθεῖν Βυζαντίου. Γράφουσι δὴ καὶ Συργιάννῃ παρασκευασάμενον ἅμα τῇ ὑπ' αὐτὸν στρατιᾷ, τῇ ἑορτῇ τοῦ Πάσχα ἐγγὺς εὑρεθῆναι διατρίβοντα Βυζαντίου (τότε γὰρ καὶ αὐτοῖς ἐδέδοκτο ἐξελθεῖν)· οὗτοι μὲν οὖν παρεσκευάζοντο πρὸς τὴν ἔξοδον. Τῆς μεγάλης δὲ ἑβδομάδος καταλαβούσης δευτέρας, καθ' ἣν ὁ μέγας δομέστικος τῆς πόλεως ἐπηγγείλατο ἐξελθεῖν, ἠναγκάζετο μὲν παρὰ τῶν εἰς τοῦτο τεταγμένων τὴν ὑπόσχεσιν ἐκπληροῦν· ὁ δ' αἰτίας τινὰς πλασάμενος, τὴν ἔξοδον ἀνεβάλλετο·

Jacobi Pontani notæ.

(24) Magna, propter magna mysteria, quæ per dies illos nobis in memoriam cantibus, et cæremoniis sacratissimis rediguntur : cruciatus videlicet, ac mors Domini nostri Jesu Christi, quibus humanum genus expiatum est. Alexander monachus, oratione de inventione sanctæ Crucis, τὴν τοῦ σωτηρίου πάθους ἑβδομάδα nominat.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τῇ δ' ἐπιοῦσῃ μηνύεται παρὰ βασιλέως ὡς τάχιστα ἐξελθεῖν. Ὁ δ' ἀπεκρίνατο μὴ πρότερον δύνασθαι, πρὶν ἂν τὰ χρήματα δοθῇ πρὸς αὐτὸν, οἷς ἂν πρός τε τὸ μισθοφορικὸν χρήσηται τῆς στρατιᾶς, καὶ πρὸς τὰς τῶν πολιχνίων τῶν ἐν Θετταλίᾳ φρουράς. Εἰ γὰρ τοῦτο γένοιτο, μηδεμίαν ἀναβολὴν ἔτ' εἶναι πρὸς τὸ τειχῶν ἔξω τῶν Βυζαντίων εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ὀφθῆναι. Τὰ μὲν οὖν χρήματα βασιλέως προστάξαντος, αὐθημερὸν παρέσχον οἱ τῶν βασιλικῶν χρημάτων ταμίαι, μυριάδας ὄντα χρυσίου πέντε· ἃ καὶ παραλαβόντες οἱ τοῦ μεγάλου δομεστίκου ταμίαι, πάλιν εἶσαν πρὸς τῷ βασιλικῷ ταμείῳ φρουρεῖσθαι (οὕτω προστεταγμένον αὐτοῖς παρὰ τοῦ δεσπότου), προσθέντες αἰτίαν τῆς καταλείψεως, ὡς ἓν τῶν ξυστρατεύειν τάγμα τῷ μεγάλῳ προστεταγμένων δομεστίκῳ ἐκ στρατιᾶς ἑτέρας ἐπανῆκον ἄρτι, καὶ δεόμενον μικρὰ ταῖς οἰκίαις προσδιατρίψαι, ἐπεὶ πολλὰ καταναγκάσας ὁ στρατηγὸς οὐκ ἠδυνήθη τῶν οἰκιῶν ἐξελάσαι ἄλλον ἄλλοσε διαδιδράσκοντας, συνεχώρησε καὶ ἄκων τὴν τοῦ Πάσχα ἑορτὴν οἴκοι διατρίψαντας, μετ' αὐτὴν εὐθὺς ἔχεσθαι τῆς ὁδοῦ· οὓς δεῖ καὶ τὰ χρήματα μεθ' ἑαυτῶν ἔχοντας, πρὸς τὸν στρατηγὸν ἀφικέσθαι. Τὸ δ' ἦν πρόφασις πεπλασμένη· κατελέλειπτο δὲ τὰ χρήματα, ἅμα μὲν ὅπως εἴη πρόφασις εὔπρεπὴς τοῦ περὶ τὸ Βυζάντιον διατρίβειν (διέτριψε γὰρ μετὰ τὴν ἔξοδον ἡμέρας πέντε περὶ αὐτὸ), τὴν τοῦ νέου βασιλέως ἄφιξιν ἐκδεχόμενος, ἅμα δὲ καὶ ἀγεννὲς καὶ μηδαμῶς αὐτῷ προσῆκον χρημάτων ἡσσῆσθαι δοκεῖν, νομίζων ὡς ἀπάτῃ καὶ κλοπῇ σχεδὸν ἀφαιρούμενος βασιλέως· ὃ μάλιστα αὐτῷ πρὸς τὴν εὔκλειαν καὶ τὴν εὐδοξίαν τὸν εἰσέπειτα χρόνον πάντα οὐκ ὀλίγα λυμανεῖσθαι ᾤετο. Ὁ δὴ καὶ πολλοῖς τῶν περὶ χρήματα ἠττημένων ἔδοξεν ὑπερφυὲς, τὸ τοσούτων χρημάτων, καὶ οὕτως ἐν ἐπικαίρῳ τῆς χρείας ῥᾳδίως ὡς οὐδενῶν καταφρονῆσαι, ἐξὸν, εἴπερ ἐβούλετο, σὺν ῥᾳστώνῃ πάσῃ λαβεῖν. Ὁ μὲν οὖν μέγας δομέστικος τῇ τετάρτῃ τῆς μεγάλης ἑβδομάδος ἐξῆλθε τῆς Κωνσταντίνου, καὶ διέτριβε περὶ αὐτὴν, τοὺς στρατιώτας ἐκδεχόμενος καὶ τὰ χρήματα δῆθεν. Κατὰ δὲ τὴν ἕκτην τῆς αὐτῆς καὶ ὁ πρωτοστράτωρ ἠνάγκαστο ἐξιέναι· οὐ μὴν ἐξῆλθεν· ἀλλὰ τό τε ἀπαράσκευον αἰτιώμενος, καὶ ἄλλας τινὰς αἰτίας συνείρων, ἐπηγγείλατο μετὰ τρίτην ἡμέραν καὶ αὐτὸς ἐξελθεῖν. Τῇ δ' αὐτῇ τῆς μεγάλης ἑβδομάδος ἕκτῃ, εὕρητο πρὸς τῇ κλίνῃ βασιλέως τοῦ νέου βιβλίον, τάδε ἔχον γεγραμμένα· Ὡς μὲν γράψας ὁποῖος ἂν εἴη τις, ἢ ὅ τι ὀνομάζοιτο, οὐκ ἂν μάθοις ἐν τῷ παρόντι· λέγω μέντοι πρὸς ἀλήθειαν, ὡς σήμερον ἐκπληροῦται τὸ εἰρημένον τὸ, « Ἐλήλυθεν ἡ ὥρα ἵνα σκορπισθῆτε ἕκαστος, καὶ ἐμὲ μόνον ἀφῆτε· » συνετὸς δ' ὤν, οὐκ ἀγνοήσεις τὰ λεγόμενα δήπου. Ὁ μὲν οὖν ἐνόει τὸ γράμμα, τοῦτ' ἦν ὅπερ καὶ αὐτὸς ἐστοχάζετο βασιλεὺς, ὡς ὁ τῶν περὶ αὐτῶν διασκεδασμὸς, οὐδενὸς ἑτέρου χάριν, ἢ ὅπως αὐτὸς γένηται εὐεπιχείρητος, εἴη. Τὸν μέντοι γε-

A non ante id posse, quam pecunia sibi in stipendia mercenariorum ac præsidiariorum per oppida Thessaliæ præstetur. Id si fiat, citra tergiversationem postridie extra mœnia se appariturum. Pecuniam eo ipso die jussu imperatoris, quinquaginta nummum aureorum millia quæstores numerant. Quam summam accipientes magni domestici quæstores, rursum ærario imperatoris asservandam, domino ita præcipiente, relinquunt, rationem facti hanc afferentes, unam earum cohortium, quæ cum magno domestico militatum abire deberent, ex alia expeditione recens reversam orasse, ut sibi pauxillo tempore domi hærere concedatur. Eam quamvis duce impensius urgente, non potuisse domiciliis suis, aliis alias latebras quærentibus, et B se occultantibus, expelli. Unde invitum etiam eis dedisse, ut diem Paschæ domi consumentes, postero lumine confestim egrederentur, et in viam se darent; quos necesse esset, numerato sibi stipendio, ad ducem pervenire. Sed istuc merum commentum erat. Ideo namque pecuniam reliquerat, ut et apud Byzantium temporis ducendi honesta esset occasio (trivit autem illic dies quinos post egressum, imperatorem juniorem præstolans); et quia haud liberale, sibique penitus indecorum existimabat, videri captum pecunia, quam ab imperatore sene fallacia, et furto propemodum averteret, quod gloriæ, celebritatique 58 suæ fœdam, ac sempiternam labem aspergeret. Id multis quódque C pecuniæ servientibus supra modum admirabile fuit, tam ingentem ejus vim, et ad usum præsentem adeo opportunam (quam, si voluisset, habere facillime poterat) perinde ac si nulla esset contemnere. Magnus itaque domesticus quarto die magnæ hebdomadis Constantinopoli excedens, ad urbem mansit, milites videlicet, et pecuniam exspectans. Die sexto [seu Parasceves], etiam protostrator exire compellebatur: quanquam non exivit, sed tum imparatum se, tum alia quædam impedimenta causatus, se item post diem tertium exiturum confirmavit. Cæterum die illo sexto, propter lectum junioris imperatoris libellus inventus est, conscriptus his verbis: Qui sim, aut quis vocer qui hoc exaravi, non cognosces modo. Dico autem D vere, hodie impleri illud: *Venit hora, ut dispergamini unusquisque, et me solum relinquatis* [1], ni stultus sis, assequeris utique quid dicatur. Ejus scripti sententia hæc erat, quam et nepos ipse conjiciebat: amicorum suorum dispersionem non alius gratia fieri, quam ut ipse commodius invadi opprimique posset. Auctorem scripturæ hujus postmodum in pace quoque diu indagatum non invenit: interea mortem obiisse creditus est. Et hæc quidem ejusmodi fuerunt. Eodem vere XII (25) Kalendas Maias indictione quarta anni sexies millesimi

[1] Joan. XVI, 32.

Jacobi Pontani notæ.

(25) De indictionibus qui volet, legat Covarruviam *Variarum resolutionum* lib. I, cap. 10, num. 6 et 7.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

octingentesimi vicesimi noni (26), post noctis medium, sole iam ad apportandum diem novæ hebdomadis secundum (27) surgere parante, porta, quæ ad Gyrolimnen appellatur, reserata (28), tanquam ad venatum junior imperator excessit, paucis quibusdam famulis, canibus item, et avibus venatricibus comitatus. Quod quia factitabat quoties placuisset, nemo ejus fugam sensit, nec quidquam tumultus inde natum est. Majorem porro ministrorum, amicorumque partem cum impedimentis pridie per omnes portas urbis sparsim exire, et in loco a se definito collectam exspectare jussit (29). Quo cum venisset, juncti omnes, protostratore etiam præsente, viam Adrianopolin carpebant. Ad Nigrum [Melanem] autem flumen (30), quod vocatur, appropinquans, juxtaque magnos equorum greges late campum tondentes reperiens (ii erant partim militum Constantinopoli degentium, partim optimatum ac magistratuum), nihil injuriarum inferre voluit, vetuitque comites novum aliquid **59** moliri, et pastores equarios hortatus est, armenta in urbem agerent, ne forte a tumultuantibus diriperentur. Deinde magno domestico, et Syrgianne quoque conventis, quantum poterant, iter pergere maturabant : ac secundum meridiem diei sequentis Adrianopolin intrantes, ab incolis adventum hunc velut Dei cujuspiam faustum sibi interpretantibus (31), jucunde accepti sunt. Avus nepotis fuga audita consternatus aliquandiu, ut primum lux, menti reddita est, parvique rem negotii judicavit, eum captivum ducere (quandoquidem totum sub se imperium, et exercitum haberet) quemdam de proceribus suis Manuelem Tagarin magnum stratopedarcham, vili et obscuro genere ortum, seu strenuitate et audacia militari a semetipso ad summam gloriam provectum (nam Philadelphiæ Lydorum (32) contra Persas multa præclaræ virtu-

A γραφότα καὶ ὕστερον ἐν τοῖς τῆς εἰρήνης καιροῖς πολλὰ ζητήσας ὁ βασιλεὺς, οὐκ ἔσχεν εὑρεῖν· ἐνομίσθη δ' ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ ἀποθανεῖν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὧδέ πη ἔσχεν. Τοῦ δ' αὐτοῦ ἦρος, ἐννάτην ἄγοντος Ἀπριλλίου πρὸς ταῖς δέκα, Ἰνδίκτου τετάρτης τοῦ ἐννάτου καὶ εἰκοστοῦ πρὸς τοῖς ὀκτακοσίοις καὶ ἑξακισχιλίοις ἔτους, μετὰ μέσας νύκτας τοῦ πρὸς τὴν δευτέραν τῆς νέας ἑβδομάδος ἀνίσχοντος ἡλίου, τὰς πρὸς τὴν Γυρολίμνην λεγομένας ὑπανοίξας πύλας, ὡς πρὸς θήραν δῆθεν ὁ νέος ἐξῆλθε βασιλεὺς, ὀλίγους τινὰς τῶν οἰκετῶν ἐπαγόμενος, κύνας τε καὶ ὄρνεις ἠσκημένους θηρᾶν. Ἦν δ' ἐξ ἔθους αὐτῷ τοῦτο ποιεῖν ὅτε βούλοιτο, καὶ διὰ τοῦτ' αἴσθησιν οὐδεμίαν οὐδὲ ταραχὴν ὁ δρασμὸς παρεῖχε.

B Τοὺς δέ γε πλείους τῶν οἰκετῶν ταὶ τῶν φίλων αὐταῖς σκευαῖς τῇ πρὸ τῆς δευτέρας διεσκεδασμένους κατὰ πάσας τὰς τῆς πόλεως πύλας ἐκέλευσεν ἐξιὸντας, ἐν ὡρισμένῳ τινὶ χωρίῳ συναθροιζομένους περιμένειν. Οὗ δὴ καὶ γενόμενος, καὶ τοῖς οἰκείοις συμμίξας, τῆς εἰς τὴν Ἀδριανοῦ πόλιν φερούσης εἵχετο, συνόντος καὶ πρωτοστράτορος. Γενόμενος δὲ πρὸς τὸν Μέλανα καλούμενον ποταμὸν καὶ ἵππων πολλῶν ἀγέλας παρ' αὐτῷ νεμομένας εὑρὼν (ἦσαν δ' ἵπποι τῆς ἱδρυμένης ἐν Βυζαντίῳ στρατιᾶς, καὶ τῶν ἄλλων συγκλητικῶν καὶ πολιτικῶν), οὐδὲν ἠθέλησεν ἀδικῆσαι· ἀλλὰ τοῖς τε συνεπομένοις ἀπεῖπε νεωτερίζειν μηδὲν, καὶ τοῖς ἱπποφορβοῖς ἐκέλευσε τοὺς ἵππους λαβόντας πρὸς τὴν πόλιν χωρεῖν, μὴ ταραχῆς τινος γενομένης διαρπασθῶσιν. Ἐφεξῆς

C δὲ συνελθὼν καὶ τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ καὶ Συργιάννῃ, ὡς εἶχον ἤνυον τὴν ὁδόν· καὶ μετὰ μέσην τῆς μετὰ τὴν δευτέραν ἡμέρας, εἰς τὴν Ἀδριανοῦ φθάσαντες εἰσεληλύθασιν, ἡδέως ὑποδεξαμένων τῶν οἰκούντων τὴν πόλιν, καὶ τῶν κρειττόνων τινὸς τὴν βασιλέως οἰηθέντων ἐπιδημίαν. Ὁ μέντοι πρεσβύτερος βασιλεὺς τὸν τοῦ ἐγγόνου δρασμὸν γνωρίσας, διασέσεισto μὲν ἐπ' ὀλίγον τοὺς λογισμοὺς, εἶτ'

Jacobi Pontani notæ.

(26) Cœptum hoc bellum ab egressu Constantinopoli Andronici junioris, qui fuit, ut nos annos a Christo nato numeramus, 1321. Quo eodem obierat Michael ejus pater, quamvis Octobri mense obierit; Græci enim annum suum a Septembri inchoabant. Finitum 1327.

(27) Νέαν ἑβδομάδα noster vocat, quam quidam ἑβδομάδα διακαινισίμου, *hebdomadam renovationis*, id est, hebdomadem paschalem, qua Resurrectionis Domini memoriam colimus. Nam Christo in vitam redeunte, renovata et instaurata sunt omnia, ut canit Venantius in carmine de Pascha. In quo declarata rerum renascentium varietate Christo a mortuis resuscitato, addit.

Ecce renascentis testatur gratia mundi,
Omnia cum domino dona redisse suo.

(28) *Dum illustris resurrectionis dies illuxisset*, ait Gregoras, *vesperique decreta exsequenda essent, de more petiit, et accepit claves Gyrolimniæ portæ : hoc enim propter matutinam venationem facere consueverat. Igitur sub mediam noctem, cunctis dormientibus, cum omnibus conjuratis egressus, postridie in Syrgiannis, et Cantacuzeni castra pervenit. Illi enim cum illustri apparatu fugam illius Adrianopolim præstolabantur.*

(29) Quasi illud Æneæ diceret, II *Æneid.* :

Vos famuli, quæ dicam, animis advertite vestris,
Est urbe egressis tumulus, templumque vetustum
Desertæ Cereris : juxtaque antiqua cupressus,
Hanc ex diverso sedem veniemus in unam.

(30) Μέλας ποταμὸς appellabatur, propter aquam forsan nigricantem. Gregoræ interpres reddit, D *Maurum flumen;* nam recentibus Græcis μαῦρον est nigrum. Sic pontum Euxinum μαυροθάλασσαν vocant, propter tempestates fœdas, et nimbos, eosque subitos, quibus cœlum serenum ac placidum tenebris repente nigrescit : nam aqua est limpidissima; de fluvio autem eadem appellationis causa afferri non potest.

(31) Vocem hanc κρείττων, de Deo dictam, ex Platonis Sophista. Plutarchi Pyrrho, item ex Heliodoro ostendit *Thesaurus Græcæ linguæ;* creditur que hoc loquendi genus explicari isto Xenophontis loco, Pædiæ VIII, κρείττων τις ἢ κατ' ἄνθρωπον, *homine major, augustior*, etc.

(32) Eam obsederat Orchanes II, Turcarum imperator, cui postea Cantacuzenus filiam suam in conjugem dedit. Egregiam ibi operam navarunt Catelani, et Theoleptus episcopus. Meminit Gregoras lib. VII, et Chalcocondylas lib. I; multis autem post annis capta est a Bajazete, Orchanis nepote, V imper.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀναλαβὼν ἑαυτὸν, καὶ οὐ μέγα ἔργον ἡγησάμενος τὸ τὸν ἔγγονον χειρώσασθαι, ἅτε καὶ στρατιᾶς καὶ τῆς ἀρχῆς ἁπάσης ὑπ' αὐτῷ οὔσης, ἕνα τῶν συγκλητικῶν Μανουὴλ Τάγαριν τὸν μέγαν στρατοπεδάρχην, γένους μὲν ὠρμημένον ἐκ φαύλου καὶ ἀφανοῦς, ἀνδρίᾳ δὲ καὶ τόλμῃ τῇ περὶ τὰς μάχας ἐπὶ πλεῖστον δόξης αὐτὸν ἀφ' ἑαυτοῦ προελθόντα (ἐν γὰρ Φιλαδελφείᾳ τῇ κατὰ Λυδίαν πολλὰ καὶ χειρὸς καὶ τόλμης καὶ στρατηγικῆς ἐμπειρίας κατὰ Περσῶν ἐνεδείξατο ἔργα, ὡς ἐκ τούτων θαυμασθέντα καὶ γάμου τυχεῖν ἐπιφανοῦς· τῇ γὰρ ἀνεψιᾷ συνέζευκτο βασιλέως Θεοδώρᾳ τῇ Ἀσανίνῃ), τοῦτον δὴ μεταπαλεσάμενος ὁ βασιλεὺς, Ὁ ἐμὸς ἔγγονος, ἔφη, νυκτὸς ᾠχετο ἀποδρὰς τῆς πόλεως ταυτησίν. Ὅπου μὲν οὖν ἂν διατρίβῃ, οὐκ ἔστιν εἰδέναι σαφῶς. Τοῦτο δὲ πέπεισμαι ἀκριβῶς, ὡς ὀλίγων ἀχθήσεται δεσμώτης ἡμερῶν εἴσω. Τὸ δὲ νῦν ἔχον αὐτὸς ἀναλαβὼν στρατιὰν ὅσην οἴει πρὸς τὸ ἔργον ἀρκέσειν, ἐπιστράτευσον αὐτοῖς καταπόδας· κἂν μόνον ἐγγένηται συντυχεῖν, οὐδὲν λοιπὸν ἢ δοριαλώτους ὑποστρέψαι λαβόντα πάντας· ἐκείνοις γὰρ οὐχ ὅτι ἀμύνασθαι, ἀλλ' οὐδ' ἀντιβλέψαι ἂν ποτε παρασταίη. Ὁ Τάγαρις μέντοι συνετὸς ὢν καὶ πρὸς μάχας ἐξησκημένος, Σοὶ μὲν, ὦ κράτιστε βασιλεῦ, ἔφη, τῶν ὀλίγου πόνου δεομένων ἔργων εἶναι δοκεῖ τὸ τὸν σὸν ἔγγονον ἀχθῆναι συλληφθέντα δεσμώτην· ἐμοὶ δὲ τοὐναντίον ἅπαν· βούλομαι δὴ ἐμὲ ψεύσασθαι καὶ μὴ σὲ τῆς ἐλπίδος, ὦ βασιλεῦ. Τοῦτο μὲν οὖν ὁποῖον ἂν ποτε ἀποβαίη, αὐτό φασι δείξει. Ἐπεὶ δ' ἐπέταξας στρατιὰν ἀναλαβόντα καταδιώκειν αὐτούς, ὡς ἂν ἐγγένηται συντυχεῖν, οὐ μόνον οὐκ ἀμυνουμένων, ἀλλ' οὐδ' ἀντιβλέψαι τολμησόντων, ὡς ἔχω καὶ περὶ τούτων γνώμης, ἐρῶ. Τὸν ἀριθμὸν τῆς παρούσης ἐνταυθοῖ στρατιᾶς, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὴν ἐμπειρίαν καὶ τόλμαν ὁ σὸς ἔγγονος καὶ οἱ περὶ αὐτὸν σαφῶς εἰδότες, οὐκ ἂν ἐτόλμησαν τραπέσθαι πρὸς τὴν φυγὴν, εἰ μὴ πρότερον ἐπ' ἄκροις δόρασιν ἐξαρτήσαντες τὴν ζωὴν, οὕτω παρέθηξαν ἑαυτοὺς, ὡς πᾶσιν οἷ ἂν ἐπίωσιν ἀμυνούμενοι μέχρι τοῦ πεσεῖν. Ἴσασι γὰρ σαφῶς ὡς ἂν ἁλῶσιν, ἥκιστα τοῦ ἀποθανεῖν πείσονται μετριώτερα. Διόπερ ὡς τεθνηξόμενοι μαχοῦνται καὶ ὑπὲρ δύναμιν ἀφειδοῦντες ἑαυτῶν. Θανατῶσιν οὖν ἀνθρώποις ἐξ ἴσου τοῦ ἀριθμοῦ συμπλέκεσθαί τινα, οὐδὲ πόῤῥω μανίας δόξειεν ἄν. Ἐπὶ γὰρ τῶν τοιούτων τοὺς ἀντιτεταγμένους καὶ τῷ πλήθει πολλῷ τῷ μέτρῳ χρεὼν ὑπερέχειν, καὶ ταῖς προθυμίαις ἴσους εἶναι· ἃ δὴ καὶ ἀμφότερα ἡμῖν ἐν ἀμφιβόλῳ κεῖται. Τῶν τε γὰρ συνόντων αὐτοῖς οὐκ ἴσμεν τὸ πλῆθος, καὶ τῶν ὑφ' ἡμῖν τεταγμένων,

tis, et imperatoriæ cujusdam peritiæ facinora ediderat, et ob admirationem inde partam, uxorem illustri loco progenitam Theodoram Asaninen imperatoris consobrinam acceperat); hunc, inquam, Manuelem accersens: Meus nepos, ait, præterita nocte aufugit. Ubi moretur, pro certo haud scio. Hoc quidem mihi exploratissimum est, intra paucos dies in vinculis ad me adductum iri (33). Nunc adjunctis tibi militibus, quot sufficere putabis, fugitores per vestigia insequere. In quas simul incideris, nihil erit quod agas amplius, quam ut captis omnibus domum revertare: quippe quibus non solum se defendere, sed vos contra aspicere nunquam in mentem veniet. At enim Tagaris homo prudens, et bellator minime rudis: tibi quidem, imperator optime, inquit, minime negotiosum videtur, nepotem comprehendere, vinctumque adducere: ego vero diversum plane sentio: tametsi eupio sane, me opinione potius aberrare, quam spem tuam decipi. Sed hujus consilii eventum res ipsa docebit (34). Quoniam autem mandasti, ut delecta manu eos persequerer: nam si eos assequar, nec resistere, nec nos aspicere ausuros; etiam in hoc quid mei judicii sit, eloquar. Quantæ hic nobis copiæ, quam exercitatæ et animosæ sint, nepos tuus, et amici ejus luculenter scientes, non se in fugam tradidissent, ni prius vita in hastarum mucronibus suspensa (35), adeo semetipsos exacuissent, ut adversus quorumlibet impressionem usque ad mortem præliaturi sint. Norunt enim perbene, si in potestatem venerint, **60** nihilo se mitiora ipsa morte perpessuros. Quamobrem animarum suarum prodigi, et tanquam morituri, supra vires etiam pugnabunt. Cum hominibus igitur vitæ aleam subeuntibus æqua manu pugnam conserere, parum distat ab insania: multo siquidem majore numero, parique alacritate in eos pugnandum est: quæ ambo nobis in incerto sunt. Nam quanta se ad illos multitudo aggregaverit, ignoramus: et nostrorum militum animi in te, an in illum propendeant, incompertum habemus. Præterea cum illi sub gallicinium sese extulerint (id quod portarum custodes retulerunt), nos autem insequendo usque ad conticinium insistere non possimus, ipsis securis nos captabimus quæ capere nequibimus: et horum alterum continget, ut aut eos non assecuti domum frustra redeamus (quod ipsum nos inferiores arguet), aut si eos adepti adoriamur, certamine victi concidamus. His ego de causis non in

Jacobi Pontani notæ

(33) Gregoras tradit, ante fugam voluisse eum capere, et consilium Gerasimo patriarchæ aperuisse. Quod ille ad nepotem deferens, fugæ accelerandæ auctor ei fuerit.

(34) Proverbii speciem habet, αὐτὸ δείξει, quod indicat verbum φασὶ, aiunt.

(35) Summum conatum, et desperationem pugnantium hæc, ut videtur, parœmia declarat; quando nimirum dici potest:

Una salus victis nullam sperare salutem.

Quid enim tam facile militi potest excidere, quam quod ab extrema hasta dependet? Sic David perpetuo se in discrimine mortis versari, Saule persequente, significare voluit illis verbis, *Anima mea in manibus meis semper*. Nam Hebræis ponere animam in manibus, est exponere se periculo, ut Judicum XII et I Reg XXVIII. Portare autem animam in manibus, aut habere in manibus, accipiunt pro eo, quod est, versari in afflictionibus et de vita periclitari. Plura non ignobilis theologus Jansenius super adductum psalmi locum.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

itinere persequendos, sed alio quodam modo bellum cum iis gerendum existimo.

A ὁποτέροις πρόσκεινται τὰς γνώμας ἀγνοοῦμεν. Ἄλλως τε καὶ περὶ μέσας νύκτας αὐτῶν ἐξελθόντων, ὡς παρὰ τῶν φυλάκων τῶν πυλῶν ἐξεγένετο μαθεῖν, ἡμῶν δ' οὐ μέχρι βαθείας ἑσπέρας δυνησομένων ἂν πρὸς τὴν δίωξιν καταστῆναι, ἐκείνοις μὲν τὸ ἐν ἀσφαλεῖ περιστήσεται εἶναι, ἡμῖν δὲ τὸ ἀνεφίκτοις ἐπιχειρεῖν· καὶ δυοῖν ἕτερον συμβήσεται, ἢ ὑστερήσαντας ἀπράκτους ἐπανελθεῖν (ὃ καὶ αὐτὸ σημεῖον ἂν ἥττης εἴη), ἢ καταλαβόντας, ἡττηθέντας πεσεῖν. Τούτων δὴ ἕνεκα, οὐ καταδιώκειν ἐξ ἐφόδου ἀλλ' ἕτερόν τινα τρόπον πρὸς αὐτοὺς πολεμητέον εἶναί μοι δοκεῖ.

CAPUT XIX.

Andronicus minor imperatoris nomine privatur, hostis judicatur, crescit potentia. Legati ad eum de pace. Miles tumultuatur. Præclarum fortitudinis, et excelsi animi exemplum in Theolepto episcopo. Iterum testatus innocentiam suam juvenis, legatos cum spe pacis dimittit. Senis potentia extenuatur.

Cum his etiam assentirentur, qui de primoribus palatinis præsentes aderant, imperator fugitivos persequendi voluntatem abjecit : subditos autem omnes sacramentum poposcit (36), non se ab Andronico Palæologo juniore facturos (quo ipso edicebatur, ne quis posthac imperatorem nominaret), sed hostis loco haberet, quandoquidem ab imperatore avo descivisset. Ergo jurabatur quidem, sed actum agebatur : quippe non solum Byzantio e senatu, et militibus quotidie complures ad nepotem transibant : verum ex aliis æque provinciis et civitatibus Romani imperii turmatim confluebant (37), ut brevi spatio circum se justum teneret exercitum (38). Nec tamen studio novarum rerum direptiones, et vastitates crebræ inferebantur. Tributorum coactores ab occursantibus despoliabantur (39), nisi ipsi præsentientes, pecuniam tutis locis abscondissent : ipsique insuper defraudato imperatore non parum sibi, quasi ab obviis spoliati, retinebant : ac si quis cum quopiam

C **61** seniori studentium privatas exerceret controversias, seque data opportunitate ulcisceretur, fructus, boves, et oves pro pœna adversario auferebat. Senior postquam rem secus ire vidit atque speraverat, coactis qui per id tempus Constantinopoli visebantur episcopis (patriarcha enim Gerasimus morti concesserat ea ipsa nocte, qua nepos urbem deseruerat), expromptisque apud eos, quæ jure expromenda ducebat, persuadet, ut anathema contorqueant in omnes (40), quique nunc a ne-

Τούτοις τοῖς λόγοις καὶ τῶν παρόντων συνεπόντων συγκλητικῶν, ὁ βασιλεὺς τῆς μὲν πρὸς τὴν δίωξιν βουλῆς ἀπέστη, ὀμνύναι δ' ἐκέλευσε πάντας τοὺς ὑπ' αὐτὸν, ὡς οὐδεὶς ἂν ἕλοιτο τὰ Παλαιολόγου τοῦ Ἀνδρονίκου (οὕτω γὰρ' προσετέτακτο μηκέτι βασιλέα κατονομάζειν), ἀλλὰ πολέμιον ἡγεῖσθαι ὡς τοῦ βασιλέως ἀφεστηκότα. Οἱ ὅρκοι μὲν οὖν ἐτελοῦντο, ἦνυον δὲ πλέον οὐδέν. Οὐ μόνον γὰρ ἐκ Βυζαντίου καὶ τῆς συγκλήτου καὶ τῆς στρατιᾶς ὁτημέραι πολλοὶ πρὸς τὸν νέον Ἀνδρόνικον ἠὐτομόλουν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ἐπαρχιῶν τε καὶ πόλεων τῶν ὑπηκόων Ῥωμαίοις συνέῤῥεον κατὰ συστάσεις, ὡς ἐν ὀλίγῳ περὶ αὐτὸν στρατιὰν ἀξιόμαχον ἀθροισθῆναι. Ἐγένοντο μέντοι πρὸς τὸν νεωτερισμὸν ἁρπαγαὶ καὶ φθοραὶ πραγμάτων οὐχὶ συχναί. Τούς τε γὰρ πράττοντας τοὺς δημοσίους φόρους ἀπεστέρησαν τῶν ὄντων οἱ προστυχόντες, εἰ μή που καὶ αὐτοὶ προαισθόμενοι, κατέκρυψαν ἐν ἀσφαλεῖ· καὶ αὐτοὶ δὲ πολλὰ ἑαυτοῖς περιεποιήσαντο ἀποστερήσαντες βασιλέα, ὡς δῆθεν ἀφῃρημένοι παρὰ τῶν προστυχόντων· καὶ εἴ τις πρός τινα τῶν τῷ πρεσβυτέρῳ βασιλεῖ προσκειμένων, διαφορὰν ἔχων ἰδίων ἕνεκα ἐγκλημάτων, ἠμύνατο τοῦ καιροῦ συμμαχοῦντος, εἰς ἁρπαγὴν καρπῶν καὶ βοῶν καὶ προβάτων περιστήσαντες τὴν ζημίαν. Ὁ δὲ πρεσβύτερος βασιλεὺς, ὡς ἐναντίως ἢ αὐτὸς προσεδόκα, τὰ πράγματα ἐχώρει, συναγαγὼν τοῖς ἐν τῇ Κωνσταντίνου τότε διατρίβοντας ἀρχιερέας (ὁ πατριάρχης γὰρ Γεράσιμος ἔφθασε τελευτήσας ἐν ᾗ νυκτὶ καὶ ὁ νέος βασιλεὺς ἐξῆλθε τοῦ Βυζαντίου), καὶ διαλεχθεὶς

Jacobi Pontani notæ.

(36) Gregoras : *Passim sacrosanctum Evangelium in palatiis, in viis, in foris circumferri cernens, et populum sacramento adigi, ut et a junioris imperatoris societate recederent, et seniori arctioribus obedientiæ vinculis astringerentur.*

(37) Opes Romani imperii hoc tempore parum florentes fuerunt, toi et jam regnis, provinciis, urbibus, per Barbaros ereptis. Ex hac historia colligimus, habuisse adhuc imperatores Constantinopolitanos, quamvis non omnia integra, Thraciam, Macedoniam, Bithyniam occidentalem, Thessaliam, Atticam, Bœotiam, Acarnaniam, insulas Peloponnesum, Lemnum, Thasum, Chium, Lesbum, Principis, Tenedum, Mauriam, Sanctum Andream. Passum est autem hoc quantumcunque imperium, in Thracia præsertim, incursiones et latrocinia Barbarorum multorum plurima, Turcarum, Scytharum, Triballorum, Mœsorum, Albanorum. A Genuensibus item propter Chium et Galatam magna accepit incommoda.

(38) Στρατιὰν ἀξιόμαχον existimo reddi posse,

D *justum exercitum;* is enim dignus est, qui cum alio exercitu congrediatur, quoniam viribus ei par videtur. Huic loco illustrando faciunt verba Gregoræ : *Quæ cum ad hunc modum in urbe imperatrice gererentur, Andronicus junior libertate et immunitate in Thraciis pagis et urbibus pronuntiata, statim omnes ad quodvis paratos habuit ; statim in armis fuerunt Thraces omnes, pro juniore imperatore Christopolim usque senem imperatorem cupide invasuri.*

(39) Gregoras : *Ac primum passim in provincia vagantibus publicanis, et exactoribus inclementer excrucialis, ereptam quam circumferebant pecuniam, nulla modestia inter se partiuntur.*

(40) Anathema enim, seu exsecratio est, quod ait χωρισμὸν ἀπὸ Θεοῦ ἐκφωνῆσαι, ad verbum *separationem a Deo pronuntiare.* In quos enim anathema torquetur, a Deo separantur, et Satanæ traduntur. Itaque definitio pro eo quod definitur posita est. Semper autem potius χωρισμὸν ἀπὸ Θεοῦ, quam vel

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

αὐτοῖς ἃ ἐδόκει δίκαια εἶναι, πείθει χωρισμὸν ἀπὸ Θεοῦ ἐκφωνῆσαι· κατὰ παντὸς ἀνθρώπου τοῦ τε νῦν τῷ ἐγγόνῳ συνόντος, τοῦ τ' ἐσομένου. Ὡς δὲ μηδὲ τοῦτ' ἐπισχεῖν ἠδυνήθη τὰς τῶν ἀφισταμένων ὁρμάς, δείσας ὁ πρεσβύτερος βασιλεὺς μὴ καὶ εἰς πέρας ἀφίκηται τὰ πράγματα κακὸν, οὕτως ἐναντίως ἢ αὐτὸς προσεδόκησε χωροῦντα, τὸν Φιλαδελφείας Θεόληπτον, καὶ τὸν τοῦ κοιτῶνος προκαθήμενον Καλλικρηνίτην, πρέσβεις πρὸς τὸν ἔγγονον ἀποστείλας, πρὸς ξυμβάσεις ἐχώρει, ἐπαγγειλάμενος ὡς ὅπερ ἂν ὁ ἔγγονος ἐθέλοι, γράμμασι δηλώσας, αὐτὸς ἂν εἰς πέρας ἀγάγοι. Οἱ μὲν οὖν πρέσβεις εἰς Ἀδριανούπολιν ἐλθόντες, ἐπεὶ καὶ βασιλεὺς ὁ νέος ἔτυχε πρὸ τῆς πόλεως ἐπισκεπτόμενος τὴν στρατιὰν, προσῆσαν ὡς προσκυνήσοντες, καὶ τὰ τῆς πρεσβείας ἀπαγγελοῦντες. Τὸ δὲ πλῆθος περιστάντες αὐτοὺς γυμνοῖς τοῖς ξίφεσιν ὡς ἐπύθοντο ὑπὲρ εἰρήνης ἀφιγμένους, ἐκέλευον ἀλλήλοις ἀποκτιννύναι. Ὁ μὲν οὖν Καλλικρηνίτης τῷ δέει κατασεισθεὶς τὴν ψυχὴν, τοῦ ἵππου τε ἀπεπήδησε, καὶ ἀμφοτέραις περισχὼν τὸν βασιλέως πόδα, ἵστατο περιδεὴς, ὅσον οὔπω νομίζων ἀποθανεῖσθαι. Ὁ Φιλαδελφείας δὲ ὥσπερ δι' ἀψύχων τινῶν παριὼν, καὶ ψόφων κενῶν ἀκούων, ἀκατάπληκτος ἦν πρὸς πᾶν ὁτιοῦν. Ἰδὼν δὲ τὸν Καλλικρηνίτην ὥσπερ ἀποτεθνηκότα τῷ δέει, Οὐ δέον, εἶπεν, ὦ θαυμάσιε, σὲ οὕτω κατάκρας πρὸς τὸν θάνατον κατεπτηχέναι, μέλλοντα, εἰ μὴ νῦν, ἀλλ' οὖν ὑστερόν ποτε ἀποθανεῖσθαι. Εἰ οὖν τοῦτο πᾶσα ἀνάγκη, βέλτιον ὅτε καὶ πρόφασίς τινος κέρδους, ἢ ὅτε μή· τούτου δ' οὕτως ἐχόντος, τοῖα πρόφασις εὐλογωτέρα, ἢ ὑπὲρ εἰρήνης πρεσβεύοντας τελευτῆσαι; Εἶτ' ἐπιστραφεὶς πρὸς τὸν μέγαν δομέστικον καὶ Συργιάννην καὶ πρωτοστράτορα (οὗτοι γὰρ αὐτὸν περιέστησαν ὅπως μή τι περὶ αὐτὸν τολμηθῇ), Εἰ μὲν ἔξεστιν ὑμῖν, ἔφη, τοὺς ἀνοήτους τουτουσὶ καὶ θρασεῖς καταστέλλειν, πράττετε ἃ προσήκει· εἰ δ οὖν, οὗτοί γε δρώντων ἃ προθυμοῦνται· πάντως οὐδὲν ἂν εἴη τῶν ἀβουλήτων Θεῷ. Ἐπὶ τούτοις ὁ ἀνὴρ ἐθαυμάζετο τῆς μεγαλοψυχίας ἕνεκα καὶ καρτερίας πρὸς τὰ δεινά. Μέχρι μὲν οὖν τινος βοή τις θορυβώδης ἐξηχεῖτο διὰ τοῦ πλήθους· εἶτα κατεσταλ-

pote sint, quipue postea futuri sint. Sed cum ne sic quidem deficientium impetus coerceretur, timens, ne, quoniam res] tam contra exspectatum procederent, extrema pernicies sequeretur, Philadelphiæ episcopum Theoleptum (41), et Callicreniten sacri cubiculi procubitorem (42) legatos ad nepotem mittit, pacificationem offert, facturumque se, quod is litteris scriptis a se optaret, pollicetur. Igitur legati Adrianopolin veniunt: juniorem imperatorem ante urbem copias recensentem offendunt: eum adoraturi, et legationem exposituri adeunt. Tum milites magna eos frequentia districtis ensibus circumfundunt, atque ut de pace adventasse audiunt, ad illos contrucidandos inter se hortantur. Itaque Callicrenites ex equo desiliens tremulus, et imperatoris genua complexus, magno cum timore astat, jamjam se interfectum iri arbitratus. At Philadelphiensis, ut si per inanima transiret, et vanos quosdam strepitus exaudiret, et ad omnia imperterritus manet, el Callicreniten metu prope exanimatum cernens: Heus tu, inquit, non te horrore mortis tantopere perfundi decet, cum, si non modo, aliquando quidem certe moriturus sis. Si ergo mors est inevitabilis, præstat utique mori, cum se commodi alicujus ostendit occasio. Quod cum ita sit, quæ tandem convenientior occasio, quam pro pace legationem obeuntem mori (43)? Dehinc ad magnum domesticum, Syrgiannem, et prostostratorem conversus (hi enim proxime circumstabant, ne quid ei noceretur): Si vobis fas est, inquit, stolidos istos ac temerarios reprimere, vestri officii munus implete; sin minus, faciant quod facere gestiunt; invito Deo nihil fiet. Tam sublimis, et ad quæque gravia tolerauda promptus viri animus admirationem habuit. Aliquandiu igitur multitudo clamore fremebat: quo sedato, legatos seducens imperator, 62 cujus ergo venissent cognoscit, et per eosdem avo in hanc sententiam respondet: Adversis casibus cedere, et illiberale quidpiam aut agere, aut eloqui, minutorum angustorumque quorumdam hominum:

Jacobi Pontani notæ.

ἀνάθεμα, vel ἀναθεματισμὸν nominare gaudet. Vult enim significantius, et evidentius loqui, quod Græci dicunt ἐμφατικώτερον, καὶ ἐναργέστερον.

(41) Elegans hujus Theolepti hymnus exstat in Græcorum Horologio, quem in appendicem Simeonis theologi a nobis Latine conversum addidimus. Est autem κατανυκτικὸς, *ad compunctionem pertinens*, ex consideratione ultimi judicii.— Cur legatos mitteret senex, causam refert Gregoras fuisse multitudinem peditum, equitum, sagittariorum, funditorum pene innumerabilem, Byzantium versus proficiscentem. qui primo impetu urbem expugnaturos se rebantur, seditione laborantem, populo inter se discordante. De Theolepto autem principe legationis ait: *Vir non tantum omnibus virtutibus ornatus, et reverendus, sed et singulari prudentia præditus.* Porro Orestiadem, non Adrianopolim legatos missos, et inter eos fuisse etiam Syrgiannis matrem, quæ filium potissimum placaret (erat enim in illo exercitu) eique persuaderet, ne ad mœnia urbis accederet, et quæ sequuntur.

(42) Alius hic videtur a παρακοιμωμένῳ. Vestitum ejus explicat Curopalata, dignitatem non item.

(43) Hinc tam diserte et magnifice laudat Servium Sulpitium Cicero, IX *Philipp.*, qui in legatione ad Antonium obeunda, se pro republica devovit: *Quod si cuiquam justus honos habitus est in morte legato, in nullo justior, quam in Servio Sulpitio reperietur. Cæteri qui in legatione mortem obierunt, ad incertum vitæ periculum, sine ullo mortis metu profecti sunt; Servius Sulpitius cum aliqua perveniendi ad M. Antonium spe profectus est, nulla revertendi. Qui cum ita affectus esset, ut, si ad gravem valetudinem labor vitæ accessisset, sibi ipse diffideret, non recusavit, quominus vel in extremo spiritu, si quam opem reipublicæ ferre posset, experiretur. Itaque non illum vis hiemis, non nives, non longitudo itineris, non asperitas viarum, non morbus ingravescens retardavit, cumque jam ad congressum colloquiumque ejus pervenisset, ad quem erat missus, in ipsa cura, et meditatione obeundi muneris sui excessit e vita*, etc.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

secunda fortuna intumescere, et nimium sapere, imperitorum et audacium : æquabilem vero in prosperis et adversis servare constantiam, fortium atque prudentium sibi videri. Se neque cum apud ipsum causam diceret, timore aliquo affectum, simulataque veritate dixisse quæ dixerit : neque nunc, quando se tutum existimet, priorum aliena dicturum : sed rursus Deum testem appellare, nullius conspium esse, quæ sibi objecta sint criminum ; neque tam immane ullum facinus admisisse, ut ira tam insanabili ejus serenitatem exasperare potuerit. Quare concordiam resarciri, paternamque benevolentiam restitui, optatum sibi et charum accidere. Verum quia in præsens adeo tumultuante milite, opportunum dici, aut agi nihil queat, ut ipsimet legati testaturi sint, se ejus voluntate jam perspecta, et animo suo in consilium adhibito, ea facturum, quæ ipsum quoque avum summa jucunditate compleant. His dictis, legatos spe bona erectos Byzantium remittit. Qui ut seni exercitus universi alacritatem, et studium erga juniorem, in ipsos vero incitatum furorem, et insanam narraverunt, vehementer illum conturbarunt, moxque responso nepotis explicato, ad meliora speranda permoverunt. Porro in ipsa quoque urbe Byzantio partes junioris et augebantur mirifice, et corroborabantur eximie ; senioris contra sensim minuebantur, et debilitabantur. Byzantii status rerum erat hujuscemodi.

μένης, ὁ βασιλεὺς τοὺς πρέσβεις ἰδίᾳ παραλαβών, καὶ περὶ ὧν ἤκουσιν ἐκμαθὼν ἀντεμήχυσε δι' αὐτῶν τῷ βασιλεῖ καὶ πάππῳ τοιάδε· Τὸ καταπίπτειν ἐν τοῖς δεινοῖς, καὶ ἀγεννῆ τινα καὶ πράττειν καὶ φθέγγεσθαι, φαύλων τινῶν καὶ μικροψύχων καὶ αὐτὸς εἶναι κρίνω· τὸ δ' ἐν ταῖς εὐτυχίαις φυσᾶσθαι, καὶ μεῖζον ἢ προσήκει φρονεῖν, ἀμαθῶν καὶ θρασέων. Ὁμοίους δὲ ἔν τε τοῖς δεινοῖς εἶναι καὶ τοῖς ἐναντίοις, ἀνδρείων καὶ νοῦν ἐχούντων. Οὔθ' ὅτ' ἐδικαζόμην παρὰ σοὶ κριτῇ, βασιλεῦ, δεινά τινι ληφθεὶς ἔλεγον ἅπερ εἶπον, ὑποκρινόμενος τὴν ἀλήθειαν, οὔτε νῦν, ὅτ' ἐν τῷ ἀσφαλεῖ δοκῶ καθεστάναι, ἕτερα φθέγξομαι τῶν προτέρων, ἀλλ' ἐπὶ μάρτυρι πάλιν φθέγξομαι τῷ Θεῷ, ὡς οὐδὲν ἐμαυτῷ σύνοιδα τῶν ἐγκαλουμένων, οὐδέ τι τοιοῦτον ἡμαρτηκότι, ὥστ' εἰς τοσαύτην ὑπερβολὴν ὀργῆς τὴν σὴν γαληνότητα ἐρεθίσαι. Τὸ μὲν οὖν εἰς διαλλαγὰς χωρῆσαι, καὶ τὴν πατρικὴν εὐμένειαν αὖθις ἀνακαλέσασθαι, εὐχῆς ἔργον ἐμοί. Νῦν δὲ ἀδυνάτου φαινομένου τοῦ εἰπεῖν τι καίριον ἢ καταπράξασθαι διὰ τὴν ἀταξίαν τῆς στρατιᾶς πολλήν τινα γεγενημένην, ὡς ἀπὸ τῶν πρέσβεων μαθήσῃ, κατ' ἐμαυτὸν διασκεψάμενος, ἐπεὶ καὶ τὴν σὴν βούλησιν ἐπυθόμην, ταῦτα καταπράξομαι ἅπερ ἂν ἥδιστα καὶ αὐτῷ σοὶ φανείη. Τοῖς μὲν δὴ πρέσβεσι τοιαῦτα διαλεχθεὶς ὁ βασιλεύς, καὶ χρηστοῖς ἐλπίσι μετεωρίσας, ἐς Βυζάντιον ἐκέλευεν ἀναστρέφειν. Οἱ δὴ καὶ ἀφικόμενοι πρὸς βασιλέα, καὶ τήν τε τῆς στρατιᾶς ὑπὲρ τοῦ νέου βασιλέως σπουδήν τε καὶ προθυμίαν καὶ τὴν κατ

B

Jacobi Pontani notæ.

(44) Sententia est hæc fortasse. Cum ita tumultuari miscereque omnia malum sit, non posse inde quippiam boni exspectari : seu, nihil profuturum, cum mala non dent bona, nisi per accidens, ut loquuntur philosophi. Atque ita merito se illos reprehendere. Mala quidem certe facienda non sunt, ut inde bona eveniant. Effectus enim ex causa mala commerdari non solet.

(45) Hæc vox suo loco, ut videtur mota est, subjiciendaque est post ἡ ἀξίωσις, et ita totus locus legendus : ἀσπάζοιτο τὴν εἰρήνην. Καὶ τούτου χ. ἦ. μ' ἃ β. αἰτ., etc., repudiato illo, καὶ ἡμᾶς βούλοιτο, quod per oscitantiam forsan irrepsit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

CAPUT XX.

Nepos in consilio de hesterno tumultu conqueritur : petitionem avi proponit, quam omnes uno ore respuunt. Et quoniam avus facturum spondeat quæ nepos velit, velle debere, sibi imperio cedi, aut armis Byzantium invadendum. Concio dimittitur, et cum tribus amicis amplius deliberatur. Placet seni dare spatium, quo se ad resistendum comparet, ne improviso opprimatur. Junior exercitui profectionem in occidentem persuadere nequit.

Postera luce junior imperator primoribus universis, et ordinum ducibus convocatis, ubi de exercitu, et hesternis turbis, ut de re parum laudabili et decora querelam habuit (neque enim e malo boni quidpiam exsistere posse [44]), et se nunc quidem **63** illarum auctoribus ignoscere, tanquam nesciis, sibi talia displicere : si quid in posterum simile attentaverint, pro dignitate in eos animadversurum professus est, quo de consultandum esset, exposuit. Avus noster, inquit, pacem se amplexurum declaravit, pollicitus se, quod voluerimus, libenter præstiturum. Restat ut quisque vestrum dicat, quod futurum

C

Ὁ νέος δὲ βασιλεὺς εἰς τὴν ὑστεραίαν τοὺς ἐν τέλει πάντας καὶ τοὺς τῶν ταγμάτων ἡγεμόνας συγκαλεσάμενος, ἔτι δὲ καὶ τὴν στρατιὰν καὶ τὴν χθὲς ἀταξίαν καταμεμψάμενος, ὡς οὐ καλῶς οὐδὲ προσηκόντως γεγενημένην (μηδὲ γὰρ ἐκ φαύλου ἀγαθόν τι δύνασθαι ἐκβῆναι), εἶτα ἐπειπών, ὡς νῦν μὲν ἂν συγγνοίη τοῖς αἰτίοις τῆς παραχῆς ὡς οὐκ εἰδόσιν αὐτὸν ἀηδῶς ἔχοντα πρὸς τὰ τοιαῦτα· ἂν δ' αὖθις παραπλήσια τολμῶσι, δίκην ἐπιθήσει πρέπουσαν τοῖς ἀτακτοῦσιν· εἰς μέσους παρέθηκε τὴν βουλήν, φήσας, ὡς οἱ μὲν παρὰ βασιλέως τοῦ μοῦ πάππου λόγοι καὶ ἡ ἀξίωσις, ὡς αὐτός τε ἀσπάζοιτό εἰσι (45), τὴν εἰρήνην, καὶ ἡμᾶς βούλοιτο·

D

καὶ τούτου χάριν ἡμᾶς μὲν ἃ βουλοίμεθα αἰτεῖν, ἐκεῖνον δὲ ἡδέως ἔχειν εἰς πέρας ἄγειν. Λοιπὸν τοίνυν ὑμᾶς ἕκαστον ἃ ἂν οἴηται συνοίσειν λέγειν. Πρὸς ταῦθ' ἅπαντες ὥσπερ ἀπὸ συνθήκης μία γενόμενοι γλῶσσα, μὴ δέχεσθαι ἔφασαν τὴν εἰρήνην, μηδὲ βούλεσθαι ὅλως βουλεύεσθαι περὶ τούτου. Ἰδοὺ γάρ, ὡς ἀκούομεν, βασιλεῦ, εἰς ἔσχατον ἀφιγμένος κινδύνου, καὶ μόγις Θεοῦ συναιρομένου τὸ ἀποθανεῖν διαφυγών, τοῖς αὐτοῖς ἢ καὶ χείροσι κακοῖς περιπεσεῖν φιλονεικεῖς. Δεόμεθα δή σου τοῦ τοιαῦτα λογίζεσθαι ἀποτρέπεσθαι· ὅμως ἐπείπερ, ὡς σὺ φῂς, ὁ σὸς πάππος εἴρηκε καὶ βασιλεὺς ὡς ὅπερ ἂν αὐτὸς ἐθέλῃς αἰτεῖν ἐκεῖνον ἐκπληροῦν παρεσκευάσθαι, τῆς βασιλείας λέγομεν ἀποστάντα, καθ' ἑαυτὸν ὅποι βούλοιτο διάγειν· σὲ δ' ἐᾷν τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἰθύνειν· ἂν δὲ μὴ βούλοιτο, πρὸς Βυζάντιον ἰτέον ἐπ' αὐτόν. Οἰόμεθα γὰρ οὐδὲ μέχρι τειχῶν περιμενεῖν ἡμᾶς τοὺς Βυζαντίους· ἀλλ' ἔτι πορρωτέρω ὄντων, εἰς ὑπάντησίν τε σὴν ἐξελθεῖν, καὶ τὴν πόλιν ἂν παραδοῦναι. Εἰ μὲν οὖν οἵπερ βουλευόμεθα πείθῃ καὶ αὐτός, ὦ βασιλεῦ, μηκέτι μέλλωμεν, ἀλλ' ἔργου ἐχώμεθα ἤδη. Εἰ δ' ἄλλως αὐτὸς βεβούλευσαι, ἀλλ' ἡμῖν γε φανερῶς φράσον ὅπως ἕκαστος ὡς ἂν οἷός τε ᾖ διασώζῃ ἑαυτόν. Τούτων οὕτως ἀπὸ πάντων ὥσπερ ἀπὸ μιᾶς εἰρημένων γλώττης, πολλὴν ὁρῶν ἀχαιρίαν ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ μεταπείθειν ἐπιχειρεῖν (ἥ τε γὰρ στρατιὰ ἀκάθεκτοι ταῖς ὁρμαῖς ἦσαν, καὶ μάλιστα οἱ ἐκ Γερμανῶν μισθοφόροι Λατῖνοι, ἐν οἷς ἦσαν καί τινες τῶν εὐπατριδῶν παρ' αὐτοῖς, αὐτός τε ἀήθως ἔτι εἶχε πρὸς ἅπαντας, πλὴν ὀλίγων τινῶν, καὶ οὐκ ἦν ἐκ τοῦ ῥᾴστου πρὸς ἀγνῶτας διαλέγεσθαι, ὥσπερ ἦν χρήσιμον τῷ καιρῷ), πολλὰς τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας αὐτοῖς χάριτας ὁμολογήσας, καὶ δεῖν εἶναι εἰπὼν πλείονι διασκέψει δοῦναι τὸ πρᾶγμα, καὶ μὴ ἐφ' οὕτω μεγάλην πρᾶξιν ἀπερισκέπτως χωρεῖν (οὐ γὰρ περὶ μικρῶν τινων βουλευόμεθα, ἀλλὰ περὶ τοῦ σύμπαντος σχεδὸν), διέλυσε τὸν σύλλογον, εἰς τὴν ὑστεραίαν τὸ πέρας τῆς βουλῆς ἐξαρτήσας. Τούτων δὲ διαλυθέντων, ἅμα τοῖς τρισὶ πάλιν ὁ βασιλεὺς ἐβουλεύετο περὶ τῶν προκειμένων, ἃ συμφέρειν ἕκαστος οἴεται κελεύσας εἰπεῖν. Εἶπεν οὖν πρῶτος ὁ Συργιάννης· Ἡμεῖς ἃ καὶ πρότερον ἐβουλευσάμεθα, βασιλεῦ, ὄντες ἐν Βυζαντίῳ, οὐκ ἰδίᾳ τι ἐχθραίνοντες ἐφθεγξάμεθα τῷ σῷ πάππῳ καὶ βασιλεῖ, οὐδὲ περὶ πλείστου τὸ κακῶς αὐτὸν ποιούμενοι παθεῖν, ἀλλὰ τῆς σῆς κηδόμενοι σωτηρίας, ἀναγκαίως ἐφερόμεθα πρὸς τοῦτο· ἡ γὰρ τοῦ ἑνὸς εὐδοκίμησις, τοῦ ἑτέρου εἶναι φαίνεται καταστροφή· ὃ δὴ καὶ νυνὶ συμβαίνει. Τῆς γὰρ στρατιᾶς ἁπάσης ἐπ' αὐτὸν ἰέναι προθυμουμένης, (ἔχονται δὲ ὀρθῶν λογισμῶν, καὶ οὐκ ἔστιν οὐδένα νοῦν ἔχοντα ἀντειπεῖν,) εἴ τι καὶ περὶ ἐκεῖνον συμβαίη τῶν δυσχερῶν, οὐχ ἡμῶν τῶν ἠναγκασμένων, ἀλλ' ἐκείνων ἂν εἴη τῶν εἰς τὴν

A e republica senserit. Hic omnes velut ex compositio, et uno ore clamare, neque accipere se pacem, neque super hoc negotio consuli velle. Ecce enim tu, imperator, in extremum, ut fama est, devolutus discrimen, et vix morti, Deo opitulante, elapsus, in eadem et deteriora mala te præcipitare contendis. Quare rogamus, uti cogitationem istam a tua mente repudies. Verumtamen quoniam avus, ut autumas, præstare paratus est quod tibi petere placuerit, censemus, uti se abdicet, et ubi locorum voluerit, sibi vivat : tu Romanum imperium capessas. Si detrectaverit, Byzantium adversus illum infestis signis procedendum. Et arbitramur Byzantinos usque ad muros adventum nostrum haud exspectaturos : sed procul adhuc distantibus B occursuros, urbemque dedituros. Si itaque nostro consilio flecteris, ne differamus, sed ad opus vel jam aggrediamur. Sin alia tibi mens, aperte enuntia, ut quisque nostrum quomodo poterit saluti suæ provideat. His ita ab omnibus tanquam una lingua dictis, perspiciens imperator, valde intempestivum esse, aliorsum eos conari deducere (cohiberi enim militum furor non poterat, præcipue conductitiorum Latinorum e Germania, in quibus erant quidam domi nobiles : et ipse, paucis exceptis, omnium adhuc erat insolens, nec dabatur, quemadmodum tempus postulabat, Græcæ linguæ ignaros alloqui) amplis de benevola erga se eorum voluntate gratiis actis, et rem accuratius considerandam, nec ad tanti momenti negotium inconsulto accedendum (siquidem non de nugis, sed de C summa rerum propemodum agatur) præfatus, in diem alterum rejecta sententia concilium dimisit. Quo dimisso, cum tribus illis rursum consilii capiendi deliberat; et præcipit, ut quod expedire videatur, ne taceant. Primus Syrgiannes sic incepit : Quæ jam ante Byzantii in congressu diximus, non privato aliquo in avum tuum odio, neque quod in maximo lucro ejus calamitatem poneremus, locuti sumus; sed quia de salute, et incolumitate tua solliciti eramus, 64 eo necessario deveniebamus : unius enim claritas et illustratio, alterius videtur eversio (46) : quod et nunc usuvenit. Quod enim exercitus universus ejus op- D pugnandi desiderio fervet, æquum desiderat, nec eum quisquam prudens reprehendet : et si quid odiosum, atque grave illi contigerit, non id nostra qui cogimur, sed illorum qui cogunt, culpa contigerit. Proinde quia communiter omnibus ea visa sunt conducere, et nos eorum consilium vituperare nullo modo possumus; quæ universis probantur, ad rem conferenda sunt. In hanc sententiam pedibus ivit etiam protostrator. Cumque addidisset magnus domesticus, non se intelligentia omnes

Jacobi Pontani notæ.

(46) Quod senis potentiam, et auctoritatem hostis tui videbamus, saluti tuæ timebamus, et idcirco dabamus illius vel constringendi, vel occidendi, vel etiam fugiendi consilia. Nunc vicissim tua potentia fit illius imbecillitas, tua gloria illius comtemptus; idque jure optimo, quia ipse te ad hæc coegit. Hanc istorum, et mox sequentium verborum sententiam esse judico.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

vincere, ut ipse solus communi judicio adversaretur, surrexerunt. Ubi plerumque noctis processit, imperator cum magno domestico solo iisdem de rebus deliberationem habet. Statuunt ambo, non male cogitare milites. Quod enim molitio novitatis jam quasi magnum incendium clare luceret, omnes a fama suspensi, mutationem domini, tametsi temere appetebant. Verumtamen expeditionem hanc avo perniciem allaturam, quando ad nepotem omnes statim se applicaturi sint. Quod, qua ratione impediretur, illis circumspicientibus, et multa secum varie agitantibus, Thessalonicam potius eundum est visum, ut intermisso tempore senex paulatim firmatis opibus, adversariis obsistere posset, nec de improviso oppressus interiret. Hac sententia comprobata, quieti corpora mandaverunt. Die sequenti nobilibus, ducibusque omnibus congregatis (47), præsentibus item Latinis, quorum ante mentionem fecimus, quæsitum est ab imperatore, ecquid præter ea quæ heri voluissent novi quippiam aliquis commentatus fuisset. Nam cum decretum nihil fuerit, et omnes eadem cogitatio occupatos tenuerit, verisimile fieri, meditando præterea quempiam aliquid invenisse. Magno autem stratopedarcha Palæologo dicente, nec sibi reputanti aliud occurrisse, nec ab alio novum aliquid audivisse, et caballario (48) tanquam ex persona Latinorum affirmante, die hesterno dictis nihil esse neque verum magis, neque magis necessarium, cæterisque ordine omnibus eadem asseverantibus, et expeditionem in Byzantium festinantibus, quod simul apparuissent, deditum iri aiebant: et postremo in preces, ut eo sibi liceret ire, desinentibus, imperator paulum moratus: At mihi, inquit, Salomonis illud præclare scriptum videtur, salutem esse, **65** ubi multa sunt consilia (49). Et cum sæpius, ac multum super iisdem rebus consultaverim, aliquid præter hactenus dicta amplius inveni quod in medium afferendum existimavi, ut a vobis quantum valeat, ponderetur. Postquam Adrianopolin veni, et cives cuncti benevole me acceperunt, et reliqua Thraciæ oppida universa usque Christopolin, in fidem, auctoritatemque nostram sese contulerunt: quod et manipuli militares in vicis habitantes fecerunt, quibus gratuito

A ἀνάγκην συνελασαντων. Τοιγαροῦν ἐπεὶ κοινῇ πᾶσι τὰ αὐτὰ ἔδοξε λυσιτελεῖν, ἡμεῖς τε οὐδεμίαν τοῖς βεβουλευμένοις μέμψιν ἔχομεν ἐπιφέρειν, τὰ κοινῇ δοκοῦντα πράττειν ἀνάγκη. Τούτοις συνεῖπε καὶ ὁ πρωτοστράτωρ. Τοῦ μεγάλου τε δομεστίκου μὴ συνετώτερον ἑαυτὸν εἶναι νομίζειν τῶν ἄλλων ἁπάντων εἰπόντος, ὥστε τοῖς κοινῇ δοκοῦσιν αὐτὸν μόνον ἐναντία λέγειν, ἀνέστησαν. Βαθείας δὲ νυκτὸς τὸν μέγαν δομέστικον ὁ βασιλεὺς μόνον παραλαβών, καὶ αὖθις ἐβουλεύετο περὶ τῶν αὐτῶν· ἐδόκει δὲ καὶ αὐτοῖς ὀρθῶν μὲν ἔχεσθαι τὴν στρατιὰν λογισμῶν. Τοῦ νεωτερισμοῦ γὰρ ἤδη λαμπρῶς ἐξαφθέντος, πάντες ἦσαν μετέωροι πρὸς τὰς φήμας καὶ μεταβολῆς ἀτόπως ἦρῳν. Κίνδυνον μέντοι τὸν ἔσχατον τὴν εἰς Βυζάντιον αὐτῶν ἄφιξιν φέρειν τῷ βασιλεῖ ὡς
B πάντων εὐθὺς τῷ νέῳ προσθησομένων. Ὃ δὴ καὶ σκοπουμένοις αὐτοῖς ὅπως ἂν μὴ γένηται, καὶ πολλὰς ἐλίξεις λογισμῶν διελθοῦσιν, ἐδόκει βέλτιστον εἶναι πρὸς Θεσσαλονίκην μᾶλλον ἐλθεῖν, ὡς ἂν ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ τὰ κατ' αὐτὸν κατὰ σχολὴν εὖ διαθέμενος ὁ βασιλεὺς, πρὸς τὸν πόλεμον ἀντίσχῃ καὶ μὴ ἀπόληται ἐπιχειρούμενος ἐκ τοῦ αἰφνιδίου. Ταύτην δὴ κυρώσαντες τὴν βουλὴν, ἐτράποντο εἰς ὕπνον. Τῆς δὲ ἐπιγενομένης ἡμέρας, τῶν τε ἐν τέλει πάντων καὶ τῶν τῆς συγκλήτου συνελθόντων,
C παρόντων καὶ τῶν εἰρημένων Λατίνων, εἴ τι καινότερον τῶν χθὲς βεβουλευμένων ἐξεύρηταί τινι, ὁ βασιλεὺς ἐπυνθάνετο κοινῇ. Ἀτελοῦς γὰρ τοῦ βουλεύματος καταλειφθέντος, καὶ ὑμῶν πάντων περὶ αὐτὸ ἠσχολημένων, εἰκός τινα καὶ προσεπινοῆσαί τι πλέον. Παλαιολόγου δὲ τοῦ μεγάλου στρατοπεδάρχου μήτ' αὐτόν τι προσεπινενοηκέναι πλέον, μήτ' ἄλλου ἀκηκοέναι φαμένου, καὶ καβαλλαρίου φραμπέριν τεμπινιόλ, ὡς ἐκ προσώπου τῶν Λατίνων μηδαμῶς εἶναι τῶν χθὲς εἰρημένων μήτ' ἀληθέστερα, μήτ' ἀναγκαιότερα εἰπόντος, καὶ τῶν ἄλλων ἐξῆς ἁπάντων τοῖς εἰρημένοις ἐπιψηφισαμένων, καὶ τὴν εἰς Βυζάντιον ἄφιξιν ἐπισπευδόντων, ὡς ἅμα τῷ φανῆναι προσχωρῆσον, καὶ τέλος εἰς ἱκετείαν
D ὑπὲρ τοῦ ταῦτα πράττειν καταληξάντων, ὁ βασιλεὺς μικρὸν ἐπισχὼν, Ἀλλ' ἔμοιγε, εἶπε, τὸ Σολομώντειον καλῶς εἰρῆσθαι δοκοῦν, τὸ, εἶναι σωτηρίαν ἐν πολλῇ βουλῇ, καὶ πολλὰ πολλάκις περὶ τῶν αὐτῶν βουλευσαμένῳ, ἐξεύρηταί τι καὶ τῶν εἰρημένων πλέον, ὃ δὴ καὶ δεῖν ἔδοξεν εἰς μέσον θεῖναι, ὡς ἂν,

Jacobi Pontani notæ.

(47) Quos supra, initio capitis τοὺς τῶν ταγμάτων ἡγεμόνας, eos hic τοὺς τῆς συγκλήτου appellat. Scire igitur licet, σύγκλητον et συγκλητικοὺς late usurpari a nostro auctore, ut supra ad caput quintum docui. Sicut οἱ ἐν τέλει apud eum idem sæpe valet quod εὐγενεῖς, ἐπιφανέστεροι, ἄριστοι. Quare nec illud semper Latine est senatus, civicus inquam; nec hoc semper habet notionem magistratus, sed sæpe primores, proceres, optimates, et nobilitatem significat. Interdum cum τῷ συγκλητικῷ confunditur.

(48) Hujus Caballarii nomen Græce sic positum est φραμπέριντε τεμπινιόλ. Quid hoc monstri? Tu conjice, si vis. Sunt et alia propria mirabiliter corrupta in hac historia, quod tamen non semper vitio librariorum attribuendum. — Ex Græco forsan ita queat restitui quod hic videtur corruptum seu confusum; *et equite fratre Petro de Pignolo*, nam ista vox καβαλλάριος, ut in C. Florentino observavi, significat equitem honorarii aut pii ordinis. Græca autem sic divido; φρὰ id est Italice *frater*, (dicunt et *frate*) Μπέριν, id est *Petrus*, nam Græci inferiores μ litteram plerumque in propriis præponunt litteræ π; quod viris doctis Meursio et Gretsero observatum. Istud autem Μπέριν, a *Perrino* defluxit, quo et familiæ aliquot honoratiores Galliæ nostræ usæ sunt; ντὲ, id est *de*, nam ντ litteræ valent δ, ut in ντάμα, pro δάμα. Πινιόλ, *Piniolo*; familiam quærant quibus otium est. Hæc nobis monuisse sufficit.

(49) Proverb. 11. Trahit hoc noster etiam ad unum, qui sæpius de iisdem rebus secum consultat.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

εἰ καλῶς ἔχει, δοκιμασθῇ. Ἐμοὶ πρὸς τὴν Ἀδριανοῦ τήνδε πόλιν ἀφιγμένῳ, αὐτοί τε πολλὴν ἐπεδείξαντο τὴν εὔνοιαν κοινῇ πάντες περὶ ἐμὲ, καὶ αἱ ἄλλαι πᾶσαι κατὰ τὴν Θρᾴκην ἄχρι Χριστουπόλεως προσεχώρησαν πόλεις. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὅσον ἦν στρατιωτικὸν ἐν ταῖς Θρᾳκικαῖς κώμαις καθιδρυμένον· οἷς καὶ πολλὴν ὀφείλειν τὴν χάριν ὁμολογῶ ὡς ἀγαθοῖς περὶ ἐμὲ προῖκα γεγενημένοις. Αἱ μέντοι κατωτέρω Χριστουπόλεως πολλαὶ καὶ περιφανεῖς οὖσαι πόλεις ἄχρι καὶ Ἀκαρνανίας καὶ Δαλματίας ὑπήκοοι Ῥωμαίοις, καὶ στρατιὰν οὐκ εὐκαταφρόνητον ἔχουσαι καὶ στρατηγοὺς πολλούς τε καὶ ἀγαθοὺς, οὐδεμίᾳ προσεχώρησεν ἡμῖν. Ὅπερ ἐμὲ ταραχῆς ἐνέπλησεν, οὐκ ἀπαντῆσαν κατὰ γνώμην, οὐδ' εἶναι νομίζω λυσιτελὲς ὡς οὐδενῶν καταφρονῆσαι, ἀλλὰ περὶ πλείστου ποιήσασθαι καὶ τὴν ἐκείνων συμμαχίαν καὶ κοινωνίαν. Τούτου χάριν ἀναγκαῖον εἶναί μοι δοκεῖ τὴν πρὸς ἐκεῖνα φέρουσαν πρῶτον ἐλέσθαι. Προσχωρησάντων δὲ ἐκείνων, πρὸς τὴν Κωνσταντίνου βαδιούμεθα θαῤῥοῦντες, οὔτ' ὀπίσω πολεμίους καταλιπόντες, καὶ διπλασίῳ τὴν δύναμιν προσκτησάμενοι. Βασιλεὺς μὲν οὖν τοιαῦτα εἶπε, τὴν πρὸς τὴν ἑσπέραν ἐλέσθαι πεῖθειν ἐπιχειρῶν. Οἱ δ' αὖθις τῶν προτέρων ἐχόμενοι λογισμῶν, πρὸς Βυζάντιον ἔλεγον ἀπιέναι δεῖν καὶ ἄλλοσε μηδαμῇ, ὡς οὐδὲν ὂν ἔργον αὐτὸ κατασχεῖν, καὶ μὴ παρατείνειν τὸν πόλεμον, ἀλλὰ συναιρεῖν.

A mihi commodantibus, magnum a me beneficium deberi confiteor. Sed quæ infra Christopolin usque ad Acarnaniam et Dalmatiam sunt, urbes complures et florentes, Romanis subjectæ, in quibus cohortes minime aspernandæ, cum multis strenuisque ducibus, earum nulla hactenus deditionem nobis fecit. Quod quia secus accidit, quam cupiebam, mihi magnopere molestum est. Nec fructuosum fore credo, illas ut imbelles et abjectas despicere; sed societatem et communionem illarum æstimandam maximi. Quare meo judicio ante omnia iter eo intendamus necesse est. Ubi se illæ nobiscum conjunxerint, tum denique neque hoste jam a tergo relicto, et viribus altero tanto auctis, ad Constantinopolin oppugnandam fidenter B accedemus. Hactenus imperator, profectionem illis in Occidentem persuadere laborans videlicet. At illi in sententia pristina perseverantes, Byzantium, alio nusquam iter conferendum dicere, quod eo potiri nihil sit negotii, bellumque contrahere potius quam producere oportere.

CAPUT XXI.

Magnus domesticus quoque, oppugnationem Byzantii dissuadens, ad occidentalem expeditionem hortatur. Quare uterque simulaverit, in extremo capite causa disseritur. Exercitus se ex parte aliqua pariturum, sed ingratis, ostendit. Permittuntur ire Constantinopolin. Occulte mittitur epistola purgatoria ad avum a nepote, qua etiam monet, uti se communiat.

Ἐν τούτοις τοῦ μεγάλου δομεστίκου φθεγγομένου μηδὲν, Σὺ δ', ἔφασαν, ἀνθ' ὅτου μὴ καὶ αὐτὸς περὶ τῶν παρόντων γνώμην εἰσάγεις, ἀλλ' οὕτως ὡς καινοῦ μηδενὸς γινομένου σιωπῇ ἀσκεῖς; Ὅτι γε, εἶπεν, οὐ βουλευομένους, ἀλλὰ τὴν βουλὴν ἐπικυροῦντας ὁρῶ. Εἰ γὰρ ἐβουλεύεσθε, τάχ' ἂν τι καὶ αὐτὸς εἶπον τῶν συμφερόντων. Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπείπερ ἐπύθεσθε, ἃ νομίζω συμφέροντα ἐρῶ. Καὶ πρῶτον μὲν ἔπεισί μοι θαυμάζειν ὅθεν οὕτω πεπείκατε ἑαυτοὺς σὺν οὐδενὶ πόνῳ καταλήψεσθαι τὴν Κωνσταντίνου μόνον ὀφθέντες. Εἰ μὲν γάρ τι πλέον ἴστε ἢ ἐπύθεσθε ὧν καὶ αὐτὸς ἐπίσταμαι, ὅ τί ποτ' ἂν εἴη μαθεῖν ἐβουλόμην. Εἰ δ' οὐδέν, τἀναντία παντάπασιν ἐμοὶ φρονεῖτε. Ἐγὼ γὰρ πόλιν οὕτω μεγάλην καὶ πολυάνθρωπον, καὶ χρήμασι καὶ ὅπλοις καὶ στρατιώταις δυνατωτάτην, καὶ βασιλέα ἔχουσαν ἐγκαθεστῶτα οὕτω μὲν συνετὸν, ἐπὶ τοσούτοις δ' ἄρξαντα χρόνοις, καὶ πολλὸν ἔχοντα περὶ αὐτὸν εὐνοϊκῶς διακειμένων, καὶ χρήμασιν ἐῤῥωμένον, οἷς αὐτῷ πείσει προσέχειν τὴν στρατιὰν, οὐ τῶν ῥᾴστων, ἀλλὰ τῶν δυσκολωτάτων εἶναι νομίζω κατασχεῖν. Καὶ χωρὶς δὲ τούτων, τῶν παλαιῶν τις Ἑλλήνων σοφὸς μὴ τὰ τοιαῦτα ῥᾳδίως ἐλπίζειν πείθει, πολλὰ τὰ μεταξὺ χειλέων καὶ κύλικος εἶναι εἰπών. Ἔστι δέ τις καὶ στρατηγοῖς νόμος, ἐπίσης ταῖς εὐτυχίαις

C Inter hæc tacente magno domestico, Quid tu, inquiunt, cur non etiam profers, de proposita re quid sentias? cur, quasi nihil agatur novi, ita siles? Quod vos, occurrit ille, non consilia agitantes, sed consulta jam rata facientes video. Etenim si consultaretis, forsitan ego quoque utile quiddam in medium protulissem. Nihilo minus quia scisciamini, non celabo, quæ conductura decerno. Principio miror, unde in eam opinionem veneritis, labore nullo, sed conspectu **66** solo Constantinopolin esse capturos. Nam si vos amplius aliquid nostis, auditioneve accepistis, quam ego scio, quid illud tandem sit, nosse velim. Sin nihil, tum vos longissime ab opinione mea disceditis. D Ego siquidem civitatem adeo amplam et frequentem, pecuniis, armis, militibus potentissimam, imperatorem sinu suo continentem, eumque tam prudentem, tot annis imperitantem, multorum benevolentia septum, pecunia abundantem, qua exercitum sibi obligabit, occupare, multo difficillimum esse constituo. Præterea e veteribus Græcis vir sapiens (50) monet, ne hujusmodi temere speremus; ait enim, multa cadere inter calicem supremaque labra. Est autem et ducum lex, commoda paribus exæquare incommodis (51): illeque

Jacobi Pontani notæ.

(50) Quis sit ille vir sapiens, me latet. Refertur a Gellio hoc adagium his verbis:
Πολλὰ μέταξὺ πελει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου.
Multa cadunt inter calicem supremaque labra.
Quo monemur, vix etiam iis credendum quæ videmus, et manibus tenemus: usque adeo futura incerta esse. Simile, inter os et offam. Vide Chiliasten.

(51) Sensus est, ni fallor: debere duces paratos

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

habendus optimus, qui aut voti compos vincit, aut voto frustratus, quæ tenet, non amittit. Animadvertite igitur, si Constantinopolin moverimus, eaque potiri nequiverimus, in quot nos difficultates induemus. Illico enim oportebit, stantes a seniore imperatore nobis obsidionem solventibus spiritus sumere, et spe victoriæ elatos, recedentes cupidius invadere, cum ipsi nosmet de consilio male capto accusabimus. Habentes autem utrinque hostem (ex urbibus quippe Romanis in Oriente, et ex ipso Byzantio comparari exercitus nostro nihilo inferior potest, et ex Occidente alius æque similis) nos in medio conclusi aut interibimus, ex utraque parte non valentes resistere, aut hostibus hinc et inde incumbentibus, sociis autem metu interitus nostri deficientibus (52), pessima clade multati evademus. Adde quod armis et sumptu egebimus : illis, ut desertores oppugnemus : hoc, ut in fide manentibus, ne ipsi quoque desciscant, præsidia imponamus. Hæc in quantas angustias nos conjectura sint, intelligendum est. Illud insuper mecum revolvi, et Triballorum principem, et Mœsorum regem Sphentisthlabum imperatoris avi alterum generum, alterum progenerum, privatas cum eo simultates modo exercere. Quod si propter bellum istuc composita lite, ad se adjuvandum illos invitaverit, hostes eos in primis formidabiles patiemur. Ista et alia intolerabiliora mala nobis exorientur, nisi, quemadmodum vos futurum dicitis, urbem primo statim impetu (53) capiamus. At vero si ad Occidentem nos convertamus, primum nihil vetabit, quominus brevi totum in potestatem redigamus : **67** occidentales enim suopte ingenio ad defectionem propendent, et ut rebus novis gaudentes, non difficulter juniori imperatori sese tradent. Urbium vero præfecti, unusquisque a civibus suis coacti, incertosque casus metuentes, nec liquido scientes, utrius futurum sit imperium, qui in præsens potentior videbitur, et ipsis institerit, ei urbes addicent. Neque hic consistetur : sed imperator præterea partim argento, partim honoribus, partim aliis congiariis ad se transeuntes remunerans, etiam prius a se alienos alliciet. Deinde quoque finitimarum gentium principes, quos diximus, aut præ ignavia resistere nobis, ut bello potentibus, non audebunt, aut arma consociantes, nobis opitulabuntur. Sic enim Barbarorum est ingenium : quo adversarium ad se ulciscendum prævalentiorem vident,

καὶ τὰς δυσπραγίας μετρεῖν, καὶ οὗτος ἄριστος στρατηγῶν, ὅστις ἐπιτυγχάνων νικᾷ, ἢ ἀποτυγχάνων οὐκ ἀποβάλλει τὰ ὄντα. Σκέψασθε δή, εἴ γε νῦν ἐπιστρατεύσαντες τῇ Κωνσταντίνου οὐχ οἷοί τε γενώμεθα ἑλεῖν, ὁπόσα συμβήσεται τὰ δυσχερῆ. Εὐθὺς μὲν γὰρ ἀνάγκη τοὺς τῷ πρεσβυτέρῳ βασιλεῖ προκειμένους ἡμῶν ἀπράκτων ἐπανελθόντων, ἀναθαρσῆσαί τε καὶ εἰς ἐλπίδα τοῦ νικήσειν γενομένους, προθυμότερον ἂν ἡμῖν ἐπελθεῖν, οὗπερ αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἡμεῖς ἂν φανείημεν αἰτιώτατοι βουλευσάμενοι κακῶς. Ἔχοντες δὲ ἑκατέρωθεν τοὺς πολεμίους (ἔκ τε γὰρ τῶν κατὰ τὴν ἑῴαν τοῖς Ῥωμαίοις ὑπηκόων πόλεων, καὶ αὐτοῦ Βυζαντίου, δυνατὸν ἀξιόμαχον ἡμῖν ἀθροισθῆναι στρατιὰν καὶ ἐκ τῆς ἑσπέρας ἑτέραν ὁμοίαν), αὐτοὶ ἐναπειλημμένοι μέσοι, ἢ διαφθαρησόμεθα μὴ δυνάμενοι ἀντέχειν πρὸς ἀμφίβολον τὸν πόλεμον, ἢ κακῶς ἀπαλλάξομεν, τῶν μὲν πολεμίων ἑκατέρωθεν ἐπικειμένων, τῶν προσχωρησάντων δὲ ἀφισταμένων, διὰ τὸ ἐν ἐλπίσιν ἡμᾶς εἶναι διαφθαρήσεσθαι. Καὶ προσέτι τούτοις, ὅπλων δεησόμεθα καὶ χρημάτων· τοῖς μὲν ἤδη ἀφεστῶσι πολεμοῦντες, τοῖς δ' ἔτι μένουσι φρουρὰς ἐγκαθιστάντες, ὅπως μὴ ἀποστῶσιν. Ἃ ἐς ὅσας ἀνάγκας ἡμᾶς καταστήσει, συνορᾶν χρή· ἔτι δὲ κἀκεῖνο ἐνθυμήθην, ὡς ὅ τε τῶν Τριβαλῶν ἡγεμὼν, καὶ ὁ τῶν Μυσῶν βασιλεὺς Σφεντισθλάβος, κηδεσταὶ βασιλέως ὄντες, νῦν μὲν διαφέρονται πρὸς αὐτὸν ἰδίων τινῶν ἕνεκα αἰτιῶν· ἂν δὲ διὰ τὸν πρὸς ἡμᾶς πόλεμον διαλύσηται πρὸς αὐτοὺς καὶ κελεύσῃ βοηθεῖν, πολεμίοις αὐτοῖς χρησόμεθα φοβερωτάτοις. Τοιαῦτα μὲν καὶ ἕτερα δυσχερέστερα ἀναφυήσεται ἡμῖν κακὰ, ἂν μὴ αὐτοβοεὶ τὴν πόλιν ἕλωμεν, καθάπερ αὐτοί φατε. Ἂν δὲ τραπώμεθα πρὸς τὴν ἑσπέραν, πρῶτον μὲν τὸ κωλῦσον οὐδὲν, ἅπασαν ὑφ' ἑαυτοὺς ποιήσασθαι ἐν βραχεῖ· οἵ τε γὰρ ἑσπέριοι, αὐθόρμητοι πρὸς τὰς ἀποστασίας, καὶ προσχωρήσουσι ῥᾳδίως τῷ νέῳ βασιλεῖ, χαίροντες πρὸς τοὺς νεωτερισμούς, οἵ τ' ἐφεστηκότες ταῖς πόλεσιν ἡγεμόνες, ὑπό τε τῶν ἰδίων ἕκαστος πολιτῶν ἐκβιαζόμενος, καὶ τὴν ἀδηλίαν δεδοικότες τῆς τύχης, οὐκ εἰδότες πρὸς ὁπότερον τῶν βασιλέων τὸ κράτος χωρήσει, τῷ δυνατωτέρῳ τὸ νῦν ἔχον φαινομένῳ καὶ αὐτοῖς ἐπικειμένῳ παραδώσουσι τὰς πόλεις. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ βασιλεὺς καὶ χρήμασι καὶ τιμαῖς καὶ δωρεαῖς ἄλλαις ἀμειβόμενος τοὺς προσιόντας πρὸς ἑαυτὸν, καὶ τοὺς μὴ βουλομένους πρότερον ἂν ἐφελκύσηται· ἔπειτα δὲ καὶ οὓς εἴπομεν ἡγεμόνας τῶν ὁμόρων ἡμῖν ἐθνῶν, ἀποκνήσουσιν ἡμῖν ὡς δυνατοῖς ἀντικαθίστασθαι πρὸς πόλεμον ἢ συμμαχήσουσι. Τὸ

Jacobi Pontani notæ.

esse, ut æqualiter secundam et adversam fortunam ferant. Propemodum huc valet illud notum : *Qui alteri exitium struit, eum scire oportet, sibi quoque paratum pestem, ut participet, parem.*

(52) Vox ἐλπὶς, quemadmodum et ἐλπίζειν ponitur in vitio quoque, pro metu scilicet ac timore, ut Latinis sperare. Est autem sensus ambiguus. Utrum quia ipsi formident nos interituros ; an quia nos formidemus, nos interituros? Ego priorem secutus sum. Quomodo enim auxilia perseverent, si metuant cæsum iri, quibus opem ferebant? Valet tamen eadem ratio in alterum quoque sensum. Nam quid cordi sit auxiliariis, si, quorum sunt auxiliarii, desperent?

(53) Αὐτοβοεὶ, *cum ipso clamore.* Hoc nihil est aliud, quam primo impetu, primo incursu, *im ersten Sturm :* quomodo urbes aliquando capiuntur. Ad cujusque actionis celeritatem significandam, verbum Græcum est idoneum.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

γὰρ δυνατὸν εἰς ἀντίδοσιν ποιεῖ τοὺς βαρβάρους μᾶλλον πρὸς φιλίαν τρέπεσθαι. Ποιησάμενοι δὲ ὑφ' ἑαυτοὺς τὴν ἑσπέραν ἀντίρροπον οὖσαν ἡμῖν καὶ διπλασιάσαντες τὴν δύναμιν, ἀσφαλῶς ἤδη πρὸς Βυζάντιον βαδιούμεθα. Κἂν μὲν πρασχωρήσῃ, εὖ ἂν ἔχοι· εἰ δὲ μή, περικαθεσθέντες ἐκπολιορκήσομεν τῷ χρόνῳ, οὐδενὸς ὄντος τοῦ ἀπανίστασθαι καταναγκάσοντος. Τούτων δὴ ἕνεκα τὴν βασιλέως γνώμην λυσιτελεῖν οἰόμενος ἐς τὰ μάλιστα, αὐτῇ συνεῖπον· καὶ πλείω δ' ἕτερα τούτων ἔχων παρίημι εἰπεῖν ἐκών. Εἰ μὲν γὰρ οἷοί τέ ἐστε τὴν βουλὴν μεταβαλεῖν, ἀρκέσει καὶ ταῦτα. Εἰ δ' οὐχ οἷοί τε, εἰκῇ κἀκεῖνα λέγοιτο ἄν. Τοιαῦτα μὲν καὶ βασιλεὺς ὁ νέος, καὶ δομέστικος ὁ μέγας μετ' αὐτὸν διειλέχθησαν πρὸς τὴν στρατιάν, οὐχ οὕτω καὶ λυσιτελεῖν φρονοῦντες· ἤδεσαν γὰρ ἀκριβῶς ἔκ τε τῶν αὐτομόλων καὶ ἐκ τῶν ἐκ Βυζαντίου πρὸς αὐτοὺς κρύφα διαλεγομένων, ὡς ἅμα τῷ φανῆναι αὐτοὺς εἰσδέξονται Βυζάντιοι, διάραντες τὰς πύλας, ἅμα μὲν ἐκπεπληγμένοι τὸν νέον βασιλέα, ὡς ἐν ὀλίγῳ καὶ τῆς ἄνω Θράκης καὶ τῆς παραλίου μέχρι καὶ αὐτοῦ Βυζαντίου κύριον γεγενημένον, καὶ πολλὴν ἐπαγόμενον στρατιάν, ἅμα δὲ καὶ εὐνοϊκῶς διακείμενοι πρὸς αὐτόν. Δεδοικότες δὲ μὴ ὁ πρεσβύτερος βασιλεὺς εἰς κίνδυνον καταστῇ ἀλούσης τῆς Κωνσταντίνου, ἐπλάττοντο τὴν πρὸς ἑσπέραν ἐκστρατείαν λυσιτελεστέραν οἴεσθαι· φανερῶς γὰρ εἰπεῖν τὴν αἰτίαν, δι' ἣν οὐ βούλοιντο ἄρτι ἐπιστρατεύειν αὐτῷ, οὐκ ἀσφαλὲς εἶναι ἐδόκει διὰ τὸ τὴν στρατιὰν ἔτι πρὸς βασιλέα τὸν νέον ἀβέβαιον εἶναι, καὶ διαλυθησομένην, εἴ τι πύθοιντο τοιοῦτον. Πρὸς ταῦτα οἵ τε λογάδες καὶ σύμπασα στρατιά, Εὖ μὲν εἰρῆσθαι πάντα καὶ στρατηγικῆς ἐμπειρίας ἀξίως, οὐδ' αὐτοὶ ἀρνηθείημεν ἄν, εἶπον, ὦ βασιλεῦ· ἥ τε γὰρ ἑσπέρα πολλὴ καὶ πόλεις ἔχουσα πολλὰς καὶ περιφανεῖς, καὶ στρατιὰν ἅμα στρατηγοῖς βελτίστοις οὐκ εὐκαταφρόνητον, καὶ ῥᾳδίως προσχωρήσει, καθάπερ ἔφητε καὶ αὐτοί. Ἐκεῖνο μέντοι θαυμάζειν ἡμῖν ἐπῆλθε τοῦ μεγάλου δομεστίκου, ὅπως τὸ μὲν τὴν ἑσπέραν ὑφ' ἑαυτοὺς ποιήσασθαι τῶν πάνυ ῥᾳδίων ἀπέφηνεν εἶναι, τὸ δ' εἰσελθεῖν δύσκολον ἐλθόντας εἰς τὴν Κωνσταντίνου. Ἐκείνου γὰρ ὄντος ῥᾳδίου, ᾗ δὴ καὶ αὐτὸς ἔφη, τοῦτο πολλῷ τῷ μέτρῳ τῇ ῥαστώνῃ διαφέρειν αὐτοὶ οἰόμεθα. Ἐπεὶ δ' ἁπάσαις ταῖς ψήφοις τὸ πρὸς τὴν ἑσπέραν ἐκστρατεύειν παρὰ σοί, βασιλεῦ, κεχρατηκὸς ὁρῶμεν, συστρατεύσουσί μὲν καὶ ἡμῶν, ἐπίταγμα σὸν ἐκπληροῦντες, ὅσοι δὴ καὶ βουλήσονται· πλὴν οὐ μετὰ τῆς ἴσης προθυμίας, ἠναγκασμένως δέ. Ἂν δ' ὥσπερ ἀξιοῦμεν αὐτοὶ τὴν ἐς Βυζάντιον ἴωμεν, πάντες τε ἅμα ἐψόμεθα καὶ προθυμίᾳ σὺν πολλῇ. Διὸ δή σου δεόμεθα, πρὸς τὴν ἀξίωσιν ἡμῶν ὑπεῖξαι, δικαίαν τε οὖσαν, καὶ ἐς τὰ παρόντα λυσιτελεστάτην. Τοιαῦτα μὲν καὶ οἱ τῆς στρατιᾶς ἡγεμόνες εἶπον. Ὁρῶν δὲ ὁ βασιλεὺς τὴν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον αὐτοῖς ὁρμὴν οὐκ ἀμβλυνομένην, βιάζεσθαί τε οὐκ ἔχων, τῆς εὐνοίας ἅμα καὶ τῆς

eo magis se illi amicos esse student. Subacto autem Occidente, qui nobis pro Oriente erit, exercituque duplicato, tum secure Byzantium movebimus. Et si quidem se dedideril, bene ; sin alia omnia maluerit, circumsessum ipsa diuturnitate expugnabimus, cum, quod nos depellat, nihil erit. His de causis imperatoris sententiam ut utilissimam probo, eique subscribo : et cum plura habeam dicere, libens omitto. Nam si consilium mutare potestis, etiam ista sufficient : si non potestis, in ventum et illa loqueremur. Hunc in modum et imperator nepos, et magnus domesticus, contra quam expedire arbitrabantur, cum militibus agebant : optime enim cum ex transfugis, tum ex occultis Byzantiorum litteris didicerant, simul atque cepti essent conspici, populum portas ad eos intromittendos patefacturum : partim quod juniori bene vellent, partim quod eum obstupescerent, qui brevi tempore et superiorem et maritimam Thraciam sibi subdidisset, tamque ingentes copias adduceret. Verumenimvero cum timerent, ne capta urbe in senem imperatorem inhumanius aliquid designaretur, expeditionem occidentalem sibi fructuosiorem videri comminisci voluerunt. Nam sine integumento causam edere, ob quam per id tempus Constantinopolin adoriri nollent, parum fore tutum credebant, quando fides exercitus erga imperatorem juniorem adhuc nutaret, et si quid tale audiret, dilaberetur. Ad hæc nobiles universusque exercitus responderunt, non se negare, convenienter et ex usu artis imperatoriæ dicta esse omnia : late enim patere occidentem orbem, multas et inclytas sustinere urbes, copias habere **68** haud aspernabiles, cum ductoribus fortissimis, levique momento, ut ambo affirmassent, se dediturum. Mirari tamen, quomodo magnus domesticus Occidentem sub ditionem subjici facile admodum posse, Constantinopolin autem intrare cum exercitu esse difficile asseveraverit. Quia enim illud prius, ejus sententia, difficile non sit, hoc suo judicio multis partibus esse facilius. Et quoniam occidentalem expeditionem apud animum imperatoris velut omnibus suffragiis obtinuisse cernerent, ituros secundum mandata quotquot velint, non tamen æque alacriter, sed ingratis. Si, quod cuperent, Byzantium peteretur, mira voluptate neminem non secuturum. Quare se illum orare majorem in modum, justæ ipsorum præsentique statui opportunissimæ postulationi obsequeretur (54). Idem duces aiebant. Imperator videns eorum Constantinopolis invadendæ libidinem nihil prorsus languescere, cum cogere non posset, de benevolentia obedientiaque commendatos, qui etiam a quibus abhorrerent, studio sibi obtemperandi facere annuissent, Constantinopolin ire permisit. Vocem ejus militis gratulabundi excipiunt,

Jacobi Pontani notæ.

(54) Scribendum in Græco ὑπεῖξαι, *cedere* : rogant enim ut sibi justa petentibus mos geratur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

et Byzantium tantum non in manibus jam se habere opinantes, iter parant. Ergo quoniam ab exercitu impetrare nequivissent, ut Thessalonicam duci mallet, intelligebantque seniorem imperatorem venire in periculum, ipse et magnus domesticus clam illum per epistolam de hoc adventu admonere decernunt. Id si miles comperisset, tanquam a principibus suis proditus, quas non turbas excitasset? Eam epistolam dictante imperatore juniore domesticus exarat in hæc verba : Ut antehac sæpius, sic nunc Deum dictorum testem appello, sacratissime imperator, neque cum illic degerem, stimulatum me conscientia admissi alicujus, quo tuum odium provocarim : neque ideo inde abiisse, ut omni ratione detrimenta tibi inveherem, sed ob id solum, ut impendens cervicibus meis discrimen effugerem, quod quidem loco securo constitutus effugi, te contra, me quamvis penitus nolente, discrimen involvit. Ecce enim, cum nihil non tentarim, ut exercitui in Occidentem transitum persuaderem, nihil egi. Nos igitur contra te venire necesse est omnino. At ego excusatione valetudinis simulate utens, lentius castrametabor, et post primum incursum dabo operam, ut citissime recedam. Tibi interea palatium præsidio firmare licebit, **69** portisque urbis, quos habes tui studiosissimos præficere; attributis cuique tot mercenariis militibus bene armatis, quot ad retundendam irruentium vim (55) requirentur. Modo ingressui nostro obstet aliquid, continuo exercitum, ut ab urbe inexpugnabili revocabo. Itaque rogo te, ne verba mea, velut abs te alieni suspectans, in tutela apparanda segnior sis. Nam quo animo cives tuos esse audio, simulatque nos oculis usurparint, plane intromissuros credo. Hæc nepos avo, quemdam de famulis magni domestici fidelissimum adhibens tabellarium. Dehinc ex Odrysis excedens, cum quinquaginta equitum millibus (56), aut aliquanto paucioribus, ut conjicere licebat (nec enim ad unguem iniri numerus poterat, quod multi non conscripti, imperatori gratificantes, una militabant), Byzantium castris quam creberrimis, ac si male valeret, procedere perrexit.

A εὐπειθείας ἐπαινέσας αὐτοὺς, ὅτι καὶ ἃ μὴ βούλοιντο διὰ τὴν εἰς αὐτὸν εὐπείθειαν συνέθεντο δρᾷν, τὴν εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐφῆκε πορείαν. Οἱ δὲ ἅσμενοι δεξάμενοι τὸν λόγον, καὶ μονονουχὶ Βυζαντίου δόξαντες κεκρατηκέναι, παρεσκευάζοντο πρὸς τὴν πορείαν. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἠδυνήθησαν τὴν πρὸς Θεσσαλονίκην ἐλέσθαι πεῖσαι τὴν στρατιὰν, συνεώρων τε ἤδη τῷ πρεσβυτέρῳ βασιλεῖ ἐς κίνδυνον τὰ πράγματα χωρήσοντα, ἅμα τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ ὁ βασιλεὺς ἐβουλεύσαντο τῷ πρεσβυτέρῳ βασιλεῖ διὰ γραμμάτων κρύφα τὴν ἔφοδον αὐτῶν δηλῶσαι. Ὅπερ εἰ κατάδηλον συνηνέχθη γενέσθαι τῇ στρατιᾷ, τάραχον ἂν ἐποίησεν οὐκ ὀλίγον, ὡς ὑπὸ τῶν σφετέρων ἀρχόντων καταπροδιδομένοις [καταπροδιδομένη]. Γράφει δὴ βασιλεὺς ὁ νέος τοῦ μεγάλου δομεστίκου τὰ γράμματα ἐγχαράττοντος τῷ πάππῳ τοιαῦτα· Ὦ θειότατε βασιλεῦ, ὥσπερ πολλάκις, καὶ νῦν Θεὸν ἐπιμαρτύρομαι τοῖς λεγομένοις, ὡς οὔτ' αὐτόθι παρὼν ἐμαυτῷ τι σύνοιδα πρὸς σὴν ἔχθραν ἐξειργασμένῳ, οὔτ' ἐπὶ τούτοις ἀπέστην ὡς τρόπῳ παντὶ κακώσων τὰ σά· ἀλλ' ἵνα μόνον τὸν ἐπηρτημένον ἐμοὶ κίνδυνον δυνηθῶ διαφυγεῖν· νυνὶ δὲ τοῦτο μὲν ἐμοὶ περίεστιν ἐν τῷ ἀσφαλεῖ ὄντι· σὲ δ' ἐκ τοῦ ἐναντίου παρὰ πᾶσαν ἐμὴν βούλησιν ὁ κίνδυνος περιέστηκεν. Ἰδοὺ γὰρ πάσῃ χρησάμενος μηχανῇ ὥς τε τὴν στρατιὰν πρὸς τὴν ἑσπέραν τραπέσθαι πεῖσαι, ἀδυνάτως ἔσχον. Ἀνάγκη δὴ πᾶσα ὑμῖν ἐπελθεῖν. Ἐγὼ μὲν οὖν σχολαίτερον βαδιοῦμαι νοσεῖν πλαττόμενος. Εἰσβαλὼν δὲ πειράσομαι τὴν ταχίστην ἀναχωρεῖν. Σοὶ δ' ἐν τοσούτῳ φρουρᾷ τε ἐξέσται ἀσφαλίσασθαι τὰ βασίλεια, καὶ ταῖς τοῦ Βυζαντίου πύλαις τοὺς μάλιστα εὐνουστάτους σοι ἐπιστῆσαι μισθοφόρους ἔχοντας ὁπλίτας; ἱκανοὺς ταῖς τῶν ἐπιβουλευόντων ὁρμαῖς ἀντιστῆναι. Κἂν τι μόνον πρὸς τὸ εἰσδέξασθαι ἡμᾶς κώλυμα εὑρεθῇ, ὡς πρὸς ἀδύνατον τὴν ἐπιχείρησιν ἀπάξω τὴν στρατιάν. Δέομαι δὴ μὴ τοὺς λόγους ὑποπτεύσαντα ὡς ἐμοῦ διαφερομένου ἀπορρᾳθυμῆσαι πρὸς τὸ τὴν ἀσφάλειαν ἐξαρτύσασθαι. Πέπεισμαι γὰρ αὐτὸς ἀκριβῶς ἐκ τῶν αὐτόθι, ὡς ἅμα τῷ φανῆναι εἰσδέξονται ἡμᾶς. Τοιαῦτα μὲν ὁ νέος βασιλεὺς ἐπέστελλε τῷ πάππῳ, τῶν πιστοτάτων οἰκετῶν τινι τοῦ μεγάλου δομεστίκου χρησάμενος διακομιστῇ. Αὐτὸς δὲ ἅρας ἐξ Ὀδρυσῶν ἅμα πεντακισμυρίοις ἱππεῦσιν ἢ ὀλίγῳ δέουσιν, ὡς εἰκάζετο (οὐ γὰρ ἐξῆν ἀκριβῶς τὸν ἀριθμὸν εἰδέναι, οἷα δὴ πολλῶν καὶ τῶν μὴ πρὸς στρατιὰν τεταγμένων συστρατευομένων πρὸς χάριν τῷ βασιλεῖ), ᾔει τὴν ἐς Βυζάντιον πυκνὰς καὶ συνεχεῖς τὰς στρατοπεδείας ποιούμενος οἷα δὴ νοσῶν.

CAPUT XXII.

Insidiæ in Andronicum minorem a Sphentisthlabo Mœsorum rege. Legatio avi de adventu ad urbem paulum differendo. Concio nepotis ad exercitum de armis deponendis, et pace complectenda. Omnium assensus.

Inter hæc a Sphentisthlabo, Mœsorum rege af- D Ἐν τούτοις δὲ ἀφικνεῖται πρὸς αὐτὸν καὶ παρὰ

Jacobi Pontani notæ.

(55) Non ἐπιβουλευόντων, sed ἐπιβαλόντων lego, — Interpres legit ἐπιβαλόντων, quanquam nil mutandum. Intell gi enim potest de iis qui intra urbem quid molirentur.

(56) Expresse sic habet Græcus codex, ἅμα πεντακισμυρίοις ἱππεῦσιν. Et quamvis subjiciatur, *aut aliquanto paucioribus*, subjungaturque causa, quia etiam non conscripti se adjunxerint, voluntarii videlicet, seu volones plurimi, tamen pro exiguitate imperii quæ tunc erat, vix est credibile. Rursum, ex tanta defectione ad juniorem, quantam supra audivimus, non fit tam incredibile. — Forte legendum πενταχισχιλίοις.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Σφεντισθλάδου τοῦ Μυσῶν βασιλέως (ὃς ἦν αὐτῷ κηδεστὴς ἐπὶ Θεοδώρᾳ τῇ ἀδελφῇ) πρέσβις Μαρτῖνος, τριακοσίους ἄγων ἱππέας καταφράκτους Μυσοὺς, πρόφασιν μὲν ὡς συμμαχήσοντας αὐτῷ ἐπικουρίας δεομένῳ διὰ τὸν πόλεμον τὸν πρὸς τὸν πάππον· ἐπηγγέλλοντό τε, ὡς εἰ δέοιτο καὶ πλείονος στρατιᾶς, ἑτοίμως παρέξοντος τοῦ κηδεστοῦ· τῇ δ' ἀληθείᾳ, ὡς ἂν ἴδωσι τὸν βασιλέα στρατιᾶς ἀποροῦντα, συλλαβόντας πρὸς αὐτὸν ἀπαγαγεῖν. Δῆλον δὲ γέγονεν ἐκ τῶν μετὰ ταῦτα· ἰδὼν γὰρ ὁ Μαρτῖνος τὴν ἑπομένην τῷ βασιλεῖ στρατιὰν, ἀνεχώρησεν εὐθὺς ἐπ' οἶκου. Ὁ βασιλεὺς δὲ τὴν ὁδὸν διανύων κατὰ μικρὸν, τῇ πρὸ τῆς Πεντηκοστῆς ἐστρατοπέδευσε παρὰ τὸν Μέλανα ποταμόν. Ἐνταῦθα δὴ ἀφικνεῖται πρὸς τὸν νέον βασιλέα Εὐγενία μοναχὴ Παλαιολογίνα, ἡ βασιλέως ἀδελφῆς Μιχαὴλ, τοῦ πρώτου τῶν Παλαιολόγων, παῖς, μεγάλη διμεστίκισσα. Διεπρεσβεύετο δὲ παρὰ τοῦ βασιλέως τοιαῦτα· Περὶ μὲν τῶν προγεγενημένων πρὸς ἡμᾶς διαφορῶν ἐκ τίνων ἤρξαντο λέγειν αἰτιῶν, οὐ τοῦ παρόντος εἶναι καιροῦ νομίζω· ἐφ' οἷς δὲ πρότερον ἐπέσταλκας πολλὴν χάριν ὁμολογῶν, καὶ τῆς εἰς ἐμὲ κηδεμονίας καὶ ἀγαθῆς προαιρέσεως ἐπαινῶν, ἔτι μίαν παρὰ σοῦ ταύτην ἀπαιτῶ χάριν, τὴν στρατιὰν αὐτόθι μένουσαν κατασχεῖν, ἄχρις ἂν εἰς ἓν τῶν φροντιστηρίων, ὅπου περ ἂν ἐθέλῃς αὐτὸς καταδὺς τὸν κίνδυνον διαφύγω· ἂν γὰρ ἔτι σε μετὰ τοῦ στρατοπέδου ἀπάραντα πρὸς ἡμᾶς βαδίζειν ἀγγελθῇ, οὐδεμία πρὸς τὸ μὴ διαφθαρήσεσθαι ἡμᾶς ἐλπίς. Καίτοι γε οὐδὲν αὐτὸς ἀπέλιπον ὧν ὑπέθου τὸ μὴ οὐ καταπράξασθαι· ἐλέγχονται δ' ἅπαντα σπουδαζόμενα εἰκῇ. Ἐμοῦ δ', ὥσπερ ἔφην, ἐν ἀσφαλείᾳ γενομένου τοῦ μὴ ἀποθανεῖν, αὐτὸς ἐλεύσῃ παραληψόμενος τὴν πόλιν· ποία γάρ τις δυησις ἐκ τοῦ ἐμὲ ἀποθανεῖν; Τούτοις τοῖς λόγοις ἐπὶ μᾶλλον ὁ νέος ἐπικαμφθεὶς βασιλεὺς, καίτοι καὶ πρότερον πάντα καὶ λέγειν καὶ πράττειν ὑπὲρ τοῦ μὴ τὸν βασιλέα καὶ πάππον κακῶς παθεῖν οἴκοθεν ὡρμημένος, πρὸς μὲν τὴν πρεσβείαν ποιουμένην μηδενὶ καταδήλους ἐκέλευε ποιεῖν τοὺς παρὰ βασιλέως λόγους, ὅτι μὴ μόνῳ τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ, αὐτὸς δ' ὡς ἂν οἴηται συμφέρειν οἰκονομήσει τοὺς λόγους. Ἐκκλησίαν δὲ κελεύσας γενέσθαι, καὶ τῶν ἐν τέλει πάντων, καὶ τῶν

A fine suo (propter Theodoram sororem cum eo nuptam), legatus venit Martinus, cum Mœsis equitibus cataphractis trecentis, in speciem quidem, ut auxilium adversus avum, si indigeret, laturus; et promittebat, si majoribus copiis opus haberet, regem libenter missurum : sed revera, ut si eum paucitate laborantem inveniret, injectis manibus ad regem captivum perduceret. Quod ex eo mox claruit, quia Martinus exercitu imperatorem sequente conspecto, unde venerat, subito se recepit. Parvis itineribus progrediens imperator pridie Pentecostes supra Melanem flumen castra posuit. Hic eum Eugenia Palæologina monacha, e sorore Michaelis primi Palæologi imperatoris progenita (57), magna domestica (58) convenit. Legatio hæc complectebatur : De prioribus controversiis inter eos, e quibus causis natæ sint, dicere, nihil ad præsens tempus pertinere. Quæ nuper scripserit, ob ea avum illi magnas agere gratias, et sollicitudinem istam ac bonam voluntatem laudare. Unam insuper gratiam cupere, ut nimirum tam diu militem ibi detineat, quoad in unum aliquod monasterium (59) a nepote nominatum, periculi declinandi **70** se abdiderit. Nam si e castris eum porro ad urbem viam moliri nuntietur, actum esse de vita sua : tametsi nihil eorum prætermiserit, quæ nepos suggesserit, sed ea omnia inani studio comparata fuisse deprehensum iri. Ubi vitam suam loco tuto mandaverit, ipse urbem possessurus ingrediatur. Quid enim ex morte sua emolumenti caperet? Hac oratione magis emollitus junior, cum antea sponte sua dicere et facere quidvis cupiisset, ne quid seni noceretur, legato præcepit, ne cum quoquam (magno duntaxat domestico excepto) legationem communicaret, se in ea curanda utilitatis rationem habiturum. Edicto igitur conventu, jamque in cœtum coactis et primoribus et flore exercitus, in medium progressus, talibus eos dictis affari exorsus est : Neminem vestrum nescire opinor, quo pacto inter me avumque meum nato dissidio, multa partim foris committerentur, partim adhuc animo inclusa agitarentur, quæ me in extremam miseriam præcipitarent. Quocirca non magis ab avo, quam a præsentibus

Jacobi Pontani notæ.

(57) Nobilitas, senectus, vitæ sanctitas, prudentia in hac femina spectabantur, cum ei legationis munus imponeretur. Fuit ergo Andronici majoris amitina; amitini quippe sunt fratrum et sororum filii. Quod autem infra minoris Andronici θείαν, id est, *amitam*, seu *materteram* nominat, hoc utique verum non est, cum nec avi quidem θεία fuerit. Sed tenendum, hunc auctorem vocibus θεῖος, θεία, ἀνεψιὸς, ἀνεψιὰ, uti laxius, seu abuti potius, ad cognationem etiam minus propinquam indicandam.

(58) Utrum quod parentem habuerit magnum domesticum, an quod tali functa esset munere apud imperatricem, quali apud imperatorem magnus domesticus? Uxor quidem non fuit alicujus magni domestici, fuisset enim connubium valde impar. Præterea monacha dicitur. Sed quo pacto monacha, si aulica? an abutitur voce *monacha*, propter pudicitiam vitæque sanctimoniam, qua instar monachæ etiam in palatio clarebat? *Eine Betschwester*. Quid si illud *magna domestica* honorarius tantum titulus fuit, sine functione, ut alii multi per id tempus? de quo in explicatione dignitatum ac functionum palatii diximus, post Præfat. ad lectorem.

(59) Si veriloquium spectes verbi, φροντιστήριον, locus est cogitationum, seu commentationum, id est, ubi cogitationes commentationesque nostras explicamus, atque ad audientes proferimus, qualis est, qui ab otio schola dicitur. Julius Pollux, καὶ τὰ διδασκαλεῖα, οὐ παιδαγωγεῖα μόνον καὶ φωλεοὺς, ἀλλὰ καὶ φροντιστήρια. Valet etiam monasterium, sive cœnobium. Suidas, φροντιστήριον, διατριβὴ, ἢ μοναστήριον, ὅπερ οἱ Ἀττικοὶ σεμνεῖον καλοῦσι.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

me periculis sejunxi; et vos confluxistis, ut injuriosius tractato opitulemini. Modo autem, quandoquidem mihi jam in manu est, quod ab initio constitui, et vobis, quali opus erat, auxilium accessit, si quid ultra desideramus, id erit, ut ego reponam injurias, vos reponentem adjuvetis. Constitui porro inde a principio avum nec vita exuere, etiamsi liceret, nec imperio multare : verum memet conservare, ipsique de principatu nullum negotium facessere. Periculum, Deo bene propitio, evasi : securitatem autem et pacem in futurum, ab imperatore oblatam, male repulimus. Tenetis enim memoria, quomodo Adrianopoli legatos ab eo de compositione missos, seditione concitata, rebus imperfectis, necem illis intentantes remiseritis. Quod cum illico facinus teterrimum judicassem, altera luce in concione multa verba feci, confusionemque et effrenatam licentiam vestram, ut malorum istorum causas castigavi : et ne quid amplius ejuscemodi auderetis, severe imperavi. Nunc cum super eodem cognatam (60) meam legaverit, delicti gratiam fecerit, redintegrari concordiam petiverit, neque justorum, neque prudentium est, pacem aspernari. Tria enim cum sint, quæ bellis omnibus finem imponunt (61) : sua in tuto statuisse, hostium opes sibi subjecisse, 71 hostes ipsos perdidisse, duo horum non sine gloria nobis contigerunt : tertium absit ut unquam nobis adipisci, aut etiam optare contingat! Otium et securitatem Deus concessit, et imperator jurejurando eam confirmabit; quæ si prius data fuisset, armis prorsus abstinuissemus. Romanum principatum simul ac in lucem susceptus sum, imperator parens meus mihi, imperatore me creato, destinavit; quem nunc tuto habere licet, hæreditaria successione ad alium omnino neminem, præter me perventurum. In hostibus autem neque duxi aliquando avum meum, neque adeo insaniverim, ut quidpiam in eumdem tetrum ac nefandum vel cogitem, vel deliberem. Sed neque vos amicos meos æquo animo laturos opinor, tanta eum calamitate circumveniri, ut ego ab omnibus quos sol videt mortalibus, pro conscelerato et parricida condemner. Quando igitur quæ bello sopiendo faciunt, penes nos sunt (cui non interesse, maxima est felicitas), atque hoc ipsum, bellum,

A λογάδων τῆς στρατιᾶς εἰς ἐν γενομένων, παρελθων εἰς μέσους, ἔλεξε τοιάδε· Οὐδένα ὑμῶν οἶομαι ἀγνοεῖν ὡς διαφορᾶς ἐμοὶ πρὸς τὸν βασιλέα καὶ πάππον γεγενημένης, πολλὰ τὰ μὲν ἐπράχθη, τὰ δὲ καὶ ἐν μελέτῃ ἔτι ἦσαν, ἐμὲ πρὸς ἔσχατον κινδύνου καθιστῶντα. Δι' ἅπερ αὐτός τε ἀπέστην οὐ μᾶλλον τοῦ βασιλέως ἢ τοῦ κινδύνου· καὶ ὑμεῖς πάρεστε βοηθήσοντες ἀδικουμένῳ. Νυνὶ δὲ ἐμοί τε παρόντες, ὃ προὐθέμην ἐξ ἀρχῆς, καὶ ὑμῖν τῆς βοηθείας ὁποίας ἐχρῆν γεγενημένης, ἄν τι περαιτέρω τούτων ζητῶμεν, ἐμοὶ μὲν τὸ ἀδικεῖν, τὸ ἀδικοῦντι δὲ συμπράττειν ὑμῖν ἂν περισταίη· προὐθέμην δὲ ἐξ ἀρχῆς, οὔτ' ἐν πολεμίου μοίρᾳ τὸν πατέρα κατασφάττειν, ἂν περ ἐξῇ, οὔτε τὴν ἀρχὴν ἀφαιρεῖσθαι, ἀλλ' ἐμαυτὸν διασώζοντα τοῦ
B κινδύνου, μηδὲν ἐκείνῳ τῆς ἀρχῆς ἕνεκα παρενοχλεῖν. Τὸ μὲν οὖν τὸν κίνδυνον διαφυγεῖν, Θεὸς αὐτὸς συναράμενος παρέσχε· τὴν δ' εἰς τὸ ἐξῆς ἀσφάλειαν καὶ εἰρήνην βασιλέως παρεχομένου, ἀπεωσάμεθα αὐτοὶ κακῶς. Μέμνησθε γὰρ δή που ὡς· ἐν Ἀδριανοῦ τοὺς ἐλθόντας ἐκ βασιλέως ἐπὶ τῇ εἰρήνῃ πρέσβεις, στασιάσαντες ἀπεπέμψατε ἀπράκτους καὶ τὸν περὶ τοῦ ζῆν κίνδυνον ἐπικρεμάσαντες αὐτοῖς, ὃ ἐμοὶ εὐθύς τε ἐδόκει τῶν δεινοτάτων, καὶ ἐς τὴν ὑστεραίαν ἐν ἐκκλησίᾳ γενομένῳ λόγος ἐγένετο πολὺς, τήν τε ἀταξίαν καὶ ἀναρχίαν ὡς κακῶν αἰτίαν αἰτιωμένῳ, καὶ περὶ τοῦ μηκέτι τολμᾶν τοιαῦτα παραγγέλλοντι πολλά. Αὖθις δὲ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς τὴν ἐμὴν νῦν πέμψαντος θείαν,
C συγγνώμην τε ἐφ' οἷς ἡμάρτομεν παρεχομένου καὶ διαλλαγὰς αἰτοῦντος, οὔθ' ὅσιον οὔτ' ἀνθρώπων ἐχόντων νοῦν τὴν εἰρήνην ἀπωθεῖσθαι. Τριῶν γὰρ ὄντων ἅπασι [ἃ πᾶσι] πολέμοις πέρας ἐπάγει, τοῦ τε τὰ οἰκεῖα ἐν ἀσφαλείᾳ θέσθαι τινὰ, καὶ τοῦ τὴν τῶν πολεμούντων ἀρχὴν ὑφ' ἑαυτὸν ποιήσασθαι, καὶ τρίτου τοῦ αὐτοὺς τοὺς πολεμοῦντας ἀποκτεῖναι, τὰ δύο μὲν ἡμῖν πάρεστι μετὰ εὐκλείας· τοῦ τρίτου δὴ μήτε τυχεῖν γένοιτο, μήτ' ἐπιθυμῆσαί ποτε. Τὸ μὲν γὰρ ἐν ἀσφαλείᾳ εἶναι, ὁ Θεός τε παρέσχετο, καὶ αὐτὸς ὅρκοις πιστώσεται βασιλεύς· ὅπερ εἰ καὶ πρότερον ἡμῖν ἐξῆν, οὐδ' ἂν τὴν ἀρχὴν ὅπλα ἐκινοῦμεν. Τὴν Ῥωμαίων δὲ ἡγεμονίαν καὶ ἅμα μὲν τῷ προελθεῖν εἰς φῶς ὁ πατὴρ παρέσχετο καὶ βασιλεὺς, βασιλέα χειροτονήσας, καὶ νῦν δὲ ἀσφαλῶς
D ἔστιν ἔχειν, πρὸς οὐδένα ἕτερον, ἢ ἐμὲ ἐκ διαδοχῆς πάντως ἐλευσομένην. Πολέμιον δὲ οὔθ' ἡγημαί

Jacobi Pontani notæ.

(60) Non fuit proprie θεία, id est, patris aut matris soror, et Cantacuzenus verbi hujus licentia liberior est. Forsitan, cum proprio uti vellet, nec inveniret, vicinum accepit, et id eidem in ἀνεψιὸν contingere potuit. Nec, ut verum fatear, Latinum proprium mihi occurrit, quo, inquam, filiam sororis proavi mei appellem, nisi majorem amitinam velis appellari, quia ipsa soror proavi est major amita. Ideo cognatam nominavi, in quo errare non potui. Possis etiam consobrinam interpretari; nam hodie latius patet hæc vox, nec tantum modo in sororum aut fratrum, sororumque filiis domicilium habet. Infra appellabitur ἀνεψιά.

(61) Primum horum, sua nimirum in tuto statuere, sæpe sine aliis duobus, aut altero saltem non contingit. Non potest sæpe rex, aut respub. esse tuta, nisi hostes vel subjiciat sibi, vel perdat. Suscipienda bella ait 1· *Off.* M. Tullius, ob eam causam, ut sine injuria in pace vivatur; parta autem victoria conservandos, qui non crudeles in bello, nec immanes fuerunt: *Ut majores nostri*, inquit, *Æquos, Volscos, Sabinos, Hernicos in civitatem etiam acceperunt, at Carthaginem et Numantiam funditus sustulerunt. Nollem Corinthum, sed credo illos secutos opportunitatem loci maxime, ne posset aliquando ad bellum faciendum locus ipse adhortari.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ποτε τὸν ἐμὸν πάππον καὶ βασιλέα, μήθ' οὕτω μενεῖν ὥστε ἢ νομίσαι ἢ βουλεύσασθαί τι τῶν ἀνηκέστων κατ' αὐτοῦ. Οὐ μὴν ἀλλ' οὐδὲ ὑμᾶς οἶομαι φιλοῦντας τοιαύτῃ συμφορᾷ περιῖδεῖν ἂν ἡδέως περιπεσόντα ὥστ' ἀλάστορος καὶ πατροφόνου δίκας πᾶσι τοῖς ὑφ' ἥλιον ὀφείλειν. Ὅτε τοίνυν τῶν καταλυόντων τοὺς πολέμους τὰ μὲν ἡμῖν περίεστι, τὸ δ' ἐν εὐτυχίας μεγίστῳ μέρει μὴ παρεῖναι, καὶ προσέτι πρόσεστιν εὐκλεια τοῖς πραττομένοις, καταθέσθαι τὸν πόλεμον προσήκει, ἔτι δὲ οὐδ' ἂν εὐφρονούντων ἀνθρώπων ἔργον πράξομεν μὴ βουλόμενοι τὸν πόλεμον καταλύειν. Εἰ μὲν γὰρ νῦν ἐπελθόντες παραληψόμεθα τὴν πόλιν, πλέον μὲν οὐδὲν ὧν νῦν ἔχομεν ἕξειν ἐξέσται· ἃ δ' ἔχομεν μετ' εὐκλείας ἅμα καὶ δικαιοσύνης καὶ πατρικῆς εὐχῆς, ἁρπάζειν καὶ ἀδικεῖν, καὶ μοιονουχὶ πατροκτονεῖν ἔχοντας δοκεῖν, ὃ παραφρονούντων ἢ φρονούντων (62) ἂν εἴη. Εἴπερ δὲ οὐ δυνησόμεθα παραλαβεῖν, πρὸς τῷ πᾶσιν ἀνθρώποις μισεῖσθαί τε καὶ διαβάλλεσθαι δικαίως (ὅτι πρὸς εἰρήνην προκαλούμενοι, ἀδικίᾳ καὶ πλεονεξίᾳ γνώμης οὐχ ὑπηκούσαμεν) καὶ πρὸς κινδύνους ἀνονήτους ἑαυτοὺς ὑποβαλοῦμεν, καὶ πολλαῖς πόλεσι καὶ χώραις αἴτιοι καταστησόμεθα κακῶν ἀνηκέστων. Τούτων ἕνεκα, αὐτός τε ἀσπάζομαι τὴν πρὸς βασιλέα εἰρήνην, καὶ ὑμῖν λυσιτελεῖν νομίζων συμβεβούλευκα. Ἔσεσθε γὰρ ἀπειληφότες δόξαν ἀνδρίας ἅμα καὶ δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης, ὅπλοις μὲν κρατήσαντες τῶν ἀντιτεταγμένων, καὶ τὰς γνώμας παραστησάμενοι, ἀμυνόμενοί τε ὑπὲρ τοῦ δικαίου καὶ οὐχ αὐτοὶ ἀδικοῦντες· καὶ τῷ μὴ ὑπὲρ τὰ μέτρια φρονεῖν μηδὲ ταῖς εὐτυχίαις φυσᾶσθαι, τὴν σωφροσύνην ἐπιδεικνύμενοι. Τοιαῦτα τοῦ νέου βασιλέως ὑπὲρ της εἰς βασιλέα εἰρήνης διαλεχθέντος, ὁ μέγας δομέστικος μετ' αὐτὸν, Καὶ δίκαια καὶ συμφέροντα, εἶπε, καὶ πολλῆς αἰτια δόξης ἐσόμενα ἡμῖν εἴρηκας, ὦ βασιλεῦ. Διὸ οὐδὲ ἀντιλέγειν οὐδένα τῶν πάντων ὡς οὐχ ᾗ προσῆκεν εἰρῆσθαι δυνήσεσθαι νομίζω. Ἐγὼ γὰρ αὐτὸς εἴ τι συνεώρων εἰρημένον τῶν μὴ δεόντων, ἀντεῖπον ἄν. Ἐπεὶ δ' ἅπαντα εἴρηται καλῶς καὶ δικαιοσύνης ἐχόμενα καὶ ἐμπειρίας στρατηγικῆς, οὐδὲν ἔτι τὸ λεῖπον, ἢ εἰς πέρας ἄγειν τὰ βεβουλευμένα. Ἐπὶ τούτοις τῶν ἐν τέλει τινὲς καὶ τῆς στρατιᾶς ἐπ' αὐτὸ τοῦτο πρότερον ὑπό τε βασιλέως καὶ τοῦ μεγάλου παρεσκευασμένοι δομεστίκου ὥστε συνειπεῖν τοῖς εἰρησομένοις, τὴν βουλὴν τε ἐπῄνεσαν, καὶ τὴν εἰρήνην ὡς αἰτίαν ἐσομένην πολλῶν ἀγαθῶν ἔφασαν δεῖν αἱρεῖσθαι. Καὶ Συργιάννου δ' εὐθὺς καὶ πρωτοστράτορος τοῖς λεγομένοις προσθεμένων, καὶ τὸ πλῆθος ἅπαν ἐπηκολούθησε, καὶ ἐκεκύρωτο ἡ εἰρήνη. Εἰ γὰρ καί τινες ἦσαν ὑπὲρ τοῦ τὸν πρεσβύτερον βασιλέα διαφθαρῆναι τὸν πόλεμον αἱρούμενοι, ἀλλ' ὥσπερ ὑπὸ ῥεύματος καὶ αὐτοὶ συναπῄχθησαν τοῦ πλήθους.

A inquam, ponere, cum illustri laude conjunctum est, ab armis recedere nos convenit. Quod si noluerimus, imprudenter ac stulte facimus. Si enim nunc urbem adoriamur et occupemus, nihilo plus habebimus, quam nunc habemus. Quæ autem gloriose, juste, cum paternis votis habemus, ea per rapinas, injurias, et tantumnon per parricidium habere existimari velle, hoc vero desipere ac delirare est. Si occupare non poterimus, præterquam quod in omnium odia calumniasque incurremus (quia ad pacem invitati, improbitate et cupidine irretiti recusaverimus), etiam in discrimina sine ullo fructu nos conjiciemus, multisque urbibus et regionibus cladem pestemque creabimus. His rationibus ego impulsus, pacem cum avo B complector, eamque vobis tanquam utilem suadeo: inde enim a fortitudine, justitia et moderatione commendabimini, si, cum adversarios armis subegeritis (63), nunc ipsi animos vestros subigatis, et pro jure propugnetis, non ipsi injuriam inferatis: vestroque vos pede metientes (64), nec successibus intumescentes, modeste ac submisse vos geratis. Ubi hæc pro pace disputavit imperator, excipiens magnus domesticus, Et æqua, inquit, et conducibilia, et gloriam non mediocrem nobis conciliatura dixisti, imperator. Quare te ita locutum ut decuit, haud quemquam inficiaturum opinor. Equidem ipse ego, si quid aliter dictum sentirem, id refellerem. **72** Sed quoniam bene, juste ac pro scientia imperatoria prolata sunt omnia, C superest hoc unum, ut quæ mentibus probata sunt, opere ipso administrentur. Posthæc nonnulli de proceribus ex exercitu, ad hoc ipsum prius ab imperatore et magno domestico subornati instructique, ut assensu firmarent audita, consilium verbis extulerunt, pacemque ut multarum commoditatum conciliatricem, suscipiendam prædicarunt. Mox Syrgianne et protostratore sententias suas eodem aggregantibus, tota agmina secuta sunt, et pax constabilita est. Etsi enim non deessent, qui ad exitium senioris imperatoris militare elegissent, tamen cum multitudine velut impetu quodam fluminis abripiebantur.

Jacobi Pontani notæ.

(62) Fortasse, ὅλως ἀφρονούντων, vel potius ante ἢ, potuit esse vocula μᾶλλον. D

(63) Pulcherrima et gravissima, vereque imperatoria γνώμη, quales in hac historia complures. *Melior est qui dominatur animo suo, expugnatore urbium.* (*Prov.* XVI.) Poeta quidam:

Fortior est qui se, quam qui fortissima vincit.

Seneca *Natural. quæst.* lib. III: *Innumerabiles sunt, qui urbes, qui populos habuere in potestate, paucissimi qui se.*

(64) Sic reddo, quod Græce est, μὴ ὑπὲρ τὰ μέτρια φρονεῖν. Est item in illos qui secundis rebus prosperisque successibus inflantur et intumescunt, aliud adagium, umbram suam metiri. Nam cum Philippus Macedo victis apud Chæroneam Atheniensibus arrogantius de se sentiret, litterasque ad Archidamum Agesilai filium superbe et aspere scriptas dedisset, respondit ille: Εἰ μετρήσεις τὴν σαυτοῦ σκιὰν, οὐκ ἂν εὕροις αὐτὴν μείζονα γεγενημένην, ἢ πρὶν νικᾷν. *Si umbram tuam metieris, non reperies eam vel tantulo majorem esse, quam fuerit ante victoriam.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

CAPUT XXIII.

Responsum nepotis ad avum plenum officii. Partem imperii ab eo petit, et juramentum. Jurat senex, anathema rescindit, nomen imperatoris ei restituit, ejus virtutem magnifice commendat. Quod Apocauchum ad juramentum exigendum ad se miserit, id fert aegrius, et hominem illum vituperat. Excusat factum Palæologina; excusat etiam nepos, se hominem illum obscurum non pro legato, sed pro tabellario misisse affirmans.

His ita gestis, consobrinam suam legatione perfunctam Constantinopolin dimisit. Quæ autem avo renuntianda dedit, hæc fuerunt : Oportebat, imperator optime, nihil prorsus eorum incipere quæ incepta sunt. Ego siquidem, quod sæpe jam dixi, testem facio illum oculum intuentem omnia, me nullius sceleris, sed levium duntaxat puerilium-que delictorum mihi esse conscium. Quia vero propter innumerabilia peccata mea Deus hoc permisit, rursum ei etiam atque etiam gratias ago, quod non ante vitam finivi, quam tempus idoneum nanciscerer, quo et candorem animi mei, et obediendi studium ac subjectionem meam tibi declarare possem. Tu igitur legata ad me amitina tua eademque cognata mea (65), petivisti, quæ nosti. Atqui ego a magno imperatore Deo suppliciter contendo, ut in longos annos vitam extendas, imperium Romanum gubernes, et ego instar servi et filii imperata tua exsequar; procedente autem tempore, quæ illi placuerint, de nobis constituat : et, si prius obeam, ut in te totum recumbat imperium, quo, quæ factu utilia censueris, ea præstes. Sin tu ad mansiones illas sempiternas fueris evocatus, ut mihi denuo principatus Romanus relinquatur. **73** Sed ista quidem, ut Deo placitum erit (66), ita se habeant. Nunc necessitate reverentiaque dissidentibus, necessitas vicit, et indecore imperiteque dicere facereque compulit. Cum namque et nosipsos, et civitates, et pecunias, et simul omnia in manus tuas tradere decuisset, duabus de causis secus agere coacti sumus. Una, quod meam tibi gratificandi voluntatem (67), observantiam, pudorem erga te Deus novit, cui occulta patent, et ipse quoties occasio tulit, evidentibus argumentis hæc ostendi. Confisus itaque sum, te pari in me animo fore, paternamque propensionem et naturalem illam charitatem erga me sinceram incorruptamque servaturum. Sed cum rerum conditio isthæc constanter demonstrandi facultatem tibi nondum obtulerit, nolim idcirco alicujus diffidentiæ a quoquam reprehendi. Altera, in qua plus momenti est ac ponderis; postquam de exercitu

A Τούτων οὕτω γεγενημένων, τὴν πρὸς τὴν πρεσβείαν ἀπεσταλμένην θείαν αὐτοῦ πρὸς Βυζάντιον ἐξέπεμψε βασιλεὺς, μηνύσας τῷ βασιλεῖ καὶ πάππῳ τοιαῦτα· Ἔδει μὲν, ὦ κράτιστε βασιλεῦ, μηδὲν τῶν γεγενημένων μηδὲ τὴν ἀρχὴν κινηθῆναι. Ἐγὼ γὰρ, ὅπερ πολλάκις εἶπον, τὸν πάντ' ἐφορῶντα μαρτύρομαι ὀφθαλμὸν, ὡς οὐδὲν ἐμαυτῷ σύνοιδα, πλὴν εἰ μὴ μικρά τινα καὶ παιδίοις πρέποντα ἡμαρτηκότι. Ἐπεὶ δ' οὕτω συνεχώρησεν ὁ Θεὸς ἐμῶν ἕνεκα πάντως ἀπείρων ἁμαρτημάτων, πάλιν αὐτῷ γάριτας ὁμολογῶ πολλὰς, ὅτι μὴ πρότερον κατέλυσα τὴν ζωὴν, πρὶν ἐπιτηδείου καιροῦ τυχεῖν οὕτως, ὥστε δυνηθῆναι καὶ τὸ ἄδολον τῆς γνώμης καὶ τὴν εἰς σὲ εὐπείθειαν καὶ δουλότητα φανερὰν καταστῆσαι. Σὺ μὲν οὖν, ὦ βασιλεῦ, τῆς σῆς μὲν
B ἀνεψιᾶς, ἐμῆς δὲ θείας, διαπρεσβευομένης ἔτησας ὅσα οἶδας. Ἐγὼ δ' ἐν ἱκεσίας μέρει παρὰ τοῦ μεγάλου βασιλέως αἰτῶ καὶ Θεοῦ, σὲ μὲν ἐπὶ πολλοῖς ἔτεσιν ἐν ζῶσιν εἶναι, καὶ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἰθύνειν· ἐμὲ δὲ οἷα δοῦλον σὸν καὶ υἱὸν ᾗ κελεύεις αὐτὸς τὸ προστατττόμενον ἐκπληροῦν, τοῦ χρόνου δὴ προϊόντος, ἃ φίλον ἐστὶ Θεῷ τοιαῦτ' οἰκονομηθῆναι περὶ ἡμᾶς. Εἰ μὲν οὖν πρότερος αὐτὸς ἀποστῶ τοῦ ζῆν, ἐπὶ σοὶ τὴν ἀρχὴν κεῖσθαι πᾶσαν, ὥσθ' ἃ σοι δοκει συμφέρειν, ποιεῖν. Εἰ δ' ἄρα σύ
C γε πρὸς τὰς αἰωνίους μετακληθήσῃ μονὰς, ἐμοὶ πάλιν τὴν ἡγεμονίαν Ῥωμαίων καταλειφθῆναι. Ταῦτα μὲν οὖν ὅποι τῷ Θεῷ φίλον, ἀγέσθω. Νυνὶ δὲ ἀνάγκης τε καὶ αἰδοῦς μεριζομένης, ἴσχυσεν ἡ ἀνάγκη, καί τι τῶν μὴ προσηκόντων καὶ ἀπαιδούντων καὶ λέγειν καὶ πράττειν βιαζομένη. Δέον γὰρ καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς καὶ πόλεις καὶ χρήματα καὶ ὁμοῦ πάντα σοι ἐγχειρίζειν, δυοῖν ἕνεκα αἰτιῶν ἑτέρως ἠναγκάσμεθα ποιεῖν. Ἓν μὲν, ὅτι τὴν μὲν ἐμὴν εἰς τὸ τά σοι φίλα πράττειν προαίρεσιν καὶ τὴν περὶ σὲ τιμήν τε καὶ αἰδῶ, Θεός τε οἶδεν ὁ τὰ κεκρυμμένα εἰδὼς, καὶ αὐτὸς τῶν πραγμάτων παρασχόντων ἐναργῆ τὴν ἀπόδειξιν ἐποιησάμην. Πέποιθα μὲν οὖν, ὡς καὶ αὐτὸς διατεθέσῃ τὸν ἴσον τρόπον περὶ ἐμὲ, καὶ τὴν πατρικὴν εὐμένειαν καὶ τὴν φυσικὴν στοργὴν ἄδολον ἐμοὶ τηρήσεις καὶ καθαράν. Οὕπω δὲ τὴν ἀπόδειξιν βεβαίαν τῶν πραγμάτων

Jacobi Pontani notæ.

(65) Necessario propter distinctionem diversis vocibus hic ista duo transferenda sunt, quorum utrumque latius significatum habere supra monuimus. Vere autem Eugenia Andronici majoris amitina fuit, si amitini sunt fratrum et sororum liberi. Michael enim Palæologus Andronici pater, idem matris Eugeniæ frater, quam, respicientes Andronicum juniorem, senioris nepotem, consobrinam vocemus licet, aliud enim magis proprium non suppeditat.

(66) Verba sunt Gregorii Nazianzeni in epitaphio Basilii, ταῦτα μὲν οὖν ὅπη τῷ Θεῷ φίλον ἀγέσθω, cuilibet bono Christiano sæpius usurpanda. Ut et illa, ἐὰν Θεὸς θέλῃ, Θεοῦ θέλοντος, σὺν Θεῷ, et similia.

(67) Cur secus agere quam decuisset et voluisset compulsus sit, primam causam esse ait, quod avus erga se affectum paternum exuerit. Sed rem valde civiliter et eleganter proponit, ne avum verbo duriore offendat; et quod objici de se poterat, ei a principio occurrit, affirmans, sese partes filii boni non omisisse.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

πρασχομένων, οὐδεὶς ἂν καταμέμψαιτο δειλίᾳ κατεχόμενον. Δεύτερον δ', ὃ καὶ ἰσχυρότερον τοῦ προτέρου, ἐπειδὴ τοὺς σὺν ἐμοὶ πάντας, τοὺς μὲν ὑπὸ δειλίας, τοὺς δ' ὑπὸ κακοβουλίας, ἔστι δ' οὓς καὶ διὰ τὸ τοῖς κακοῖς χαίρειν, ἐώρων τὸν πόλεμον αἱρουμένους, εἰρήνης δὲ μὴ μέχρις ἄκρων ὤτων ἀνεχομένους, ἠναγκάσθην τι μικρὸν καὶ τοῦ ὄντος καλοῦ καὶ δικαίου παραλιπεῖν, ὡς ἂν ποιήσω πᾶσιν ἀνεκτὴν τὴν εἰρήνην. Ἔστι δὲ τοῦτο, τὸ ἐμὲ μὲν ἐκ Σηλυβρίας ἄχρι καὶ Χριστουπόλεως τῶν μεταξὺ χωρῶν τε καὶ πόλεων καὶ στρατιᾶς, ἔτι δὲ καὶ δημοσίων φόρων τὴν διοίκησιν ἔχειν· σὲ δὲ, βασιλεῦ, αὐτῆς τε τῆς Κωνσταντίνου μέχρι Σηλυβρίας, καὶ τῶν κατὰ τὴν ἕω τοῖς Ῥωμαίοις ὑπηκόων πόλεων· ἔτι δὲ καὶ νήσων πασῶν, καὶ τῶν ἀπὸ Χριστουπόλεως Μακεδονικῶν τε καὶ ἑσπερίων ἐπαρχιῶν ἄχρις Ἐπιδάμνου καὶ Δαλματίας τῶν ἄκρων ὅρων τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας. Ἐλπίζω δὲ τοῦ χρόνου προϊόντος, ἐμέ τε αὐτὸν, καὶ ἃ δοκῶ νυνὶ σφετερίζεσθαι, ὑπὸ τὴν σὴν ἐξουσίαν παραδώσειν ἀγαγών, ἐπειδὴ καὶ νῦν οὐκ ἐκ προαιρέσεως, ἀλλ' ἀνάγκῃ συνωθούμενος, προῆγμαι ποιεῖν. Τοιαῦτα πρὸς τὸν βασιλέα βασιλεὺς ὁ νέος μηνύσας, ἀπέστειλε, καὶ ὅρκους ἐν δυσὶ βιβλίοις ἐγγεγραμμένους ἐξ ἑκατέρου πρὸς τὸν ἕτερον βασιλέα τὸν μερισμὸν περιέχοντας ὧν ἄρξουσι πόλεων καὶ τοῖς ὁμωμοσμένοις ἐμμενεῖν ἑκάτερον ἰσχυριζομένους, ὡς ἂν εἰ ἀρεστὰ δοκοίη ταῦτα κἀκείνῳ, τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις τοὺς ὅρκους πιστοὺς ποιήσας, καὶ ὑπογρσφαῖς τῆς οἰκείας χειρὸς ἐρυθραῖς, πέμψῃ πρὸς αὐτὸν αὖθις τὰ ἴσα κἀκείνου δράσοντος. Ἐπεὶ δὲ ἔδει καὶ τῶν ἐκ τοῦ νέου βασιλέως τινὰ παρεῖναι τοὺς ἐγγράφους ὅρκους ἀποκομίσοντα, ὁ παρακοιμώμενος Ἀπόκαυχος ἀποστέλλεται παρὰ τοῦ μεγάλου δομεστίκου τοῦ Συργιάννου πρὸς τοῦτο πείσαντος. Τῆς μέντοι βασιλέως ἀνεψιᾶς πρὸς βασιλέα εἰς Βυζάντιον ἀφιγμένης, καὶ τούς τε λόγους τοῦ ἐγγόνου καὶ βασιλέως, ἔτι δὲ καὶ τὴν εἰρήνην τὴν ἐφ' οἷς ἐγένετο ἀπαγγειλάσης, πρῶτα μὲν ἔκπληξις εἶχε τὸν βασιλέα, καὶ σχεδὸν ἠπίστει τοῖς λεγομένοις. Ἐπεὶ δὲ ἐπείθετο ἀληθῆ εἶναι, ἡδέως τε ἐδέξατο τὴν εἰρήνην, καὶ τῷ ἐγγόνῳ χάριτας ὡμολόγει πολλάς· συναγαγὼν δ' ἐν βασιλείοις εὐθὺς τοὺς ἐν τῇ Κωνσταντίνου εὑρεθέντας ἀρχιερέας, τούς τε ὅρκους ἐπετέλει, καὶ τὸν πρότερον ἐκφωνηθέντα κατὰ τοῦ νέου βασιλέως καὶ τῶν συνόντων διέλυεν ἀφορισμὸν, βασιλέα πάλιν τὸν ἔγγονον κελεύσας καὶ

meo alios timore quodam, alios perversitate, alios, quod alienis incommodis gaudeant, bello se credere animadverti (pacis vero mentionem auribus aversari), ut omnibus eam facerem tolerabilem, ab justo et honesto paululum declinare necesse habui. Est autem hoc, ut ego a Selybria usque Christopolin (68) locorum interjacentium, oppidorum, militarium copiarum, vectigalium administrationem obtineam : tu a Constantinopoli omnia usque Selybriam, et urbes Orientis, quæ quidem Romanis parent : præterea insulas omnes, et a Christopoli Macedonicas atque occidentales provincias usque Epidamnum (69), et Dalmatiam (quæ sunt Romani imperii metæ ultimæ) possideas. In spe sum, me aliquando et memetipsum, et quæ nunc mihi vindicare videor, in arbitrium potestatemque tuam contraditurum : quandoquidem et istuc jam haud consulto et cogitato, sed necessitati cedens facio. Hujuscemodi responsum junior senlori imperatori misit, simulque libellos duos, in quibus inscripta juramenta, et urbes, quas alter alteri per partitionem attribueret continentia, et utrumque jurata præstiturum affirmantia : ut si eadem illi probarentur, adhibitis sacris Evangeliis, et miniata manus suæ subscriptione fide sacramento conciliata, sibi eosdem idem facturo remitteret. Cæterum quia de amicis junioris imperatoris oportebat esse, qui conscripta juramenta deportaret, suasu Syrgiannis a magno domestico cubiculi sacri præpositus Apocauchus (70) 74 deligitur. Ubi Byzantium reversa Palæologina imperatori dicta nepotis, et pacem cum conditionibus admissam exposuit, ille primum sic obstupuit, ut quæ dicebantur vix crederet. Tamen ut fidem adjunxit, libenter pacem accepit, et nepoti gratias non vulgares habuit, statimque episcopis, qui Constantinopoli tum inveniebantur, in palatium accitis, jusjurandum dedit; et nuper in nepotem, ejusque factionem pronuntiatam devotionis sententiam retractans, rursus imperatorem et esse et nominari jussit. Eamdem porro amitinam iterum ad illum, ejus adjurandi missurus, dolens, non aliquem honestiore loco natum, sed Apocauchum ad juramentum deferendum venisse, sic eam compellat : Quod nepos meus adeo me veneratur et colit, meaque causa tam est sollicitus,

Jacobi Pontani notæ.

(68) De hac conditione, seu pactione Gregoras ita libro octavo : *Tandem inter eos convenit, ut junior imperator Thraciam, quæ a Christopoli usque ad Rhegium, et Constantinopolis suburbana pertinet, pro auctoritate obtineret, simulque ea prædia, quæ suæ factioni assignasset in Macedonia, quorum multa erant, quæ singulis multa millia quotannis penderent : senior vero tum Constantinopolin, tum urbes et provincias omnes Macedonicas ultra Christopolin sitas.*

(69) Epidamnus, seu Epidamnum, alias Dyrrachium, urbs Macedoniæ versus mare Adrianum, quæ Ciceronem exsulem excepit, eumque officiose humaniterque totis sexdecim mensibus tractavit. Stephanus de urbibus docet duas esse Epidamnos, alteram in Illyrico, alteram in sinu Ionio. Vocatum porro Dyrrachium a Romanis, qui nomen ominosum et quasi a damno deductum vitarent. Sic oppidum et coloniam suam Beneventum, bene ominandi causa, nominarunt, cum antea a Græcis Maleventum diceretur. Sed Dyrrhachus Herculis ex filia nepos, quod portum urbi adjecerat, jam antea ab se Dyrrhachium appellarat.

(70) Qui ergo senex paulo infra queritur, hominem infimum ad se missum? Respicit ibi ad originem et natales Apocauchi, qui fuerunt obscuri et ignobiles, ut docetur initio libri hujus cap. 4.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

multa ei vicissim bona, non in hac tantum, verum etiam in illa immortali vita a Deo comprecor. Adhæc moderatum ejus ingenium probosque mores, atque in omni honestate progressus admiror; quod juvenis, et imperator, multoque adversariis superior; unde probabile fiebat, subnixe ambulaturum, arrogantiaque tumidum, aut ingratum in nos futurum, aut certe, quæ nos petebamus evulgatis, deinde quæ ipsi collibuissent largiturum, ut sibi plauderetur ab omnibus; nihil horum perpetravit, sed petitionem meam uni magno domestico aperiens, prudenterque ac modeste admodum respondens, duplicem nobis gratiam persolvit, non solum quod Romano imperio jam toto in eum inclinante, partem retinet, reliquum omne nobis cedit; verum etiam, quod rebus nostris tam vehementer laborantibus, nullo fastu insolescit. Ex quo penitus ita sentio, nunquam ei venisse in mentem, vel particulam despicientiæ nostri præ se ferre, sed reverentiam ac pietatem antiquam erga nos custodire. Illud tamen maxime cruciat animum, quod cum apud se plures et probos et sanguinis necessitudine conjunctos haberet, per quos juramentum a nobis reciperet, horum nullum, sed Apocauchum, obscurum ex obscuris natum misit, qui nuperrime exactionum coactoribus scriptum faciebat. Quanquam quasi quiddam singulare dicerem, quod absurdius est omisi. Idem enim Apocauchus cum multis me promissis circumduxisset, mea auctoritate rei salariæ præfectus est. Deinde promissa posthabens, cum simul omnes e sale 75 reditus devorasset, et ego idcirco de multis pauca requirerem, occasione usus, ad nepotem meum profugit. Quis igitur hunc hominem tantopere ab illo honoratum cernens, ut in negotiis, etiam nobilissimis hominibus deferendis, ejus opera utatur, non id de industria a nepote ad dolorem mihi inurendum fraudulenter esse comparatum existimet? Et ut istuc hac mente non fecerit, multi tamen hac mente factum cogitabunt. Respondente Palæologina, non sibi videri Apocauchum a nepote contemptus gratia legatum, quandoquidem ejus tot erga ipsum antea reverentiæ, et ingenui timoris documenta exstent; imperator protosecretarium Bardalen et Callicreniten cum ea ad nepotem mittit. Qui ubi senis super Apocaucho sermonem audivit, Procul a me sit ista insania, inquit, ut vel parvum vel magnum quidpiam ad molestiam contemptumve domini mei et imperatoris designem: in quem scientem peccare, magna omnino culpa tenetur, me judice, etiamsi peccatum non magnum fuerit (71). Apocauchus non ut legatus, neque ut pacis confirmator (hæc

A εἶναι καὶ ονομάζεσθαι. Μέλλων δ' αὖθις τὴν αὐτὴν ἀνεψιὰν αὐτοῦ πρὸς βασιλέα τὸν νέον πέμπειν ὡς τοὺς παρ' ἐκείνου ληψομένην ὅρκους, ἀνιώμενος ὅτι μὴ τῶν εὖ γεγονότων τις, ἀλλ' Ἀπόκαυχος ἐπὶ τὸ τοὺς ὅρκους παραλαβεῖν ἀπέσταλτο, ἔφη πρὸς αὐτήν· Τῆς μὲν εἰς ἐμὲ αἰδοῦς καὶ προμηθείας τε καὶ τιμῆς, πολλῶν ἀμοιβὰς ἀγαθῶν εὔχομαι τῷ βασιλεῖ καὶ ἐμῷ ἐγγόνῳ παρὰ Θεοῦ, οὐ μόνον κατὰ τὸν τῆδε βίον, ἀλλὰ καὶ κατ' ἐκεῖνον τὸν ἀτελεύτητον. Ἔτι δέ μοι καὶ θαυμάζειν ἔπεισι τό τε μέτριον αὐτῷ τοῦ ἤθους, καὶ τὴν εὐθύτητα τοῦ τρόπου, καὶ τὸ πρὸς τὰ καλὰ βεβηκὸς, ὅτι νέος ὢν καὶ βασιλεὺς, καὶ παρὰ πολὺ τῶν ἀντιπάλων κεκρατηκὼς ἐξ ὧν εἰκὸς ἦν πρὸς φιλοτιμίαν ἐπαρθῆναι καὶ φυσηθῆναι, καὶ ἀγνωμονῆσαι περὶ ἡμᾶς, ἢ τόγε δεύτερον, ἅπερ ἠτούμεθα αὐτοὶ ποιήσαντα φανερὰ, εἶτα ἅπερ ἤθελεν

B αὐτὸς χαρίσασθαι, ἵνα θαυμάζοιτο παρὰ πάντων. Ὁ δ' ἐποίησε τοιοῦτον οὐδέν· ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐμοὺς λόγους διετήρησεν ἐν ἀδήλῳ, οὐδενὸς ἐγνωκότος ἑτέρου πλὴν τοῦ μεγάλου δομεστίκου μόνου· αὐτὸς δὲ τοὺς λόγους συνετῶς ἄγαν καὶ κοσμίως οἰκονομήσας, διπλῆν ἡμῖν κατέθετο τὴν χάριν, οὐ μόνον τῷ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας πάσης ἤδη πρὸς αὐτὸν κλινούσης μέρος μέν τι παρακατασχεῖν, τῆς λοιπῆς δ ἁπάσης ἡμῖν παραχωρῆσαι, ἀλλὰ καὶ τῷ μηδ' οὕτως εἰς στενὸν κομιδῇ τὰ ἡμέτερα ἐληλακότα ἐκπομπεῦσαι θελῆσαι. Ἐξ ὧν ἐμὲ πεπεῖσθαι σαφῶς συμβαίνει, ὡς οὐδ' ἴχνος καταφρονήσεως ἐπὶ νοῦν ἦλθεν αὐτῷ ἐνδείξασθαι εἰς ἐμὲ, ἀλλὰ τὴν προτέραν αἰδῶ

C καὶ εὐλάβειαν ἀποσώζει. Ἐκεῖνο δὲ οὐχ ἥκιστα λυπεῖ, ὅτι μὴ πρὸς τὴν παράλῃψιν τῶν ὅρκων, πολλῶν τε καὶ ἀγαθῶν καὶ τῶν καθ' αἷμα προσηκόντων αὐτῷ συνόντων, τούτων μὲν ἀπέσταλκεν οὐδένα, τὸν δὲ Ἀπόκαυχον, ἄσημον μὲν ὄντα καὶ ἐξ ἀσήμων, καὶ οὔπω χθὲς καὶ πρώην τοῖς τῶν δημοσίων φόρων πράκταις ὑπογραμματεύοντα. Καίτοι τὸ δεινότερον ἀφεῖλον, ὡς δή τι θαυμαστὸν λέγων. Ὁ γὰρ αὐτὸς ἐμὲ πολλαῖς ὑποσχέσεσιν ἐξαπατήσας, τῶν δημοσίων ἁλῶν ἔφορος ἀπεδείχθη. Εἶτα τῶν μὲν

D ὑποσχέσεων ἐκπεπλήρωκεν οὐδέν· ὁμοῦ δὲ πᾶσαν τὴν ἐκ τῶν ἁλῶν πρόσοδον καταφαγὼν, καὶ διὰ τοῦτ' ἐκ πολλῶν ὀλίγα ζητοῦντος ἐμοῦ λαβεῖν, τῷ καιρῷ χρησάμενος, πρὸς τὸν ἐμὸν ἔγγονον ᾤχετο ἀποδράς. Τίς οὖν τοῦτον ἰδὼν οὕτω τιμώμενον παρ' αὐτῷ, ὥστε καὶ ἐπὶ τοῖς, τοῖς εὐγενεστάτοις προσήκουσιν, ἔργοις αὐτῷ χρῆσθαι, οὐκ ἂν ἐξεπίτηδες νομίσαι εἰς ἀνίαν ἐμοὶ παρὰ βασιλέως τοῦ ἐγγόνου συνεσκευάσθαι; Εἰ γὰρ καὶ τῷ ὄντι μὴ παρ' ἐκείνου τοιαύτῃ πέπρακται γνώμῃ, ἀλλ' οἱ πολλοὶ οὕτω γε νομιοῦσιν. Ἀποκριναμένης δὲ καὶ αὐτῆς, Οὐδ' ἂν αὐτῇ δοκεῖν καταφρονητικῶς παρὰ βασιλέως τοῦ νέου τὸν Ἀπόκαυχον ἀπεστάλθαι, πολλὰς τῆς εἰς σὲ, βασιλεῦ, αἰδοῦς τε καὶ εὐλαβείας δεδωκότος τὰς ἀποδείξεις·

Jacobi Pontani notæ.

(71) Num paradoxon illud Stoicorum insinuat, ὅτι ἴσα τὰ ἁμαρτήματα, *omnia peccata esse æqualia?* de quo Cicero, ut de aliis disseruit: *Parva, inquis, res est; atqui magna culpa. Nec enim peccata rerum eventu, sed vitiis hominum metienda sunt*, etc. Verum ita loquitur, ut quantum veneretur avum, intelligatur. Quos enim multum reveremur, aut diligimus, aut saltem multum revereri ac diligere debemus, eos etiam parum offensos, quasi indignis modis violatos dolemus, atque iracimur. Nec id immerito.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ὁ βασιλεὺς τόν τε πρωτασηκρῆτις Βαρδαλὴν καὶ τὸν Καλλικρηνίτην ἅμα σὺν αὐτῇ πρὸς τὸν ἔγγονον ἀποστέλλει. Ἀφικομένων δὲ πρὸς αὐτὸν, πρὸς μὲν τοὺς περὶ τοῦ Ἀποκαύχου λόγους ὡς ἐπύθετο τοῦ βασιλέως, Μὴ οὕτω μανείην, ὁ νέος εἴρηκε βασιλεὺς, ὡς ἢ μικρὸν ἢ μέγα ἐπὶ λύπῃ ἢ καταφρονήσει τοῦ ἐμοῦ ποιῆσαι κυρίου καὶ βασιλέως. Τὸ γὰρ ὅλως πρὸς αὐτὸν ἁμαρτεῖν ἑκόντα, τῆς ἴσης ἀξιόν ἐστιν αἰτίας παρ' ἐμοὶ κριτῇ, ἄν τε μεῖζον ἄν τ' ἔλαττον ἁμάρτημα ᾖ. Ἀπόκαυχος δὲ οὐχ ὡς πρέσβις, οὐδὲ τῆς εἰρήνης βεβαιωτής, (ταῦτα γὰρ τῇ ἐμῇ θείᾳ προσῆκεν), ἀλλ' ὡς γραμματοκομιστὴς ἀπεστάλη μόνον. Ἴσμεν δ' ὅτι καὶ μεγάλων ἕνεκα καὶ ἀναγκαιοτάτων πέμποντές τινι γράμματα, καὶ τοῖς φαυλοτάτοις τῶν οἰκετῶν χρώμεθα πρὸς μετακομιδήν. Ὅμως εἰ καί τινα ἔχει μέμψιν, παρὰ τοῦ μεγάλου δομεστίκου τὰς εὐθύνας ἀπαιτεῖν, οὐ παρ' ἐμοῦ, προσήκει τὸν βασιλέα (παρ' αὐτοῦ γὰρ ἀπέσταλτο), τοὺς ὅρκους δὲ βεβαιώσας καὶ τοῖς πρέσβεσιν ἐγχειρίσας χαίροντας ἐξαπέστειλεν.

A enim cognatæ meæ officia erant), sed tantummodo ut tabellarius venit. Et constat, nos etiam de seriis maximeque necessariis ad alios scribentes, tabellariis uti solere famulorum abjectissimis. Nihilo minus si quid reprehensionis res habet, non a me, verum a magno domestico par est ut imperator rationem exigat (ab eo quippe missus fuerat). Post juramento confirmato et legatis tradito, lætantes dimisit.

CAPUT XXIV.

Junior imperator Adrianopolin reversus, eo uxorem vocat. Æstatem in lustrandis et ordinandis urbibus ponit. Syrgiannes ad senem perfidiose deficit. Eam defectionem nepos illi exprobrans, ad fidem porro colendam hortatur. Negat Syrgiannes objecta; sed litteris Byzantinis convincitur. Iterum de officio monetur. Pernegat, et Byzantium proficiscitur. Bellum recrudescit, nepos exercitum ad arma in adversarios excuscitat. Mira omnium pugnandi cupiditas.

Αὐτὸς δὲ μετὰ τὴν Πεντηκοστὴν Ἰουνίου μηνὸς ἱσταμένου ἀνέζευξεν εἰς Ἀδριανούπολιν· πέμψας δὲ εἰς τὴν Κωνσταντίνου, καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ Εἰρήνην ἤγαγε πρὸς ἑαυτόν, ἧς καὶ μετὰ τὴν πρὸς βασιλέα ἄφιξιν παιδίον ἄῤῥεν τεκούσης μετὰ μῆνας ὀκτὼ τὸ παιδίον ἐτεθνήκει. Ὁ βασιλεὺς δὲ τὰς ὑπ' αὐτὸν πόλεις περιῶν, καὶ τῶν αὐτῷ συνόντων τοὺς ἐπιφανεστέρους τιμαῖς τε καὶ δωρεαῖς, καὶ ἐπαρχιῶν καὶ πόλεων ἐπιτροπαῖς, τοὺς δ' ἄλλους χρήμασι καὶ ἐτησίοις θεραπεύσας προσόδοις, διέτριψε τὸ θέρος. Ἤδη δὲ τοῦ θέρους τελευτῶντος, κατὰ τὰς ἀρχὰς μάλιστα τοῦ Αὐγούστου μηνὸς, οἱ πρὸς τῇ Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως φίλοι δηλοῦσι διὰ γραμμάτων αὐτῷ, ὡς ὁ Συργιάννης συμβάσεις πρὸς τὸν σὸν πάππον θέμενος, ἀφίξεται πρὸς αὐτὸν ὅσον οὔπω. Βασιλεῖ δ' ἅμα καὶ μεγάλῳ δομεστίκῳ τὰ γράμματα ἀναγνοῦσιν ἐδόκει λυσιτελεῖν πρὸς μὲν τὸ παρὸν ἐν ἀπορῥήτῳ τὰ μηνυθέντα τηρεῖν· πέμψαντας δὲ πυνθάνεσθαι παρὰ τῶν φίλων εἰ ὅλως ἀληθῆ τὰ περὶ Συργιάννη μηνυθέντα. Σχέτλιον γὰρ ᾤετο καὶ βαρὺ πρὶν ἀκριβῶς τἀληθὲς ἐκμαθεῖν πρᾶξαί τι τῶν οὐ δεόντων ἢ φθέγξασθαι. Πέμψας οὖν εὐθὺς ἐπυνθάνετο· οἱ δ' ἔφασαν πάνυ τε ἐξητακέναι καὶ σὺν ἀκριβείᾳ μαθεῖν ὡς μεγάλα βασιλεύς τε καὶ Συργιάννης ἀλλήλοις ἐπαγγειλάμενοι ἐποιήσαντο τὰς συνθήκας. Διὸ καὶ σφόδρα περιαλγήσαντες μεμηνυκέναι. Σοὶ δὲ μελήσει τὰ λυσιτελοῦντα

B Secundum Pentecosten, ineunte Junio, cum exercitu Adrianopolin regressus. Irenen uxorem Constantinopoli adducendam ad se curat. Illa post adventum suum prolem masculam parit, quæ post octo menses obiit. Imperator urbes suas invisens, et suorum nobiliores honoribus, muneribus, provinciarum oppidorumque præfecturis, alios pecuniis et annuis pensionibus sibi demerens, in his ætatem consumit: qua præcipiti, initio **76** Augusti mensis, qui erant Constantinopoli amici, per litteras eum docent, Syrgiannem avo fœderatum (72), brevi ad illum profecturum. Epistola perlecta, imperatori et magno domestico visum est faciendum, ut perscripta silentio in præsens tegerent, mitterent autem amicos illos percontatum, verane esC sent, quæ de Syrgianne significassent. Veritate enim nondum explorate cognita, agere aut loqui quod minus conveniret, grave et inhumanum judicabant. Illi responderunt diligenter se inquisivisse, liquidoque didicisse, imperatorem avum et Syrgiannem magna mutuum pollicitos fœdus pepigisse. Id se ex animo dolentes, significatum voluisse; videret quo pacto semet consilio et opera juvaret. His de Syrgianne intellectis, solum in secretum adducens nepos, sic ait: Renuntiatum est mihi, te societate pacta cum avo meo, ad ipsum D transiturum. Tunc prior te in eamdem insinuaris,

Jacobi Pontani notæ.

(72) Quænam causa hunc Syrgiannem impulerit, ut ad seniorem imperatorem a juniore turpiter desciscret, narrat hunc in modum Gregoras: *Cæterum magnus dux Syrgiannes, rebus non ex sententia succedentibus (putabat enim se velut consortem imperii fore, et suo arbitratu moderaturum omnia, neque parvum, aut magnum quidquam se nesciente actum iri), cum præter omnem expectationem cerneret, imperatoris animum Cantacuzeno magno domestico prorsus esse devinctum, dolore atque invidia æstuabat, ac mœstus secum meditabatur, quomodo ulcisceretur imperatorem, qui eorum, quæ verbis antea promisisset, nunc reipsa nullius meminisset, sed contraria potius omnia faceret; quippe a quo ut unus e multis despiceretur, nec ulli consultationi adhiberetur. Decrevit igitur se ad veterem imperatorem conferre, ac brevi tempore omnia consilia, res omnes novitii evertere. Neque enim quidquam ad Deum referebat; sed quo ipse inclinasset, eodem etiam negotia omnia necessario inclinatura putabat.* Pergit deinde docere, quam et seni imperatori, et populo Byzantino grata et jucunda illa transitio acciderit. Periit autem misere, ut suo loco dicetur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

sperans majus aliquid inventurum, an ab eo multis pollicitationibus in fraudem illectus sis, haud satis scio. Si vana sunt quæ audivi, et qui nuntiarunt merito accusari debent et ego minime laudandus sum, qui sycophantis fidem commodaverim (73). Si, ut dicebam, aut plus te consecuturum arbitratus, aut indidem persuasus huc devenisti, et his cogitationibus monitu meo excussis, fidem mihi amoremque pristinum sinceriter ac puriter præstare volueris, æque ut ante benevolum me et amicum tibi faxo experiare : nec præterita, perinde ac si nulla fuissent, reputabo, quandoquidem præter meas magnique domestici nullius aures tetigerunt. Si vero ut iniquum et nequam me fugis, mecumque vivere ac versari intolerandum putas : sed ab avo divina quædam bona te adepturum credens, ad illum te adjungere deliberatissimum habes, doleo ista discessione tua, cum me amico et familiari privatum videam, vim tamen non intentabo, neque invitum retinebo : quando neque a principio vel lege bellica, vel alia quadam violentia, ut mihi servires, te compuli : verum ultro me secutus, mihi adhærescere, mecum caput objectare periculis, meaque causa quidvis facturum passurumque promisisti, idque re ipsa etiam præclare demonstrasti (74). Verumtamen nec ego ingratus meritorumque immemor fui. Nam cum Deus ardenti voluntati meæ in amicos etiam facultatem tribuisset, cum alios, tum te quoque, ut decebat, donis honoribusque ob laborem ac studium erga me tuum remuneratus sum. **77** Et quoniam volens ac libens mecum te conjunxisti, turpe est clanculum, ac non potius aperte valedicentem recedere. Neque tamen avum meum bello accinctum, te ad vexandas fortunas meas asciscere, sed pacem ac fœdus inviolatum servare, et te subesse sibi sine dolo malo velle opinor. Quanquam et hoc mirari satis nequeo, cum factis ipsis benevolæ mentis et obedientiæ significationes ita luculentas dederim, qui tandem ille (quod nunquam veritus essem) nullo indicio mihi se amicum ostendat. Quod si forte armis mecum decertare apud animum proposuit, nos Deo cordi erimus. Recordare verborum tuorum, cum Byzantii de statu rerum consultaremus. Cum enim tu et protostrator super avo, quæ meministi, elocuti essetis (75), me longe aliud sentiente, tu hunc animum meum suspiciens, fidere Deo te di-

καὶ βουλεύεσθαι καὶ πράττειν σαυτῷ. Τοιαῦτα περὶ Συργιάννη πυθόμενος ὁ βασιλεὺς, κατ' ἰδίαν μόνον παραλαβὼν, Ἠκηκόειν, ἔφη πρὸς αὐτὸν, περὶ σοῦ ὡς συμβάσεις θέμενος πρὸς τὸν ἐμὸν πάππον καὶ βασιλέα μέλλεις μεθίστασθαι πρὸς αὐτόν· εἶτε δὲ αὐτὸς τοὺς λόγους ἐποιήσω πρῶτος, ἐλπίσας τι πλεῖον εὑρήσειν, εἶτ' ἐκεῖθεν πολλαῖς ὑποσχέσεσιν ἀπατηθεὶς ἐπείσθης, εἰδέναι σχφῶς οὐκ ἔχω. Εἰ μὲν οὖν οὐκ ἀληθῆ τὰ εἰρημένα, αὐτοί τε οἱ εἰπόντες δίκαιοι κατηγορεῖσθαι, ἐγώ τε ἄξιος οὐκ ἐπαίνου τοῖς συκοφάνταις πιστεύσας· εἰ δ', ὅπερ ἔφην, ἢ αὐτός τι πλεονεκτήσειν ἐλπίσας, ἢ ἐκεῖθεν πεισθεὶς ὑπήχθης πρὸς τοῦτο, εἰ μὲν ἐθελήσεις τῶν τοιούτων ἀποστῆναι λογισμῶν, ἐμοὶ βουλευομένῳ πεισθεὶς, καὶ τὴν εἰς ἐμὲ πίστιν καὶ φιλίαν ὥσπερ καὶ πρότερον ἄδολον καὶ καθαρὰν τηρεῖν, τῆς αὐτῆς ἧς περ καὶ πρότερον ἀπολαύσεις παρ' ἐμοὶ καὶ φιλίας καὶ εὐμενείας, οὐδὲν τῶν τοιούτων ὑπολογιζομένῳ, ὥσπερ οὐδ' ἂν εἰ μὴ τὴν ἀρχὴν ἐγεγόνει. Ἐπεὶ οὐδ' ἑτέρῳ τινὶ πλὴν ἐμοὶ καὶ τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ μόνῳ τὰ τοιαῦτα ἦλθεν εἰς ἀκοάς. Εἰ δ' ὡς ἀγνώμονά τινα καὶ πονηρὸν ἐμὲ ἀποτρέπῃ, καὶ τὸ συνεῖναι καὶ συνδιατρίβειν οὐκ ἀνεκτὸν ἡγῇ, ἀλλ' ὑπερφυῆ τινα καὶ μεγάλα παρὰ τοῦ ἐμοῦ πάππου καὶ βασιλέως οἰόμενος εὑρήσειν, δλῃ προθέσει προσχωρῆσαι αὐτῷ προείλου, ἀνιῶμαι μὲν ἐπὶ τῇ διαστάσει τῇ σῇ, φίλου καὶ συνήθους ἀποστερούμενος· βίαν δὲ οὐκ ἐπάξω, οὐδ' ἄκοντα κατασχεῖν ἐθελήσω· ἐπεὶ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν οὔτε πολέμου νόμῳ, οὔτ' ἄλλῃ τινὶ βίᾳ πρὸς τὸ ἐμοὶ δουλεύειν ὑπηγαγόμην, ἀλλ' ἑκοντὶ προσεχώρησας αὐτὸς, ἑλόμενος ἐμοὶ συνεῖναι καὶ συγκινδυνεύειν, καὶ πᾶν ὁτιοῦν ὑπὲρ ἐμοῦ καὶ ὑφίστασθαι καὶ πράττειν ἐπαγγειλάμενος, ὃ δὴ καὶ καλῶς ποιῶν, ἀληθὲς ἀπέφηνας ἐπὶ τῶν ἔργων. Οὐ μὴν οὐδ' αὐτὸς ἀχάριστος οὐδ' ἀμνήμων ἐφάνην τῶν ἀγαθῶν. Ἀλλὰ Θεοῦ τῇ περὶ τοὺς φίλους προθυμίᾳ καὶ δύναμιν παρασχομένου, τούς τε ἄλλους καὶ σὲ, ὥπερ ἔδει, τιμαῖς τε καὶ δωρεαῖς ἀξίαις τῶν πόνων ἠμειψάμην καὶ τῆς προθυμίας τῆς εἰς ἐμέ. Ἐπεὶ οὖν ἑκοντὶ προσῆλθες, οὐκ ἀγαθὸν λαθραίως ἀναχωρεῖν, ἀλλ' εἰς φανερὸν συνταξάμενον ἀπιέναι. Οἶομαι μὲν οὖν οὐδὲ τὸν ἐμὸν πάππον καὶ βασιλέα πρὸς πόλεμον ἑτοιμαζόμενον, ἐπὶ κακώσει τῶν ἐμῶν πραγμάτων σε προσλαμβάνεσθαι βούλεσθαι, ἀλλὰ τὴν μὴν εἰς ἐμὲ εἰρήνην καὶ τὰς σπονδὰς ὑγιαινούσας τηρεῖν· ἐφίεσθαι δ' ἁπλῶς οὕτω καὶ σὲ τηρεῖν ὑπ' αὐτόν. Καίτοι μοι καὶ τοῦτο λίαν ἔπεισι θαυμάζειν ὅπως αὐτῶν τῶν

Jacobi Pontani notæ.

(73) Olim σῦκα *ficus* ex Attica tanquam fructum rarum, et ideo carum, exportare non licebat. Qui exportantes curiosius et inquirerent, et indicarent, eos συκοφάντας nominabant. Postea hoc vocabulum ad eos translatum est, qui amarent accusare alios, seu qui quacunque de causa, etiam levi, aliorum nomina deferrent. Ad calumniatores denique, qua voce Andronici minoris et Cantacuzeni criminatores, illius apud avum, hujus apud Annam Augustam creberrime in his libris appellantur

(74) Quod Græce interponitur, καλῶς ποιῶν (quodque aliter etiam, εὖ ποιήσας dicitur) expressi adverbio *præclare;* quandoquidem aliud ista non sunt, quam sermo, rei eventum, vel factum aliquod approbantis, ac proinde his modis, *et merito, et recte, ac bene quidem*, similibusque commode transferuntur.

(75) Protostrator imperatorem senem in carcerem trudendum, Syrgiannes occidendum suadebat capite nono. Ab utroque consilio abhorruit junior Andronicus, cum Cantacuzeno faciens, cujus sententia ad fugam duntaxat pertinebat.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

πραγμάτων τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας ἐμοῦ καὶ εὐπειθείας ἐναργεῖς παρασχομένων τὰς ἀποδείξεις, ὅδε, ὅπερ οὐκ ἄν ποτε ἤλπισα, οὐ φιλοῦντος ἔργον οὐδὲν ἐνδείκνυται εἰς ἐμέ. Εἰ δ' ἄρα καὶ πολεμεῖν ἐμοὶ προῄρηται, θεῷ μὲν μελήσει περὶ ἡμῶν. Ἀναμιμνήσκω δέ σε καὶ ὧν αὐτὸς ἐφθέγξω λόγων ἡμῶν περὶ τοῦ τί δεῖ πράττειν ἐν Βυζαντίῳ βουλευομένων. Σοῦ γὰρ καὶ πρωτοστράτορος περὶ τοῦ βασιλέως ὅσα καὶ αὐτὸς οἶσθα εἰπόντων, ἐμοῦ δὲ τἀναντία βουλευσαμένου, θαυμάσας αὐτὸς, Πέποιθα σαφῶς, ἔφης, ἐπὶ θεῷ, ὡς σοῦ τοῦτον τὸν τρόπον περὶ τὸν πάππον καὶ βασιλέα διακειμένου, αὐτὸς ὁ Θεὸς πολεμήσει ὑπὲρ ἡμῶν, ἡμᾶς δὲ ἀμερίμνους ποιήσει. Σκέψαι τοίνυν ὃ μέλλεις δρᾶν. Σοὶ γὰρ ὁ λόγος εἴρηται οὑτοσί. Τοιαῦτα τοῦ βασιλέως εἰπόντος, ἐνίστατο μὲν ὁ Συργιάννης σεσυκοφαντῆσθαι φάσκων, καὶ ὧν κατηγόρηται μηδὲν ἀληθὲς εἶναι, τῷ δὲ μὴ βεβαίας παρέχεσθαι μηδ' ἐναργεῖ, τὰς ἀποδείξεις ὑπὲρ ὧν κατηγορεῖτο, ὑποψίαν οὐ μικρὰν τῷ στοχάζεσθαι τὰ πράγματα παρεῖχετο δυναμένῳ ἐκ τῶν λόγων, ὡς πονηρὰ σύνοιδεν ἑαυτῷ. Τοῦ μέντοι βασιλέως τοὺς αὐτοὺς λόγους πάλιν ἀναλαβόντος, καὶ θάρσους ἐμπλήσαντος ὡς οὐδὲν ἧττον ἢ πρότερον εὐμενῶς διακείσεται πρὸς αὐτὸν, ἀπῆλθεν. Ἐκ μέντοι Βυζαντίου παρὰ τῶν τοῦ νέου βασιλέως ἀγγελίαι ὁσημέραι ἀφικνοῦντο φίλων, τά τε περὶ Συργιάννην πείθουσαι ὡς εἴη ἀληθῆ, καὶ ὅτι βασιλεὺς ὁ πρεσβύτερος τὰ πρὸς τὸν πόλεμον ἐξαρτύεται πάντα, ὡς ἅμα τῷ Συργιάννην ἀφικέσθαι ἀναῤῥαγησομένου. Ἄρτι δὲ τοῦ χειμῶνος ἀρχομένου, Ὀκτωβρίου μηνὸς πέμπτῃ ἱσταμένου, πάλιν ὁ βασιλεὺς ἰδιαζόντως ἔφη πρὸς Συργιάννην· Οὐκ οἶμαί σε ὧν πρὸ χρόνου μικροῦ πρὸς σὲ διειλέχθην ἐπιλελῆσθαι. Ἐκ τότε δ' ἄχρι καὶ νῦν ἀσημέραι μοι ἀγγέλλεται περὶ σοῦ ὡς ἀποστῆναι πρὸς τὸν ἐμὸν πάππον παρασκευάζῃ. Οὐ μὴν ἀλλ' ὅτι καὶ αὐτὸ, τὰ πρὸς πόλεμον ἐξαρτύεται, ὡς ἅμα τῷ σὲ παραγενέσθαι πρὸς ἐμὲ πολεμήσων. Ὅσοι δ' ἐπιτηδείως ἔχουσιν ἐμοὶ, καὶ εἰρξαί σε παραινοῦσιν, ὡς ἅμα τῷ σὲ εἰρχθῆναι καὶ τοῦ πολέμου παυσομένου. Ἐγὼ δ' ἃ πρότερον εἰρήκειν, καὶ αὖθις ἐρῶ, ὡς εἰ μὲν τοῖς ἐμοῖς λόγοις πεισθεὶς, τοῦ τοιαῦτα καὶ βουλεύεσθαι καὶ δρᾶν ἀποστῇς, καλῶς ἂν ἔχοι· εἰ δ' ἀδυνάτως ἔχεις μετεβουλεύσασθαι, ἃ βούλει πράττε· ἐγὼ γὰρ οὐ μόνον οὐκ εἰρξαί σε προθυμοῦμαι, καίτοι πάνυ ῥᾳδίως ἔχων, ὡς καὶ αὐτὸς φαίης ἄν, ἀλλ' οὐδὲ τῆς ἀρχῆς παρελύσω. Τούτου δ' ἕνεκα σοὶ ταῦτα προλέγω, ὡς ἂν εἰδείης ἀπελθών, ὡς οὐ λαθών, ἀλλὰ φωραθεὶς ἃ προείλου παρώφθης δρᾶν. Ἐπὶ τούτοις ὁ Συργιάννης συκοφαντεῖσθαι πάλιν ἰσχυρισάμενος, καὶ μηδὲν τοιοῦτον ἑαυτῷ συνειδέναι, τοῦ βασιλέως ἐπιτρέψαντος, πρὸς ἃς ἐπετρόπευε τῆς Θρᾴκης πόλεις ἀπῆλθε. Δύο δ' ἐξ αὐτῶν τὸν Ἄπρων καὶ τὴν Γαρέλλαν φρουραῖς κατασχὼν, καὶ τ' ἄλλα ἀσφαλισάμενος ὥστ' ἔχειν πρὸς πολιορκίαν ἀντέχειν, ἀπέστη πρὸς τὸν πρεσβύτερον βασιλέα Νοεμβρίου μηνός. Ἅμα δὲ τῷ τοῦτον ἐπιβῆναι Βυζαντίου, καὶ ὁ τῶν βασιλέων πόλεμος φανερῶς αὖθις ἀνερριπίζετο. Ὁ νέος γὰρ βασιλεὺς τὴν ὑποτεταγμένην αὐτῷ στρατιὰν ἅπασαν

A cebas, qui me tam clementer in avum affecto, pro nobis pugnaturus, nosque omni cura et sollicitudine liberaturus esset. Quare quid agas dispice, tua quippe causa hæc dicta sunt. Simul finem loquendi dedit imperator, Syrgiannes adversari, ac se per calumniam delatum, totamque accusationem esse commentitiam affirmare. Attamen quod asseverationis hujus neque solidas, neque claras probationes adducebat, eum conscientiæ labem in animo habere, bonus rerum æstimator non leviter suspicari poterat. Ast imperatore eadem iterante, ac spem maximam injiciente, non minus quam antehac sibi charum fore, e conspectu abiit. Byzantio autem quotidiani ab amicis B veniebant nuntii, Syrgiannem proditorem esse, et quamprimum ille adfuisset, avum in bellum, quod omnimodis jam parasset, erupturum. Hieme appetente, ante diem tertium Nonas Octobres Syrgiannem junior imperator separatim denuo sic est affatus : In memoria tibi esse autumo, quæ nuper tecum egi. Ex eo usque hodie in dies singulos mihi nuntiatur, te defectionem ad avum parturire : nec id tantum, sed ipsum præterea bellum instruere, quo me simul ac tu veneris, lacessat. Quotquot vero mihi bene cupiunt, ut te coerceam hortantur : sic enim bellum quieturum ; at tu quæ antea ex me audivisti, iterum audies. Si, inquam, monitis meis obtemperans, ab his meditandis et agendis abstinueris, bene certe : sin aliam mentem induere non est ut possis, fac quæ libido fert ; C ego enim non modo coercere et comprimere te non aveo, tametsi parvo id negotio queam, ut tute confitebere, sed neque præfecturam **78** tibi adimo ; ut intelligas non me inscio, sed potius negligente, ea te egisse, quæ tibi ante deliberata sunt. Hic Syrgiannes rursum falso in se tantum crimen conferri, ac nullius esse sibi conscium affirmans, libente imperatore, ad urbes Thraciæ, quarum præfectum agebat, discessit, ac duas, Apros videlicet et Garellam, præsidiis impositis, cæteroque apparatu ita communiens, ut obsidionem tolerare valerent, mense Novembri Byzantium venit, moxque bellum inter imperatores de integro et manifesto ardere cœpit. Junior enim brevi copiis suis D in unum coactis, sic ad eas concionatus est : Pacis honestas et utilitas non iis tantum qui reguntur, sed rectoribus etiam ipsis : sicuti et belli calamitates vobis quoque omnibus notæ sunt. Ego vero quæ privatim possideo, eorum omnium jacturam, pacis retinendæ gratia haud recusem. Postquam autem avus meus (quod nunquam credidissem), spreto fœdere, nullam nobis hujus perfidiæ causam sive ansam præbentibus, ad apertum bellum prosilit, et nos invito necessitateque adacti ad arma imus, et omnibus potius suffragiis pacem eligimus, nihil restat aliud quam ut Deo teste jurisjurandi invocato, perjuros invadamus, providemusque, quomodo non magis ipsis malum demus, quam ut ne ipsi malum aliquod accipiamus.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Nam eo usque procrastinare, dum in loca nostra irruant, quasi tum demum vim propulsaturi, id parum abesse non dico ab ignavia, sed etiam ab insipientia videatur. Spe bona sum, Deum ipsum, per quem conceptum sacramentum sancte colimus, adfuturum, ac pro nobis depugnaturum. Dixit; et velut uno ore totus exercitus: Gratias agimus, exclamat, Deo universorum imperatori, cum non injusto et avaro militamus domino, sed ei, qui quæ omnes jure illum tenere fateantur, propter pacem civilem pro nihilo putet (76). Porro justus Deus, et qui justitias dilexit, ut Vates ait [1], neque te injustitiæ obsistentem, neque nos pro justitia bellantes despiciet. Itaque nobis omnibus pro te, si fieri possit, etiam sæpius mori non recusaturis, ne cunctemur diutius, neu tempus eximamus, sed Deo nixi, rem aggrediamur. Imperator de tam benevolis animis et incitatis studiis, ut decebat, gratias egit, concionemque dimisit: ac seorsum cum magno domestico et protostratore collata sententia, cum et ipsis oratio militum placuisset, nihilque desiderari videretur, eam confirmarunt. **79** Die sequenti protostrator Adrianopolin petiit, Annam filiam cum Manuele Asane, fratre uxoris magni domestici nuptiis conjuncturus.

A ἐν βραχεῖ συναθροίσας, τοιοῖσδε πρὸς αὐτοὺς ἐχρήσατο λόγοις· Τὸ τῆς εἰρήνης καλὸν καὶ λυσιτελὲς οὐ μόνον τοῖς ἀρχομένοις ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄρχουσιν, ὥσπερ αὖ πάλιν τὰ ἐκ τοῦ πολέμου κακὰ, καὶ ὑμῖν μὲν πᾶσι καθέστηκε φανερὰ, ἐγὼ δὲ τῶν ἐμοὶ προσόντων ἰδίᾳ πάντων ἐτιμησάμην ἂν ὥστε μὴ λυθῆναι τὴν εἰρήνην· ἐπεὶ δ' ὁ ἐμὸς πάππος καὶ βασιλεὺς (ὅπερ οὐδ' ἄν ποτε ἐπείσθην πρὶν γενέσθαι) λύσας τὰς πρὸς ἡμᾶς σπονδὰς, πρὸς πόλεμον ἐχώρησε φανερῶς, οὐδεμίαν αἰτίαν ἢ λαβὴν ἡμῶν πρὸς τὸ λῦσαι ταύτας παρασχομένων, ἀλλὰ καὶ ἀκόντων νῦν ὑπ' ἀνάγκης πρὸς τὸν πόλεμον χωρούντων, καὶ ταῖς ψήφοις ἁπάσαις τὴν εἰρήνην αἱρουμένων, οὐδὲν εἶναί μοι τὸ λεῖπον δοκεῖ, ἢ Θεὸν τὸν ἐν ταῖς σπονδαῖς ὅρκιον ἐπικαλεσαμένους κατὰ τῶν ἀδικούντων
B χωρεῖν, οὐ μᾶλλον τοῦ αὐτοὺς κακοῦν, ἢ τοῦ μὴ αὐτοὶ κακῶς παθεῖν πρόνοιαν ποιουμένους. Τὸ γὰρ εἰς τὴν ἡμετέραν περιμένειν ἀμυνομένους ἐπιόντας, οὐκ ἀνανδρίας μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀσυνεσίας οὐ πάνυ πόῤῥω δόξειέν ἄν. Ἐλπίζω δὲ οὐδὲ Θεὸν αὐτὸν, ὃν ἡμεῖς εὐορκοῦμεν, ἡμᾶς ἐγκαταλιπεῖν ἄν, ἀλλὰ συμπαρέσεσθαί τε καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ἀμυνεῖσθαι. Τούτων οὕτως ὑπὸ βασιλέως εἰρημένων, ἡ στρατιὰ πάντες ὥσπερ ἀπὸ γλώττης μιᾶς, Χάριτας, ἔφησαν, ὁμολογοῦμεν τῷ Θεῷ πάντων καὶ βασιλεῖ, ὅτι οὐκ ἀδίκῳ τινὶ καὶ πλεονεκτικῷ τὸν τρόπον ἐπόμεθα δεσπότῃ· ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ἃ πάντες ἂν αὐτῷ συμφαῖεν εἶναι δίκαια ὑπὲρ τῆς πρὸς ὁμοφύλους εἰρήνης προῖεμένῳ· δίκαιος δ' ὢν ὁ Θεὸς καὶ δικαιοσύνας ἠγαπηκὼς, ᾗ φησιν ὁ Προφήτης, οὔτε σε πρὸς τὴν ἀδικίαν ἀντικαθιστάμενον, οὔθ' ἡμᾶς ὑπὲρ τοῦ δικαίου περιόψεται στρατευομένους. Ἡμῶν τοίνυν ἁπάντων ὑπὲρ σοῦ κἂν ἑξῆς πολλάκις ἀποθανεῖν ἑτοίμων ὄντων, μηκέτι μέλλωμεν μηδ' ἀναβαλλώμεθα τὸν καιρόν· ἀλλ' ἐχώμεθα ἔργου Θεῷ θαῤῥοῦντες. Ἐπὶ τούτοις ὁ βασιλεὺς τῆς εὐνοίας ἕνεκα καὶ τῆς προθυμίας τῆς εἰς αὐτὸν τὰ εἰκότα εὐχαριστήσας, τὸν μὲν κοινὸν διέλυσε σύλλογον· ἰδίᾳ δ' ἅμα δ μεστίκῳ τῷ μεγάλῳ, καὶ πρωτοστράτορι βουλευσάμενοι περὶ τῶν αὐτῶν, ἐπεὶ καὶ αὐτοῖς ἐδόκει καλῶς ἔχειν τὰ εἰρημένα, καὶ οὐδενὸς ἐνδεῖν ἔτι, ἐπεψηφίσαντο καὶ αὐτοί. Εἰς τὴν ὑστεραίαν δὲ ὁ πρωτοστράτωρ πρὸς τὴν Ἀδριανοῦ πόλιν ἐχώρει, Ἄνναν τὴν αὐτοῦ θυγατέρα τῷ Ἀσάνῃ Μανουὴλ τῆς τοῦ μεγάλου δομεστίκου γαμετῆς ἀδελφῷ πρὸς γάμον συνάψων.

CAPUT XXV.

Imperator junior Theodoræ matri magni domestici feminæ prudentissimæ administratione urbium commendata, Byzantium movet. Nobiles, et duces exercitus, eodem non repugnante, epistolam ad seniorem mittunt, pacemque exposcunt. Tumultus in palatio.

Imperator, jussis militibus ad expeditionem se parare, semet quoque ad eam comparabat, tum reliquis recte compositis, tum (77) in oppido Didymoticho, conjuge sua et Theodora Palæologina (78),

C Βασιλεὺς δὲ πρὸς τὴν ἐκστρατείαν παρασκευάζεσθαι παραγγείλας τὴν στρατιὰν, ἡτοιμάζετο καὶ αὐτός· τά τε ἄλλα δὲ εὖ θέμενος, καὶ ἐν τῷ Διδυμοτείχῳ τήν τε γαμετὴν αὐτοῦ καὶ τὴν Παλαιολο-

[1] Psal. IX, 3.

Jacobi Pontani notæ.

(76) Vox ὁμόφυλοι in hac historia occurrit sæpissime, cui hæc subjecta vis, *ejusdem tribus, generis, gentis*. Indicare autem vult, Thracas, cum sint ὁμόφυλοι, non debere propter duos imperatores, quorum pars uni, pars alteri servit, mutuis armis concurrere. Verum quia ista circuitione, *cum ejusdem gentis hominibus* semper uti, incommodum, putidum ac fastidiosum foret, cum aliquo modo cives inter se sint, qui in eadem gente procreati sunt, frequenter ὁμοφύλους transferimus *cives*: et nonnunquam vocem Græcam retinemus. Auctor aliquoties etiam bellum hoc ἐμφύλιον *civile*, et συγγενικὸν *cognatum*, seu *cognatorum* vocat. Quia igitur civile quodammodo, non dubitavimus etiam interdum *intestinum* reddere. *Gentile bellum* interpretari non conceditur, quia in gente una, cujus plures familiæ bellum gestum significaretur.

D (77) Mentio hujus oppidi, inter oppida Thraciæ per id tempus celeberrimi his libris frequentissima. A geminis muris, seu mœnibus nomen habet. Ad Hebrum flumen situm est. Turcis hodie dicitur mutilate *Dimotuc*: nec hisce temporibus ejus nomen obscurum est, præsertim propter elegantissimos urceolos, qui ab incolis elaborati, cum alia in loca, tum etiam Constantinopolim deportantur. Solent enim ex eis tam ipse Turcarum sultanus, quam alii magnates aquam haurire. Leunclavius in *Pandecte historiæ Turcicæ*.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

γίναν Θεοδώραν, τὴν αὐτοῦ μὲν θείαν, μητέρα δὲ τοῦ μεγάλου δομεστίκου ἀντὶ φρουρᾶς ἁπάσης καταλιπών (ἦν γὰρ δὴ καὶ πρὸς διοίκησιν ἔμπειρος πολιτικῶν πραγμάτων, καὶ φρονήσεως ἐρρωμενεστέρας ἢ κατὰ φύσιν γυναικείαν τυχοῦσα), καὶ πᾶσι τοῖς πόλεων ἄρχουσι καὶ διοικηταῖς τῶν πραγμάτων αὐτῇ πείθεσθαι πᾶν ὅτι ἂν κελεύῃ προστάξας, καὶ τῶν περὶ αὐτῶν φροντίδων ἀπολύσας ἑαυτὸν, ἐπεὶ καὶ ἡ στρατιὰ ἡμέραις ὀκτὼ παρεσκεύαστο ὧν ἐδεῖτο, ἄρας ἐκεῖθεν, ἦλθεν ἄχρι Τζουρουλόης· στρατοπεδευσάμενος δ' ἐκεῖ, ἔμεινεν ἡμέρας τινάς· τοῦτο μὲν ὅτι καὶ χειμὼν ἐξαίσιος ἐπεγένετο (ἐπεὶ καὶ χειμῶνος ἦν ὥρα, κατὰ μῆνα γὰρ ἐστρατοπεδεύοντο Δεκέμβριον), τοῦτο δ' ἵνα καὶ τὸ λεῖπον τῆς στρατιᾶς ἀθροισθῇ· τὸ δ' ἔτι τούτων αἰτιώτερον, ὅτι τῆς κατὰ Θρᾴκην Ἡρακλείας τοῦ νέου βασιλέως πρὸς τὸν πρεσβύτερον ἀποστάσης, ὁ Συργιάννης τὴν Βυζαντίηθεν στρατιὰν παραλαβὼν, ἐνῆδρευεν ἐν αὐτῇ. Ἔδοξεν οὖν αὐτῆς πρῶτον ἀποπειράσαι. Χρόνου δὲ αὐτοῦ τινος τριβομένου, ἔδοξε τοῖς ἐν τέλει πᾶσι καὶ τοῖς ἡγεμόσι τῆς στρατιᾶς συνελθοῦσι, πρεσβείαν ὡς βασιλέα τὸν πρεσβύτερον ἀποστεῖλαι ἐξαιτήσουσαν εἰρήνην. Ὃ καὶ τοῦ νέου βασιλέως πυθομένου, ἐπεὶ κατὰ γνώμην αὐτῷ ἦν, πέμπουσί τινα τῶν τῆς στρατιᾶς Καλοχαιρέτην ὠνομασμένον, τὰ γράμματα ἐγχειρίσαντες (ἐπεὶ διὰ γραμμάτων ἦν ἡ πρεσβεία· αὐτὸς δὲ μόνον διακομιστοῦ τάξιν ἐπεῖχεν). Ἐδήλου δὲ τὰ γράμματα τοιαῦτα· Κράτιστε βασιλεῦ, ἡμεῖς ἄνωθεν ἐκ προγόνων ὄντες Ῥωμαῖοι, καὶ τὴν εὐπραγίαν τῶν Ῥωμαίων οἰκείαν νομίζομεν εὐδαιμονίαν, καὶ τὴν κακοπραγίαν ὡσαύτως ἐν ἰδίᾳ τιθέμεθα δυστυχίᾳ· οὗ δὴ ἕνεκα καὶ τοὺς βασιλέας ἡμῶν ὑμᾶς εὐνοεῖν ἀλλήλοις, ἀλλὰ μὴ πολεμίους εἶναι, ποιούμεθα περὶ πλείστου, ὅπερ ἐστὶν ἀληθὲς ἐννοοῦντες, ὡς ὑμῶν μὲν φιλίως πρὸς ἀλλήλους διακειμένων, καὶ τὰ τῆς ἀρχῆς αὐξάνειν, ἢ τόγε δεύτερον μὴ ἐλασσοῦσθαι εἰκός· πολεμίων δὲ ἀλλήλοις ὄντων, οὐ μόνον ὑπὸ τῶν προσοίκων βαρβάρων, ἀλλὰ καὶ ὑφ' ὑμῶν αὐτῶν τὴν ὑμετέραν ἡγεμονίαν καταλυθήσεσθαι. Πρὸ χρόνου μὲν οὖν τινος τῆς διαφορᾶς κινηθείσης, καὶ τοῦ νέου βασιλέως ἐπιστρατεύσαντός σοι, ἅμα τε ἐμνήσθης εἰρήνης, καὶ ὁ σὸς ἔγγονος, ὥσπερ ἂν αὐτὸς ὢν ὁ αὐτῶν (καίτοι δοκῶν ἐν τῷ πολέμῳ πλεονεκτεῖν), προσεδέξατο ἀσμένως, καὶ διελέλυτο εὐθὺς, ὥσπερ ἂν εἰ μὴ δὲ τὴν ἀρχὴν ὁ πόλεμος συνέστη· ὃ δὴ ὑμῖν τε καὶ τῷ ὑμῶν ὑπηκόῳ παντὶ ἡδονῆς αἴτιον καὶ εὐθυμίας κατέστη, εὐτυχίας τοῖς Ῥωμαίοις ἀρχὴν τὴν ἡμέραν ἐκείνην λογισαμένοις. Νυνὶ δὲ ὁρῶντές σε τὸν μᾶλλον ὄντα δίκαιον εἴ τι καὶ προπετῶς παρὰ τοῦ ἐγγόνου τοῦ σοῦ ἐπράττετο, οἷα νέου, τὸν πόλεμον καταστέλλειν, ἐξ οὐδεμιᾶς αἰτίας προφανοῦς τάς τε σπονδὰς λελυκότα καὶ πολεμοῦντα φανερῶς, ἀθυμοῦμέν τε, ὡς εἰκὸς, καὶ συμφορῶν ἀρχὴν ἡγούμεθα τὴν λύσιν τῶν σπονδῶν. Οὗ δὴ ἕνεκα καὶ δεό-

sua quidem cognata, magni autem domestici matre, loco omnis præsidii ac tutelæ relictis. Erat siquidem perita Palæologina gubernandæ reipublicæ et solidiore prudentia, quam cadat in naturam muliebrem. Ejus mandatis omnibus, et urbium magistratus omnes, et rerum administratores parerent cum edixisset, et se curis exonerasset, prætereaque exercitus per octiduum, uti rogaverat, se instruxisset, Tzurulum inde profectus, castra fecit, et dies aliquot ibi mansit : simul propter frigorum acerbitatem (hiems enim erat, et mensis December), simul ut et cætera pars exercitus interea conveniret : quodque majoris utique momenti erat, ut quia Heraclea Thraciæ civitas fide rupta ad seniorem defecisset, et Syrgiannes cum copiis Byzantio acceptis eam insideret, ejus recuperandæ periculum prius fieret. Nonnullo tempore illic consumpto, optimates ac duces omnes coeuntes, legationem ad seniorem de pace decreverunt. Re cognita, cum et nepos eo propenderet, gregarium quemdam, Calochæreten nomine, cum litteris mittunt : per litteras enim legatio conficiebatur, ipse tabellarii tantummodo locum tenebat. Earum litterarum hæc fuit sententia : Nos, imperator optime, inde usque a majoribus Romani et felicitatem Romanorum beatitatem nostram, et miseriam eorumdem infortunium nostrum esse opinamur. Quamobrem vos imperatores nostros non ut hostes discordare, sed ut amicos concordare maximopere cupimus : vere cogitantes, concordiam vestram incrementum, aut certe, ut verisimile est, nullum ejusdem detrimentum esse : contra inimicitiis vestris non modo a barbaris finitimis, verum etiam a vobisipsis principatum vestrum destructum atque eversum iri. **80** Aliquanto igitur antehac suborta dissensione, et nepote in te arma moliente, cum primum pacis mentionem fecisti, illico is, non secus quam si ipse pacem peteret, quamvis armorum potentia antecelleret, petitioni libenter locum dedit, reconciliatus est statim ac si bellum conflatum prorsus nunquam fuisset : id quod nobis, vestroque imperio contentis omnibus, diem illum Romanæ felicitati auspicatissimum reputantibus singulari lætitiæ fuit. At nunc, cum videamus te, quem æquum erat, si quid etiam temere atque inconsiderate a nepote ob fervorem ætatis gereretur, bellum sedare, nulla de causa manifesta, fracto fœdere, bellum propalam inferre, animo, ut par est, concidimus, et violationem istam fœderis calamitatum exordium fore arbitramur. Quæ cum ita sint, te, imperator, per illum ipsum juramentorum præsidem, qui est et dicitur Deus pacis, obsecramus, uti arma deponas, neve subjectos populos propter discordiam vestram malis deterrimis affligi, patiare. Si tu nobis obsecundans, bello repudiato pacem

Jacobi Pontani notæ.

(78) Etiam hanc θείαν junioris appellat, quæ ex filia sororis Michaelis primi Palæologi nata fuit. Erat autem nihilo minus feminis Palæologum nomen, honoris causa, tametsi patres Palæologos non habuerint.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

et cum nepote concordiam communionemque iniveris, vicissim pro utroque vestrum, si occasio fuerit, impigre nos ipsos trademus, et animas nostras haud gravate letho offeremus. Sin (quod Deus averruncet) malo dæmone invidente, quæ petimus aspernatus, improbis impellentibus, et in afflicta aliorum fortuna exsultantibus aurem commodans, ad arma descenderis, per omnia contemplantem et actiones hominum dijudicantem Deum juratum esto, nos aut in prælio omnes pugnando occubituros, aut factis ipsis declaraturos dignos fuisse qui pacem rogitantes exaudiremur. Tum tu ipse ad nos legatos mittes, quando præstitisse judicabis, si bello a principio abstinuisses. Ad hoc, neque per te ipse, neque aliis narrantibus, animum inducas credere, aut donis ac promissis, aut terrore ac timore, aut callida fraude, aut alia quadam via quosdam de nobis posse te a nepote tuo ad tuas partes pellicere. Malam enim pestem capitibus nostris imprecati sumus, ni, quæ juravimus, usque ad extremum spiritum servemus, et a juniore imperatore stemus, ac ut qui secus aget imprecationibus obligatus teneatur. Itaque cum hi sint nostri sensus, precamur, ut ipse quoque tum consulendo, tum faciendo præstes, quæ officio tuo respondent, et ne inani suspicione delusus committas, cujus te in futurum pœniteat. Hæc per epistolam a seniore imperatore procerum senatus **81** omnis et duces petiverunt; quoque major fides fieret, manu sua quisque subscripserunt, eamque Calochæretæ, quem diximus, Byzantium ferendam tradiderunt. Eo aulam introgresso, tumultus et clamor exsistere ab aulicis omnibus : Palæologum nepotem (iterum enim dedignantur imperatorem nominare) per legatum ab avo veniam petere, quam non sit consecuturus, nisi semet vinctum sistens, ad pedes se imperatoris projiciat : quin etiam hoc modo vix consecuturum. Imperator causa strepitus percepta, turbantibus et clamantibus silentium indicit. Tum mittit, qui Calochæretæ significet, quoniam sibi necessariis negotiis impedito otium ad collocutionem non sufficeret, velle nepotis litteras videre. Ille nulli mortalium eas, præterquam ipsi imperatori, quemadmodum in mandatis haberet, in manibus redditurum refert.

μεθά σου, βασιλεῦ, πρὸς αὐτοῦ τοῦ τῶν ὅρκων ἐφόρου Θεοῦ, οὗ καὶ ὄντος εἰρήνης καὶ καλουμένου, τὸν πόλεμον καταθεῖναι, καὶ μὴ περιιδεῖν τὸ ὑπήκοον διὰ τὴν ὑμετέραν φιλονεικίαν ἀνηκέστοις κακοῖς περιπεσόν. Εἰ μὲν οὖν πεισθεὶς τοῖς ἡμετέροις λόγοις τὴν εἰρήνην ἀντὶ τοῦ πολέμου μᾶλλον ἀσπάσῃ, καὶ τὴν πρὸς τὸν ἔγγονον τὸν σὸν ὁμόνοιαν καὶ κοινωνίαν, καὶ αὐτοὶ προθύμους παρέξομεν ἑαυτοὺς, καὶ τὰς ψυχὰς αὐτὰς, εἰ οἷόν τε, ὑπὲρ τῶν σοί τε καὶ τῷ ἐγγόνῳ τῷ σῷ συμφερόντων ῥᾳδίως προτεμένους. Ἂν δ' (ὃ μὴ γένοιτο) πονηροῦ τινος βασκήναντος δαίμονος, τὴν ἡμετέραν μὲν ἀπώσῃ πρεσβείαν, τοῖς δ' ἐνάγουσι πονηροῖς καὶ χαίρουσι τοῖς κακοῖς, πρὸς τὸν πόλεμον πεισθῇς, τὸν πάντ' ἐφορῶντα Θεὸν καὶ τοῖς πραττομένοις πᾶσιν ἐπάγοντα δίκην, ὀμνυμέν σοι. ὡς ἢ πεσούμεθα μαχόμενοι πάντες, ἢ ποιήσομεν καταφανὲς ἔργοις αὐτοῖς ὡς δίκαιοι ἦμεν περὶ εἰρήνης πρεσβεύοντες εἰσακούεσθαι. Τότε γὰρ αὐτὸς πρεσβεύσεις πρὸς ἡμᾶς, ὅτε εἰ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐκίνεις πρὸς ἡμᾶς τὸν πόλεμον βέλτιον κρινεῖς. Ἔτι δὲ μὴν μήτ' οἰκοθεν αὐτὸς, μήτε παρ' ἑτέρων ἀκούων πεισθῇς, ὡς ἢ δώροις καὶ ὑποσχέσεσιν ἢ ἐκπλήξει τε καὶ δειλίᾳ, ἢ ἑτέρῳ τινὶ τρόπῳ ἢ περινοίᾳ τινὰς ἡμῶν παρασπάσαι καὶ τοῦ νέου βασιλέως ἀποστῆσαι δυνήσῃ. Αὐτοὶ γὰρ ἡμεῖς ἀρὰς ἠρασάμεθα καθ' ἑαυτῶν τὰς παλαμναιοτάτας, ἢ μὴν ἐμμενεῖν τοῖς ὁμωμοσμένοις ἄχρι θανάτου, καὶ μὴ ἀποστήσεσθαι τοῦ νέου βασιλέως, ἢ τὸν τοῦτο δράσοντα ἐνέχεσθαι ταῖς ἀραῖς. Ὡς οὖν οὕτω γνώμης ἡμῶν ἐχόντων, καὶ αὐτόν σε καὶ βούλεσθαι καὶ πράττειν τὰ δέοντα παρακαλοῦμεν, καὶ μὴ ταῖς μὴ οὔσαις ὑπονοίαις ἐξαπατηθέντα πρᾶξαί τι τῶν ἐν ὑστέρῳ μετάμελον παρασχησόντων. Τοιαῦτα πρὸς βασιλέα τὸν πρεσβύτερον οἱ τῆς συγκλήτου πάντες καὶ οἱ τῆς στρατιᾶς ἡγεμόνες ἐγγράφως διαπρεσβευσάμενοι, εἶτα καὶ ὑπογραφαῖς οἰκείαις ἵν' ᾖ πιστὸν ἐπιβεβαιώσαντες τὸ γράμμα, καὶ ἐγχειρίσαντες τῷ εἰρημένῳ Καλοχαιρέτῃ, πέμπουσιν εἰς Βυζάντιον πρὸς βασιλέα. Ἀφικομένου πρὸς τὰ βασίλεια δ' αὐτοῦ, θροῦς ἦρθη παρὰ πάντων καὶ βοὴ συμμιγὴς, ὡς Παλαιολόγος ὁ τοῦ βασιλέως ἔγγονος (οὐ γὰρ ἠξίουν αὖθις αὐτὸν βασιλέα καλεῖν), πρὸς βασιλέα πέμψας πρεσβείαν, συγγνώμης δεῖται τυχεῖν· ἀλλ' οὐκ ἂν τύχοι, εἰ μὴ αὐτὸς ἑαυτὸν ἀποδείξας δεσμώτην, πρὸς τοὺς πόδας ῥίψειε βασιλέως· οὕτω γὰρ ἂν μόλις τυχεῖν. Ὁ βασιλεὺς δ' ἤ τις ἦν ἡ αἰτία πυθόμενος τοῦ θορύβου, τοῖς μὲν ἀτάκτοις καὶ κεκραγόσιν ἐπέταττε σιγᾶν. Τῷ δὲ Καλοχαιρέτῃ μηνύει, ὡς ἀναγκαίων τινῶν πέρι ἀσχολουμένῳ ἐπεὶ μὴ καιρὸν εἶναι συντυχεῖν αὐτῷ, τὰ τοῦ ἐγγόνου γράμματα ἀποστεῖλαι. Ὁ δ' ἀπεκρίνατο, ἑτέρῳ μηδενὶ ἂν τὰ γράμματα ἐγχειρίσαι εἰ μὴ αὐτῷ βασιλεῖ· οὕτω γὰρ εἶναι προστεταγμένον αὐτῷ.

CAPUT XXVI.

Xena Andronici junioris mater Thessalonica Byzantium captiva adducitur. Calochæretes seniori pacem vehementer atque etiam suppliciter suadet.

Per id tempus imperator in eam curam et cogitationem incumbebat, ut filium Constantinum despotam navibus longis in Occidentem mitteret, prætorem Thessalonicæ, reliquarumque urbium, et ut is imperatricem Michaelis imperatoris conjugem, minoris Andronici matrem Thessalonica Constan-

Ἠσχολεῖτο δ' ὁ βασιλεὺς κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, ὅπως τὸν μὲν υἱὸν αὐτοῦ Κωνσταντῖνον τὸν δεσπότην τριήρεσι μακραῖς πρὸς ἑσπέραν ἐκπέμψῃ, Θεσσαλονίκης καὶ τῶν ἄλλων ἑσπερίων πόλεων ἐπιτροπεύοντα. Βασιλίδα δὲ, τὴν Μιχαὴλ μὲν τοῦ βασιλέως γαμετὴν, Ἀνδρονίκου δὲ τοῦ νέου μητέρα,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐκεῖθεν εἰς Βυζάντιον ἀναγάγῃ· ὃ δὴ καὶ γεγονὸς κατὰ τὸ ἐπίταγμα βασιλέως, ἐλύπησεν οὐ μετρίως τὸν υἱὸν αὐτῆς Ἀνδρόνικον τὸν βασιλέα βίᾳ τὴν μητέρα ἐλκυσθεῖσαν ἀκηκοότα. Ὡς γὰρ ἡ βασιλὶς τὴν αἰτίαν ἐπύθετο δι' ἣν ὁ δεσπότης ἀφῖκτο, καὶ ἡ κυρία παρῆν ἐν ᾗ πρὸς τὸν πλοῦν ἔδει καλεῖσθαι, εἰσελθοῦσα τὸ ἱερὸν καὶ τῇ τῆς Θεομήτορος εἰκόνι προσφῦσα, οὐδ' ἂν εἴ τι γένοιτο μεθήσειν ἔφασκεν. Ὁ δεσπότης δὲ ἐλθὼν, πρῶτα μὲν λόγοις ἐπεχείρει πείθειν· ὡς δ' οὐκ ἔπειθεν, ἐβιάζετο καὶ χερσίν. Ὡς δ' ἦνυε καὶ οὕτως οὐδὲν, τῷ μεγάλῳ παππίᾳ Παλαιολόγῳ, καὶ τῷ πρωταλλαγάτορι Σεναχηρείμ, καὶ Ἰωάννῃ Ζαρίδῃ τὸν ἑλκυσμὸν ἐπέτρεπε τῆς βασιλίδος. Οἱ δὴ καὶ βίᾳ τῆς εἰκόνος ἀποσπάσαντες, εἰς θάλασσάν τε καταγαγόντες ἐπέτρεψαν τοῖς τριτηράρχαις ἀχθησομένην ὡς βασιλέα. Ἐδόκει μὲν οὖν τῷ τῆς βασιλίδος υἱῷ βασιλεῖ τῷ νέῳ καὶ τοῦτο δεινὸν τὸ καὶ αὐτὸν δεσπότην χεῖρα βιαίαν ἐπενεγκεῖν τῇ μητρί· εἰ γὰρ καὶ ἀδελφοῦ γαμετὴ, ἀλλὰ τῷ βασιλικῷ νόμῳ καὶ δεσπότις ἦν αὐτοῦ. Τὸ δὲ καὶ ἑτέροις ἐπιτρέψαι τὸ ἔργον, οὐδενὸς ἐνομίσθη δεύτερον εἰς ὕβρεως ὑπερβολήν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον. Βασιλεὺς δ' ὁ πρεσβύτερος ὡς ἀπηλλάγη τῶν περὶ τῆς ἑσπέρας φροντίδων, τὸν Καλοχαιρέτην μεταπεμψάμενος, ἐζήτει τε τὰ γράμματα τοῦ ἐγγόνου, καὶ εἴ τι διὰ στόματος ἔχει λέγειν ἐκέλευεν ἀπαγγέλλειν. Ὁ δ' ἔλεγε μήτε γράμματα μήτε λόγους τοῦ νέου βασιλέως κομίζειν, ἀλλὰ τῶν αὐτῷ συνόντων συγκλητικῶν καὶ τῶν ἄλλων ἡγεμόνων τῆς στρατιᾶς. Ἐπεδίδου δὲ ἅμα καὶ τὸ βιβλίον. Διελθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς τὰ ἐγγεγραμμένα, καὶ ἅμα καὶ τὰς ὑπογραφὰς ἰδὼν, Ἐκεῖνοι μὲν, εἶπεν ἀπειλοῦσιν ἐμοὶ ὅσα δὴ βούλονται· ἐγὼ δ', ἀνθ' ὧν τολμῶσι δίκας τίσουσι, φημὶ, τὰς ἐσχάτας. Οὐκ ἀπειλοῦσιν, εἶπεν, ὦ βασιλεῦ, ὁ Καλοχαιρέτης, ἀλλὰ δέονται πρῶτον. Ἂν δ' ἐφ' οἷς ἱκετεύουσι μὴ εἰσακούωνται, τὰ μέλλοντα συμβήσεσθαι ἀπαγγέλλουσι. Καὶ ἐγὼ δὲ αὐτὸς καὶ δέομαί σου καὶ συμβουλεύω, κράτιστε βασιλεῦ, μὴ περιιδεῖν αὐτῶν τὴν ἱκετείαν, ἀλλ' ἀσπάσασθαι τὴν εἰρήνην, οὐ μόνον τῷ ὑπηκόῳ λυ-

A tinopolin (79) reducendam curaret. Qua re pro desiderio senis administrata, Andronicus mirifice indoluit : quippe qui parentem suam fuisse vi abstractam audierat. Nam perspecto qua gratia despota venisset, et præsente jam-præstituto die, quo navim conscendere deberet, ad templum confugiens, et Deiparæ simulacro affusa (80), si quid de se fieret, non id dimissuram asserebat. At despota accedens, primum bonis verbis ut discedat efficere nititur; ubi frustra fuit, manus in eam violentas injicit. Cum sic quoque actum ageret, magno pappiæ Palæologo (81), protallagatori (82) Sennacherim, et Joanni Zaridæ negotium dat. Illi per vim abstractam ad littus deducunt, trierarchis ad imperatorem deportandam credunt. Visum hoc etiam juniori imperatori immane facinus, despotam ipsum manus attulisse matri suæ, eidemque uxori fratris ejus, et imperiali lege etiam dominæ ipsius. Quod autem aliis insuper avellendam commisisset, id vero longe contumeliosissime factum censuit. Sed de his postea. Perfunctus sollicitudine **82** de Occidente senior, Calochæreten accersit, nepotis litteras requirit, si quid coram velit, loquendi copiam dat. Ille se nec litteras, nec verba nepotis afferre, sed qui cum eo essent nobilium ac ducum exercitus. Quo dicto libellum porrexit. Eo perlecto, visisque suscriptionibus, Isti, inquit, minas mihi proponunt pro arbitratu; at ego ipsos, si quid tentaverint, pœnas acerbissimas persoluturos aio. Imo, occurrit Calochæretes, minas non proponunt, sed primum rogant; si precibus nihil obtinuerint, consecutura denuntiant. Quod ad me attinet, ego quoque hortari te obtestarique non dubito, imperator optime, uti eorum supplicationem ne despicias, pacemque populis non modo tuis, verum tibimet nihilo minus profuturam, et nomen tuum apud omnes a dedecore et infamia plurimum defensuram obviis ulnis excipias. Etenim ubi nepos te deserto Adrianopolin venit, pars hujus defectionis causas in illum, pars in te confere-

Jacobi Pontani notæ.

(79) Xena vocabatur, rege Armeniorum prognata, pia mulier, sed ambitiosior, et quæ regnare cuperet, ut audiemus. De hac autem re Gregoras sic : *Postea despota Constantinus statim mari Thessalonicam mittitur, ut Macedoniam gubernaret, et Xenam junioris imperatoris matrem Byzantium mitteret.* Et infra : *Cæterum Thessalonicam profectus, Xenam cum omnibus ministris comprehensam, nulla modestia triremi impositam, Byzantium misit. Quo cum illa invita pervenisset, in orientali palatii parte custodiebatur.*

(80) Προσφῦσα, *adhærescens ei*, complexa statuam Mariæ Virginis. Subit mentem illud ex II *Æneid.* de Hecuba et filiabus, nocte illa suprema et funestissima :

Ædibus in mediis nudoque sub ætheris axe
Ingens ara fuit, juxtaque veterrima laurus,
Incumbens aræ, atque umbra complexa penates.
Hic Hecuba, et natæ nequidquam altaria circum,
Præcipites atra ceu tempestate columbæ,
Condensæ, et divum amplexæ simulacra tenebant.

Aliter ethnici hoc faciebant, ut calamitate in magna deorum suorum statuas supplicabundi amplecterentur; aliter nos idem sanctorum imaginibus, signis, statuis, reliquiis facimus cum ad ea genu flectimus, ipsa amplectimur, et exosculamur; sicut alia multa exercemus, si non alio modo, alio certe fine, ac religione, quam ipsi factitarunt : in quibus frustra ab insipientibus et indoctis mortalibus pro idololatris reprehendimur.

(81) Vere Palæologus fuit paterna origine, ut liquebit ex cap. 50. At Andronicus Palæologus protovestiarius, ut ex cap. 43 constabit, matrem habuit Annam, sororem senioris Andronici Palæologi, patrem vero Michaelem e Thessaliæ ducibus. Ergo honoris ergo, quia maternum genus inde duceret, hoc illi nomen datum, sicut feminis quibusdam, ut Eugeniæ Palæologæ, et matri ipsius Cantacuzeni Theodoræ Palæologæ.

(82) Ms. interpretis πρωταλογάτωρ, qui erat præfectus alogii, sed hic noster constanter ubique habet πρωταλλαγάτωρ, qui nullus alius est, quam is quem hodie vocamus *général des postes*.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

bant : nec certa cognitione res tenebatur. Post cum arma contra te sumpsisset, tuque pacem obtulisses, et ille citra cunctationem accepisset, fœdusque sancitum esset, omnes consilii vestri prudentiam, et conversas ad meliora voluntates collaudantes, diem illum festum exegerunt, sese malis omnibus ex civili bello emergentibus levatos existimantes. Nunc vero, quando nepos imperii sui partem lustravit, exercitui perdiligenter providit ; mœnia oppidorum vetustate laborantia ac fatiscentia refici et instaurari jussit ; ad firmandam reipublicæ disciplinam, ad universam ejus amplificationem atque incrementum, quantum in se fuit operæ contulit, rursus et repente bellum, nulla vel ipsius, vel ipsi studentium, culpa exsuscitatum est. Quare is qua superiora, omni crimine absolvetur ; qua recentiora, laudem adipiscetur, ut qui bellum non prior inferat, sed illatum repellat : omniumque sibi animos conciliabit, qui cum injuriose tractato una dolebunt ; tu contra universorum sententiis ut et antea, sic nunc pro injurioso condemnabere. Tecum igitur expende, quanta te propter exorituras calamitates et apud Deum pœna, et apud homines insectatio maneat. Quocirca iterum oro, imperator, miserere subjectorum, miserere filii tui, ac denique tui ipsius, cujus apud Romanos tanta est laus, quemque ut aliquem de cœlo delapsum intuentur (83) : et pacem complexus, bello nuntium remitte, neve populos tuos inde manaturis cladibus ad exitium vocari, **83** neve nepotem tuum aut victorem turpius vincere, quam si victus esset (patrem enim suum vincet), aut victum injuste simul et a patre interfici, tuumque nomen passim cum faustis acclamationibus decantatum, ex adverso in invidiam adduci sinas. Hæc cum disseruisset Calochæretes, et ad imperatoris atque astantium interrogata objectionesque sapienter respondisset, tandem pedibus imperatoris provolutus, omni contentione rogare cœpit, ne pacem rejiceret, neu illum ab initio homicidam, et invidum illum [puta diabolum], sed Christum pacificatorem, qui fecit utraque unum, potiores ferre vellet. Hominem levat imperator, et gratias agit, quod eos satis de officio docuisset, jubetque iis quorum missu advenerat renuntiare, quia stulta legatione usi essent, non se responsum dare : daturum, si prudenti uterentur. Sic Calochæretes frustra discessit. Junior imperator Zurulo motis castris, Heracleam Thraciæ processit, ubi Syrgiannem cum præsidio Byzantino concludens, diem unum in obsidione posuit. Inde recedens, prope Daonium castrametatus est, et sequenti luce Constantinopolin tendere perrexit. Rhegii Calochæretes ei obvius nihil se effecisse narrat.

A σιτελοῦσαν, ἀλλὰ καὶ σοί· καὶ μὴ παρὰ πάντων κακῶς ἀκούειν τὰ μέγιστα συναιρομένην. Ὅτε γὰρ ὁ σὸς ἔγγονος βασιλεὺς ὁ νέος σου τὸ πρῶτον ἀποστὰς εἰς Ἀδριανούπολιν ἀφῖκτο, οἱ μὲν αὐτῷ τὰς αἰτίας ἀνετίθεσαν τῆς ἀποστασίας, ἕτεροι δὲ σοί· καὶ ἦν τοῖς ἀνθρώποις ἀμφίβολος ἡ περὶ τούτων γνῶσις. Ὡς δ' ἐπιστρατεύσαντος ἐκείνου σύ τε ἐμνήσθης εἰρήνης, ἐκεῖνός τε ἄσμενος προσεδέχετο μηδὲν μελλήσας, καὶ ἐγεγένηντο αἱ σπονδαί, πάντες μὲν ἐπῄνεσαν ὑμᾶς τῆς-τε εὐβουλίας καὶ τῆς πρὸς τὰ βελτίω μεταβολῆς· ἑορτὴν δὲ ἡμέραν ἦγον τὴν ἡμέραν ἐκείνην, τῶν ἐκ τοῦ ἐμφυλίου κακῶν πολέμου νομίσαντες ἀπηλλάχθαι. Νῦν δ' ὅτε βασιλεὺς ὁ σὸς ἔγγονος τὴν ἀποτεταγμένην αὐτῷ τῆς ἀρχῆς μοῖραν περιιὼν, τήν τε στρατιὰν ἠξίωσε προνοίας· οὐ B τῆς τυχούσης, καὶ τὰ πεπονηκότα τῷ χρόνῳ τείχη τῶν πόλεων ἐπέταξεν ἀνακτᾶσθαι, καὶ τῆς πολιτικῆς εὐνομίας καὶ τῆς ὅλης τῶν πραγμάτων ἐπιδόσεως, ὅσον ἐξῆν, ἐπεμελήθη, αὖθις ἐξαίφνης ὁ πόλεμος ἀνερράγη, μηδεμίαν μήτ' ἐκείνου μήτε τῶν συνόντων αἰτίαν παρασχομένων. Ὥστ' ἐκείνῳ μὲν συμβήσεται καὶ ἐπὶ τοῖς προτέροις αἰτίας πάσης ἀπολελῦσθαι, καὶ τῶν νῦν ἕνεκα ἐπαινεῖσθαι ὡς ἀμυνομένῳ καὶ οὐ κατάρχοντι πολέμου, καὶ τὴν παρὰ πάντων εὔνοιαν καρποῦσθαι ὡς ἀδικουμένῳ συναλγούντων, σὲ δ' ἁπάσαις ψήφοις καὶ νῦν καὶ πρότερον ἁλίσκεσθαι ἀδικοῦντα. Ἐννόησον οὖν ἡλίκη τῶν συμβησομένων κακῶν καὶ πρὸς Θεοῦ τίσις καὶ πρὸς ἀνθρώπων ἕψεται μέμψις. Διὸ δὴ καὶ αὖθις σοῦ C δέομαι, βασιλεῦ, καὶ τῶν ὑπηκόων ἔλεον σχόντα, καὶ τοῦ βασιλέως τε καὶ παιδὸς καὶ αὐτοῦ δὲ σοῦ, οὕτω παρὰ Ῥωμαίοις πᾶσιν ἐπαινουμένου, καὶ ὥς τινος τῶν κρειττόνων θαυμαζομένου, τὸν πόλεμον καταλῦσαι, προσδεξάμενον τὴν εἰρήνην· καὶ μὴ περιιδεῖν τὸ μὲν ὑπήκοον ὑπὸ τοῦ πολέμου διαφθαρέν· τὸν δὲ σὸν ἔγγονον καὶ βασιλέα, ἢ νικήσαντα πάσης ἥττης αἰσχίω νικῆσαι νίκην, (πατέρα γὰρ νικήσει), ἢ ἡττηθέντα ἀδίκως τε ὁμοῦ, καὶ παρὰ πατρὸς ἀποθανεῖν, τό τε σὸν ὄνομα τὸ παρὰ πάντων ᾀδόμενον σὺν εὐφημίᾳ, διαβαλλόμενον ἐξ ἀντιστρόφου. Τοιαῦτα εἰπὼν ὁ Καλοχαιρέτης, καὶ πρὸς τὰς ἐκ βασιλέως καὶ τῶν παρόντων πεύσεις καὶ ἀντιθέσεις συνετῶς ἄγαν τὰς ἀποκρίσεις ἀντυπενεγκών, τελευταῖον ἑαυτὸν πρὸς τοὺς βασιλέως καθακλίνας D πόδας, ἐδεῖτο μεθ' ὅσης σπουδῆς μὴ ἀπώσασθαι τὴν εἰρήνην, μηδὲ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἀνθρωποκτόνον καὶ φθονερὸν, ἀλλὰ τὸν εἰρηνοποιὸν Χριστὸν τὸν τὰ διεστῶτα συνάψαντα, σχεῖν τὸ πλέον. Ἀναστήσας δὲ αὐτὸν ὁ βασιλεὺς, καὶ εὐχαριστεῖν εἰπὼν, ὅτι ἐλθὼν ἐδίδαξας ἡμᾶς ἀρκούντως, τοῖς ἀπεσταλκόσιν ἐκέλευεν ἀπαγγέλλειν, ὡς ἀσύνετα διαπρεσβευομένοις οὐδ' αὐτὸς ἂν ἀπόκρισιν δοίη· ἀποκρινεῖται δ' αὖθις, ἂν καὶ αὐτοὶ πρεσβεύσωνται συνετῶς.

Jacobi Pontani notæ.

(83) Non intelligo quare ad hæc interpretanda non optime, et pulcherrime quadrent hæc M. Tullii ex Pompeiana, de ipso Pompeio, magno imperatore, *quem ut aliquem cœlo delapsum intuentur*. Simile est illud ejusdem ad Quintum fratrem, epist. 1, lib. 1: *Nam Græci quidem sic te ita viventem intuebuntur, ut quemdam ex Annalium memoria, aut etiam de cœlo divinum hominem esse in provinciam delapsum putent.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Οὕτω μὲν ὁ Καλοχαιρέτης ἄπρακτος ἀπῆλθεν ἐκ Βυζαντίου. Ὁ δέ γε βασιλεὺς ὁ νέος ἅρας ἐκ Τζουρουλόης εἰς Ἡράκλειαν ἀφίκετο τὴν τῆς Θρᾴκης, καὶ Συργιάννην ἐκεῖ κατακλείσας ἅμα τῷ ἐκ Βυζαντίου στρατῷ, ἐπολιόρκησεν ἐφ' ἡμέρᾳ μιᾷ. Κἀκεῖθεν αὖθις ἀπαναστὰς, ἐστρατοπέδευσε περὶ Δάνειον (84)· ἐς τὴν ὑστεραίαν δ' εἶχετο τῆς φερούσης πρὸς τὸ Βυζάντιον. Καὶ γενομένῳ κατὰ τὸ Ῥήγιον, ὁ Καλοχαιρέτης ἐνέτυχεν ἀπαγγέλλων ὡς ἄπρακτος ἐπανήκει.

CAPUT XXVII.

Legatio nepotis ad avum de pace; quam rursus non procul a mœnibus Byzantii petit, sed frustra. Ejus febris, et profluvium sanguinis e naribus. Magni stratopedarchæ defectio. Syrgiannis facinora.

Στρατοπεδευσαμένῳ δὲ αὐτοῦ, ἔδοξε δέον εἶναι καὶ αὐτὸν πρὸς τὸν βασιλέα καὶ πάππον ἀποστεῖλαι πρεσβείαν περὶ εἰρήνης. Πέμπει δὴ τὸν μέγαν κονοσταῦλον Ἰωάννην Παλαιολόγον τὸν πρωτοστράτορος ἀδελφὸν, καὶ Ἰωάννην τὸν Ἀπλησφάρην, γράψας τῷ πάππῳ καὶ βασιλεῖ τοιαῦτα· Τῶν ἐμοὶ συνόντων συγκλητικῶν καὶ τῶν ἄλλων ἡγεμόνων τῆς στρατιᾶς κάμοῦ συνειδότος πρὸς σὲ περὶ εἰρήνης διαπρεσβευσαμένων καὶ μὴ τυχόντων, νυνὶ καὶ αὐτὸς σὺν αὐτοῖς αὖθις περὶ τῶν αὐτῶν πρεσβεύομεν, ὦ βασιλεῦ, καὶ δεόμεθά σου πάντες κοινῇ, μὴ ὥς τι τῶν ἀτίμων ἀπορῥιφῆναι, ἀλλ' εὐμενείας καὶ συγγνώμης τοῦ σοῦ κράτους τυχεῖν, ἐφιεμένους πάνυ σοῦ καὶ εἶναι δούλους καὶ ὀνομάζεσθαι, καὶ τὴν εἰρήνην ἀντὶ πολλῶν ἀγαθῶν ἄλλως ἐν εὐεργεσίας αἰτουμένους μέρει. Τούτους μὲν οὖν ἀπέστειλεν ὡς βασιλέα ἐν ἡμέραις ὀκτὼ κελεύσας ἐπανελθεῖν, ἀρκεῖν πρὸς τὸ βασιλέα βουλεύσασθαι περὶ τῆς εἰρήνης τὸ διάστημα νομίσας τοῦ χρόνου· αὐτὸς δ' ἔμεινεν ἐν Ῥηγίῳ. Δύο δὲ ἡμερῶν παρεληλυθυιῶν πρὸς ταῖς δέκα, ὡς οἱ πρέσβεις οὐκ ἐπανῆκον, ἅρας ἐκ Ῥηγίου, ἦλθεν ἐγγὺς τῶν Βυζαντίου τειχῶν ὅσον μὴ βάλλεσθαι τοξείαις τοὺς στρατιώτας. Πέμψας δ' ἐγγὺς τῶν ἐπομένων τινὰς, λέγειν ἐκέλευε τοῖς ἐπὶ τοῦ τείχους ἀπαγγέλλειν τῷ βασιλεῖ, ὡς Ὁ σὸς ἔγγονος, ἐπεὶ κατὰ τὴν προθεσμίαν οὐχ ἥκον οἱ πρέσβεις, ἐλθὼν αὐτὸς συγγνώμης δεῖται τυχεῖν. Οἱ δὲ, μηδ' ἄκροις ὠσὶ παραδοξάμενοι τοὺς λόγους, βάλλοντες ἀπὸ τοῦ τείχους ἠνάγκασαν φυγεῖν. Βασιλεὺς δ' ὁ νέος αὐτόθι διακαρτερήσας μέχρι κλινούσης ἡμέρας, ὀλίγον ἀνεζεύξας, ἐστρατοπέδευσεν ἐγγὺς Κοσμιδίου ἐν τοῖς Λυμπιδαρίου, καὶ τρεῖς μὲν ἔμεινεν ἡμέρας ἐκεῖ. Χειμώνων δ' ἐξαισίων καὶ ὄμβρων ἐπιγενομένων, ὡς καὶ δύο τῶν στρατιωτῶν ὑπὸ ψύχους ἀποθανεῖν ἐν τῷ στρατοπέδῳ, ἐπεὶ περί τε εἰρήνης ἠλπίζετο μηδὲν ἔτι, ὅτε χειμὼν ἐπέκειτο σφοδρῶς, καὶ ἡ στρατιὰ τῶν πρὸς τὴν χρείαν ἠπόρει, οὐκ ἐπιτρεπόμενοι πρὸς τοῦ νέου βασιλέως τὴν χώραν κακοῦν (ἦσαν δὲ τάγματα τεσσαράκοντα), ἀναστρέψας ἦλθεν εἰς Διδυμότειχον, καὶ διέλυσε τὴν στρατιάν. Ἔτι δὲ ἐστρατοπεδευμένου πρὸς Βυζαντίῳ, Βοησίλας ὁ

A Castris ibi locatis, subit animum nepotis, suarum quoque partium esse, legationem ad avum mittere. Deligit itaque Joannem Palæologum magnum contostaulum, protostratoris fratrem, et Joannem Aplespharen, quibus epistolam committit hæc continentem : Quandoquidem quos mecum habeo nobiles atque illustres, et ductores ordinum, me conscio de pace ad te miserunt, nec impetrarunt, ego ipse nunc, illis pariter volentibus, rursum eamdem peto ; et te oramus communiter, ne nos ut despicabiles refutes, verum majestatis tuæ gratia et venia impertias : cujus servi plane et esse, et nominari optamus, pacem præ multis aliis bonis in beneficii loco abs te flagitantes. Ergo hos ad imperatorem legavit, diebus octo redire jussos, tantum
B intervallum avo ad capiendum de pace consilium ratus sufficere, ipse interea Rhegii exspectabat. **84** Duodecim diebus elapsis, legatis minime redeuntibus, Rhegio prope Byzantii muros (ut esset extra teli jactum tamen) accessit. Deinde aliquot de suis mittit, qui de muro propugnaturis dicerent, nuntiatum irent imperatori nepotem ejus, quoniam ad diem præfixam legati non rediissent, adesse ipsum, veniam rogitantem. Qui ne summis quidem auribus eorum verba excipientes, tela superne dejiciunt, et eos fugere cogunt. Junior imperator cum ibidem constitisset, quoad dies jam occumberet, paulum retrocedens, juxta Cosmidium in Limpidario castra fecit, ac triduum illic hæsit. Immo-
C dicis porro imbribus cum intolerando frigore supervenientibus (adeo ut duo milites algore obrigescerent [85]), cum spes pacis evanesceret, hiems se vehementer intenderet, exercitus populatione prohibitus commeatu egeret (et censebatur cohortibus quadraginta [86]), converso itinere Didymotichum veniens, militem dimisit. Adhuc prope Byzantium erat, cum Boesilas Mœsorum regis frater ab ipso ad avum transfugit. Didymotichi quotidiana febri diebus quadragenis jactatus est. Qua depulsa diebus duodecim continuis incredibilis copia sanguinis de naribus profluxit (87). Eo affectu

Jacobi Pontani notæ.

(84) Al. Δαόνιον· ita et Niceetas. Thraciæ urbs est.

(85) Quia frigidissima regio est Thracia, recte appellatur a Catullo *horrida*, ab Horatio, Ode vigesima quinta libri tertii, *nive candida*. Quidam ob id ἀνέμων ἐργαστήριον, *ventorum officinam*, *seu domicilium* nominarunt. Euripides *Hecuba*, χιονώδη, *nivosam*. De ejus frigoribus immensis multisque militibus eorum vi enectis, libro tertio exponetur.

(86) Τάγμα ut *cohortem* quam *legionem* interpretemur potius, res ipsa cogit. Etiam alibi majo cohortem : parvi enim exercitus fuere, quos Andronici, et Cantacuzenus duxerunt, nec multas legiones confecerunt. Magna tamen auxilia ab Amurio et Orchane aliquoties venerunt. De cohortibus Romanorum quot militibus constarent, vide Vegetium, libr. II, cap. 5 et 6, et Alexand. ab Alexand., lib. I, cap. 5, et lib. VI, cap. 13.

(87) Αἵματος ἄπιστόν τι χρῆμα. Propria Græcorum hæc elegantia, seu elegans hic loquendi

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

profligatb, quartana cum mensibus undecim divexavit. Post istud malum ex intestinis et splene, quoad vixit, laboravit. Verumtamen aliquid operis faciendo, et assiduis exercitationibus consequebatur ut spiritum ducere posset. At enim senior imperator, quanquam excellenti prudentia ornatus, et quid tali tempore agendum esset, scire posse videretur, cum nepotem numero copiarum, alacritate, virtuteque multum superare cerneret, ac proinde pacem accipere merito debuisset (idque bono colore, quia rogatus esset videlicet), diu legatos responso nullo dignatus, tandem re infecta abs se dimisit. Bellandi autem cupiditatem Syrgiannis accessio augebat, a quo singularia quædam et memorabilia exspectabat : potissimum vero quæ in Rhodopes provinciis novabantur. Etenim Andronicus Palæologus magnus stratopedarcha a juniore imperatore missus, ut Stenimachi et Zepænes urbium (88) et castellorum non paucorum, quique in iis erant multorum fortissimorumque militum præsidem ac ducem ageret, alios donis ac promissis permulsos, alios vi et minis **85** coactos, ad senioris auctoritatem fidemque traduxerat. Quod illi spem victoriæ non exiguam injecit. Nepos Didymotichi in hibernis erat, cum Syrgiannes Heraclea Byzantium excurrens, et quidquid ibi inveniret militum assumens, Thraciæ oppida, quæ se juniori subdiderant, invasit. Ac primum quidem Apros et Garellam (veritus ne illius amicitiam sequerentur) equitatum peditatumque misit, qui excursionibus e Didymoticho resisterent. Postea Rhædestum adortus, corrupto præsidio (ut erat harum artium callidus) eam occupavit. Hinc Bizyensem agrum depopulatus, Sergentzium contendit, oppidumque per deditionem recepit. Post Byzantium abiit : ubi diebus aliquot exactis, Selybriam infestum agmen deduxit. Selybrianis portas claudentibus, vicinum urbi oppidum, Saccos appellatum, et ab aratoribus habitatum, ipsis dedentibus accepit : relictaque ibi manu, quæ Selybrianos incursando premeret](quod illi maxime, tam occulte quam aperte, fecerunt), Byzantium rediit. Interim hiems exivit, indictione quinta. Vere jam incipiente [A. 1322], principio Martii a juniore imperatore per ditionis ejus provincias litteræ mittuntur, quibus milites ad diem decimum quintum Didymotichum evocantur. Omnes die præfinita adfuere.

A τοῦ Μυσῶν βασιλέως ἀδελφὸς, τοῦ νέου βασιλέως, ἀποστὰς πρὸς τὸν πρεσβύτερον ἠὐτομόλησεν. Ὁ νέος δὲ βασιλεὺς μετὰ τὴν εἰς Διδυμότειχον ἄφιξιν, ἐνόσησε ῥίγος καθημερινὸν ἐν ἡμέραις τεσσαράκοντα ἑφεξῆς· τούτου δὲ πεπαυμένου αἵματος ἀπιστόν τι χρῆμα διὰ τῶν μυκτήρων ἐῤῥύη ἐν ἡμέραις δυοκαίδεκα συνεχῶς. Λωφήσαντος δὲ καὶ τούτου τοῦ κακοῦ, αὖθις ἐῤῥίγωσε τεταρταῖον ἐν ἑνὶ καὶ δέκα μησίν. Ἀπὸ δὲ τοῦ τοιούτου κακοῦ, τά τε σπλάγχνα καὶ ὁ σπλὴν κακῶς διατεθέντα, ἄχρι καὶ τελευτῆς αὐτοῦ τῆς κακώσεως οὐκ ἴσχυσαν ἀπαλλαγῆναι. Ἀλλὰ πόνοις καὶ καθημερινοῖς γυμνασίοις μεθώδευε τὸ κακὸν ὅπως ἀναπνεῖν ἐῴη. Ὁ δέ γε πρεσβύτερος βασιλεὺς, καίτοι θαυμαζόμενος ἐπὶ συνέσει, καὶ δεινὸς δοκῶν ἐκ τῶν πραγμάτων συνεῖναι τὸ B δέον, ὁρῶν τὸν ἔγγονον πλήθει τε στρατιᾶς καὶ προθυμίᾳ καὶ ἀνδρίᾳ τῇ πρὸς τὰς μάχας ὑπερέχοντα πολλῷ τῶν αὐτοῦ, καὶ δίκαιος ὢν προσδέξασθαι τὴν εἰρήνην (ἐπεὶ καὶ μετὰ καλοῦ τοῦ σχήματος ἐγίνετο δεομένων ἐκείνων), ὁ δὲ ἐπιπολὺ μὲν ἠξίωσεν ἀποκρίσεως οὐδεμιᾶς τοὺς ἐπὶ τῇ εἰρήνῃ ἀφιγμένους πρέσβεις, χρόνου δὲ παρῳχηκότος πολλοῦ ἀπέπεμψεν ἀπράκτους. Ἐνῆγε δὲ αὐτὸν πρὸς τὸ μᾶλλον τὸν πόλεμον αἱρεῖσθαι μάλιστα μὲν καὶ ἡ τοῦ Συργιάννη ἄφιξις πρὸς αὐτὸν, μέγα τι καὶ ἀξιόλογον ὄντος προσδοκίμου πράττειν· οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ τὰ νεωτερισθέντα ἐν τῇ Ῥοδόπῃ. Ὁ γὰρ Παλαιολόγος Ἀνδρόνικος ὁ μέγας στρατοπεδάρχης παρὰ βασιλέως τοῦ νέου τῶν κατὰ τὴν Ῥοδόπην ἐπαρχιῶν Στενιμάχου καὶ Τζεπαίνης πόλεων καὶ τῶν ἄλλων φρουρίων οὐκ ὀλίγων ὄντων, καὶ τῆς ἐν αὐτοῖς στρατιᾶς πολλῆς τε καὶ μαχιμωτάτης οὔσης ἡγεμόνα ἀποσταλεὶς, τοὺς μὲν δώροις καὶ ὑποσχέσεσι πείσας, ἔστι δ' οὓς καὶ βιασάμενος, τῷ πρεσβυτέρῳ προσεποίησε βασιλεῖ. Ὁ δὴ οὐ φαύλας ἐνεποίησεν αὐτῷ ἐλπίδας τοῦ περιγενήσεσθαι ἐν τῷ πολέμῳ. Ἐν ᾧδε ὁ νέος βασιλεὺς ἐν τῷ Διδυμοτείχῳ διῆγε, τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος ὁ Συργιάννης ἐξ Ἡρακλείας εἰς Βυζάντιον ἐλθὼν, καὶ τὴν στρατιὰν πᾶσαν παραλαβὼν, εἰς τὰς ἐπὶ Θρᾴκης ὑπηκόους τῷ νέῳ βασιλεῖ πόλεις ἐξῆλθε. Καὶ πρῶτον μὲν εἰς Ἄπρω καὶ τὴν Γαρέλλαν, μὴ ἀποστῶσι δεδοικὼς πρὸς βασιλέα τὸν νέον, φρουρὰν ἀπέστειλε πεζὴν ἅμα καὶ ἱππικὴν, ὡς ἂν ἀντέχοιεν πρὸς τὰς ἐκ Διδυμοτείχου ἐφόδους. D Ἔπειτα εἰς Ῥαιδεστὸν ἐλθὼν, κατέσχεν αὐτὴν πείσας τοὺς φρουροὺς (ἦν γὰρ περὶ τὰ τοιαῦτα δεινός·) ἐκεῖθεν δὲ Βιζύην καταδραμὼν καὶ ληΐσάμενος τὰ περὶ αὐτὴν, ἦλθεν εἰς Σεργέντζιον, καὶ κατέσχε καὶ αὐτὸ προσχωρῆσαν. Εἶτα εἰς Βυζάντιον ἐλθὼν, καὶ

Jacobi Pontani notæ.

modus, *sanguinis incredibilis quædam res.* Id est, multum, seu magna copia sanguinis. Euripid. *Phœnissis :*

Φιλόῤῥογον γὰρ χρῆμα θηλετῶν ἔφυ.

Res mulierum, id est, *mulieres, natura sunt querulæ.* Herodotus, lib. III, Πολλόν τι χρῆμα τῶν ὀφίων ἐκλέπουσι, *multos serpentes excludunt.* Mitto Xenophontem, et Aristophanem ita loquentes. Imitatus est Plautus in Amphitruone, cum dixit :

Satin' parva est res voluptatum in vita atque ætate [*agunda*
Præ quod molestum est ?

Græci dicerent τὸ χρῆμα τῶν ἡδονῶν. Hæc a Mureto, lib. VI *Variarum*, cap. 9.

(88) Thracia in certas regiones, provincias, præfecturas distributa fuit, ex quibus a monte Rhodope nomen una sortita est, quæ novem complexa urbes in duas rursum præfecturas divisa fuit ; eæ Stenimachi, et Zepænes, a duabus videlicet urbibus de illo numero appellantur sæpius.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

διατρίψας ἡμέρας τινὰς, ἐξελθὼν αὖθις ἅμα τῇ στρατιᾷ, ἀπῆλθεν εἰς Σηλυβρίαν. Μὴ προσδεξαμένων δὲ τῶν Σηλυβριανῶν, φρούριόν τι Σηλυβρίας ἐγγὺς, Σάκκους ὀνομαζόμενον, τῶν κατοικούντων γεωργῶν παραδόντων, κατέσχε. Στρατιὰν δὲ ἐκεῖσε καταλιπὼν ὥστε τὰ Σηλυβριανῶν ἐπεκδρομαῖς κακοῦν, εἰς Βυζάντιον ἐπανῆλθεν. Ἐκάκωσε δὲ Σηλυβριανοὺς ὁ ἐκ τῶν Σάκκων πόλεμος ἐς τὰ μάλιστα, λαθραίαις τε καὶ φανεραῖς ἐφόδοις. Καὶ ὁ χειμὼν ἐν τούτοις ἐτελεύτα πέμπτης ἰνδικτιῶνος. Ἄρτι δὲ ἦρος ἀρχομένου περὶ τὰς ἀρχὰς Μαρτίου μηνὸς, γράμματα παρὰ τοῦ νέου πέμπονται βασιλέως πρὸς τὰς ὑπ' αὐτὸν ἐπαρχίας κελεύοντα τὴν στρατιὰν εἰς Διδυμότειχον ἄχρι πεντεκαιδεκάτης αὐτοῦ παρεῖναι. Καὶ πάντες ἐν ᾗ παρῆσαν ἐπετάχθησαν ἡμέρᾳ.

CAPUT XXVIII.

Sollicitudo Andronici minoris. Magni domestici et matris ejus in eumdem beneficentia præclara omnino et singularis. Ejusdem matronæ prudens et festiva oratio.

Ἀπορῶν δὲ χρημάτων οἷς ἂν θεραπεύσειε τὸ μισθοφορικὸν ὁ βασιλεὺς (τὰ γὰρ δημόσια οὐκ ἐπράχθησαν, ἅμα μὲν διὰ τὴν ἐκ τοῦ πολέμου ταραχὴν, ἅμα δ' ὅτι καὶ οἱ γεωργοὶ, ἐξ ὧν μάλιστα οἱ φόροι πράττονται, τῶν ἰδίων ἀνέστησαν κωμῶν, τῶν τε παρὰ τοῦ πρεσβυτέρου βασιλέως στρατιωτῶν ληΐζομένων, καὶ τῶν παρὰ τοῦ νέου πρὸς φυλακὴν ἐκπεμπομένων ἀγόντων τὰ αὐτῶν καὶ φερόντων πλεονεξίᾳ στρατιωτικῇ, καὶ οὐδὲν ἄμεινον διατιθέντων τῶν πολεμίων), ἠνιᾶτο καὶ κατετρίβετο φροντίσιν, ὅθεν ἂν εὐπορήσειε χρημάτων σκοπῶν. Ὁρῶν δὲ αὐτὸν ὁ μέγας δομέστικος σύννουν, τὴν δὲ αἰτίαν ἀγνοῶν, ἤρετο ἀνθ' ὅπου φροντίζοι. Τοῦ δὲ τὴν ἀπορίαν τῶν χρημάτων εἰπόντος, διὰ τὸ μὴ τὰ δημόσια εἰσπεπρᾶχθαι, καὶ τὴν εἰς τὴν στρατιὰν ἀπαραίτητον τῶν ἀναλωμάτων χρείαν, Ἀλλ' ἔγωγε, ὁ μέγας δομέστικος εἶπε, τὴν τοιαύτην ἀπορίαν τῶν χρημάτων σαφῶς εἰδὼς, ἅμα τῷ σὲ τὰ γράμματα ἐκπεπομφέναι, ἀθροίζεσθαι κελεύοντα τὴν στρατιὰν, καὶ χρήματα ἐκ τῶν ἰδίων συνεπορισάμην ἀρκέσοντα πρὸς τὴν χρείαν· καὶ οὐδέν ἐστιν ἐνδέον ἔτι, ἢ τῶν στρατιωτῶν ἕκαστον τὸν ἀποτεταγμένον ἀριθμὸν τῆς μισθοφορᾶς ἐρχόμενον λαμβάνειν. Ὁ δὴ καὶ γενήσεται εἰς δευτέραν ἢ καὶ τρίτην ἡμέραν, καὶ τούτου γε ἕνεκα φρόντιζε μηδέν. Ὁ βασιλεὺς δὲ, Τῆς μὲν εἰς ἐμέ σου, εἰρηκεν, ἀγάπης ἕνεκα, οὐδὲν χρὴ λέγειν ὅσα τις ἂν εἴποι πάντων ἐλαττόνων ἐσομένων. Δυσχεραίνω δ' οὐ μετρίως καὶ πρὸς τοῦτο, ὅσα τε τῶν ἰδίων ἐξ ὅτου πρὸς Ἀδριανούπολιν ἤλθομεν, εἰς τὰς κοινὰς χρείας ἐξανάλωσας, σκοπῶν, καὶ ἃ νῦν ἐξαναλώσεις οὐκ ὀλίγας ἐσόμενα χρυσίου μυριάδας, ὡς καὶ αὐτὸς οἶδα σαφῶς. Διὸ καὶ τῆς ἀπορίας οὐχ ἧσσον τῶν χρημάτων, τὸ ἐν τοσούτοις σε χρήμασι ζημιοῦσθαι καθικνεῖταί μου τῆς ψυχῆς. Παροῦσα δὲ αὐτοῖς διαλεγομένοις καὶ ἡ τοῦ μεγάλου δομεστίκου μήτηρ ἡ Παλαιολογίνα Θεοδώρα, Ἀλλ' ἔγωγε, εἶπεν, οὐ ζημίαν ἡγήμαι τὸ ἀναλίσκειν ἐν τοῖς τοιούτοις, ἀλλὰ πάντων κερδῶν λυσιτελέστατόν τε ἅμα καὶ σωφρονέστατον. Εἰ γὰρ λύτρον ψυχῆς ἀνδρὸς ὁ

A Cum deficeretur argento imperator quo conductitium militem demereretur (pensiones enim publicæ exactæ non erant, partim propter tumultus bellicos, partim quia et agrestium, qui plurimum pendere consueverunt, alii suis sedibus pulsi, alii a militibus senioris direpti erant : et quos junior ad custodiam miserat, militari avaritia res eorum ferebant agebantque (89), a quibus nihilo mitius, quam ab hostibus tractabantur), mœrorem capiebat, et sollicitudine exedebatur, circumspiciens unde sumptum nanciscerctur. Meditabundum ac tristem intuens magnus domesticus, et causæ nescius, quid eum angat sciscitatur. Inopia pecuniæ, inquit, propterea quod vectigalia coacta non sunt, et quam deprecari non licet, stipendiorum

B persolvendorum necessitas. Atqui ego (excipit magnus **86** domesticus) hujus inopiæ probe conscius, simul ac litteras ad evocandum exercitum misisti, pecuniam necessariam de meis comparavi (90), et amplius nihil opus est, quam ut miles unusquisque veniat, destinatamque mercedem tollat : id quod vel cras, vel perendie fieri poterit. Quare hac de causa ne te excrucies. Tum imperator : Quid tandem satis de tuo in me amore dici potest ! Ægre autem mihi est valde ob hoc quoque, quod quantum de facultatibus tuis inde ab adventu nostro Adrianopolin ad communem usum impenderis, et quas nunc impendes multas aureorum myriadas, considero. Idcirco non secus quam ipsa

C pecuniæ difficultas, pungit ac vellicat animum meum, te tantum rei nummariæ dispendium mea causa perpeti. Huic colloquio Theodora Palæologina, magni domestici mater, præsens intererat, quæ sic orsa est : Equidem ego talibus in rebus sumptum impendere nullum dispendium, imo vero omnium quæstuum quæstuosissimum atque prudentissimum judico. Si enim pretium redemptionis animæ hominis sunt ipsius divitiæ (91), sive quis pro peccatis suis, sive pro vita sua quid-

Jacobi Pontani notæ.

(89) II *Æneid.* :

. . . . *alii rapiunt incensa feruntque*
Pergama. . . . . . .

Vide quæ in eum locum habeant nostræ symbolæ. Similia sunt illa in Maniliana : *Atque hoc etiam magis, quam cæteros, quod ejusmodi in provinciam homines cum imperio misimus, ut, etiamsi ab hoste defendant, tamen ipsorum adventus in urbes socio-rum non multum ab hostili expugnatione differat.*

(90) Fuit enim ditissimus, et pecuniosissimus, ut patebit lib. III, et nos id ipsum ex eodem libro in Vita ejus jam docuimus ; fecitque in ista beneficentia veri amici officium.

(91) Locus est Proverb. XIII : *Redemptio animæ viri divitiæ suæ.* Hoc ad animam Theodoræ bifariam accommodat, ut vides.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

piam erogaverit, haud in damnis ducenda erogatio, sed in lucris deputanda est. Adhoc, cum divinæ Scripturæ doceant [1], ubi thesaurus noster sit, ibi cor nostrum esse, apud te, imperator, quoniam tu thesaurus magni domestici es, etiam cor ejus erit. Quod cum ita sit, cæteram pecuniam ut rem nihili contemnet. Sed hæc mittamus. Si nummis parcentes, in vitæ discrimen incidatis, an non clarum est, vobis cum dedecore mortuis vestras ad alios, et forsitan ad inimicissimos translatum iri pecunias? Proinde ne vel corporibus, vel pecuniæ parcitote, quoad bellum hoc ad emolumentum vestrum accommodaveritis.

A ἴδιος πλοῦτος, ἄν θ' ὑπὲρ τῶν ἰδίων τις ἁμαρτημάτων, ἄν θ' ὑπὲρ τοῦ ζῆν ἀναλώσῃ, οὐ ζημίαν τὴν δαπάνην, ἀλλὰ κέρδος ἡγεῖσθαι χρή. Ἄλλως τε καὶ τῶν ἱερῶν διδασκόντων λογίων, ὡς Ὅπου ὁ θησαυρὸς ὑμῶν, ἐκεῖ ἔσται καὶ ἡ καρδία ὑμῶν· παρὰ σοὶ, βασιλεῦ, ἐπειδὴ σὺ θησαυρὸς αὐτοῦ, καὶ ἡ καρδία τοῦ μεγάλου δομεστίκου ἔσται. Τούτου δὲ ὄντος ἀληθοῦς, τῶν ἄλλων πάντων χρημάτων ὡς οὐδενῶν καταφρονήσει. Καὶ χωρὶς δὲ τουτωνὶ, ἂν φειδόμενοι τῶν χρημάτων κινδυνεύσητε περὶ τὸ ζῆν, οὐκ εὔδηλον ὅτι θανόντων ὑμῶν ἀτίμως παρ' ἄλλοις ἔσται τὰ χρήματα, ἴσως δὲ καὶ πολεμιωτάτοις; Φείδεσθε τοιγαροῦν μήτε σωμάτων μήτε χρημάτων, ἄχρις ἂν τὸν κινηθέντα πόλεμον ᾖ λυσιτελεῖ διάθησθε ὑμῖν.

CAPUT XXIX.

Apri obsidentur et expugnantur. Ad captivos milites admonitoria imperatoris oratio, et in eosdem humanitas. Kursum ad suos, de moderanda victoria et misericordia in victos, Christiana conciuncula.

Gratiis matronæ actis, egreditur imperator, et cum primoribus in consilium venit, priusne Apros, et Garellam, an exercitum ad ulteriores civitates desertrices adducat: quod hæ minus nocerent, et capi facilius possent, illæ et plus nocerent, et cum structura mœnium, tum militari firmitus præsidio essent validissimæ. Stetit sententia, prius Apros aggrediendos. Paratis omnibus, et pecunia in stipendia numerata, Didymoticho illuc movent: ubi castris communitis, **87** caduceatorem mittit imperator, qui pro muris stantes salutet, et ad urbem sine dimicatione dedendam impellat, dicatque, non eos deliquisse quidquam, nec imperatorem ipsis irasci: sed culpam defectionis penes eum esse, qui deficere coegisset, non penes illos, qui coacti fuissent. Quamobrem si positis armis ad fidem officiumque redirent, multa beneficia promerituros. At enim qui in muris erant, ne totum quidem quod dicebatur audire sustinentes, maligne ipsum venire succlamabant, et cantilenam istanc non sibi, qui omni essent expertes metu, nec dolis deludi facile possent, sed aliis potius debere occinere: se creditori suo fidem, et oppidum tuto servaturos. Iterato mittuntur alii, qui suadeant, ne consilio malo pravoque maleficia quam beneficia, cum possint, experiri malint. Quibus contumeliose respondentibus, lapidibusque et jaculis caduceatores appetentibus, ac de cætero quemquam ad se mitti vetantibus, nisi eum occisum vellent, quia se verbis nihil proficere videbat imperator, scalas ad mœnia postridie conscendenda parari jussit. Quod cum cernerent, qui in mœnibus stabant, hostium conatum ut inanem irridebant, murorum excelsitate ac firmitate, propugnatorumque multitudine se inexpugnabiles fore confidentes. Nam auxiliares Byzantio equites erant duceni et viceni, pedites sagittarii ducenti, iique peritissimi: gravis armaturæ, qui e machinis tela torquebant triginta: e quibus unus a dexteritate destinata feriendi præ aliis celebrabatur. Equites indigenæ cataphracti centum, sagittarii non

B Ἐπὶ τούτοις αὐτῇ χάριτας ὁμολογήσας ὁ βασιλεὺς, ἐξελθὼν ἐβουλεύετο μετὰ τῶν ἐν τέλει, εἰ χρὴ πρότερον ἐπὶ Ἄπρω καὶ Γαρέλλαν, ἢ ἐπὶ τὰς ἀφεστηκυίας πορρωτέρω τῶν πόλεων ἐλθεῖν· ὡς τῶν μὲν ἀπωτέρω τὴν μὲν βλάβην ἧσσονα παρεχομένων, εὐαλωτοτέρων δέ· τῶν δὲ μετὰ τοῦ μᾶλλον βλάπτειν καὶ καρτερωτάτων ἀπό τε τῆς τῶν τειχῶν κατασκευῆς καὶ τῆς ἐγκαθιδρυμένης δυνάμεως οὐσῶν. Ἐδόκει δὴ ἐπὶ Ἄπρω ἐλθεῖν πρῶτον. Καὶ ἅραντες ἐκ Διδυμοτείχου, ἐπεὶ πάντα παρεσκεύαστο, καὶ πρὸς τὸ μισθοφορικὸν τὸ χρυσίον διενεμήθη, ἦλθον ἐπὶ Ἄπρω. Στρατοπεδευσαμένων δὲ ἐκεῖ, πέμψας ὁ βασιλεὺς, ἠσπάζετο τοὺς ἐπὶ τῶν τειχῶν· καὶ πρὸς τὸ μάχης χωρὶς αὐτῷ ἐπεχείρει παραδιδόναι τὸ πόλισμα πείθειν, οὔτε ἡμαρτηκέναι φάσκων αὐτοὺς C οὐδὲν, οὔτε αὐτὸν ὀργίζεσθαι πρὸς αὐτοὺς, ἀλλὰ τὴν αἰτίαν τῆς ἀποστασίας ἐπὶ τὸν βίᾳ κατασχόντα, οὐκ ἐπ' αὐτοὺς εἶναι τοὺς ἠναγκασμένους. Διόπερ καὶ εἰ προσχωρήσαιεν ἀμαχεὶ, πολλαῖς εὐεργεσίαις ἀμείβεσθαι εἶναι δίκαιος. Οἱ δ' ἐπὶ τοῦ τείχους εὐθὺς οὐδ' ὅλους ἀναμείναντες ἀκοῦσαι τοὺς παρὰ βασιλέως λόγους, κακῶς τε ἔφασκον ἥκειν αὐτόν· καὶ τοὺς ἀπάτης γέμοντας τουτουσὶ λόγους οὐκ ἐκείνοις, οὔτε δεδοικόσιν, οὔτε πρὸς ἀπάτην οὕσιν εὐκόλοις, ἀλλ' ἑτέροις μᾶλλον προσήκειν λέγειν. Αὐτοὶ δὲ τῷ τε πεπιστευκότι τὴν πίστιν τηρήσειν, καὶ τὸ φρούριον φυλάξειν ἀσφαλῶς. Ὁ βασιλεὺς δ' αὖθις πέμψας ἑτέρους, μὴ τὸ κακῶς παθεῖν συνεβούλευεν ἑλέσθαι μᾶλλον ἐξ ἀδουλίας, ἑνὸν ἔξω τε κινδύνων D εἶναι καὶ παθεῖν εὖ. Τῶν δὲ ὑβριστικῶς ἀποκριναμένων, καὶ λίθοις καὶ βέλεσι τοὺς ἀπεσταλμένους βαλόντων, ἕτερόν τε μηδένα πρὸς αὐτοὺς ἥκειν παραγγειλάντων ὡς αὐτὸν ἀποκτενοῦντας, ἐπεὶ μὴ λόγοις ἐώρα πείθειν δυνατὸς ὢν ὁ βασιλεὺς, κλίμακας ἐκέλευεν ἑτοιμασθῆναι, ἐς τὴν ὑστεραίαν ἐσομένης τειχομαχίας. Ὁρῶντες δὲ οἱ ἀπὸ τοῦ τείχους τὰς κλίμακας κατασκευαζομένας, ὡς ἀνηνύτοις ἐπιχειρούντων κατεγέλων, οὐ μόνον τῇ ἀσφαλείᾳ τῶν τειχῶν, ἀλλὰ καὶ τῷ πλήθει τῶν στρατιωτῶν οἰόμενοι περιγενήσεσθαι τοῦ πολέμου. Ἦσαν γὰρ οἵ τε

[1] Matth. vi, 21.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐκ Βυζαντίου κατὰ συμμαχίαν ἀφιγμένοι, ἱππεῖς μὲν εἴκοσι καὶ διακόσιοι, καὶ πεζοὶ τοξόται τούτων εἴκοσιν ἐλάσσους ἀγαθοὶ τοξεύειν, ὁπλῖταί τε οἱ ἐκ μηχανῶν ἀφιέντες βέλη, τριάκοντα. Ἐξ ὧν εἰς ἐπὶ τῷ εὐστόχως τῶν ἄλλων μᾶλλον διαβεβόητο βάλλειν. Ἐγχώριοί τε ἱππεῖς ἑκατὸν ὡπλισμένοι· τοξόται τε οὐκ ὀλίγοι καὶ σφενδονῆται, οὐ μόνον ἐγχώριοι, ἀλλὰ καὶ τῶν περιοίκων πλεῖστοι διὰ τὸν πόλεμον συνελθόντες, καὶ γυμνητεία πολλή· οἷς ἐθάρρουν εἰ μήτι ἄλλο, τὸ γοῦν ἁλῶναι ῥᾳδίως διαφυγεῖν. Ἅμα δὲ πρωῒ εἰς τὴν ὑστεραίαν, οἵ τε ἔξωθεν καὶ οἱ ἀπὸ τῶν τειχῶν παρετάττοντο πρὸς μάχην· καὶ γενομένης καρτερωτάτης τειχομαχίας, μέχρι μὲν ἑβδόμης ὥρας ἀντέσχον οἱ ἀπὸ τῶν τειχῶν ἀμυνόμενοι προθύμως. Ἔπειτα οἱ τοῦ νέου βασιλέως ἀνδρίᾳ τε καὶ τόλμῃ τῶν ἀντιτεταγμένων ὑπερσχόντες, καὶ τὰς κλίμακας τοῖς τείχεσι προσερείσαντες, τὸ πόλισμα εἷλον καὶ διήρπασαν αὐτό. Δείσας δὲ ὁ βασιλεὺς, μὴ πάντων χρημάτων διαφθαρέντων, ἀνάστατος γένηται ὁ Ἄπρως, ἐκέλευσε τοὺς καρποὺς μὴ διαφθείρειν, ὅπως ἔχοντες ἀφορμὰς οἱ Ἄπριοι τοῦ ζῆν, μὴ ἐκλίπωσι τὸ ἄστυ. Ἀπέθανον μέντοι ἐν τῇ τειχομαχίᾳ πλὴν ἑνὸς ὁπλίτου τῶν ἐκ Βυζαντίου ἐξ ἑκατέρων μερῶν οὐδείς (καὶ τούτου μετὰ τὴν μάχην ὑπὸ Λατίνου τινὸς ἀποκταν θέντος, ὅτι αὐτός τε καὶ πλείονες ἕτεροι ἐτραυματίσθησαν ὑπ' αὐτοῦ), τραυματίαι δ' ἐγένοντο καὶ ἑκατέρωθεν οὐκ ὀλίγοι. Τούς τε ἐκ Βυζαντίου ἱππέας τε καὶ πεζοὺς δήσαντες οἱ στρατιῶται εἶχον. Εἰς τρίτην δὲ ἡμέραν τοὺς αἰχμαλώτους στρατιώτας ὁ βασιλεὺς κελεύσας αὐτῷ παραστῆναι, διαλέγεται οὕτως· Οὔτε συνετῶς οὔτε συμφερόντως πεπράχατε ὑμῖν αὐτοῖς ὑφ' ἡμῶν προσαγορευόμενοι φιλίως, εἰς λοιδορίας αὐτοὶ τραπόμενοι καὶ ὕβρεις. Τὸ μὲν γὰρ μὴ καταπλήττεσθαι τοὺς ἐπιόντας, ἀλλ' ἐγκαρτερεῖν ἀμυνομένους, ἀνδρίας ἂν τις τιθείη· τὸ δὲ ὑβρίζειν τε καὶ κομπάζειν ἀπὸ τῶν τειχῶν, καὶ θράσους καὶ παρανοίας. Διὸ καὶ συμβουλεύσαιμι ἂν ὑμῖν εἴ γε πείθησθε, ἀνδρίᾳ μὲν καὶ τόλμῃ καὶ χειρὸς ἔργοις ἀνθίστασθαι τοῖς πολεμοῦσι, λόγοις δὲ σωφρονεῖν. Οὐ γὰρ ἡ ἀπὸ τῶν λόγων ἀκολασία, ἡ διὰ τῶν ἔργων δὲ ἐμπειρία καταπλήττει τοὺς ἐπιόντας. Ἀφοριαλώτους μὲν οὖν γενομένους ὑμᾶς, ᾗ βουλοίμεθα ἔξεστι χρῆσθαι νόμῳ πολέμου. Ἐγὼ δὲ οὐκ ἐπὶ κακῷ τῶν Ῥωμαίων στρατεύων, ἀφίημι ἐλευθέρους. Εἰ μὲν οὖν ὑπ' ἐμοὶ στρατεύσεσθαι βούλεσθε, προνοίας τε ἀξιώσω τῆς προσηκούσης καὶ τοῖς οἰκειοτάτοις ἐντάξω· εἰ δ' οἴκαδε ἀπελθεῖν, καὶ οὕτως εὖ ποιήσας ἀποπέμψω. Προσκυνήσαντες δὲ οἱ στρατιῶται καὶ τῆς εὐεργεσίας χάριν εὐφημήσαντες πολλὰ, καιρὸν ἐξῄτησαν εἰς διάσκεψιν. Διασκεψάμενοι δὲ, τῶν ἱππέων μὲν

A pauci, et funditores non indigenæ modo, sed etiam e finitimis locis quamplurimi, quos bellum exciverat, et levis armaturæ multi, quibus omnibus, si nihil aliud, certe ne caperentur se facile consecuturos sperabant. Postridie albente cœlo quique foris, quique intus in mœnibus erant, ad pugnam instruebantur. Et cum usque ad horam septimam acerrima fieret oppugnatio, oppidani se strenue tuebantur. Ad extremum imperatorii fortitudine et audacia adversariis superiores, scalis applicitis oppidulum capiunt ac diripiunt. Ibi timens imperator, ne rebus omnibus disperditis, Aprus ad solitudinem redigeretur, frugibus cavit : ut habentes vitæ subsidium Aprii, ne diffugerent. In ea oppugnatione ex neutra acie quisquam, præter unum,

B 88 Byzantinum armaturæ gravis desideratus est (et eum a Latino quodam secundum pugnam interemptum, quippe a quo ipse cum aliis multis esset vulneratus), utrinque tamen vulnerati non pauci. Victores Byzantinis equitibus juxta ac peditibus vincula injecerunt. Tertio die captivis militibus in medium produci jussis, imperator ad eos hujuscemodi verba locutus est : Neque prudenter, neque e re vestra factum, quod a nobis amice appellati, convicia et injurias reposuistis : Nam hoste instante non percelli, sed constanti animo se defendere, hoc virtuti : alios autem maledictis incessere, et crepare magniloqua de mœnibus, confidentiæ et amentiæ ascribitur (92). Quare si me

C audiatis, fortiter audendo et manu prompta hostem reprimetis, verbis moderabimini : quando non verborum petulantia, sed ipse factorum et impressionis sensus invadentem terrificat. Jam in vos captivos statuere lege bellica licet. Verum ego, qui meis armis officere Romanis minime quæro, vos libertate dono. Si sub signis meis militare vultis, mihi, ut decet, curæ eritis, et vos inter familiarissimos recipiam. Sin domum redire, etiam sic benigne dimittam (93). Milites imperatorem venerati, ejusque meritum laudibus prosecuti, spatium ad deliberandum petiverunt. Re deliberata, pauci equites manserunt ; pedites ferme omnes sub eo merere instituerunt : quos annuo decreto stipendio, in album suorum retulit,

D et discedentibus aliis aurum in viaticum contulit. Cum autem conspiceret Apriorum turbam, viros simul ac mulieres, item pueros pene nudos, omnium egenos ambulantes, seque bonis suis despoliatos lamentantes, ducibus et nobilibus advocatis, Justum est, inquit, cum hodierno die tot et tam insignibus a Deo beneficiis ornati simus, ut iisdem

Jacobi Pontani notæ.

(92) Timidi homines, et imbelles, cum longe absunt a periculo, aut se tutos vident, audacissimi fiunt, et martem crepant. Notavit hos ille sapiens Æsopus. Nam de superiore loco hædus lupum prætereuntem conspiciens, eum conviciis lacerrime insectabatur. Tum lupus, *Non tu*, inquit, *mihi conviciaris, sed locus.*

(93) Eadem sententia Dido apud Maronem, I *Æneid.* humanissime ad Trojanos :

Seu vos Hesperiam magnam, Saturniaque arva,
Sive Erycis fines, regemque optatis Acestem :
Auxilio tutos dimittam, opibusque juvabo.
Vultis et his mecum pariter considere regnis ?
Urbem quam statuo, vestra est ; subducite naves.
Tros Tyriusque mihi nullo discrimine agetur.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

digni videamur. Etenim quod neque tam magna, et nostro Marti conferenda manus intus, neque tam alta ac tuta mœnia, neque aliud quidquam impedimento nobis fuit, quo minus arrogantes istos et protervos ulcisceremur, nullius, nisi divini Numinis liberalitati jure tribuendum est. Rursus in tam infesta oppugnatione, et urbis occupatione nostrum neque quemquam (ut consentaneum erat) cecidisse, neque per cædem ullius captivorum civili sanguine pollutum esse, egregiam erga nos Dei providentiam curamque significat. Itaque et nos victores miserorum 89 calamitatibus ad misericordiam inflecti oportet (contra Barbaros sane bello internecino pugnandum : contra populares autem usque dum vincas), et pars de præda captivis a quolibet, quantam voluerit, restituenda est. Tria enim bona maxima hinc vobis lucro apponentur : Deum propitium habebitis, qui in afflictos navatam misericordiam tanquam sibi præstitam reputat : atque in hac vita longe pluribus, et post obitum promissa felicitate remunerabimini. Deinde nostram quoque amicitiam assequemini ; quibus nihil est antiquius, quam de captivis bene mereri. Postremo fortitudinis et magnanimitatis gloriam vobis ipsi parietis. Illius quoniam hostes debellastis : hujus, quoniam ingenua et excelsa mente non ut hostes, male multastis, sed tanquam civibus, et cognatis, quam licuit, curam adhibuistis. Hac cohortatione adeo permotus est miles, ut nemo non aliquid de præda redderet. Qui vero benefacere gloriosum sibi ducebant, inquisitis dominis quidquid adepti fuissent spoliorum, nihil sibi retinentes, fideliter restituebant.

A ἐμειναν ὀλίγοι, τῶν πλειόνων ἀπελθόντων · οἱ πεζοὶ δὲ πλὴν ὀλίγων, ἅπαντες εἵλοντο δουλεύειν τῷ βασιλεῖ. Οἷς καὶ μισθὸν ἐτήσιον τάξας, ἐνέγραψε τοῖς οἰκέταις, τοὺς δ' ἀπελθόντας ἐφωδίασε χρυσίῳ. Ὁρῶν δὲ τὸν ἄλλον ὅμιλον τῶν Ἀπρίων ἄνδρας ὁμοῦ καὶ γυναῖκας καὶ παῖδας γυμνοὺς καὶ ἀπόρους περιὸντας; καὶ ὀλοφυρομένους τὴν ἀποστέρησιν τῶν ὄντων, τοὺς λογάδας τῆς στρατιᾶς πάντας καὶ τοὺς ἐν τέλει συναγαγών, Δίκαιόν ἐστιν, ἔφη, πολλοῖς καὶ μεγάλοις σήμερον εὐηργετηκότος ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ, καὶ αὐτοὺς ἀξίους τῆς εὐεργεσίας φανῆναι. Τὸ γὰρ μήτε τὴν ἐγκαθεστῶσαν πολλήν τε καὶ ἀξιόμαχον οὖσαν στρατιὰν, μήτε τὴν ἀσφάλειαν καὶ τὸ ὕψος τῶν τειχῶν, μήτ' ἄλλο μηδὲν ἐμπόδιον ἡμῖν γενέσθαι πρὸς τὸ μὴ τοὺς αὐθάδεις τουτουσὶ τιμωρήσασθαι καὶ ὑβριστὰς, οὐκ ἄλλου τινὸς ἢ τῆς τοῦ κρείττονος εὐεργεσίας ἂν τις λογίζοιτο δικαίως. Τὸ δ' αὖθις ἐν οὕτω καρτερᾷ τειχομαχίᾳ καὶ ἁλώσει πόλεως; μήτε ἡμῶν τινας, ὅπερ ἦν εἰκὸς, ἀποθανεῖν, μήτε τῶν ἁλωκότων ἀποκτείναντας ὁμοφύλοις αἵμασι χρανθῆναι, τῆς πολλῆς περὶ ἡμᾶς προνοίας καὶ κηδεμονίας τοῦ Θεοῦ. Χρὴ τοιγαροῦν καὶ ἡμᾶς νικήσαντας ἐπικαμφθῆναι ταῖς συμφοραῖς τῶν ἀτυχησάντων (πρὸς μὲν γὰρ τοὺς βαρβάρους ἄχρι παντὸς πολεμεῖν δεῖ · πρὸς δὲ τοὺς ὁμοφύλους, ἄχρι τοῦ κρείττονος), καὶ μεταδοῦναι ἕκαστον ἐκ τῶν λαφύρων καθ' ὅσον ἂν αἱρεῖτο τοῖς αἰχμαλώτοις. Τρία γὰρ τὰ μέγιστα κερδανεῖτε · Θεόν τε ἵλεων ἑαυτοῖς προπαρασκευασάμενοι, τὸν εἰς τοὺς ἀτυχοῦντας ἔλεον οἰκειούμενον, καὶ τῇ δέ τε πολλαπλασίοσι, καὶ ἀπαλλάξαντας τοῦ βίου ἐπαγγελλόμενον ἀμείβεσθαι · καὶ τὴν ἡμετέραν εὐμένειαν προσκτώμενοι, περὶ πλείστου ποιουμένου τὴν εὐεργεσίαν

B

C

τῶν αἰχμαλώτων · καὶ τρίτον ὑμῖν ἑαυτοῖς ἀνδρίας ἅμα καὶ μεγαλοψυχίας δόξαν περιποιούμενοι, ἀνδρίᾳ νικήσαντες τοὺς ἀντιτεταγμένους, ἐλευθερίᾳ δὲ γνώμης καὶ μεγαλοψυχίᾳ, οὐχ ὡς πολεμίοις, ἀλλ' ὡς ὁμοφύλοις καὶ ἀτυχοῦσι τὴν δυνατὴν πρόνοιαν εἰσενεγκόντες. Τοιαῦτα παραινέσαντος τοῦ βασιλέως, οὕτω διετέθησαν ἡ στρατιὰ, ὡς πάντας μὲν ἐκ τῶν λαφύρων μεταδοῦναι τοῖς Ἀπρίοις. Ὅσοι δὲ καὶ πρὸς τὸ ἀγαθοεργεῖν ἐφιλοτιμοῦντο, τοὺς δεσπότας ἀνερευνήσαντες, τῶν παρ' αὐτοῖς λαφύρων ἀπέδοσαν πάντα, μηδενὸς ἀποστερήσαντες.

CAPUT XXX.

Carella, Rhædestum, Sergentzium oppida deditionem faciunt. A Saccensibus rusticanis maledictis laceratur imperator; ipsum castellum miserabili incendio conflagrat. Insigne exemplum fidelitatis in dominum, et charitatis in hostem cujusdam pastoris, per quod stratopedarcha reus majestatis absolvitur.

Diebus omnino sex ab oppido recepto Apris commoratus, septimo ad Carellam castra posuit. Cives sive quod cæteroqui imperatorem diligerent, sive quod Apriorum malo docti saperent, simul invitati sunt, in ejus fidem pacifice transierunt. Quibus ample gratiis relatis, Rhædestum perrexit. Dedentibus se perinde Rhædestinis, declarato illis quoque ardenti benefaciendi studio, Sergentzium progressus est. Quo etiam se tradente, iter Selybriam convertit, Selybrianis propter fidem erga se, a militibus Byzantinis per hiemem fines eorum incursantibus, detrimentis affectis, gratias acturus, et beneficia remensurus. Urbi appropinquantibus placuit ab equis descendere, et super herba viridi paululum requiescere.

moliri non parum gavisi sunt. Cumque opinarentur, verborum quodam involucro indicare voluisse, plane non aliter pacem perpetuam constare posse, quam si junior, retenta quam obtinebat parte imperii, illis quæ hoc bello acquisierat adjunctis, possessionem amplificaret, atque ita potentia summa polleret, senior contra imperio suo magnopere diminuto enervatus, res novas minus auderet, cum ita, inquam, cogitarent, justam et utilem domestici oratio eam fuisse omnes autumarunt, et istiusmodi pacem ineundam succlamarunt. Imperator familiari oratione jam præoccupatos omnium animos intelligens : Et mihi eadem sententia est, inquit, quæ magno domestico. Nam belligerare me cum avo, ipsis nobis populisque nostris incommodat; et parabola e medio sumpta, qua ille bellum nostrum expressit, rem maxime ante oculos ponit. Necesse est siquidem et vos alterutri militantes, in pugna mutuum interficere : et agros, ac prædia unde publica privataque vectigalia, devastari, et pacem denuo nec constantem et validam, sed qualibet occasione frangendam, ac nobis prorsus inutilem fieri. Idcirco rem nos discutere, ac prius omnem belli fomitem, ac materiam amputare fas est. Materiam porro, et causas belli hasce omnes mortales habent, vel cum se læsos putant, (8) **99** ut injurias ulciscantur, vel, ut quibus avaritia stimulati injurias inferre constituerunt, eosdem armis priores lacessant. Quod si quis bellum moventi se ultro tradiderit, jam bellum omne sustulerit. Sive enim ille se lædi arbitratur, lædentem habens in potestate, quiescet, sive rei suæ cum injuria augendæ studebat, plus adeptus quam sperabat, etiam sic arma deponet. Quare et nos opus est, pacem inconcussam expetentes, et Deo, et æquitati causæ innitentes, omne imperium et in nosipsos, et in urbes et in vectigalia avo transcribere. Si ita fecerimus, criminatoribus os obturabitur, quibus malitia supersedentibus, nihil impediet, quin omnes firmissima pace perfruamur. Sin rursus ad partiendum imperium aggrediemur, primum isthuc ipsum, totis duobus et sexaginta annis imperitasse omnibus, et nunc imperii hujus imminutionem pati, ad tumultum sufficit, et avum, ut obtrectatoribus nos sibi insidias struere mentientibus credat, impellere potest. Deinde his ipsis hominibus ad consuendas sycophantias ansam multam præbebimus : qui si nequitiæ exercendæ facultatem nacti fuerint, non multum intercedet temporis, cum arma repetere cogemur : nullam

Jacobi Pontani notæ.

(8) Causas belli duas ponit, ultionem injuriæ, et avaritiam, sive cupiditatem bonorum alienorum. Multos etiam bella sæpe propter gloriæ cupiditatem quæsisse dicit : *Offic.* M. Tullius : *Atque id in magnis animis ingeniisque plerumque contingit; eoque magis, si sunt ad rem militarem apti, et cupidi bellorum gerendorum.* Verumtamen cum idem Tullius in hoc ordine eos numeret, qui de imperio decertarunt, ut Carthaginenses, et Romani, potest dici, eos avaritiam sive cupiditatem belli causam, eamque injustam habuisse. Præterea cum idem affirmat, *nullum bellum esse justum, nisi quod aut rebus repetitis geratur, aut denuntiatum ante sit, et indictum*, videtur divisione parum proba usus. Nam quamvis ante denuntietur, et indicatur, potest tamen injuste indici ac denuntiari; justæ igitur causæ duæ hæ relinquuntur : vel ut injuria persequamur, vel ut nostra tueamur.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

quippe partem quietis capient, donec pluribus et variis criminationibus imperatori bellum persuaserint. Ne autem miremini, si cum ab istis rerum novarum cupidis ac pestiferis mortalibus avum in fraudem inductum iri dicam, me hinc eximo, quasi non idem mihi queat contingere : tametsi ita paratus, et animatus sum, ut neque si quid vere fieret, nedum ob calumniam, ne si vera, inquam, ad me deferrentur, ad bellum ante prosilire velim, quam re ipsa cogar arma capessere, bellumque mihi illatum defendere. Hoc enim ideo a me dicitur, quod obtrectatio multa velut pignora apud eum habet. Qui enim imperat, cum imperii amittendi metum conceperit, huic etiam, sibi insidias tendi, fides fieri poterit : qui vero paret, ei isthuc persuaderi non facile poterit. Ob B hæc ipsa igitur quæ commemoravi, mihi diu multumque cogitanti, non iterum ad divisionem imperii veniendum ; sed nobisipsis cum rebus omnibus in imperatoris auctoritatem imperiumque concedendum visum est : sic enim desiratam pacem, eamque immutabilem prorsus adipisci licebit. His a juniore imperatore super pace disputatis, diu altum fuit in concilio silentium, cunctis ea oratione attonitis : **100** nunquam enim in mentem illis venisset, tali modo pacem compositum iri. Cum nihil responderetur, conversus ad magnum domesticum : Non jam silendi tempus, inquit, tibi ipsi, si quid potes, et aliis ad verba mea respondendum est. Tum ille sic infit : Siquidem, imperator, contra barbaros natura hostes C bellum nobis susceptum esset, nihil erat considerandum aliud, nisi quomodo victores loca omnia populabundi, et jugulabundi percursaremus, usque dum omnes cædibus e medio tolleremus, aut saltem in servitutem redactos, tributarios nostros faceremus. Sin æquo Marte paria rerum momenta essent, quomodo ad eorum usum ipsi quoque nos accommodaremus. Quoniam vero neque adversum tales pugnamus, neque adversum eos, qui sacrorum socii, cætera hostes suum principatum tenent, quos fortasse potentioribus opprimendos condones : sed contra homophylos, et conjunctissimos, quis prudens, obsecro, et vel tantillum sollicitus, ne apud inferos inter damna- D tos referatur, bellum hoc paci anteponat? Atqui ne sic quidem vobis imperatoribus distributum est imperium, ut alter vestrum exercitu ex oriente, alter ex occidente collecto militet : esset enim id tolerabilius, Romanis etiam sic concurrentibus, et inter se perimentibus. Qui tamen illa consolatione mulcerentur, quod perempti nulla eos cognatione attingerent. Nunc in communi Romanorum calamitate ita se res habet, ut ipsæ domus, nedum urbes in se divisæ sint, et fratres cum fratribus, et filii cum parentibus, et amici cum amicis germanissimis non suo ipsorum, sed imperatorum inter se odio deprælientur. Verisimile porro est, quosdam interfectorum a se parum

A οὐδὲν ἔτι ἐμποδὼν ἔσται βαθείας ἀπολαύειν πάντας εἰρήνης. Εἰ δ' αὖθις χωρήσομεν εἰς μερισμούς, πρῶτον μὲν αὐτὸ τοῦτο τὸ δυσὶν ἔτεσι καὶ ἑξήκοντα ὁμοῦ πάντων ἄρχοντα αὐτὸν νῦν τῆς κατὰ πάντων ἐξουσίας ἀποστερεῖσθαι, ἱκανὸν πρὸς ταραχὴν καὶ δυνατὸν τοῖς συκοφάνταις πεῖσαι προσέχειν ὡς ἐπιβουλεύεται παρ' ἡμῶν καταψευδομένοις. Ἔπειτα δὲ καὶ τούτοις αὐτοῖς ὥστ' ἔχειν ῥάπτειν τὰς διαβολάς, ὕλην ἂν παράσχοιμεν πολλὴν, ἐχόντων δὲ ἐκείνων δύναμιν κακουργεῖν, οὐκ ἐν πολλῷ χρόνῳ ἀναγκασθησόμεθα αὖθις πολεμεῖν· οὐκ ἠρεμήσουσι γὰρ ἄχρις ἂν ποικίλαις καὶ πολλαῖς διαβολαῖς ἐξορμήσωσι πρὸς πόλεμον τὸν βασιλέα. Μὴ θαυμάσητε δὲ εἰ παρὰ τῶν νεωτεροποιῶν τούτων καὶ φθόρων ἐξαπατήσεσθαι τὸν βασιλέα λέγων, ἐμαυτὸν ἐξαίρω τοῦ B λόγου ὡς μὴ τὰ ἴσα δυνάμενον παθεῖν. Καίτοιγε οὕτως ἔχω παρασκευῆς καὶ γνώμης, ὡς οὐδ' ἂν εἴ τι γένοιτο, μήτοιγε ἐκ διαβολῆς, ἀλλ' οὐδ' εἰ ἀληθῆ τὰ λεγόμενα εἴη, πρὸς πόλεμον πρότερος αὐτὸς ἐξορμήσων πρὶν ἂν αὐτοῖς ἔργοις ἀναγκασθῶ ὡς ἐπιόντα ἀπωσόμενος τὸν πόλεμον, τὰ ὅπλα ἀναλαμβάνειν, ἀλλ' ὡς ἐνέχυρα ἱκανὰ πρὸς ἐκεῖνον τῆς διαβολῆς ἐχούσης. Ὁ γὰρ ἄρχων μὴ τὴν ἀρχὴν ἀφαιρεθείη δεδοικὼς, κἂν ἐπιβουλεύεσθαι πεισθείη· ὁ δουλεύων δὲ, οὐκ ἂν πείθοιτο ῥᾳδίως. Τούτων δὴ ἕνεκα ὧν εἶπον, μὴ πάλιν πρὸς μερισμοὺς τῆς ἀρχῆς ἐπὶ πολὺ σκεψαμένῳ ἔδοξε δεῖν χωρεῖν· ἀλλ' ἡμᾶς τε αὐτοὺς καὶ πάντα χρήματα ἀγαγόντας, ἐγχειρίσαι βασιλεῖ· οὕτω γὰρ ἂν ποθοῦμεν εἰρήνην βεβαίαν περιέσται. Τοιαῦτα περὶ τῆς εἰρήνης διειλεγμένου C τοῦ βασιλέως, ἐπὶ πολὺ μὲν τὸ βουλευτήριον σιωπὴ κατέσχε βαθεῖα, πάντων πρὸς τοὺς λόγους ἐκπεπληγμένων. Οὐ γὰρ ἂν ἐπὶ τοιούτοις ᾠήθησάν ποτε γενέσθαι τὴν εἰρήνην. Ἀποκριναμένων δὲ οὐδὲν, ἐπιστραφεὶς ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸν μέγαν δομέστικον, Οὐ σιωπᾷν, ἔφη, χρεών· ἀλλ' αὐτόν τε ὡς ἔχεις περὶ τῶν εἰρημένων καὶ τοὺς ἄλλους λέγειν. Ἐπὶ τούτοις ὁ μέγας δομέστικος εἶπε τοιάδε· Εἰ μὲν πρὸς βαρβάρους, ὦ βασιλεῦ, τοὺς φύσει πολεμίους ὁ πόλεμος ἡμῖν ἦν, οὐδὲν ἕτερον ἔδει σκοπεῖν, ἢ ὅπως ἦν μὲν περιγενώμεθα τῷ πολέμῳ, ἐπεξιέναι καὶ διαφθείρειν, ἄρχις ἂν ἢ ἐκτρίψαντες ποιήσωμεν ἐκποδὼν, ἢ τόγε δεύτερον δουλωσάμενοι ποιήσωμεν ὑποφόρους. Εἰ δὲ ἰσόρροπα ἡμῖν τὰ πράγματα ἦν, πρὸς D τὴν αὐτῶν χρείαν μεθαρμόζεσθαι καὶ αὐτούς. Ἐπειδὴ δέ ἐστιν οὔτε πρὸς φύσει πολεμίους βαρβάρους, οὔτε πρὸς τὴν αὐτὴν μὲν ἡρημένους θρησκείαν ἡμῖν, ἄλλως δὲ πολεμίους καὶ ὑπὸ ἰδίαν τεταγμένους ἡγεμονίαν, οὗ ἄν τις ἴσως καὶ βιάζεσθαι συγχωρήσειε δυναμένοις, ἀλλὰ πρὸς ὁμοφύλους καὶ οἰκειοτάτους, τίς ἂν νοῦν ἔχων, καὶ μικράν τινα ποιούμενος φροντίδα τοῖς ἐν ᾅδου καταδίκοις μὴ συνεῖναι, μᾶλλον ἂν ἀνθέλοιτο τὸν πόλεμον τῆς εἰρήνης; καίτοιγε οὐδ' οὕτω συμμερίσεται ὑμῖν τοῖς βασιλεῦσι τὰ τῆς ἀρχῆς, ὡς τὸν μὲν τῆς ἑῴας στρατιᾶς, τῆς ἑσπερίου δὲ τὸν ἕτερον στρατηγεῖν (ἦν γὰρ οὕτω τι μετριώτερον·) Ῥωμαίοις μὲν καὶ οὕτω Ῥωμαίων συμπιπτόντων καὶ κτεινομένων. Ὅμως δ' οὖν τινα παραμυθίαν τὸ μὴ προσ-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἴκειν αὐτοῖς καθ' αἷμα τοὺς ἀποσφαττομένους A suorum, aut fratrum, aut amicorum spolia legentes, infelicissimam victoriam agnituros : quo quid tandem miserabilius? Ob has res ego, cæteriquo omnes omnino pacem conducere sentimus. Quia ergo nunc certas ob causas eam constituere oportet, dispiciendum, quo pacto inviolabilis permaneat : ne rursum occasiones armorum renovandorum exoriantur. Si aliud quam abs te dictum est, utile arbitrarer, non dubitassem, id in medium afferre. Sed quoniam et justa et Romanorum communi frugifera, et tibi, nobisque gloriosissima disseruisti, Deo bonorum præside freti, ad opus verba conferemus. Hæc magnus domesticus; secundum quem et protostrator quod putaret fore e re publica eloquendi copia facta : Pacem, inquit, B **101** nobis, totique imperio Romano bonam ac salutarem me judicare, et ita a vobis persuasum esse haud inficiabor : talem autem conficiendam esse, qualem tu, imperator, descripsisti, nunquam me suspicatum confiteor. Mecum enim cogitabam, nos ad ea quæ prius tenebamus recenti accessione facta, non parva auctos potentia, pacis fœdus icturos. Unde aliis de ea disserentibus, cupidissime auscultabam. Cæterum quia hæc via tibi magis probatur, mihi quoque ut probetur, prorsus necesse est. Ex quo namque ad auctoritatem tuam me contuli, sic me institui, ut tecum vivere juxta ac mori non recusem (9). Quare etsi aliter pacem confectum iri ratiocinabar, nihilo minus cum hæc tua mens sit hodie, quod rectius censes, id fiat sane. Imperator protostratori hæc prolocuto gratias egit, et alios interrogavit. Qui se colligentes responderunt : Cum dominus sit, in manu ejus esse facere quæ vellet. Responsum hocce perturbato ac tristi animo reddiderunt; non enim illos orationes antegressæ commoverant. Nihilo minus imperator, quod sciebat nescire simulans, eis similiter gratias egit, conventumque solvit. Inde usque ad diem septimum ipse, magnus domesticus, et protostrator optimates ac selectos, perque illos totam multitudinem ut pacem propter rationes ante dictas amplecti vellent, ægre induxerunt. Et imperatori quidem cum paucis quibusdam de nobilibus pacem ratam facere licebat; verum id communi suffragio fieri consultius visum est; quæ causa fuit, ut res ad hunc modum administraretur.

οἰομένων· νυνὶ δ' οὕτως ἡ κοινὴ τῶν Ῥωμαίων συνεσκεύασε δυστυχία, ὡς αὐτὰς τὰς οἰκίας πρὸς ἀλλήλας μερισθείσας, μήτοιγε πόλεις, καὶ ἀδελφοὺς ἀλλήλοις, καὶ παῖδας πατράσι, καὶ φίλους γνησιωτάτοις φίλοις οὐ τῷ σφετέρῳ αὐτῶν, ἀλλὰ τῷ τῶν βασιλέων ἔχθει πολεμεῖν. Εἰκὸς δὲ καὶ παρ' αὐτὰς τὰς μάχας τὸν πατέρα τὸν οἰκεῖον ἢ τὸν ἀδελφὸν ἀποκτείναντά τινα ἢ τὸν φίλον, ἐν τῷ σκυλεύειν τὴν δυστυχεστάτην ἐπιγνῶναι νίκην, οὗ τί σχετλιώτερον γένοιτ' ἄν; ὧν δὴ ἕνεκα, αὐτός τε ἡγοῦμαι τὴν εἰρήνην λυσιτελεῖν, καὶ οἱ ἄλλοι συνεπιψηφίζονται πάντες. Ἐπειδὴ δὲ ὑμῖν καὶ ἐφ' ὁποίοις δή τισι τὴν εἰρήνην γενέσθαι δεῖ πρόκειται σκοπεῖν ὥστε μένειν βεβαίαν, καὶ μὴ πάλιν προφάσεων πρὸς πόλεμον εὐπορεῖν, εἰ μὲν ἕτερ' ἄττα ἢ αὐτὸς εἴρηκας, ὦ B βασιλεῦ, λυσιτελεῖν ἐλογιζόμην, εἶπον ἂν ἐνδοιάσας μηδέν· ἐπειδὴ δὲ ἅμα τε δίκαια καὶ τῷ κοινῷ συμφέροντα Ῥωμαίων, καὶ πρὸς εὐδοξίαν οὐδενὸς δεύτερα σαυτῷ τε εἴρηκας καὶ ἡμῖν, Θεῷ τῷ τῶν ἀγαθῶν θαρρήσαντες ἐφόρῳ, εἰς ἔργα προάξωμεν τοὺς λόγους. Τοιαῦτα μὲν καὶ ὁ μέγας δομέστικος εἶπεν· ἐπιτραπεὶς δὲ καὶ ὁ πρωτοστράτωρ, ἃ δοκεῖ συμφέροντα εἰπεῖν, Τὴν μὲν εἰρήνην ὡς ἀγαθὸν καὶ λυσιτελὲς ἡμῖν τε καὶ τῷ κοινῷ Ῥωμαίων παντὶ, οὐδ' ἂν αὐτὸς ἀρνηθείην· μὴ καὶ οἴεσθαι καὶ πεπεῖσθαι, εἶπε, παρ' ὑμῶν. Τοιαύτην μέντοι οἵαν αὐτὸς εἴρηκας γενέσθαι, βασιλεῦ, οὐδὲ ὑπονοῆσαί ποτε ὁμολογῶ. Ἐλογιζόμην γὰρ ὅτι πρὸς οἷς κατείχομεν πρότερον καὶ ἐκ τῶν νῦν προσχωρησάντων οὐκ ὀλίγα C κατασχόντες, τὰς ἐπὶ τῇ εἰρήνῃ ποιήσομεν σπονδάς. Διὸ καὶ προθυμίᾳ σὺν πολλῇ τῶν περὶ τῆς εἰρήνης εἰχόμην λόγων· ἐπειδὴ δέ σοι οὕτω βέλτιον δοκεῖ, κἀμοὶ πᾶσα συνδοκεῖν ἀνάγκη. Ἐξ ὅτου γάρ σοι φέρων ὑπέταξα ἐμαυτὸν, οὕτω πέπεισμαι, ὡς ἅμα σοὶ καὶ ἀποθανούμενος καὶ βιώσων. Διόπερ εἰ καὶ αὐτὸς ἑτέρως ἐλογιζόμην ἔσεσθαι τὴν εἰρήνην· ἀλλ' ἐπειδὴ νυνί σοι τοῦτον τὸν τρόπον δοκεῖ, ὡς ἂν αὐτὸς βέλτιον ἡγῇ τελείσθω. Τοιαῦτα καὶ πρωτοστράτορος εἰπόντος εὐχαριστήσας ὁ βασιλεὺς, ἐπυνθάνετο τῶν ἄλλων. Ἐπισχόντες δὲ μικρὸν, Παρὰ σοὶ τὴν ἐξουσίαν, ἔφασαν, εἶναι τοῦ πράττειν· δεσπότης δὲ ὢν, ἃ βούλει πράττε· Τὴν τοιαύτην δὲ ἀπολογίαν, οὐ πεισθέντες τοῖς εἰρημένοις, ἀλλ' ὁηδῶς μᾶλλον εἶπον διατεθέντες. Ὁ μέντοι βασιλεὺς, τὴν ἀπολο- D γίαν ὅ τι νοεῖ ὑποκρινάμενος ἀγνοεῖν, εὐχαριστήσας καὶ αὐτοῖς, διέλυσε τὴν ἐκκλησίαν. Ἐξ ἐκείνης δὲ καὶ εἰς ἑβδόμην ἡμέραν ὁ βασιλεὺς τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ ἅμα καὶ πρωτοστράτορι τούς τε ἐν τέλει καὶ τοὺς λογάδας πείθοντες τῆς στρατιᾶς, καὶ δι' αὐτῶν ἅπαν τὸ πλῆθος, ἴσχυσαν μόλις εὐπαράδεκτον πᾶσι τὴν ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις εἰρήνην καταστῆσαι. Ἐξῆν μὲν οὖν καὶ βασιλεῖ σὺν ὀλίγοις τῶν ἐπιφανῶν τισι τὴν εἰρήνην κυροῦν. Ἐδόκει δὲ βέλτιον γενέσθαι ψήφῳ κοινῇ, καὶ διὰ τοῦτο τὰ τοιαῦτα ᾠκονομεῖτο.

Jacobi Pontani notæ.

(9) Imo recusavit, et defecit turpiter, ut videre est libro tertio, quemadmodum et Syrgiannes, de quo supra. Solus ex tribus amicissimis Cantacuzenus in fide perstitit usque ad extremum. Ὦ φίλοι, οὐδεὶς φίλος, aiebat Socrates.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

CAPUT XXXIII.

Responsum nepotis ad avum de pace admissa, et deditione in ejus potestatem, sui, rerumque omnium. De agro militibus assignato. De stipendio illis persolvendo. De domo sua. De patruo despota. Admiratio senis, et communis lætitia Constantinopoli, de legationis eventu felicissimo.

Pace omnium consensu et approbatione accepta, præfecto Sacri Montis, qui tum apud se legati munere fungebatur, accersito, imperator: Quantopere exercitus paci repugnaverit, inquit, quantumque studium, quos modos, et commenta nos adhibuerimus, quibus omnes ad eam complectendam adduceremus, ut tute coram vidisti, domino meo, et imperatori renuntia. Ex me vero hoc illi dicito, me divinos oculos omnia pervidentes, **102** inconcussumque conscientiæ meæ judicium testari, neque alias, neque modo quidquam tale designasse, quod illum dominum ac parentem meum tam hostili in me odio imbuere merito debuerit. Quamobrem et antea ut primum pacis meminerit, me nihil contradicentem, neque curiosius perscrutantem, sed beneficium id existimantem, ejus jussa peregisse; et nunc quoque quamvis exercitu multum aversante concilium (quod tu illi accurate declarabis) quæ voluerit, Deo bene juvante, exitum esse consecuta. In fœdere itaque, propter bellum quod antecessit, omittendum quod inter Christopolin et Selybriam terrarum oppidorumque interjacet, non quia egerem, sed ob rationes necessarias, quas tunc aperui, mihi in principatum asserui. Hoc autem tempore, dum perspicio pacem illis conditionibus conciliatam, bello novo dedisse initium (calumniatores enim, et communes inimici, occultæque Romanæ fortunæ pestes occasionem nacti, multis criminibus confictis, illum contra me inflammarunt, et ad arma citra ullam causam manifestam instigarunt) timere me, ne si iterum pristinam partem imperii, aut ea plus etiam mihi ut propriam vindicarim, rursus dem sermonem criminari volentibus, et illi mendaciis suis ad bellum in nos de integro ipsum proritent, quod quidem morte ipsa amarius foret: ideo sub ejus potestatem subjicere me omnia, non urbes duntaxat, et regionem, et vectigalia (9) sed me ipsum insuper cum toto quem duco exercitu: et ex hoc tempore illi singulis exploratis, universorum administrationem curæ futuram. Verumtamen stipendia mercenariorum militum (10) auxisse me, et assignasse cuilibet agri modum, unde aurei capiantur decem. Verum de aucto stipendio quid fieri debeat, ipsum sciturum: agri ut sine injuria mili-

A Ἐπεὶ δ' ἐκεκύρωτο παρὰ πάντων, τὸν τοῦ Ἄγλου Ὄρους πρῶτον, ὅστις καὶ ἐπρέσβευε τότε μετακαλεσάμενος ὁ βασιλεὺς, τὴν μὲν πρὸς τὴν εἰρήνην ἔνστασιν, εἶπε, Τῆς στρατιᾶς, τήν τε ἡμετέραν πρὸς τοῦτο σπουδὴν καὶ τοὺς τρόπους καὶ τὰς περινοίας δι' ὧν αὐτὴν εὐπαράδεκτον πᾶσι πεπείκαμεν γενέσθαι, αὐτὸς ἰδὼν ἀπαγγελεῖς τῷ ἐμῷ κυρίῳ καὶ βασιλεῖ· ἐξ ἐμοῦ δὲ πρὸς αὐτὸν, τοιαῦτα ἐρεῖς· ὡς μάρτυρα τῶν ἐμῶν ποιοῦμαι λόγων τὸν πάντ' ἐφορῶντα ὀφθαλμὸν τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν ἐκ τοῦ συνειδότος ἀδέκαστον κρίσιν, ὡς οὔτε πρότερον οὔτε νῦν ἐμαυτῷ τι σύνοιδα εἰργασμένῳ οἷον ἄξιον εἶναί σε τὸν ἐμὸν κύριον καὶ πατέρα οὕτως ἐκπολεμωθῆναι ποιῆσαι πρὸς ἐμέ. Διόπερ πρότερόν τε ἅμα τε ἐμνήσθης εἰρήνης, καὶ αὐτὸς μηδὲν ἀντειπὼν μηδὲ πολυπραγμονήσας, ἀλλὰ καὶ νομίζων εὐεργετεῖσθαι, τὸ ἐπίταγμα ἐπλήρουν πᾶν σόν· καὶ νῦν, καίτοιγε τῆς στρατιᾶς πολλὰ δυσχεραινόντων, ἐφ' οἷς ἐπεχείρουν πείθειν, ὡς ἀκριβῶς παρὰ τοῦ πρέσβεως μαθήσῃ, ὃ προστέταχας, καὶ Θεοῦ συναιρομένου ἤγαγον πρὸς πέρας. Ἐν μὲν οὖν ταῖς ἐπὶ τῇ τοῦ προτέρου πολέμου καταθέσει σπονδαῖς, τὸ ἀπὸ Χριστουπόλεως ἄχρι Σηλυβρίας εἰς ἰδίαν ἀρχὴν περιεποιησάμην, οὐ δεόμενος αὐτὸς, ἀλλὰ δι' ἃς εἶπον αἰτίας τότε οὔσας ἀναγκαίας. Νυνὶ δὲ συνιδὼν ὡς ἡ ἐπὶ τοῖς τοιούτοις εἰρήνη, ἀρχὴ κατέστη δευτέρου πολέμου (οἱ γὰρ συκοφάνται καὶ κοινοὶ πολέμιοι, καὶ τῆς Ῥωμαίων τύχης ἀφανεῖς λυμεῶνες, ὕλης εὐπορήσαντες, καὶ πολλὰς αἰτίας πλασάμενοι καὶ διαβολὰς, B ἐξώργισαν κατ' ἐμοῦ καὶ πρὸς πόλεμον ἐξώρμησαν ἐξ οὐδεμιᾶς αἰτίας ἐμφανοῦς), δείσας μὴ καὶ αὖθις τὴν προτέραν μοῖραν τῆς ἀρχῆς ἢ καὶ πλεῖόν τι ἰδιοποιησάμενος, ἀφορμὰς πάλιν τοῖς συκοφαντεῖν ἐθέλουσι παράσχω, καὶ πλασάμενοι διαβολὰς, πρὸς τὸν κατ' ἐμοῦ πόλεμον σὲ ἐρεθίσωσιν αὖθις (ὅπερ ἐπαχθέστερον ἐμοὶ θανάτου), φέρων ὑπὸ τὴν σὴν ἐξουσίαν παραδίδωμι πάντα, οὐ πόλεις μόνον καὶ χώραν καὶ δημοσίους φόρους, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ἐμὲ μετὰ πάντων ὧν ἄγω· καὶ τὸ ἀπὸ τοῦδε σοὶ περὶ τῆς διοικήσεως πάντων μελήσει ἕκαστα σκεψαμένῳ. Τοῦ μέντοι μισθοφορικοῦ τῆς στρατιᾶς τὸν μισθὸν αὐξήσας, παρέσχον καὶ γῆς ἑκάστῳ πλέθρα χρυσίων δέκα. Περὶ μὲν οὖν τῆς αὐξήσεως τοῦ μισθοῦ αὐτὸς ἂν εἰδείης ᾗ χρὴ γενέσθαι. Τῆς μέντοι γῆς τοὺς D στρατιώτας δέομαι μὴ ἀφαιρεθῆναι· τοῦτο μὲν, ὅτι στέρησις οὐδεμία ταῖς δημοσίαις προσόδοις ἀπὸ τῆς

Jacobi Pontani notæ.

(10) Duplex genus militum; quidam mercenarii, qui non suis stipendiis militabant; alii agros habebant sibi assignatos, in quorum numerum ait se etiam mercenarios retulisse, quamvis eis tantum agri modum non assignarit; sed ad stipendium tantum augendum. Apud Romanos veteranis militibus, et ducibus, ne senectute viribus exhaustis, et corpore debilitato cum uxoribus, et liberis egere cogerentur, capti ab hostibus agri distribuebantur, vel aliquot jugera, vel quantum quis uno die circumarare posset. Cum igitur Cremonensium, qui a Cassio et Bruto steterant, agri non sufficerent, Augustus victor, Mantuanorum, tanquam vicinorum addi jussit, in quibus et agellus Maronis erat. Hinc illa querimonia Tityri 1, Ecloga. et illud Ecloga 9.

Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

διανομῆς γεγένηται ταύτης· τοῦτο δ' ὅτι καὶ διὰ τὴν ὀλιγότητα, οὐδεμίαν ἀσχολίαν παρέχουσα τοῖς στρατιώταις πρὸς τὸ εἰς τὰς ἐκστρατείας εὐκόλους εἶναι ὠφέλειάν τινα δοκεῖ παρέχειν. Πρὸς τούτοις, καὶ τὸ ἀποτεταγμένον εἰς τὴν αὐτῶν μισθοφορὰν χρυσίον πρὸς ἐμὲ πρότερον ἀποκαθιστάμενον, παρ' ἐμοῦ διανέμεσθαι τοῖς στρατιώταις· οὕτω γὰρ ἐπηγγειλάμην αὐτοῖς ὅτε τοὺς περὶ τῆς εἰρήνης πρὸς αὐτοὺς ἐποιούμην λόγους οὐ ῥᾳδίως πειθομένοις. Περί γε μὴν τῆς οἰκίας τῆς ἐμῆς ὅπως διοικηθήσεται, ὡς ἂν αὐτὸς κρίναις εὖ ἔχειν, ἐμοὶ πείθεσθαι ἀνάγκη. Ὁ δὲ γε θεῖος ὁ ἐμὸς ὁ δεσπότης, νῦν μὲν οὐκ ἀπολυθήσεται τῆς εἱρκτῆς, οὕτως ἐμοῦ λυσιτελεῖν δι' αἰτίας οἰομένου τινάς· μετὰ δὲ χρόνον τινὰ μικρόν, ἀπολυθήσεταί τε, καὶ σὺν ἐμοὶ διάξει θεραπευόμενος. Διὸ καὶ δέομαι τούτου χάριν τυχεῖν συγγνώμης. Τοιαῦτα πρὸς τὸν βασιλέα καὶ πάππον ὁ νέος βασιλεὺς τὸν πρεσβεύοντα πρῶτον Ἰσαὰκ κελεύσας εἰπεῖν, ἀπέστειλεν εἰς Βυζάντιον. Ἐπεὶ δὲ ἀφίκτο, τήν τε εἰρήνην ὅτι κεκύρωτο, καὶ ἐφ' ὁποίοις τισὶν ἀπήγγειλε, τήν τε ἔνστασιν ἐν τοῖς τοιούτοις τῆς στρατιᾶς, καὶ τὴν τοῦ νέου βασιλέως σπουδήν, καὶ τὴν οἰκονομίαν οἷς ἴσχυσε πάντας πεῖσαι τὴν εἰρήνην ἐπιψηφίσασθαι. Ἀκούων δὲ ὁ βασιλεὺς, πρῶτον μὲν ἐξεπέπληκτο καὶ ἠπίστει διὰ τὸ μέγεθος τοῖς ἀπηγγελλομένοις. Μὴ γὰρ ὅτι τῆς ἁπάσης ἀρχῆς, τὸν νέον ᾤετο αὐτῷ ἐκστήσεσθαι βασιλέα, ἀλλ' εἴγε καὶ ἐκ Βερρόιας ἢ καὶ πορρώτερω ἄχρι Σηλυβρίας αὐτῆς κατασχὼν παρεχώρησεν αὐτῷ τῶν ἄλλων, ἠγάπησεν ἄν· καὶ αὐτὸ δὲ ὅλως τὸ παραδέξασθαι τὴν εἰρήνην, οὐ τῇ τοῦ πράγματος φύσει, ἀλλὰ τοῖς ἀγαθοῖς τρόποις τοῦ βασιλέως καὶ ἐγγόνου θαῤῥῶν, διεπρεσβεύετο πρὸς αὐτόν· ἀγαπητὸν ἡγούμενος ἂν ὁπόσοπερ πεισθείη μόνον, τὸν πόλεμον καταθέσθαι. Ἔπειτα δὲ ἡδονῆς ἦν καὶ θυμηδίας μεστὸς αὐτός τε καὶ οἱ προσέχοντες αὐτῷ τῶν ἐπιφανῶν, καὶ οἱ ἄλλοι Ῥωμαῖοι ἑορτὴν ἦγον τὴν χαριεστάτην πασῶν.

tibus conserventur, me orare, tum quia pensiones publicas ista distributione non minuerim, tum quia propter ruris angustiam unius scilicet jugeri, milites parum occupatos habens, hac ratione ad expeditiones faciles illos expeditosque redjiderim. Ad hæc, aurum in eorum stipendia sepositum, mihi prius restitutum, cupere a me illis numerari: quemadmodum cum de pace ad eos concionans, et difficulter inflectens, me facturum receperim. Domus vero mea, ut ad illius arbitrium procuretur, mihi ferendum necessario. Patruus despota ut quibusdam de causis diutius in custodia retineatur, utile videri; **103** brevi tamen emissum iri, et cum dignitate ac honore mecum victurum, et hanc veniam me ab eo petere. Hæc legatum Isaacium referre ad avum Constantinopolin voluit. Quo cum venisset, de pace confirmata, et causis confirmationis, de exercitus pertinacia, de junioris imperatoris diligentia, et invento, quoad pacem comprobandam omnes adduxisset, narravit. Quæ audiens senex imperator primum admiratione obstupefactus, fidem dictis adjungere ob rei magnitudinem non potuit. Non enim nepotem totum imperium sibi cessurum opinabatur, sed si vel a Berrhœa, aut ultra, usque Selybriam ipse retineret omnia, cætera sibi relinqueret, æqui bonique facturus erat. Et sane hoc ipsum, quod de pace legationem misit, non id fecit, quod bonitati suæ causæ, sed quod probitati nepotis confideret: satis habiturus, si quoquo modo, ut bello parceret, eum commovisset. Deinde ubi fides habita, ipse cum proceribus suis et aliis Romanis exsultare lætitia, diemque festum agere, omnium festorum jucundissimum.

CAPUT XXXIV.

Xena mater ad filium Andronicum gratias actura, et juramentum delatura, mittitur. Jurat in conditiones etiam senex. Nepos ad avum salutandum Constantinopolin progreditur. Occurrit avus. Indicatur consuetudo salutandi inter imperatores obvios. Ad visendum juvenem undique concursus fit.

Εἷς τόχος τε ἐκέλευε τριήρεις δύο πληροῦν· ἐπεὶ δὲ ἐπεπλήρωντο, σὺν τάχει καὶ προθυμίᾳ πολλῇ τὴν βασιλίδα Ξένην τὴν Ἀνδρονίκου μητέρα τοῦ νέου πέμπει πρὸς τὸν υἱόν· ἅμα μὲν τῆς εἰς αὐτὸν καλοκαγαθίας καὶ τῆς τιμῆς καὶ εὐπειθείας πρεπούσας ἀποδώσουσαν εὐχαριστίας, ἅμα δὲ καὶ τὴν κυρωθεῖσαν εἰρήνην ἐγγράφοις βεβαιώσουσαν ὅρκοις. Ἐλθοῦσαν δὲ εἰς τὸ περὶ Σηλυβρίαν Ἐπιβάτας προσαγορευόμενον χωρίον ἔτι τότε ἀτείχιστον ὄν, βασιλεὺς ὁ υἱὸς αὐτῆς ἐλθών, προσεκύνησέ τε ὁμοῦ τὴν μητέρα· καὶ ἐθρήνησαν ἐφ' ἱκανὸν, ἡ μὲν, τὴν χηρείαν, ὁ δὲ, τὴν ὀρφανίαν ὀδυρόμενος τοῦ πατρός· (οὔπω γὰρ ἄχρι τότε μετὰ τὴν βασιλέως τελευτὴν εἰς ἓν βασιλεὺς ὁ νέος τῇ μητρὶ καὶ βασιλίδι συνῆλθεν)· ἔπειτα ἡ βασιλὶς τῷ βασιλεῖ καὶ υἱῷ τάς τε τοῦ βασιλέως καὶ πάππου ἀπαγγείλασα εὐχαριστίας, καὶ ἕτερ' ἄττα ὁμιλήσασα ὅσα ἦν αὐτῇ βουλομένῃ, τὰ ὁμωμοσμένα παρὰ βασιλέως τοῦ υἱοῦ ἐγγράφως

Porro senior imperator quamprimum triremes binas, ornari præcipiens magna cum libentia imperatricem Xenam, junioris Andronici matrem, ad filium mittere properat. Primum ut ei de ista integritate, deque honore et prompta obedientia sibi exhibitis debitas gratias agat. Post, ut pacem jam ratam scripto juramento constabiliendam curet. Progressam ad castellum, cui Epibatæ vocabulum est, non longe a Selybria dissitum, quodque tum muris adhuc carebat, filius occurrens, proclinato corpore veneratus est; fluxeruntque ambobus diu lacrymæ, illa viduitatem, hoc orbitatem suam deflentibus (nam ab obitu Michaëlis imperatoris nondum convenerant). Postquam verbis avi filio gratias egit, et alia quæ libuit cum eo collocuta est, sacramentumque scripto comprehensum accepit, ad socerum rediit. Qui ut vicissim juravit. **104** se pacem insolubilem constanter servaturum, in

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

bus conditiones factam, uti omne imperium, et gubernatio universa ad se pertineret, nepoti stipendiorum duntaxat solutio daretur, prout in pactis scriptum esset : et uti iisdem mercenariis militibus propter agros distributos a magistratibus nihil molestiarum exhiberetur, sed intacti illis servarentur : item uti pro familia ejus et conjuge (11) triginta sex aureorum millia ex ærario imperatoris præberentur. Cum jurasset hæc, inquam, scripto mandata ad nepotem misit. Is motis castris Byzantium viam tenuit, ut avum salutaret; qui se quoque obviam ei tulit. Cum mutuo appropinquassent, nepos ab equo desiluit, ut humi stans, tanquam servus imperatorem salutaret (12). Ille conversis habenis retrocedere. Qua ambage insinuabat, decere imperatorem (uti nepos erat) non humi stantem, sed in equo sublimem salutatione fungi. Vetus enim consuetudo apud Romanos imperatores vigebat, ut cum alter alteri obviam fieret, qui utrumque sequerentur, a jumentis descendentes, pedibus ambularent; ipsi in equis manentes congrederentur, et junior aperto prius capite, eoque inclinato, senioris dexteram cum osculo arriperet, indeque suspicientem pater vicissim osculareturque (13). Tum itaque non inscitia moris hujus, sed ut avo maximum, et plusquam debitum consuetumque obsequium ac reverentiam tribueret, nepos imperator ab equo descendit. Cumque pedibus obfirmatus sequeretur, senior coactus substitit, et prope accedens junior, pedem illius in omnium conspectu complexus osculo contingit. Quo facto gaudium, et ex gaudio lacrymæ (ut in summa et inexspectata felicitate) æqualiter per exercitum ciebantur; aut etiam tam ab omni fastu alienum, modestumque juvenem imperatorem aspicientes, ad hunc fletum movebantur. Igitur equo denuo conscenso, ad urbis portas pervenerunt. Ibi, permittente seniore, uti ad castra rediret, junior recusavit, et sequentibus suis manu innuens, ut extra muros manerent, ipse cum aliquot nobilibus civitatem ingressus, et usque ad medium viæ in palatium avum comitatus, vale-

A παραλαβοῦσα, ἐπανῆκεν αὖθις ὡς βασιλέα τὸν κηδεστήν. Ὁμωμοκότος δὲ καὶ αὐτοῦ τὴν εἰρήνην ἀκατάλυτον καὶ βεβαίαν τηρήσειν ἐπὶ τούτοις γεγενημένην, ὥστε τὴν μὲν ἀρχὴν πᾶσαν καὶ τὴν διοίκησιν τῶν πραγμάτων αὐτῷ προσήκειν· πρὸς δὲ βασιλέα τὸν ἔγγονον τὴν μισθοφορὰν τῆς στρατιᾶς, δίδοσθαι μόνον, ὥσπερ ἦν αὐτοῖς ἐν ταῖς συνθήκαις γεγραμμένον, ὡς ἂν παρ' αὐτοῦ χορηγοῖτο τοῖς στρατιώταις. Ἔτι δὲ καὶ περὶ τῆς διανεμηθείσης γῆς τοῖς αὐτοῖς τούτοις μισθοφόροις παρὰ τῶν τὰ δημόσια διοικούντων ἐνοχλεῖσθαι μηδέν· ἀλλ' αὐτοῖς ἀνεπηρέαστον διατηρεῖσθαι, καὶ τῆς ἰδίας οἰκίας ἕνεκα καὶ βασιλίδος τῆς αὐτοῦ γυναικὸς παρὰ τοῦ βασιλικοῦ ταμιείου ἑξακισχιλίους ἐπὶ τρισμυρίοις χορηγεῖσθαι χρυσοῦς. Καὶ τῶν τοιούτων ἐγγράφων

B ὅρκων πρὸς βασιλέα τὸν νέον ἀπεσταλμένων, ἅρας ἐξ οὗπερ ἐστρατοπεδεύστο τόπου, εἰς Βυζάντιον ἦκε τὸν βασιλέα προσκυνήσων. Ἐξῆλθε δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς εἰς ὑπάντησιν τοῦ ἐγγόνου καὶ βασιλέως. Πλησίον δὲ ἀλλήλων γενομένων, βασιλεὺς ὁ νέος ἀπεπήδησε τοῦ ἵππου, ὡς ἀπὸ γῆς οἷα δοῦλος τὸν βασιλέα προσαγορεύσων. Ὁ δέ γε πρεσβύτερος τὰς ἡνίας ἀναστρέψας, ἤλαυνεν ὀπίσω· ἐβούλετο δὲ αὐτῷ τὸ τοιοῦτο, μὴ πεζῇ τὸν βασιλέα, ἀλλ' ἔφιππον εἶναι δίκαιον τὴν προσαγόρευσιν ποιεῖσθαι. Ἔθος γὰρ ἐπεκράτησεν ἀρχαῖον παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις βασιλεῦσιν, ὅταν μέλλωσιν ἀλλήλοις συντυγχάνειν, τοὺς μὲν ἑπομένους ἑκατέροις, τῶν ἵππων καταβάντας ἕπεσθαι πεζῇ· αὐτοὺς δὲ συμμίξαντας ἐφίππους, τὸν μὲν νεώτερον

C κύψαντα, τοῦ πρεσβυτέρου βασιλέως περιπτύσσεσθαι τὴν χεῖρα, τὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς πρότερον περιελόμενον πῖλον· ἀνακύψαντα δὲ ἐκεῖθεν, εἰς τὸ πρόσωπον αὐτὸν τὸν πατέρα ἀντιφιλεῖν. Τότε δὲ οὐκ ἀγνοῶν τὸ ἔθος ὁ νέος βασιλεὺς κατέβη τοῦ ἵππου· ἀλλ' ὡς ἂν μάλιστα καὶ πλέω τοῦ δικαίου καὶ συνήθους αἰδῶ καὶ εὐπείθειαν τῷ πάππῳ ἀποδῷ. Ἑπομένου δὲ αὐτοῦ πεζῇ καὶ μὴ ἐνδιδόντος, ἀναγκασθεὶς περιέμεινεν ὁ βασιλεύς· πλησίον δὲ γενόμενος ὁ νέος, περιεπτύξατο τὸν πόδα τοῦ βασιλέως πάντων ὁρώντων. Τούτου δὲ γενομένου, θρῆνος ἐφ' ἱκανὸν ὁμαλῶς ἦρετο διὰ πάσης τῆς στρατιᾶς, ἅμα καὶ χαρᾷ, ὅπερ ἐπὶ ταῖς παρ' ἐλπίδα μεγίσταις εὐ-

Jacobi Pontani notæ.

(11) Cur separat conjugem? an quia reginæ in mundum, et ornamenta, et pedissequarum greges peculiari sumptu egent? Unde etiam iis oppida in hunc usum attributa fuisse legimus. Cic. in Frumentaria : *Solere aiunt Barbaros reges Persarum ac Syrorum plures uxores habere; his autem uxoribus civitates attribuere, hoc modo; hæc civitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crines*, etc.

(12) Hanc historiam legò apud Gregoram his verbis : *Intra paucos vero dies, et ipse cum avo imperatore ante urbis mœnia congreditur, sene insidente equo : cum ipse amplius uno stadio ex equo descendisset, ac, quamvis avo multum refragante, et vetante, tamen pedes accessit, ejusque equo insidentis, et manum, et pedem osculatus est. Deinde equo rursus conscenso, eum amplexus est, et osculantem parum osculatus; statimque pauca, atque obiter colloquuti, discesserunt, sene in urbem reverso, adolescente vero juxta ædem sue osanctæ Dei Genitricis*

D *Pegæ castrametato. Ubi dies plures commoratus, interdiu etiam Constantinopolim ingrediebatur, et rursus egrediebatur. Tum enim etiam mater ejus, partim ob infirmitatem quamdam, partim propter charissimi filii consuetudinem ad eamdem ædem commorabatur. Ibi cum illa etiam Simonis agebat Cralena, imperatoris filia, modo e Servia defuncto marito reversa, quæ patri ea quæ hinc inde susurrabantur, planius exponebat.* Conferat nostra cum his lector, videbit Gregoram tacuisse, quæ ad junioris Andronici honorem faciebant.

(13) Ergo filius, seu junior prior osculabatur. Vel pro eo quod dexteram junior complecteretur, senior ejus faciem deosculabatur. Ita enim sonant Græca, etsi Gregoras dicat, ambos inter se osculari solitos, idemque de osculo pedis meminit ubi tamen Noster, sicut de dextera, habet περιπτύσσεσθαι, Sed osculum subaudiendum puto utrobique. Itaque addidi, quo res fieret clarior.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τυχίαις γίνεσθαι φιλεῖ· ἢ καὶ τὸ ἄτυφον καὶ μέτριον τοῦ νέου βασιλέως ὁρῶντες; ἐπεκάμπτοντο πρὸς οἰμωγάς. Ἔπειτα ἐφίππου καὶ τοῦ νέου βασιλέως γενομένου ἦλθον ἄχρι πυλῶν. Ἀναστρέφειν δὲ εἰς τὸ στρατόπεδον τοῦ πρεσβυτέρου βασιλέως ἐπιτρέποντος τῷ νέῳ, οὐκ εἶχεν· ἀλλὰ τοῖς ἄλλοις ἔξω τειχῶν περιμένειν σημήνας τῇ χειρὶ, αὐτὸς ἅμα τισὶ τῶν εὐπατριδῶν, ἐντὸς γενόμενος τῶν τειχῶν, καὶ συνοδεύσας τῷ πάππῳ καὶ βασιλεῖ μέχρι μέσης ὁδοῦ, συνταξάμενος ἐπανῆλθεν εἰς τὸ στρατόπεδον. Εἰς τὴν ὑστεραίαν δὲ εἰσελθών, πρῶτα μὲν εἰς τὸ τῆς θεομήτορος τέμενος τῆς Ὁδηγητρίας ἐλθών, εὐχαριστίας ἀπεδίδου πολλὰς τῷ χορηγῷ τῆς εἰρήνης Θεῷ καὶ τῇ αὐτοῦ πανάγνῳ μητρί. Ἐκεῖθεν δὲ ἐπανῆλθεν εἰς τὰ βασίλεια, καὶ συνδιῆγε τῷ πάππῳ καὶ βασιλεῖ. Ἐκ μέντοι τῶν πέριξ χωρῶν τε καὶ πόλεων καὶ αὐτοῦ Βυζαντίου, εἰς τὰ βασίλεια ἐφοίτων πανδημεί, ἅμα μὲν συνεορτάσοντες καὶ αὐτοὶ τὴν εἰρήνην, ἅμα δὲ ὀψόμενοι καὶ βασιλέα τὸν νέον, ὃς αἰτιώτατος ἐδόκει τῆς ἐν τῷ παρόντι εὐτυχίας εἶναι. Θαυμάζοντες δὲ αὐτοῦ τήν τε εὐπείθειαν πρὸς βασιλέα, καὶ τὸ τοῦ φρονήματος μέτριον καὶ κατεσταλμένον, οἴκαδε χαίροντες ἐπανῆσαν. Βασιλεὺς δὲ ὁ νέος ἅμα τῷ πρεσβυτέρῳ πέντε πρὸς ταῖς δέκα τῷ Βυζαντίῳ ἐνδιατρίψας ἡμέρας, καὶ τὰς ὑπ' αὐτῷ τελούσας ἐπαρχίας τῷ πάππῳ καὶ βασιλεῖ παραδοὺς, αὐτὸς, ἐπιτρέψαντος βασιλέως, εἰς Διδυμότειχον ἐπανῆλθεν, ἔνθα καὶ ἡ σύνευνος αὐτῷ βασιλὶς ἦν, Αὐγούστου μηνὸς ἑστηκότος τῆς αὐτῆς πέμπτης ἰνδικτιῶνος.

A dixit; deinde ad exercitum se recepit. Altero die primum ingressus Deiparæ Hodegetriæ templum (14), amplissimas Deo pacis auctori, et castissimæ ejus Matri gratias egit. **105** Hinc palatium petens, cum avo versabatur. Ex locis porro, et oppidis circumjacentibus, atque ex ipsa Constantinopoli ingenti frequentia populi in aulam, communem de pace lætitiam demonstraturi, juvenemque imperatorem visuri ventitabant; quem istam præsentem felicitatem sibi unum longe ante alios peperisse judicabant : et promptam ad avi jussa voluntatem, moderatumque, et frenis parentem ejus animum admirantes, domos lætabundi revertebantur. Dies quindenos apud avum commoratus, traditis quas obtinebat provinciis, ejus bona B venia Didymotichum regressus est, ubi et conjux degebat, mense Augusto ineunte, ipsa indictione quinta videlicet.

CAPUT XXXV.

Senioris imperatoris providentia ac diligentia in constituendis magistratibus. Sphentisthlabo Mœsorum regi Terteres filius succedens, Philippopolin capit; oppida quædam incursat. Andronicus junior Mœsiæ fines deprædatur. Judicium Syrgiannis, ut rei majestatis.

Βασιλεὺς δὲ ὁ πρεσβύτερος πᾶσαν τὴν ἡγεμονίαν C Ῥωμαίων ποιητάμενος ὑφ' ἑαυτῷ, τοῦ ἐγγόνου καὶ βασιλέως παρακεχωρηκότος, ἐπιτρόπους τε ἀπέστελλε κατὰ πᾶσαν ἐπαρχίαν ὡς ἂν αὐτῷ ἐδόκει βέλτιστα ἔχειν· καὶ ταῖς τῶν δημοσίων προσόδων πράξεσι τοὺς ἐπιμελησομένους ἐφίστη· καὶ ἀπογραφὰς δὲ ἀποστελλας, τὸ στρατιωτικὸν ἅπαν ὅσον ἦν ἐκ χωρίων ἀπωτεταγμένον τὰς προσόδους ἔχειν. Ἔτι δὲ, καὶ τοὺς συγκλητικοὺς ἐξίσαζε (15) καὶ διώκει δι' αὐτῶν τὴν ἡγεμονίαν· ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους Σφεντισθλάβος ὁ τῶν Μυσῶν βασιλεὺς, ὃς ἦν τὴν βασιλέως τοῦ νέου ἀδελφὴν γεγαμηκώς, ἐτεθνήκει νοσήσας· διεδέξατο τὴν ἀρχὴν Μυσῶν ὁ υἱὸς αὐτοῦ Γεώργιος ὁ Τερτερής. Ἔτι δὲ τῶν πρὸς ἀλλήλους τῶν βασιλέων συνεστῶτος πολέμου, ὅτε καὶ Παλαιολόγος Ἀνδρόνικος τῶν κατὰ τὴν Ῥοδόπην D τοῖς Ῥωμαίοις ὑπηκόων ἄρχων ἐπαρχιῶν ἀπέστησε

Imperator senior concessu junioris totius Romani imperii dominus, in omnes provincias, ut maxime opportunum censebat, prætores mittere, quæstores diligentes constituere, et notarios legare, qui in indices referrent, quantum militum indigenarum ad reditus capiundos destinatum esset. Insuper et consiliarios indagare, quorum opera in principatu administrando uteretur. Sub idem tempus Sphentisthlabus Mœsorum rex, quicum nupta erat Andronici minoris soror, morbo interiit; quem filius ejus Georgius Terteres excepit. Porro etiamnum bello inter imperatores durante, cum Andronicus Palæologus, provinciarum Rhodopes, Romanis subditarum præfectus, a nepote ad avum descivisset, Terteres urbes illas invadens, alias ferro igniique vastarat, Philippopolin amplam et populosam (16), equite pediteque mu-

Jacobi Pontani notæ.

(14) Fuit Constantinopoli monasterium quod appellabatur μονὴ Ὁδηγῶν, *Via ducum*, seu *monstratorum*, et in templo ejus Deiparæ imago celeberrima, quæ Deipara idcirco dicta ὁδηγήτρια, non quod viarum dux esset, seu viatoribus præesset sed a loco, in quo ejus hæc imago servabatur. Ad ædem ergo θεομητέρος τῆς ὁδηγητρίας ire, nihil aliud fuit, quam ad templum se conferre, ubi illa quam diximus Mariæ imago manebat, quæ ab illo monasterio Ὁδηγῶν dicto, nomen hoc accepit (*a*). Vide Notas Jacobi Gretseri in orationem Germani patriarchæ in primam Jejuniorum Dominicam. Templum hoc Pulcheria Augusta Arcadii filia ædificavit, et in eo imaginem Verbi matris Antiochia missam dedicavit, quam D. Lucas suis ipse manibus depinxit, illa adhuc vivente, et tabulam ipsam videnti, gratiamque adeo illi formæ suæ immittenti, etc. Nicephorus, lib. xv, cap. 14.

(15) Interpres legit ἐξισάζε; istud autem ἐξισάζειν fortean spectat eos quos Latini *peræquatores* dicunt.

(16) Urbs hæc a nostro describitur, lib. iv,

(*a*) Hodegorum monasterium, Deiparæ sacrum, ita dicebatur quod imperatores Græci, expeditionem suscepturi in hostes, Deiparam prius deprecari consuescerent, ut esset illis *viæ comes* vel potius ductrix. Vide Du Cangium in *Cpoli Christiana*, lib. iv, sect. 2, num 24.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

nitam, idoneo regionis loco sitam, et seu paci seu bello inter omnes continentis urbes oppositam ceperat. Cepit vero isto modo : A quodam studiosorum sui, quos habebat Byzantii, ex odio in imperatorem juniorem occulte certior erat factus, Philippopolitanis quibusdam illi militantibus, aliis in frugibus colligendis, comportandisque occupatis, **106** si ex inopinato superveniat, facile in tanta virorum paucitate urbem subacturum. Hac suggestione allectus, improvisus advenit, et ob solitudinem a defensoribus nullo eam negotio subegit. Profecto post pacem factam Didymoticham juniore imperatore Terteres oppidulis circa Adrianopolin depopulationem intulit. Persecutus depopulatores imperator et in finibus Mœsiæ assecutus, insperato irruit, allisque trucidatis, alios vivos comprehendit : paucis fugientibus nox saluti fuit ; castra quoque miles diripuit, et prædam reduxit. Post hanc pugnam imperator Mœsos non incursantes modo repellendos, sed etiam armis ultro appetendos existimavit. Quare justo exercitu conscripto, secundum diem tricesimum in Mœsiam incubuit, et complura loca deprædatus, captivum nullum fecit (nec enim vel Mœsis, vel Romanis in more fuit, incursionibus mutuum capere) pecora, aliamque prædam multam abstulit. Inde Byzantium, victoriam avo gratulaturus revenit : hanc enim, in barbaros ducens, primam impressionem fecerat. Syrgiannem autem ab eo in carcerem conjectum invenit (17), paucisque diebus C interjectis, judicio instituto, et una secum pro tribunali sedente nepote, in præsentia omnium procerum Romanorum, illum ad criminibus respondendum prodire jussit. Accusabatur, quod cum aliquot Romanis conjurationem fecisset, ut imperatore interfecto, ipse imperator Romanus crearetur. Accusatores premebant vehementer, vera se

τοῦ νέου πρὸς τὸν πρεσβύτερον βασιλέα, ὁ Τερτερὴς ταῖς πόλεσιν ἐκείναις ἐπιστρατεύσας, τὰς μὲν ἄλλας ἐδῄωσε· Φιλιππούπολιν δὲ εἶλε, μεγάλην τε καὶ πολυάνθρωπον οὖσαν, καὶ πεζῷ καὶ ἱππικῷ στρατεύματι ἐρώμενην, καὶ ἐν ἐπικαίρῳ μάλιστα χωρίου κειμένην ὡς αὐτάρκη εἶναι καὶ πρὸς πόλεμον καὶ εἰρήνην τῶν ἄλλων μάλιστα ἠπειρωτίδων. Εἶλε δὲ τρόπῳ τοιῷδε· παρὰ τῶν ἐν Βυζαντίῳ τινὸς αὐτῷ τῶν ἐπιτηδείων, ἔχει τῷ πρὸς βασιλέα τὸν νέον κρύφα ἐμηνύθη ὡς τῶν Φιλιππουπολιτῶν τῷ νέῳ βασιλεῖ συστρατευομένων, τῶν τε ἄλλων ἐγχωρίων περὶ τὴν τοῦ σίτου συγκομιδὴν ἀσχολουμένων, ἐπελθὼν ἐκ τοῦ αἰφνιδίου ῥᾷον ἂν κρατήσειεν ὀλιγανθρούσης. Κατὰ δὴ τὴν τοιαύτην ὑφήγησιν ἐπελθὼν, ἀπορίᾳ τῶν ἀμυνομένων, παρεστήσατο ῥᾳδίως· B ἀφικομένου δὲ μετὰ τὴν εἰρήνην εἰς Διδυμότειχον τοῦ νέου βασιλέως, ὁ Τερτερὴς ἀποστέλλει στρατιὰν, τὰ περὶ τὴν Ἀδριανούπολιν κατέδραμε πολίχνια καὶ ἐλῄσατο· ἐπιδιώξας δὲ ὁ βασιλεὺς, κατέλαβεν ἐν τοῖς ὁρίοις τῆς Μυσίας. Καὶ ἀπροσδοκήτως ἐμπεσὼν, τοὺς μὲν διέφθειρεν αὐτῶν, τοὺς δὲ εἶλε ζῶντας, πλὴν ὀλίγων ὅσοι διεσώθησαν ἐπιγε ομένης νυκτός· καὶ τὸ στρατόπεδον αὐτῶν διήρπασαν οἱ στρατιῶται, καὶ τὴν λείαν ἐπανήγαγον. Μετὰ δὲ ταύτην τὴν μάχην, ἔγνω δεῖν ὁ βασιλεὺς, μὴ ἀμύνεσθαι μόνον ἐπαρχομένους τοὺς Μυσοὺς, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν αὐτοῖς ἐπιστρατεύειν. Καὶ συναγαγὼν ἀξιόμαχον στρατιὰν, μετὰ τριακοστὴν ἡμέραν, ἐπέβαλεν εἰς τὴν Μυσίαν καὶ ἐδῄωσε τὰ πολλὰ αὐτῆς. Ἠνδραποδίσατο δὲ οὐδένα· οὐδὲ γὰρ ἔθος οὔτε Μυσοῖς οὔτε Ῥωμαίοις ἐν ταῖς καταδρομαῖς ἀνδραποδίζεσθαι ἀλλήλους· βοσκήματα δὲ καὶ ἄλλην ἀποσκευὴν εἶλον ἀχμάλωτον πολλήν. Ἐκεῖθεν δὲ εἰς Βοζάντιον ἐπανῆκε τῷ βασιλεῖ καὶ πάππῳ συνηθροσμένος ἐπὶ τῇ νίκῃ (ταύτην γὰρ ἐποιήσατο πρώτην εἰσβολὴν βαρβάροις ἐπιστρατεύσας)· εὗρε δὲ ἐλθὼν ὑπὸ τοῦ πρεσβυτέρου βασιλέως τὸν Συργιάννην εἰς

Jacobi Pontani notæ.

cap. 45. Hodie e Turcis dicitur Philibe : quam qui a Philippo Macedone Alexandri patre conditam cum vulgo existimant, falluntur. Nam Philippi Cæsaris opus est, ut aliæ complures Thraciæ civitates ab imperatoribus fuere conditæ, quod ipsa quoque nomina testantur, ut Trajanopolis montis Rhodopes, Adrianopolis Hæmi montis, ut Arcadiopolis, ut Anastasiopolis. Id expresse scriptum reperi in quodam *Historiæ Græcæ* libro, cujus et principium et nomen auctoris perierat, cum cæteroqui multa scitu digna contineret : *Philippus imperator urbem in Europa condidit, quam Philippopolim appellavit.* Leunclavius.

(17) De scelere ob quod in vincula traditus fuerit Syrgiannes, Gregoras ad hunc modum : *Syrgiannes imperatorum concordia minime lætus, animo æger, et tristi vultu obambulabat : maxime quod tranquillis rebus nullus ejus usus in republica esse videbatur. Quare in consessibus, et circulis, et viis libenter cum illis loquebatur, quibus communia negotia incommodarant : et imperatoribus convitiabatur, ut a quibus summis affectus esset injuriis, cum adversissimis temporibus nunc huic, nunc illi maximo usui fuisset. Cum autem Asanem Andronicum mœrore plenum obambulantem conspexisset, cui tempore dissensionis, Peloponnensium Romanorum prætura mandata fuerat : deinde vero per ignominiam a juniore imperatore depulsus, et ad seniorem profectus, nihil ejusmodi impetrarat, quo dolor ejus levaretur, quamvis magnis honoribus dignus esset, ut Sebastocratoris, et majoribus etiam, cum ob rei militaris usum, quo tum alios superabat, tum ob illustre genus. Quibus de causis ad illius amicitiam, quæ simili mœrore excitabatur, sese adjungit, ut amico freus, omnia quæ dolor fert, sine ulla dissimulatione eloquitur. Asan vero singulari prudentia tractans virum, verbis haud dissimilibus ut ipse imperatoribus maledicebat scilicet : omnia vero quæ a Syrgianne dicebantur animo recondebat. Ejus enim ambitionem prius etiam oderat ; tum vero mole te ferebat, cum genero suo Cantacuzeno magno domestico, qui apud juniorem imperatorem potentissimus erat, et spe subinde bona ipsum solabatur, inimicum esse. Cum autem tota fabula instructa esset, Asan imperatorem avunculum clam adit, et, Nisi Syrgiannem, inquit, imperium affectantem primo quoque tempore in vincula conjeceris, primo quoque tempore ab eo occideris. Statim igitur Syrgiannes in vincula conjicitur, domum ejus cum omnibus opibus plebs evertit, ac diripit : solum ædium cum vineis in ovium pascua convertitur.*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

δεσμωτήριον ἐμβληθέντα. Ὕστερον δὲ ὀλίγαις ἡμέραις ὁ πρεσβύτερος βασιλεὺς δικαστήριον καθίσας, συνδικάζοντος αὐτῷ καὶ τοῦ νέου βασιλέως, καὶ τῶν ἐν τέλει πάντων Ῥωμαίων παρόντων, ἐκέλευσε τὸν Συργιάννην εἰς μέσους ἐλθεῖν, ὡς ὧν κατηγορεῖτο τὰς αἰτίας ἀπολυσόμενον. Κατηγοροῦντο δὲ αὐτοῦ, ὡς εἴη συνωμοσίας ἅμα Ῥωμαίων οὐ πολλοῖς πεποιημένος ἐπὶ τῷ τὸν πρεσβύτερον βασιλέα ἀποκτείνοντας, αὐτὸν ἀποδειχθῆναι βασιλεύοντα Ῥωμαίων. Οἱ μὲν οὖν διώκοντες ἐπέκειντο σφοδρῶς ἀληθῆ ἃ αὐτοῦ κατηγοροῦντο διϊσχυριζόμενοι εἶναι. Ἔλεγχον μέντοι ἐναργῆ τῶν κατηγορουμένων οὐκ ἠδύναντο παρέχειν· αὐτός τε ἐκ τοῦ ὁμοίου, ἃ μὲν κατηγορεῖτο, συκοφαντίας διετείνετο εἶναι. Οὐ μέντοι καὶ ἀποδείξεις παρεῖχεν ἰσχυρὰς ἐξ ὧν ἂν τὴν δίκην διαφύγοι· ἐπὶ πολὺ δὲ αὐτοῦ τε καὶ τῶν διωκόντων πρὸς ἀλλήλους ἀντικαθισταμένων, ὡς ἰσοπαλεῖς ἦσαν αἱ δίκαι, ὁ πρεσβύτερος βασιλεὺς ἐπέτρεπε τῷ νέῳ ψῆφον ἐπὶ τοῖς λεγομένοις ἐξενεγκεῖν. Τοῦ δὲ ἀπαγορεύσαντος δέει τοῦ μὴ διὰ τὴν ἀποστασίαν καιροῦ παρασχόντος δοκεῖν ἀμύνεσθαι αὐτὸν, ὁ πρεσβύτερος βασιλεὺς πολλὰ αὐτοῦ κατηγορήσας, καὶ τοὺς διώκοντας ἀποφηνάμενος ἀληθεύειν, τὸ δεσμωτήριον κατέκρινεν οἰκεῖν ὑπὸ κλοιοῖς ἑνὶ κίονι συνηρμοσμένοις φρουρεῖσθαι κελεύσας· ἐλέγετο μέντοι ὡς ἐπὶ ταῖς τοῦ νέου βασιλέως πρὸς τὸν αὐτοῦ συμβάσεσι πάππον, καὶ τοῦτο εἴη συντεθειμένον, τὸ ἐκ παντὸς τρόπου τὸν Συργιάννην εἰρχθῆναι τοῦ νέου βασιλέως ἥτηκότος· ἦν δὴ σαφὴς καὶ ἀναντίρρητος συκοφαντία.

A objicere asseverantes : nec tamen evidentibus argumentis id probare poterunt. Similiter ipse accusationem meras esse calumnias contendebat : quanquam firmam probationem, quæ pœnas effugeret, non afferet. Post longam partium altercationem, quod paria causarum momenta erant, senior juniori ferendæ sententiæ arbitrium detulit. Quo recusante, ne propter defectionem hominis ulcisci se videretur, senior in Syrgiannem asperius invehens, et accusatores vera dicere pronuntians, carcere damnatum, vinculisque ad columnam aptatis constrictum custodiri mandat. Rumor fuit, propter pacificationem cum avo rogasse nepotem, ut quam arctissime in custodia haberetur, et ex composito ita factum : sed erat manifesta, et refutatione indigna calumnia.

107 CAPUT XXXVI.

Terteres Mœsorum rex moritur. Multa oppida Mœsiæ se Romano dedunt; quædam Boesilas sibi vindicat. Philippopolis frustra obsidetur. Cujusdam machinæ oppugnatoriæ descriptio. Mœsorum principes Michaelem dynastæ cujusdam filium regem creant. Boesilæ dynastæ Mœsi et Romanorum amici mors falso nuntiata. Causæ cur conflictu cum Michaele abstinendum.

Ἔτι δὲ βασιλέως τοῦ νέου διατρίβοντος ἐν Βυζαντίῳ, Τερτερὴς ὁ τῶν Μυσῶν βασιλεὺς ἐτελεύτησε τὸν βίον. Τελευτήσαντος δὲ αὐτοῦ, αἱ ἀπὸ Μεσημβρίας ἄχρι Στίλβνου τοῖς Μυσοῖς ὑπήκοοι πόλεις, ἑκοντὶ τοῖς Ῥωμαίων προσεχώρησαν βασιλεῦσι· καὶ ὁ πρεσβύτερος βασιλεὺς ταῖς προσχωρησάσαις πόλεσιν ἀπέστειλεν ἐπιτρόπους οὓς ἔκρινεν αὐτός. Βοησίλας δὲ ὁ τοῦ πρεσβασιλευκότος Μυσῶν ἀδελφὸς, αὐτόμολος ὢν ἐν Ῥωμαίοις τότε, ὡς ἐπύθετο τὴν τελευτὴν τοῦ βασιλέως Μυσῶν, ἐπελθὼν καὶ αὐτὸς προσεποιήσατο ἑαυτῷ τὰς ἀπὸ Στίλβνου μέχρι Κόψεως ἐπιλοίπους τῆς Μυσίας πόλεις προσχωρησάσας ἀμαχεὶ διὰ τὴν οἰκειότητα τοῦ γένους. Πέμψας δὲ ὡς βασιλέα, καὶ ἐπαγγειλάμενος ὑπ' αὐτὸν τελεῖν, αὐτόν τε καὶ πόλεις καὶ τὴν συνεπομένην στρατιὰν, δεσπότης Μυσίας ὑπὸ βασιλέως ἐπιτέτραπται ὀνομάζεσθαι. Βασιλεὺς δὲ ὁ νέος ἅμα καὶ τοῦ πάππου καὶ βασιλέως ἐπιτετραφότος τὴν ἐκ Βυζαντίου καὶ τὴν Θρᾳκίαν στρατιὰν ἀθροίσας, εἰς Φιλιππούπολιν ὡς ἐκπολιορκήσων ἦλθε. Γενομένῳ δὲ ἐκεῖ, ὁ Βοησίλας ἅμα τῇ ὑπ' αὐτὸν στρατιᾷ τοῦ πολέμου συνεφαψόμενος συνῆλθε· καὶ περιστρατοπεδευσάμενοι, ἐπολιόρκουν· οὔσης δὲ ἐντὸς ἀξιομάχου στρατιᾶς ἤνυον οὐδὲν, ἀλλὰ ἐκακοπάθουν. Ὁ γὰρ Τερτερὴς ἅμα τῷ τὴν Φιλιππούπο-

Adhuc Byzantii morabatur junior imperator, cum Terteres Mœsorum rex supremum diem vidit. Quo exstincto urbes Mœsorum a Mesembria Stilbnum usque ad Romanos imperatores sponte accesserunt; quibus senior delectos a se præfectos designavit. Boesilas demortui regis patruus, qui tum ad Romanos transfugerat, audito regis obitu, reliqua Mœsiæ oppida a Stilbno ad Copsin, citra pugnam, propter generis propinquitatem se dedentia recepit, mittensque ad imperatorem, ac se cum oppidis et exercitu in ejus arbitrio fore pollicens despotam Mœsiæ se appellandi auctoritatem accepit. Nepos avi commissu, Byzantio, et e Thracia contractis copiis, ad Philippopolin obsidione premendam abiit. Eodem cum suo milite Boesilas, operam Romanis navaturus se contulit. Cincta, et obsessa jam urbe, non solum nihil efficiebant, sed male multabantur etiam quod multi erant intus, et pari virtute milites. Terteres namque, simul ac Philippopoli potitus est, timens, ne vicissim inopinato adorientes Romani, ob penuriam propugnatorum eam occuparent, quemadmodum ipse occuparat : et quia in confiniis erat sui, Romanorumque imperii, selectos ex Alanis et Mœsis equites mille, et duo peditum cetratorum millia (18), qui

Jacobi Pontani notæ.

(18) Πελταστὰς vocat Græcus : cetratos magis novit latinitas, quod tamen scuti genus rotundum fuit, ut ex Varrone apud Nonium discimus, cum pelta dimidiatam lunam referret. Verum hæc, et similia confundi apud auctores, nemo tam parum litteratus est, qui nesciat. Imo enimvero Livius lib. I, *De bello Macedon.* idem esse dicit cetram quod peltam : *Nocte cetratos, quos peltastas vocant, loco opportuno, intra bina castra in insidiis collocaverat.*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

στάντινου διαδόχῳ, id est, *Quoniam Alexander Macedonum rex fuit, et Macedonia in potestate imperatoris Romanorum est, gentes Orientales magnum ei honorem tribuunt, tanquam successori videlicet ac hæredi patriæ Alexandri. Eumdem populi Occidentis ut magni Constantini successorem venerantur.* Ex his puto huic loco lucem faciam. Pro formosis quidem uxoribus certatum esse constat. Et Assyrii conspecto Judithæ adeo præstanti corpore, aiunt Holoferni, cui eam sistebant: *Quis contemnat populum Hebræorum, qui tam decoras mulieres habent, ut non pro his merito pugnare contra eos debeamus?* Judith, c. x. Quod ad filias, sive neptes imperatorum Constantinopolitanorum barbaris principibus desponsas attinet, potest id multis exemplis probari. Pauca apponam. Theophilus Alexio Masoli Armenio filiam nuptam dedit. Michael Paphlago Pancratio Abasgiæ principi neptem. Zonaras III *Annal.* Similiter neptem Alexius Comnenus Ibano Barbaro, Nicetas lib. III, cap. 2. Idem in Balduino testatur Eudociam Alexii filiam Stephano Triballorum principi nupsisse. De Simonide Andronici senioris filia a Stephano Crale Triballorum principe ducta jam audisti. Ipsemet Andronicus minor filiam Mariam dabit regi Mœsorum, ut lib. II narrabitur. Hujus affinitatis conjungendæ causa metus fuit, quod nec Cantacuzenus dissimulat, quam ob causam et ipse Theodoram filiam Orchani Turcarum principi conjunxit.

(27) Apud Romanos præter milites alia multa hominum genera legebantur, qui vel militiam honestarent, vel militibus ministrarent, ut armorum machinarumque opifices et fabri, accensi, cornicines, tubicines, etc., sequebantur item agasones, mulliones, calones, lixæ, et reliqui militum ministri.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

κατέλιπεν ἐκεῖ τῆς στρατιᾶς διὰ τὸ τῶν ἐπιτηδείων τὴν πόλιν εὐπορεῖν. Αὐτὸς δὲ τῆς στρατιᾶς ὀλίγους ἅμα τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ παραλαβὼν τὴν ἐς Διδυμότειχον ἦει. Μεταξὺ δὲ τῆς τε Ἀδριανοῦ καὶ αὐτοῦ, ἐν χωρίῳ τινὶ Προμουσούλου προσαγορευομένῳ, στρατιᾷ περιέτυχον Σκυθικῇ, ἀνδράποδά τε καὶ λοιπὴν λείαν ἀγούσῃ πολλήν. Οὕτω δὲ τοῦ τόπου παρασχόντος, τοῖς μὲν Ῥωμαίοις ἡ τῶν Σκυθῶν στρατιὰ ἦν καταφανὴς· οὐκέτι δὲ καὶ ἡ Ῥωμαίων αὐτοῖς. Βουλευσαμένῳ δὴ τῷ βασιλεῖ ἅμα τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ ἐδόκει ἐπιχειρεῖν αὐτοῖς, εἰ καὶ τριπλασίους ἦ καὶ πλείους τῶν σφετέρων ἐνομίζοντο στρατιωτῶν. Ἦσαν δὲ οὐ τρὶς, ἀλλὰ καὶ δεκάκις τόσοι· ἦσαν γὰρ ἐγγὺς αὐτῶν καὶ ἕτεροι ἐστρατοπεδευμένοι· οὓς ἀφανεῖς ὁ Ἔβρος ἐποίει κειμένους παρ' αὐτῷ, οἳ προσεβοήθουν γενομένης τῆς συμβολῆς. Οὕτω δὲ δόξαν, καὶ τοῖς στρατιώταις τὴν γνώμην ἐκοινοῦντο. Ὡς δὲ καὶ αὐτοῖς ἐδόκει μαχητέα εἶναι, καὶ μᾶλλον ἦσαν προθυμότεροι τοῦ βασιλέως, τῶν ἵππων ἀποβάντες, καὶ Θεὸν ἐπικαλεσάμενοι, τοὺς μὲν ἀδίκως ἐπιστρατεύσαντας κολάσασθαι τῆς ἀδικίας, αὐτοῖς δὲ τιμωρῆσαι δικαίως ἀμυνομένοις. Σταυρῷ τε καθοπλίσαντες ἑαυτοὺς, ἔφιπποι γενόμενοι ἐπῆσαν τοῖς βαρβάροις· ἀτρέπτῳ καὶ παραβόλῳ φρονήματι· καὶ οἱ Σκῦθαι ἰδόντες, ἀντεπῆσαν καὶ αὐτοί. Προσεβοήθουν δὲ καὶ οἱ ἐγγὺς ἐστρατοπεδευμένοι. Καὶ γενομένης μάχης καρτερᾶς, Θεοῦ συμμαχοῦντος τοῖς Ῥωμαίοις, ἐτρέψαντό τε τοὺς βαρβάρους, καὶ ἐνίκησαν κατὰ κράτος· καὶ τοὺς μὲν ἀπέκτειναν αὐτῶν, τοὺς δὲ λοιποὺς ἀπέπνιξαν εἰς τὸν Ἔβρον ἐμβαλόντες· διεσώθησαν δὲ οὐ πλείους ὀκτὼ καὶ εἴκοσιν αὐτῶν, οἵτινες ἴσχυσαν διανήξασθαι τὸν ποταμόν. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τούς τε νεκροὺς σκυλεύσαντες τῶν πολεμίων, καὶ τὴν ἄλλην διαρπάσαντες ἀποσκευὴν, καὶ τὴν λείαν καὶ τοὺς αἰχμαλώτους λαβόντες, ἦκον εἰς Διδυμότειχον ἅμα τῷ βασιλεῖ. Τῶν δὲ διασωθέντων βαρβάρων εἰς τὸ μέγα στρατόπεδον ἐλθόντων, ὡς τοῖς στρατηγοῖς ἠγγέλθη τὸ συμβάν, στρατιὰν ἐκ τῶν ἀρίστων οὐκ ὀλίγην ἐπιλεξάμενοι, ἀπέστειλαν καθ' ὃν ἡ μάχη τόπον ἐγεγόνει, ὡς ἂν εἰ μὲν ἐντύχοιεν τοῖς νικήσασι Ῥωμαίων, ἀναμαχέσωνται τὴν ἧτταν· εἰ δ' οὔ, ἀλλὰ τούς τε σφετέρους θάψωσι νεκροὺς, καὶ εἴ τινες ἐν αὐτοῖς εὑρεθῶσιν ἐμπνέοντες τραυματίαι, ἀνελόμενοι ἀξιώσωσιν ἐπιμελείας. Ἐλθόντες δὲ καὶ ταφῆς ἠξιωκότες τοὺς νεκροὺς (ζῶντα γὰρ οὐδένα εὗρον), πρὸς μὲν τὸ στρατόπεδον ὑπέστρεψαν οὐκέτι, τὴν δὲ πρὸς τὰ οἰκεῖα φέρουσαν ἡνυον ὁδόν. Ὡς δὲ ἠγγέλθη βασιλεῖ περὶ Μόῤῥαν εἶναι Σκυθικὴν στρατιὰν, Διδυμοτείχου ἐξελθὼν, ἤλαυνεν ὡς εἶχε τάχους ἐπ' αὐτούς. Διαβάντων δὲ αὐτῶν τὸν Ἔβρον κατὰ τὴν Τζερνομιάνου λεγομένην πόλιν, ἐπεὶ καὶ ὁ βασιλεὺς κατὰ τὸν αὐτὸν διεβίβασε πόρον ἦν ἦγε στρατιὰν, ἡ κατὰ τὴν Ἀδριανούπολιν καταλειφθεῖσα παρὰ βασιλέως στρατιὰ ἅμα τοῖς σφετέροις ἄρχουσιν ἐνταῦθα προσέμι-

adjuvabant. Consilio **118** militibus patefacto, cum congrueret illorum voluntas et sententia, seque imperatore ipso pugnandi cupidiores ostenderent, de equis descenderunt, Deum suppliciter orantes, ut tam iniquos prædatores punire, et injurias juste se defendentium ulcisci vellet. Tum signo crucis communiti, rursum equos ascenderunt, constantique ac fidenti animo in barbaros se incitarunt. Scythæ cum his qui una veniebant, viso Romano contra gradum inferebant. Pugna atrox conseritur; Romani, Deo auxiliante, vi et virtute victores evadunt, partimque hostium mactant, partim in fugam vertunt, partim in flumen Hebrum compellunt ac submergunt: quorum octo et viginti tantum tranando vitam retinuerunt. Romani cadaveribus spoliatis, vasisque et sarcinis direptis, cum præda et captivis, ipsoque imperatore Didymotichum ingressi sunt. Barbari superstites ad exercitum reversi, infortunium suum ducibus narrarunt. Ii fortissimorum delectam manum in eumdem locum, ubi prælium erat factum, miserunt: ut si Romanos reperirent, pugnam instaurarent, victoresque vincerent; sin minus, certe corpora suorum exanimata tumulis mandarent, et si quos inter eos adhuc spirantes offenderent, relevatos cura diligenti tractarent. Illi sociis sepultura donatis (vivum enim nullum invenerunt) ad exercitum non redierunt, domum suam quisque abeuntes. Imperator, ut Scytharum copias juxta Morrham consistere didicit, Didymoticho quam potuit festinato in eos duxit. Qui cum Hebrum prope urbem Tzernomianum transjecissent, et imperator suos eodem loco transjiceret, relicti ab eo Adrianopoli una cum ducibus suis hic se cum illo conjunxerunt, reportatam de Barbaris victoriam gratulantes; verumtamen dolentes, non se in tempore pugnæ huic affuisse, cum commilitonibus fugientes persecuti sunt. Ubi ad Tuntzam fluvium pervenerunt (28), Scythas modo transiisse significatum est. Ibi ob situm loci idem quod ante contigit. Quippe cum ipsi totum agmen Scythicum intuerentur, ab illis tamen (exceptis paulo minus centum primanis, in quibus ipse imperator) non conspiciebantur. Visis Romanis etiam ipsi pedem represserunt, sed ad certamen non processerunt, jam quod fluvius vere jam procedente restagnaret, tum **119** quod hostibus nondum omnibus conspectis metuerent, ne, si numero superati essent, parum honeste prælio defungerentur. Romani similiter cladem timebant, si plures decem partibus et amplius aggrederentur. Cæterum imperator cum primis illis Romanis, et Taspugas unus e Scytharum ducibus cum totidem Barbaris ex altera ripa fluminis brevem quemdam dialogum habuerunt. Interrogante Scytha, quinam mortales essent, imperator per quemdam Græcæ

Jacobi Pontani notæ.

(28) In Græco est, Ντζάν, corrupte utique, pro τοῦντζαν, et is fluvius Maritzam, sive Mariscam, olim Hebrum, illabitur. In Romaniæ sive Thraciæ tabula tertii additamenti Theatri Ortelianj describitur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

et Scythicæ linguæ gnarum respondit, homines esse, A qui quærerent, quemadmodum et ipsi, quod caperent. Eos autem non recte, neque virtiliter facere, sed latrones imitari, qui adventu suo celato, hostilem in modum grassarentur, et agricolis belli insuetis servitutem imponerent. Oportuisse impressionem suam denuntiare, et cum militibus pugnare, assuetis pedem conferre ; quos si vincerent, tum mirum non esse si et hos imbelles præmium virtutis abducerent. Tum Taspugas, nihil hoc ad ipsos, qui sub aliena essent potestate, ut proinde jussi vel incursarent, vel abirent, vel manerent etiam. Percunctabatur deinde, ipsine nuperrime Scythicam manum congressi devicissent ac delevissent. Ad hæc imperator, neque ipsos esse, neque hac de re quidquam audivisse (29). Fieri tamen B potuisse ut in alios incidentes, pugna victi perierint: quod idem nunc ipsi paterentur, nisi fluvius in medio vetaret. Assensit Barbarus, ut verisimili, crudeles nihilo minus fuisse, qui neminis miserati, alios undis præfocarint, alios jaculis nullo discrimine confixerint. Hæc locutus abscessit, nescius Romanum imperatorem verba secum fecisse. Pars autem magna Scytharum multis insuper diebus Thraciæ immorata, tandem suis sedibus se reddidit. Fama communis percrebuit, seniorem imperatorem prius quoque illos contra juniorem in provinciam induxisse, et nunc occulta legatione idem ausum, quo Thraciam, utpote illius studiosam, vastitati subjiceret. Sed ea fama nihil probabile continebat, et C quamvis a multis jactata, purum putum mendacium erat : nec antea enim, nec postea in causa fuit, ut Scythæ irrumperent.

ξαν τῷ βασιλεῖ, συγχαίροντες μὲν αὐτῷ τῆς κατὰ τῶν βαρβάρων νίκης, ἀνιώμενοι δ' ὅτι καὶ αὐτοὶ μὴ παρῆσαν, ἀλλ' ὑστέρησαν τῆς μάχης, καὶ ἐπεδίωκον ἐνωθέντες. Γενόμενοι δὲ κατὰ τὸν Τοῦντζαν λεγόμενον ποταμὸν, τὴν μὲν Σκυθικὴν ἄρτι διαβᾶσαν εὖρον στρατιάν. Ὥσπερ δὲ καὶ πρότερον τοῦ τόπου παρασχόντος αὐτοῖς μὲν ἡ τῶν Σκυθῶν ἐωρᾶτο πᾶσα στρατιὰ, αὐτοὶ δὲ ἀθέατοι ἦσαν, πλὴν ὀλίγῳ ἐλασσόνων τῶν προτάκτων ἑκατὸν, ἐν οἷς καὶ αὐτὸς ἦν ὁ βασιλεύς. Οὓς ἰδόντες οἱ Σκῦθαι, τῆς πορείας μὲν ἔστησαν καὶ αὐτοὶ, οὐ μέντοι καὶ ἐχώρησαν πρὸς μάχην. Τοῦτο μὲν, ὅτι καὶ ὁ ποταμὸς πλημμυρῶν ἦν ἤδη ἔαρος ἀρχομένου· τοῦτο δ', ὅτι καὶ τῶν πολεμίων ἀφανῶν ὄντων ἐδεδοίκεσαν τὴν συμπλοκὴν, μὴ οὐκ ἀπαλλάξουσι καλῶς πλειόνων ἢ κατὰ σφᾶς ὄντων. Τοῖς Ῥωμαίοις τε ὁμοίως ἀλυσιτελὲς τὸ κατὰ τῶν Σκυθῶν ἐφαίνετο χωρεῖν, οὐ δεκάκις ἀλλὰ περαιτέρω ὑπερέχοντας αὐτῶν τῷ ἀριθμῷ· ὅμως δὲ βασιλεὺς ἅμα τοῖς φαινομένοις Ῥωμαίων, καὶ Ταςπουγᾶς εἷς τῶν παρὰ Σκύθαις στρατηγούντων, καὶ αὐτὸς ἅμα τοσούτοις βαρβάροις, ἐν ἑκατέροις μέρεσι γενόμενοι τοῦ ποταμοῦ, διάλογόν τινα ἐποιήσαντο βραχύν. Ἐρομένου γὰρ αὐτοὺς οἵτινες εἶεν τοῦ βαρβάρου, διά τινος ἀπεκρίνατο τῶν διγλώσσων ὁ βασιλεὺς, ἄνθρωποι εἶναι· καὶ αὐτοὶ θηρεῦσαί τι ζητοῦντες, ὥσπερ καὶ αὐτοὶ ποιοῦσιν. Οὐ καλῶς δὲ ἔφασκεν αὐτοὺς ὁ βασιλεὺς, οὐδὲ ἀνδρείων, ἀλλὰ λῃστῶν ἔργον ποιεῖν, ἀκήρυκτοί τε ἐπερχόμενοι, καὶ γεωργοὺς ἐξανδραποδιζόμενοι ἀνθρώπους οὐκ εἰδότας πολεμεῖν. Ἔδει γὰρ αὐτοὺς μᾶλλον τὴν ἔφοδον αὐτῶν προκαταγγέλλοντας, στρατιώταις ἐντυγχάνειν εἰθισμένοις πολεμεῖν· κἂν αὐτῶν ἦτε κρείττους, οὐδὲν ἦν θαυμαστὸν εἰ καὶ τούτους τοὺς ἀπολέμους ἐξηνδραποδίζεσθε, ἄθλον τῆς ἀρετῆς. Ταςπουγᾶς δὲ οὐδὲν ἔφασκε τούτων εἶναι πρὸς αὐτούς· ὑπ' ἐξουσίαν γὰρ ὄντες, προσταττόμενοι ἐπέρχεσθαί καὶ ἀπιέναι ἢ μένειν· ἠρώτα δὲ εἰ αὐτοὶ εἶεν οἱ χθὲς καὶ πρώην τῆς Σκυθικῆς στρατιᾶς μάχῃ κρατήσαντες καὶ ἀνελόντες. Ὁ βασιλεὺς δὲ μήτ' αὐτοὶ εἶναι, μήτ' ἀκηκοέναι ἔφασκε περὶ τούτων· ἐνδέχεσθαί γε μὴν ὥσπερ νῦν αὐτοῖς ἂν, εἰ μὴ κώλυμα ἦν ὁ ποταμὸς, συνέβη, ἑτέροις περιτυχόντας τοὺς κρατηθέντας μάχῃ διαφθαρῆναι. Οὕτως εἴρηκεν ὁ βάρβαρος εἰκός· ἀδικίαν μέντοι τοὺς στρατιώτας ἐκείνους, οὐδενὸς φεισαμένους, εἰργάσθαι, ἀλλὰ τοὺς μὲν, ἀποπνίξαντας ἐν τῷ ῥείθρῳ, τοὺς δὲ, κατακοντίσαντας ἀφειδῶς. Τοιαῦτα διαλεχθεὶς ἀπῆλθεν, ὅτι Ῥωμαίων εἴη βασιλεὺς ὁ διαλεγόμενος αὐτοῖς ἠγνοηκώς. Τὸ δὲ πολὺ τῆς στρατιᾶς ἔτι τῇ Ῥωμαίων ἱκανὰς ἐνδιατρίψαντες ἡμέρας, ἐπανέζευξαν καὶ αὐτοί. Φήμη μέντοι τις ἤρετο διὰ πάντων ὁμαλῶς, ὡς πρότερόν τε βασιλεὺς ὁ πρεσβύτερος ἔχθει τῷ πρὸς τὸν ἔγγονον Σκύθας ἐπάξαι Ῥωμαίοις· καὶ νῦν οὐδὲν ἧττον, κρύφα διαπρεσβευσάμενος πρὸς αὐτοὺς, βουλόμενος ἀναστῆσαι Θρᾴκην, ὅτι προσέκειτο τῷ νέῳ βασιλεῖ· εἶχε δὲ ὑγιὲς οὐδέν· ἀλλὰ καίτοι ὑπὸ πολλῶν φημισθεῖσα, τὸ ψεῦδος ἄκρατον εἶχεν· οὔτε γὰρ πρότερον οὔθ' ὕστερον τῆς Σκυθικῆς αἴτιος ἐφόδου ἐγεγόνει.

120 CAPUT XL.

Obitus Irenes imperatricis, conjugis Andronici minoris. Consultatio avi cum nepote de altera ducenda. Legatio ad Sabaudiæ comitem pro Anna sorore ejus, quam frater, præterito rege Franciæ, imperatori despondet, et desponsam honorificentissime tractat.

Imperator nepos Didymotichi et Adrianopoli D agebat, cum sub messem ejus conjugem morbus invasit; quam quod et ipse Byzantium cogitaret,

Ὁ Βασιλεὺς δὲ ὁ νέος κατὰ τὸ Διδυμότειχον καὶ τὴν Ἀδριανοῦ διέτριβε πόλιν· περὶ δὲ τὴν τοῦ σίτου μάλιστα συγχομιδὴν ἡ αὐτοῦ γαμετὴ νόσῳ κατεσχέθη.

Jacobi Pontani notæ.

(29) Quid? mentiturne imperator? Sed quia Adrianopoli milites novi accesserant, ex parte verum est; illi enim pugnæ haud affuerunt. Tamen audierunt. Quo igitur artificio imperatorem a mendacii culpa excusabimus? An Barbaris non est servanda fides, nec dicenda veritas? *Dolus an virtus, quis in hoste requirat?* Vide quid in eumdem locum in symbolis Virgilianis attulerimus, II *Æneid.*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Διανοούμενος δὲ καὶ αὐτὸς εἰς Βυζάντιον ἀπελθεῖν, προέπεμψεν αὐτήν, ἅμα καὶ διὰ τὴν νόσον· γενομένη δὲ ἐν Ῥαιδεστῷ, ἐπεὶ μὴ ἐδύνατο ἀντέχειν, ἐτεθνήκει ἐκκαιδεκάτῃ κατὰ Αὔγουστον μῆνα ἑβδόμης ἰνδικτιῶνος, οὐδένα ἔχουσα ἐκ βασιλέως παῖδα. Τὸν μὲν οὖν νεκρὸν αὐτῆς κομίσαντες εἰς Βυζάντιον, ἐν τῇ τοῦ Λιβὸς ἔθαψαν μονῇ μεγαλοπρεπῶς καὶ βασιλικῶς. Βασιλεὺς δὲ ὁ ταύτης ἀνὴρ τὴν ἐς Βυζάντιον βαδίζων, ἐνόσησε καὶ αὐτὸς κατὰ τὰς αὐτὰς ἡμέρας γενόμενος ἐν Βιζύῃ, καὶ προσέμεινεν ἡμέρας τινὰς ἐκεῖ διὰ τὴν νόσον. Ἐπεὶ δὲ ἐῤῥάῖσεν, εἶχετο τῆς ὁδοῦ· καὶ γεγονὼς κατὰ τὴν Ἡράκλειαν τῆς Θρᾴκης, συμβὰν οὕτω, τὴν τῆς βασιλίδος ἐπύθετο τελευτὴν, καὶ ἐπένθησεν ἐκεῖ ἐπὶ πεντεκαίδεκα ἡμέραις. Ἔπειτα ἦκεν εἰς τὴν Κωνσταντίνου, καὶ συνδιῆγεν αὐτόθι τῷ πρεσβυτέρῳ βασιλεῖ ἄχρι Νοεμβρίου τῆς ὀγδόης ἰνδικτιῶνος. Τῷ δὲ πρεσβυτέρῳ βασιλεῖ ἐδόκει δεῖν εἶναι γυναῖκα μνηστεύσασθαι τῷ ἐγγόνῳ· τοῦτο μὲν, ὅτι καὶ κατ' αὐτὸ τὸ τῆς ἡλικίας ἀκμαιότατον ἦν (ἑπτὰ γὰρ ἐπὶ τοῖς εἴκοσι μέχρι τότε γέγονεν ἔτη), ἄλλως θ' ὅτι οὐδὲ παιδὸς ἦν πατὴρ, ὃ τοῖς βασιλεῦσι τῶν ἀναγκαιοτάτων ἐπὶ τῷ διάδοχον τῆς ἀρχῆς ἔχειν δοκεῖ. Ἐκοινοῦτο δὴ καὶ τῷ νέῳ βασιλεῖ τὴν γνώμην, καὶ ἐπεχείρει πείθειν, ἅμα μὲν τὴν ἐπὶ τῇ τετελευτηκυίᾳ λύπην ὑφαιρῶν, ἅμα δὲ καὶ τὰς αἰτίας ὡς ἀναγκαίας τοῦ δευτέρου γάμου προστιθείς. Βασιλεὺς δὲ ὁ νέος ἐπὶ πᾶσιν ἐπέτρεπε τὴν κρίσιν τῷ πάππῳ, ὡς ἐφ' οἷς ἂν αὐτῷ δόξῃ λυσιτελεῖν αὐτοῦ πεισθησομένου πάντως. Σκοπουμένοις δὲ αὐτοῖς ὅθεν ἂν ἀγάγοιντο τὴν βασιλίδα, ἐπύθοντο ὡς τοῦ τῆς Σαβωΐας ἄρχοντος, ὃν κόντον ἡ Λατίνων γλῶττα καλεῖ, ἐπὶ υἱῷ τελευτήσαντος καὶ θυγατρὶ, ὁ μὲν υἱὸς αὐτῷ τὴν ἀρχὴν διεδέξατο τοῦ πατρὸς, ἡ θυγάτηρ δὲ ἀμνήστευτος ἔτι θαλαμεύεται παρὰ τῷ ἀδελφῷ. Αὐτίκα γοῦν ἐπιλεξάμενοι πρέσβεις, τόν τε παρακοιμώμενον Ἀνδρόνικον τὸν Τορνίκην, καὶ τὸν ἐπὶ τοῦ στρατοῦ Τζουτᾶν [Ντζουΐὰν] τε Τζεπλὲτ, Κύπριον μὲν ὄντα τὸ γένος,

etiam ob invaletudinem præmisit. Cum Rhædestum venisset, defecta viribus, XVI Kalendas Septembris, indictione septima [a. 1324], nulla relicta sobole (30), in fata concessit. Corpus Byzantium deportatum in Libis monasterio magnifice et regia pompa funeratum est. Marius in itinere per eosdem dies Biziæ minus belle habuit, ut ea propter aliquandiu ibi subsisteret. Refectus in viam se rursus dedit, et Heracleæ præter opinionem de obitu uxoris certior factus, ad dies quindecim illic luctui vacavit. Post, Constantinopoli cum avo ad Novembrem usque indictionis octavæ [a. 1325] mansit; qui secundam uxorem ei committendam censuit, et quia ipsum ætatis ver agitabat (septimum supra vicesimum natus annum), et præsertim quia liberos adhuc nullos susceperat, id quod imperatoribus propter successionem continuandam etiam atque etiam necessarium videri solet. Aperiebat igitur illi quod mente volutabat, et cum rationibus probabilibus mœrorem ob defunctam uxorem ei detrahere, tum necessariis alterum matrimonium persuadere conabatur. Nepos totam rem ejus judicio permittebat, obtemperaturus per omnia, quæ ille profutura statuisset. Circumspicientes unde imperatricem sortirentur, comperiunt principem Sabaudiæ (quem Latinorum lingua *conton* (31) [hoc est comitem] vocat) filio filiaque superstitibus e vita migrasse (32), et filium quidem parenti in principatu successisse, filiam autem a viro integram domi adhuc apud fratrem diversari. Mox lecti legati, Andronicus Tornices magnus cubicularius, et dux militaris Joannes de Tzeplet (33) Cypriota, qui regio sanguine oriundus, tum imperatoribus in obsequio erat, in Sabaudiam mittuntur (34), qui puellam, nisi alteri pacta sit, et si frater approbet, juniori imperatori nupturam adducant. **121** Nulli etiamnum promissam inveniunt. Ac tametsi paulo ante alii e Francia legati

Jacobi Pontani notæ.

(30) Peperit tamen, sed ὠκταμηναῖον, qui statim obiit, supra cap. 24.

(31) Latinam linguam hic intellige Italicam, sicut Italos et alios populos præter Græcos, Latinos. Nam Latinos vocabant populos omnes ad imperium et Ecclesiam Romæ veteris pertinentes, quod et antea monui, cum sibi appellationem Romanorum tanquam propriam peculiaremque vindicarent. Conto ex comes, vox Italorum est. Principes autem Sabaudiæ tum comites dicti sunt. Vide Lamberti Vanderburhii Sabaudorum ducum principumque gentilitiam historiam. — *Conton.* Ita et in Græco legitur, et in cod. Florentino animadverti; quippe sic Græci plerumque nomina μεταςχηματίζουσιν, et pro suo jure faciunt; sed mirum unde Meursius, Gretserus et Pontanus acceperint comitem dici *conto* apud Italos.

(32) Hic fuit Amadeus IV, qui ex secunda uxore, Maria Brabanta, Joannis Brabantiæ ducis ejus nominis primi filia, sustulit feminas quinque, Mariam, Catharinam, Joannam, seu Janam (quam Andronicus junior duxit, et Annam appellavit, teste Gregora), Beatricem, Blancam. Ex priore autem, Sibylla Bressana, præter quatuor filias, Eleonoram, Margaretam, Agnem, Bonam, filios tres, Eduardum, Amadeum, Joannem. Mirum vero e tot liberis omnes tum præter marem unum, et unam feminam fuisse mortuos. Certe infra in nuptiis Joannæ nullius fit mentio.

(33) Ntzuian ex Italico *Giouan*, corruptum ex corrupto mutavi in *Joannes*, hoc enim verum ejus nomen fuit. Invenio et alia similiter ex Italicis jam e Latino depravatis a recentioribus Græcis magis depravata, quæ qualia primum fuerint, conjicere non semper potui. Tzeplet loci nomen est, fortassis in Cypro. Exempla propriorum, ut appareat, corruptorum sunt, Mpenetus, pro quo scribo Benedictus. Nam recentes Græci *b* mutant in *p* et præponunt *m*; ex *Benedetto* igitur Italico faciunt *Mpenetus*. Quid sint Mpogdamus, Mpelaoxus, Mpratilus, Mpozices, Mpouii, nescio. Sic amant et in aliis consonantes *n*, *t*, *z*, proponere. *Ntzuan*, *Ntuardus* (puto rectum esse *Eduardus*) *Tzephrætis*, etc. — *Tzeplet.* Legitur etiam apud scriptores Italos *Ziblet.*

(34) *Hoc tempore*, inquit Gregoras, *cum Alemanna Irene, junioris imperatoris uxor, absque liberis decessisset, alteram e Longobardia accersit.* Quam falsum! Lombardia et Sabaudia differunt.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

venerant, qui eam regi suo in connubium posce rent, nihilo minus Sabaudiæ comes sororem imperatori despondere maluit. Quare humanissime et honorificentissime acceptis legatis, eam se missurum pollicetur : simulque cum nomine, imperatrix Romanorum, quo illam indigitat, totam vitæ rationem ad illustriorem ei magnificentiam instituit; nec de cætero, ut antea se erga ipsam gerit. Etenim ante id tempus, quod ætate antecederet, essetque princeps ipse, credebat etiam sorori suæ his de causis imperare debere; verum ubi eam imperatori despondit, tum dominam suam et agnoscere et appellare cœpit; legatisque gloriabundus dixit, et ætatis et principatus prærogativa spectata, decere quidem ipsum primas vindicare; quia tamen soror Dei nutu et decus splendidius, et imperium majus adepta sit, ex officio esse, in divina voluntate conquiescere, Romanorumque imperatricem dominam suam ducere. Sane non Barbari tantum, sed Itali quoque, et alii, quibus imperia sunt, Romanorum imperium et suis, et aliorum imperiis majus longeque clarius existimant.

A καὶ καθ' αἷμα προσῆκοντα τῷ ταύτης ῥηγί. Ὑποτεταγμένον δὲ αὐτοῖς ἀπέστειλαν εἰς Σαβωΐαν, εἰ μή τινι ἑτέρῳ ἐμεμνήστευτο ἡ κόρη, εἴ γε καὶ τῷ ἀδελφῷ κατὰ γνώμην εἴη, ἄξοντες συνοικήσουσαν τῷ νέῳ βασιλεῖ. Ἀφικόμενοι δὲ οἱ πρέσβεις ἐκεῖ, ἔτι μὲν ἀμνήστευτον εὗρον περὶ ἧς ἦκον. Ἐκ μέντοι Φράντζας καὶ ἕτεροι μικρὸν πρὸ αὐτῶν τῆς αὐτῆς ἕνεκα ἦκον πρεσβείας ὡς τῷ σφετέρῳ μνηστευσόμενοι ῥηγί. Ὁ δὲ τῆς μνηστευομένης ἀδελφὸς, Σαβωΐας κόντος, μᾶλλον εἵλετο τῷ βασιλεῖ Ῥωμαίων κατεγγυῆσαι τὴν ἀδελφήν· καὶ μετὰ φιλοφροσύνης πολλῆς καὶ τιμῆς προσδεξάμενος τοὺς πρέσβεις Ῥωμαίων, συνέθετο τὴν ἀδελφὴν ὡς βασιλέα πέμπειν. Ἅμα δὲ τῷ βασιλίδα Ῥωμαίων αὐτὴν ὀνομασθῆναι, τήν τε δίαιταν αὐτῆς πᾶσαν πρὸς τὸ μεγαλοπρεπέστερον ἐνήλλαξεν ὁ ἀδελφὸς, καὶ αὐτὸς οὐχ ἧ καὶ πρότερον αὐτῇ προσεφέρετο ὁμοίως. Πρότερον γὰρ τῇ τε ἡλικίᾳ προέχων καὶ τῷ ἄρχων αὐτὸς εἶναι καὶ τῆς ἀδελφῆς διὰ ταῦτα ᾤετο δεῖν κρατεῖν. Ἐπεὶ δὲ κατηγγύηται τῷ βασιλεῖ, κυρίαν ἑαυτοῦ τὴν ἀδελφὴν καὶ ᾤετο καὶ ὠνόμαζε· καὶ πρὸς τοὺς Ῥωμαίων πρέσβεις τοιαῦτα φιλοτιμούμενος διεξῆει, ὡς αὐτῷ μὲν καὶ διὰ τὴν ἡλικίαν καὶ τὴν ἄλλην ἀρχὴν προσῆκε τῶν πρωτείων ἀντιποιεῖσθαι· ἐπεὶ δὲ βουλομένου Θεοῦ, καὶ μείζονος δόξης καὶ ἀρχῆς ἐπελάβετο ἡ ἀδελφὴ, δέον εἶναι καὶ αὐτὸν στέργειν τὰ ἐψηφισμένα παρὰ Θεοῦ, καὶ κυρίαν ἑαυτοῦ τὴν βασιλίδα Ῥωμαίων ἡγεῖσθαι· καὶ γὰρ οὐ βάρβαροι μόνον, ἀλλὰ καὶ Ἰταλοὶ, καὶ ὅσοι ἄλλοι ἄρχουσί τινων, τὴν Ῥωμαίων βασιλείαν καὶ ἑαυτῶν καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστος καὶ μείζονα καὶ περιφανεστέραν οἴονται.

B

CAPUT XLI.

Hoc capite coronatio junioris Andronici describitur, et tota illa cæremonia, Constantinopoli in coronandis imperatoribus servari solita, diligentissime explicatur; estque res ad cognoscendum perjucunda, nec infrugifera.

Per idem tempus, eadem indictione octava, quarto Nonas Februarias, nepos imperator ab avo in æde Sophiæ (35), Esaia patriarchatum obtinente, coronatus est, quæ quidem imperatoria initiatio tali modo peragitur (36). Instante die præfinita, qua constitutum est sacrato unguento imperatorem inungere, omnes qui aliqua dignitate funguntur, et proceres, et milites, quin etiam ad sacra Ecclesiæ hujus Novæ Romæ gubernacula sedentem, populum insuper universum oriente luce ad palatium convenire oportet. Sub horam porro dici maxime secundam, imperatore inungendo super scutum elevato (37), imperator parens renuntiati

C Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς, δευτέρᾳ ἱσταμένου Φεβρουάρου τῆς αὐτῆς ὀγδόης ἰνδικτιῶνος, ὁ νέος βασιλεὺς παρὰ τοῦ πάππου καὶ βασιλέως ἐν τῷ τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας ἐστέφθη ναῷ, Ἡσαΐου πατριαρχοῦντος. Ἡ τοιαύτη δὲ βασιλικὴ τελετὴ τοῦτον γίνεται τὸν τρόπον. Τῆς προθεσμίας ἑνστάσης καθ' ἣν ἤδη τέτακται τῷ θείῳ μύρῳ χρίειν τὸν βασιλέα, τοὺς ἐν ἀξιώμασι πάντας, καὶ τοὺς ἐν τέλει καὶ τὴν στρατιὰν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸν τῶν ἱερῶν τῆς Ἐκκλησίας τῆς Νέας ταυτησὶ Ῥώμης οἰάκων ἐπειλημμένον, ἔτι δὲ καὶ πανδημεὶ τὴν πόλιν τοῖς βασιλείοις ἅμα ἔρπειν πάντας παρεῖναι δεῖ. Περὶ δὲ δευτέραν ὥραν μάλιστα τῆς αὐτῆς ἡμέρας τοῦ μέλλοντος χρισθήσεσθαι

Jacobi Pontani notæ.

(35) *Accidit autem ut utroque imperatore ea de causa* (ob coronationem) *in magnum divini Verbi Sapientiæ templum abeunti, senior lapso equo in cœno ex aqua pluvia collecto concideret in via : qui casus ei ominosus esse videbatur.* Gregoras.

(36) Scripsit etiam Curopalata de coronatione imperatoris, sumpsitque ad verbum pleraque ex Cantacuzeno. Vixit enim illo posterior, nempe sub Manuele Andronici junioris nepote. Ex quo nonnulla ad hæc nostra illustranda et declaranda petemus.

(37) Quomodo exercitus Romanus quempiam imperatorem salutans, ei supra scutum sublato fauste acclamaret, aliquot e locis historicorum est discere. Carolus Sigonius, lib. VI *De imperio Occident.*, ubi de Juliano agit : Inde clamantibus

D universis (proceribus militum) ut Augustus esset, assentire coactus est : impositusque scuto pedestri, et in altum sublatus, populo silente. Augustus renuntiatus, etc. Zonaras in *Annal.* in Justiniano, ubi agit de seditione populari, orta Constantinopoli : Deinde in foro discursantes, de alio imperatore creando deliberarunt. Et quidam imperatoris Anastasii cognatum Hypatium nacti, partim invitum, partim etiam persuasum, in M. Constantini forum adducunt, atque clypeo in sublime elatum, imperatorem consalutant, et occupato curriculi equestris theatro, faustis ominibus prosequuntur. Satis hinc patet, morem fuisse hac cæremonia creandi imperatores, in quo populus hic exercitum est imitatus.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

βασιλέως ἐπὶ ἀσπίδος καθεσθέντος, ὁ βασιλεὺς καὶ πατὴρ τοῦ ἀναγορευομένου, εἴ γε περίεστι, καὶ ὁ πατριάρχης, τῶν ἐμπροσθίων μερῶν ἐπιλαμβανόμενοι τῆς ἀσπίδος, τῶν δ' ἐπιλοίπων οἱ ἐν ἀξιώμασιν ὑπερέχοντες δεσπόται τε καὶ σεβαστοκράτορες, εἴπερ εἰσὶν, ἢ οἱ ἐπιφανέστατοι μάλιστα τῶν συγκλητικῶν, καὶ μετεωρίσαντες ὡς ἕνι μάλιστα αὐτὸν ἅμα τῇ ἀσπίδι, τοῖς πλήθεσιν ἐπιδεικνύουσι τὸν βασιλέα πάντοθεν περιϊσταμένοις. Ἐπευφημησάντων δὲ αὐτῶν, καταθέντες, ἄγουσιν εἰς τὸν ναὸν, ἔνθα δεῖ τὴν τελετὴν γενέσθαι. Οἰκίσκου δ' ἐν αὐτῷ ξυλίνου τῆς τοιαύτης ἕνεκα χρείας προκατεσκευασμένου, τὸν νέον εἰσάγουσι βασιλέα, καὶ τὴν πορφύραν καὶ τὸ διάδημα ἐνδιδύσκουσι, πρότερον τῶν ἀρχιερέων εὐλογούντων αὐτά. Ἐπὶ δὲ τῆς κεφαλῆς οὐ νενομισμένον περιτίθεταί τι, ἀλλ' ἢ στέφανος, ἢ ὅ τι ἂν ἄλλο ἔοκῃ. Τούτων δὲ γινομένων, ἡ θεία τελεῖται μυσταγωγία. Ἐχόμενα δὲ τοῦ εἰρημένου οἰκίσκου, καὶ ἀναβάθρα ἐκ ξύλων προκατασκευάζεται καὶ αὐτὴ, καὶ περιειλοῦσιν αὐτὴν πάντοθεν πέπλοις σηρικοῖς ἐρυθροῖς· ὑπεράνω δὲ αὐτῆς, κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν βασιλέων τίθενται θρόνοι χρυσοῖ οὐ κατὰ τοὺς εἰωθότας, ἀλλ' ἐπηρμένοι μάλιστα τῷ ὕψει, τέτταρας ἢ καὶ πέντε ἔχοντες ἀναβασμούς, ἐφ' οὓς ἐξιόντες τοῦ οἰκίσκου, ἀναβαίνοντες καθίζουσιν οἱ βασιλεῖς, ἢν γε μὴ εἷς, ἀλλὰ πλείους ὦσι. Συναναβαίνουσαι δὲ αὐτοῖς καὶ αἱ βασιλίδες, καθίζουσιν ἐπὶ θρόνων, αἱ μὲν προεστεμμέναι, τὰ στέμματα περικείμεναι, ἡ μέλλουσα δὲ στεφανηφορεῖσθαι. Πρὸ δὲ τῆς τοῦ τρισαγίου θείας ὑμνολογίας, ἄνεισιν ἐπὶ τὸν ἄμβωνα ὁ πατριάρχης τῶν ἀδύτων ἐξιών. Συνανέρ-

imperatoris, si superest, et patriarcha anteriora scuti apprehendentes, latera autem et posteriora, qui dignitate antistant despotæ et sebastocratores, **122** si sunt, alioqui principum nobilissimi, ipsumque cum scuto in altum quantum possunt tollentes, undique circumfuso populo ostentant. Post faustam ac lætam acclamationem (38) eum deponunt, atque in templum, in quo solemni ritu coronandus est, deducunt, ubi parvula domus, ad hunc usum e ligno præparata, in quam introducitur novus imperator: ibi eum purpura et diademate (39) prius per episcopos consecratis induunt. Capiti mos non est quidquam nisi coronam imponi, aut aliud quod videtur. Dum hæc fiunt, sacrosancta mystagogia [seu missa] habetur (40). Proxime domunculam jam dictam anabathra [id est ascensus, seu tabulatum, seu pulpitum] æque e ligno paratur, quod undique velis, seu tapetibus sericis rubris (41) circumdatur et consternitur. Super illo throni collocantur aurei pro imperatorum numero, non quales alii eorum throni sunt, sed excelsi admodum, cum quatuor aut quinque gradibus, quos domicilio egressi imperatores, si plures fuerint, conscendunt, et in iis considunt. Ascendunt tabulatum simul imperatrices, et suos item thronos occupant; quæ prius coronatæ fuerant, insigne suum in capite gestantes (42), coronanda autem aliam quampiam coronam [sive sertum] ferens. Jam vero antequam divinus trisagii hymnus (43) decantetur, ex adytis egrediens patriarcha (44), ambonem [sive sacrum suggestum]

Jacobi Pontani notæ.

(38) Ponam exemplum acclamationum militarium in creando imperatore. Capitolinus postquam narravit, quemadmodum Macrinus imperator senex filium Diadumenum militibus commendasset, et sibi successorem nominasset, acclamatum, inquit: *Macrine, imperator, dii te servent. Antonine Diadumene, dii te servent. Jupiter optimus maximus Antonino vitam. Antoninum habemus, omnia habemus. Antoninum nobis dii dederunt. Antoninus dignus imperio.* Monet autem Brissonius lib. *Formularum*, hanc acclamationem, *dii te servent*, militibus cum populo et senatu communem fuisse, lib. XII Cod. leg. I *De veteran.* Imperator Constantinus cum introisset principia, et salutatus esset a præfectis, et tribunis, et viris eminentissimis, acclamatum est: *Auguste Constantine, Deus te nobis servet; vestra salus, nostra salus; vere dicimus, jurati dicimus.*

(39) Curopalata, ἐνδύουσι τὸν σάκκον, *induitur sago.*

(40) Græci sacrificium Missæ vocant μυσταγωγίαν, λειτουργίαν, τελετὴν, ἱεροτελεστείαν, προσφορὰν, θυσίαν, et cum adjuncto, ἀναίμακτον θυσίαν, ἱερὸν, καὶ φρικώδες μυστήριον, ἀγάπην, σύναξιν, εὐχαριστίαν. Unde autem Missæ vocabulum fluxerit, plurimi adhuc ignorant. Post lectum Evangelium, Levita catechumenos exire e templo jubebat clara voce. Testis Isidorus, *Etymolog.* lib. VI, cap. 16: *Missa*, inquit, *tempore sacrificii est, quando catechumeni foras mittuntur, clamante Levita, Si quis catechumenus remansit, exeat foras: et inde Missa, quia sacramentis altaris interesse non possunt, qui nondum regenerati noscuntur.* Dionysius quoque libro *De eccles. hierarch.* post Psalmorum cantus et sacræ Scripturæ lectionem ait, ἔξω γίγνεσθαι τῆς ἱερᾶς περιοχῆς τοὺς κατηχουμένους. Ergo a missione catechumenorum Missa dici cœpta est.

(41) Curopalata, καὶ ἐνδύουσι ταύτην πάντοθεν διὰ βλατῶν ἐρυθρῶν, *quam undequaque induunt bracteis rubris.* Quid sibi nomine bractearum velit, haud assequor.

(42) Imperatoris mater fert τὸ ἑαυτῆς στέμμα, suam coronam imperatoriam, nova autem regina nondum coronata sertum gestat, φορεῖσα στέφανον, ut habet Curopalata. Cogit quippe sententia ipsa, hic inter στέμμα et στέφανον discrimen facere. Nam quæ corona insignienda erat, eam antequam coronaretur, ferre utique non poterat.

(43) Quem nos in Missa nostra *sanctus* appellamus: quod cum tertio recitetur, canteturve (quemadmodum ab angelis in cœlo factum propheta Isaias audivit) in honorem trium sanctissimarum Divinitatis personarum, merito ὕμνος τρισαγίου, *hymnus ter sancti* dicitur. In Liturgiis divorum Basilii et Chrysostomi τὸ χερουβικὸν et ὕμνος χερουβικὸς vocatur. Est et aliud τρισάγιον sive alius hymnus τρισάγιος, nempe hic ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς, de quo Nicephorus, lib. XIV, cap. 46, ac de hoc forsitan verba auctoris accipienda sunt.

(44) Curopalata, ἐξερχόμενος ὁ πατριάρχης τοῦ βήματος. Interpres, *Exiens patriarcha e solio suo.* Refutat hunc Cantacuzenus, qui adyta appellat. Ecclesia Græcorum in quinque partes dividitur. Prima pars dicitur ἅγιον βῆμα, *sanctum tabernaculum*, quod gradibus in eam scandatur, ubi duo sunt altaria: majus in medio, quod appellatur

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ascendit (45), cum illustrioribus Ecclesiæ principibus, qui et ipsi sacris stolis cooperti sunt, quos ad imperatores accersendos mittit. Illi confestim e soliis surgentes, ad ambonem vadunt; populus universus altum quietissime silet. Patriarcha precationes ad imperatorum unctionem compositas, alias submissa, alias clara voce, omnibus audientibus ordine recitat, ac Deum ei qui ungendus est, propitiat. Tum novus imperator tegmen capitis quodcunque fuerit, deponit, et quotquot in templo adsunt, solemni more nudatis verticibus astant. Patriarcha in formam crucis verticem imperatoris sacro unguento perlinit, et elata voce addit, « Sanctus. » Quam excipientes qui in ambone stant, ter pronuntiant; quod deinde populus similiter facit. Postea coronam quam in adytis tenent (nec enim, ut quidam aiunt, super mensam sacram (46) reponitur) ad ambonem portant. Quod si adest imperator antea coronatus, cum patriarcha novo imperatori coronam imponit, **123** et exclamat patriarcha, « Dignus. » Idem tertium exclamant qui in ambone sunt, et post eos populus, perinde ut post unctionem fiebat. Tum rursus patriarcha preces recitat, descenditque ex ambone imperator, non qua parte ascenderat, sed versus soleam (47). Si forte illo tempore caruerit uxore, recta conscenso throno, iterum sedet; si habet, omnino et illam corona insigniri necesse est. E throno itaque surgentem, duo e propinquissimis dextra lævaque eam prensantes, aut si illi desint, eunuchi de anabathra [seu ascensu] deducunt, et ante soleam constituunt. Tum descendit de ambone imperator, et paratam illi coronam (48) a propinquis, aut eunuchis, eam similiter tenentibus accipiens, uxoris capiti imponit: quæ maritum imperatorem adorans, ita se

A χονται δὲ αὐτῷ καὶ τῶν τῆς Ἐκκλησίας ἀρχόντων οἱ ἐπιφανέστεροι, τὰς ἱερὰς καὶ αὐτοὶ ἐνδεδυμένοι στολάς· οὓς ἀποστέλλων προσκαλεῖται τοὺς βασιλέας. Οἱ δ' εὐθὺς ἐξανιστάμενοι τῶν θρόνων, ἐπὶ τὸν ἄμβωνα χωροῦσι· σιωπὴ δὲ βαθεῖα καὶ ἀταραξία τὸ πλῆθος κατέχει πᾶν. Ὁ δὲ πατριάρχης τὰς ἐπὶ χρίσει τῶν βασιλέων συντεθειμένας δίεισιν εὐχάς· τὰς μὲν ἡσυχῇ καθ' ἑαυτὸν, ἔστι δ' ἃς καὶ εἰς ἐπήκοον πάντων, καὶ τῷ χρισθησομένῳ ἐξιλάσκεται τὸ θεῖον. Μετὰ τοῦτο δὲ ὁ μέλλων χρισθήσεσθαι βασιλεὺς τὸ ἐπικείμενον, ὅ τι ἂν ᾖ, τῇ κεφαλῇ ἀφαιρεῖ. Νενόμισται δ' αὐτίκα πάντας ὅσοι πάρεισιν ἐντὸς τοῦ ναοῦ, γυμνοῖς καὶ αὐτοὺς ἑστάναι κεφαλαῖς. Ὁ πατριάρχης δὲ τῷ θείῳ μύρῳ σταυροειδῶς χρίει τὴν

B βασιλέως κεφαλήν, ἐπιλέγων μεγάλῃ φωνῇ· « Ἅγιος. » Διαδεχόμενοι δὲ οἱ ἐπὶ τοῦ ἄμβωνος ἱστάμενοι τὴν φωνὴν, ἐκ τρίτου καὶ αὐτοὶ λέγουσιν, « Ἅγιος. » Ἐφεξῆς δὲ καὶ πᾶν τὸ πλῆθος τὸ αὐτὸ ἐπιφωνοῦσι τοσαυτάκις. Μετὰ τοῦτο, τῶν ἀδύτων ἐντὸς παρὰ διακόνων τὰς ἱερὰς ἐνδεδυμένων στολὰς κατεχόμενον τὸ στέμμα (οὐ γὰρ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς, ὥς τινές φασι, τραπέζης κεῖται), ἄγουσιν ἐπὶ τὸν ἄμβωνα. Καὶ εἴ γε πάρεστι προεστεμμένος βασιλεὺς, ἅμα τῷ πατριάρχῃ τὸ στέμμα λαβόντες, ἐπιτιθέασι τῇ κεφαλῇ τοῦ

C νέου βασιλέως· καὶ ἐκφωνεῖ ὁ πατριάρχης, « Ἄξιος. » Διαδεχόμενοι δὲ οἱ ἐπὶ τοῦ ἄμβωνος ἐκ τρίτου λέγουσιν αὐτοί τε καὶ πᾶν τὸ πλῆθος, ὃν τρόπον ἐπὶ τοῦ μύρου. Εἶτα ἐπιλέγει πάλιν ὁ πατριάρχης εὐχὰς, καὶ κατέρχεται τοῦ ἄμβωνος ὁ βασιλεὺς, οὐκ ἐξ οὗπερ ἀνῆλθε μέρους, ἀλλ' ἐκ τοῦ πρὸς τὸν σωλέαν τετραμμένου. Εἰ μὲν οὖν συμβῇ μὴ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἔχειν γυναῖκα τὸν βασιλέα, εὐθὺς ἐπὶ τὴν ἀναβάθραν ἀνιὼν, ἐπὶ τοῦ θρόνου καθίζει πάλιν. Εἰ δ' ἔχει, τότε καὶ αὐτὴν ἀνάγκη στεφθῆναι πᾶσα. Διὸ καὶ ἐξανισταμένην τοῦ θρόνου δύο τῶν γνησιωτάτων ἑκατέρωθεν λαβόμενοι συγγενῶν, ἢ εἰ μὴ γνησίους

Jacobi Pontani notæ.

θυσιαστήριον, *sacra mensa, sancta sanctorum, locus Dei requietis, cathedra, propitiatorium, magni sacrificii officina, Christi monumentum, et ejus gloriæ tabernaculum.* Minus altare, in quo sacerdos sacra præparat, dicitur πρόθεσις, quasi *propositio*, quod panis consecrandus in eo primum ponatur. Secunda pars templi dicitur ἱερατεῖον, *chorus*, locus clero et cantoribus deputatus. Ubi tabulatum, duo habens ostia, et vela utrique ostio oppansa. Tertia pars ἄμβων, *pulpitum*, ubi recitantur Evangelia et Epistolæ, et verba fiunt ad populum. Unde εὐχὴ ὀπισθάμβωνος, *oratio pone ambonem, seu suggestum.* Quarta pars ναὸς, *templum* seu *navis ecclesiæ*, ubi populus orat, in qua viri a mulieribus sejuncti sunt per tabulata. Quinta est *baptisterium*, prope πρόναον, prope *vestibulum templi*, ubi hærent pœnitentes. Hæc Genebrardus in *Liturgicis.*

(45) Ambonem quidam eruditus putat fuisse *porkirchen*, id est, templi partem editam, quales columnis suffultæ, aut parietibus affixæ, vel in adytorum vestibulo in altum exstructæ, hominibus recipiendis in templis visuntur. Majus igitur, longius et latius quiddam erit, quam suggestus. Verum optime describitur ab Onuphrio, libello, quo voces quasdam ecclesiasticas obscuras interpretatus est: *Ambo*, inquit, *dicitur suggestus, seu pulpitum marmoreum, ex quo lector seu diaconus lectionem, seu Evangelium recitabat: quos multos, et magnos, et pulcherrimis tabulis marmoreis ornatos per urbis ecclesias, et præsertim apud Sanctum Paulum videmus; quem locum Cyprianus libro III, epist. 5, honoris causa tribunal quoddam ecclesiæ appellavit. Ab ambiendo dictum volunt, quod locus ille utrinque gradibus ambiatur. Nam in quibusdam ecclesiis duo graduum ordines visuntur, unus a sinistris, quo fit ascensus versus orientem, alter a dextris, occidentem spectans, quo fit descensus. In quibusdam vero aliis ecclesiis diaconus una, subdiaconus altera in pulpitum seu ambonem conscendit.* Est ergo vox Græca ἄμβων ἀμβωνος, quæ inter cætera significat ascensum et locum editum, a verbo ἀναβαίνω, quod est ascendo. Cap. 15 concilii Laodicensis, quod Græce est, τῶν ἐπὶ τὸν ἄμβωνα ἀναβαινόντων, Latine legitur, *qui pulpitum ascendunt.*

(46) Super θυσιαστήριον, ut supra.

(47) Seu, *versus soleam.* Latina vox partem interiorem templi, quæ solem orientem spectat, significans, inquit scholiates Curopalatæ.

(48) Curopalata: Οὐχ ὅμοιον τῷ τοῦ βασιλέως, ἀλλ' ἕτερόν τι σχῆμα προητοιμασμένον ὑπάρχον. *Non eam quidem similem coronæ imperatoris, sed alia quadam forma arte comparatam.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἔχοι, ἐκτομίαι τοσοῦτοι τῆς ἀναβάθρας τε κατάγουσι, καὶ φέροντες ἱστῶσι πρὸ τοῦ σωλέου. Κατερχόμενος δὲ ὁ βασιλεὺς τὸ δι' αὐτὴν ἠυτρεπισμένον στέμμα λαμβάνων ὑπὸ γνησίων τινῶν ἢ ἐκτομιῶν κατεχόμενον, καὶ αὐτὸ ἐπιτίθησι τῇ κεφαλῇ τῆς γυναικός. Ἡ δὲ τὸν ἄνδρα καὶ βασιλέα προσκυνεῖ, δουλείαν ὁμολογοῦσα. Ὁ πατριάρχης δὲ παρὰ τὸν σωλέαν ἱστάμενος καὶ αὐτὸς ἐπιλέγει εὐχὴν ὑπέρ τε τοῦ βασιλέως καὶ βασιλίδος, καὶ τοῦ ὑπηκόου παντός. Οὕτω μὲν οὖν καὶ ὁ βασιλεὺς τὴν ἰδίαν γυναῖκα στέφει. Εἰ δὲ συμβῇ προεστεμμένον εἶναι τὸν βασιλέα, ἐπὶ τῆς τῶν γάμων τελετῆς ὁ βασιλεὺς τὴν ἰδίαν ὡσαύτως στέφει γυναῖκα. Αὗθις δὲ ἀμφότεροι ἐπὶ τὴν ἀναβάθραν ἀνερχόμενοι, κάθηνται ἐπὶ τῶν θρόνων, τῆς ὅλλης μυσταγωγίας τελουμένης· ἁδομένου μέντοι τοῦ τριταγίου, ἢ τῶν ἀποστολικῶν γραφῶν, ἢ τῶν θείων Λογίων ἀναγινωσκομένων, ἀνίστανται καὶ αὐτοί. Ἐξ ἑκατέρων δὲ τῶν τοῦ ναοῦ μερῶν ἐπὶ ξυλίνων ἀναβαθρῶν εἰς αὐτὸ τοῦτο πεποιημένων, οἱ πρωτοψάλται ἱστάμενοι καὶ δομέστικοι λεγόμενοι, καὶ ἕτεροι τῆς ἐκκλησιαστικῆς τάξεως, ᾄδειν εἰδότες, οὓς ἐπὶ τῆς τοιαύτης τελετῆς κράκτας ἔθος ὀνομάζειν ἐστί, μέλη τινὰ ᾄδουσιν ἐξεπίτηδες συντεθειμένα, ἁρμόζοντα τῇ ἑορτῇ· τῆς μεγάλης δὲ εἰσόδου ἐπὶ τῆς ἱερᾶς μυσταγωγίας λεγομένης, ἤδη ἀρχομένης, οἱ τῆς Ἐκκλησίας ἐπιφανέστεροι τῶν διακόνων ἐρχόμενοι προσκαλοῦνται τὸν βασιλέα. Ὁ δὲ εἰς τὴν λεγομένην πρόθεσιν, ἔνθα τὰ ἅγια κεῖται, ἔρχεται μετ' αὐτῶν. Ἔξω δὲ ἱστάμενος τῆς προθέσεως, περιβάλλεται μανδύαν χρυσοῦν ἐπὶ τὸ διάδημα καὶ τὴν πορφύραν. Καὶ τῇ μὲν δεξιᾷ χειρὶ κατέχει σταυρὸν ὃν ἔθος κατέχειν, ὅσον ἂν χρόνον τὸ στέμμα φορῇ. Τῇ δὲ λαιᾷ νάρθηκα φέροντες ἐγχειρίζουσιν, ὥστε τάξιν ἐκκλησιαστικὴν τὴν τοῦ δεσπότου [*al.* διποτάτου, *et* δαεποτάτου] λεγομένου ἐπέχειν· ἃ ἀμφοτέραις ἔχων, τῆς εἰσόδου πάσης ἡγεῖται τῆς ἱερᾶς. Ἐξ ἑκα-

illi subjectam profitetur. Patriarcha vero ad soleam consistens, pro imperatore, imperatrice, et eorum populis, preces pronuntiat. Hoc igitur modo imperator conjugem suam coronat. Si antea corona ipse indutus fuit, inter sacra nuptiarum id facit. Coronati ambo, qua dictum est cæremonia, denuo anabathram ascendentes, in thronis residunt. Dum reliquum missæ absolvitur, et trisagion cantatur, aut de apostolicis litteris sacrisve Scripturis aliquid recitatur, et ipsi assurgunt. Ex utraque vero templi parte, super lignеis anabathris [seu ponticulis], ad hoc ipsum comparatis, stantes protopsaltæ, et qui domestici (49) vocantur, et cæteri ordinis ecclesiastici, qui cantare norunt (quos in talibus sacris κράκτας [id est clamatores] appellari mos est), cantica quædam de industria ad hujus diei festi celebritatem confecta modulantur. Quando autem in sacra mystagogia jam tempus est ut instituatur intra templum supplicatio (50), sive processio, quæ μεγάλη εἴσοδος appellatur, qua panis et vinum consecranda in Sancta sanctorum [sive in tabernaculum], ad altare primarium inferantur, honoratiores Ecclesiæ diaconi accedentes, imperatorem, vocant, et is cum illis ad propositionem, quæ dicitur, ubi sancta sunt posita, accedit. Stans autem adhuc foris, mandyam aureum (51) supra diadema, et purpuram induitur; ac dextra quidem gestat crucem, quam gestare solet, quandiu coronam gestat; sinistræ ferulam tradunt, ut ordinem seu locum ecclesiasticum teneat ejus, qui deputatus (52) appellatur. Hæc manibus tenens, toto incessu seu pompa sacra præcedit. Ad utrumque latus barangi (53) cum securibus, **124** et claro sanguine juvenes armati, aut etiam inermes, circiter centum composite sequuntur, rectaque post ipsum linea diaconi et sacer-

Jacobi Pontani notæ.

(49) Dicebantur isti domestici cantorum.

(50) Totum hoc, et quæ sequuntur, περιφραστικῶς declarant, quid sit, quæ in Missa Græcorum dicebatur μεγάλη εἴσοδος, quod ad verbum, *magnus ingressus* interpretari nolui, ne lector inæreret, et tamen quod tot verbis per circuitionem explicatur, in contextu apponendum duxi. Hæc autem supplicatio, seu iste circuitus *der Umgang*, in ipso templo in quavis liturgia lecto Evangelio, et dimissis catechumenis peragebatur, ut ex Nicolao Cabasila in exposit. Liturgiæ cap. 23 et 24 liquet. A prothesi initium procedendi erat. Omnia enim circa sacra mysteria peragunt Græci in prothesi. Sic altare minus vocant, ex quo panem ad consecrationem destinatum et alia sacerdos et diaconus accipientes, templum circumeunt, adjuncto toto ministerio ecclesiastico, cui etiam adjungebatur imperator coronandus, tenens locum τοῦ δεποτάτου, ut inquit Cantacuzenus. Et hæc processio vocabatur μεγάλη εἴσοδος, eo quod dona in sacrificio offerenda (panis scilicet et vinum) inferrentur ad sancta sanctorum, seu ad altare summum et principale, in quo sacrificium Missæ peragebatur, et Eucharistia conficiebatur. Itaque μεγάλη dicitur respectu altaris, ad quod dona perferebantur, quia erat μέγα, *primarium*, et ipsi sacrificio propric destinatum. Et fortassis habetur etiam respectus ad εἴσοδον πρὸς τὴν πρόθεσιν, quæ minor dici poterat, ob altare minus augustum et religione venerandum. Etsi hæc εἴσοδος non fiebat templo prius undequaque obito. Et videtur hæc appellatio talis, qualis apud nos appellatio canonis minoris et majoris. Hæc Gretserus noster, quæ tecum communico.

(51) Genus Persicum vestis, non solum militaris, verum etiam in foro et pace usitatæ, ex eo dictum, quod corpori conjunctum, pressum, non autem laxum et ei admensum esset. A Latinis penulam appellari putat Turneb. lib. XXV, cap. 17. Nam quod Dio scribit in Commodo, καὶ ἐν ταῖς μανδύαις εἰς τὸ θέατρον εἰσελθεῖν, Lampridius scribit, *penulatos jussit spectatores, non togatos ad munus convenire.* Quanquam a Græcis etiam φαινόλη usurpatur.

(52) Curopalata in ecclesiasticis hunc ordinem ponit, apud quem scriptum est διποτάτος, apud nostrum autem δεποτάτος. Scholiastes, quoniam Chartulario adjungatur, ἀντιγραφέα, et ex Budæo contrarotulatorem interpretatur, quem vide. Δεποτάτος et δαιπωτάτος in militia quid sint, habes in Glossario Rigaltii.

(53) Barangi, milites prætoriani ex Anglia, ut patet ex libro *De officiis aulæ Cpolitanæ.*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

dotes ordine incedunt, sacra vasa et instrumenta cum reliquiis, et omnium sanctissima [eucharistiam] inferentes. Templo de more circuito, ubi ad spleam veniunt (54), alii quidem omnes foris manent, imperator solus ingressus, patriarcham ad sanctas fores stantem (55) invenit. Postquam consalutarunt, patriarcha intus, imperator foris inclinatis capitibus, stantes exspectant. Protinus qui pone imperatorem alios diaconos antecedit, dextra tenens thuribulum, sinistra humerale patriarchæ (56), quod dicitur, accedens imperatorem thure vaporat. Quo caput inclinante, diaconus sublata voce inquit, « Memor sit Dominus Deus potentiæ imperii vestri, in regno suo ubique, nunc et semper, et in sæcula sæculorum, » addens, « Amen. » Deinceps et reliqui diaconi. ac sacerdotes, adeuntes, idem comprecantur. Hoc perfecto, imperator rursus salutato patriarcha, mandyam [seu penulam] deponit (quam, pro consuetudine, ecclesiæ referendarius aufert); denuoque anabathram ascendens, in throno considit, sub symbolo fidei, oratione Dominica, et elevatione Dominici et sacri corporis exsurgens. Facta elevatione, imperator si ad sacram communionem paratus non est, usque ad finem sacræ mystagogiæ in throno sedet. Si paratus, venientes diaconi eum rursus accersunt : quibuscum statim in adyta ingreditur, traditoque sibi thuribulo, sacræ mensæ suffitum facit, primum quidem ad orientem, tum ad septentrionem, post ad occidentem, et tandem ad meridiem respiciens. Dumque iterum ad orientem thuris fumum spargit, in ipsum quoque patriarcham id facit, qui imperatorem salutans, deque ejus manu thuribulum capiens, illum vicissim suffitu honorat. Post hæc coronam de capite suo auferens imperator, diaconis tradit : cui patriarcha in manum dat partem corporis Dominici; factusque ejus particeps, etiam de sanguine vivifico (*a*) commu-

A τέρων δὲ αὐτοῦ μερῶν κατὰ τὰ πλάγια, οἵ τε τοὺς πελέκεις ἔχοντες βάραγγοι προσαγορευόμενοι, καὶ νέοι τῶν εὐπατριδῶν περὶ ἑκατὸν ὡπλισμένοι διαπρεπῶς παρέπονται ἢ καὶ ἄνοπλοι· κατ' εὐθεῖαν δὲ μετ' αὐτὸν, οἵ τε διάκονοι ἐφεξῆς ἑπονται καὶ οἱ ἱερεῖς, ἐπιπλά τε καὶ σκεύη τῶν ἱερῶν καὶ αὐτὰ τὰ ἁγιώτατα ἐπιφερόμενοι. Τὸν δὲ ναὸν περιελθόντες κατὰ τὸ ἔθος, ἐπειδὰν γένοιντο ἐν τῷ σωλέᾳ, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἑστᾶσιν ἐκτὸς, αὐτὸς δὲ μόνος εἰσερχόμενος τὸν σωλέαν, τὸν πατριάρχην ἐπὶ ταῖς ἱεραῖς κυγκλίσιν [κιγκλίσιν] ἑστηκότα εὑρίσκει. Προσαγορεύσαντες δὲ ἀλλήλους, ὁ πατριάρχης μὲν ἐσωτέρω, ἔξω δ' ὁ βασιλεὺς, περιμένουσιν ἑστῶτες· εὐθὺς δὲ ὁ μετὰ τὸν βασιλέα τῶν ἄλλων ἡγούμενος διακόνων,

B τῇ δεξιᾷ μὲν κατέχων θυμιατὸν, τῇ δ' ἑτέρᾳ τὸ τοῦ πατριάρχου λεγόμενον μαφόριον, τὸν βασιλέα παριὼν θυμιᾷ· κλίναντος δὲ αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν, ὁ διάκονος εἰς ἐπήκοον πάντων, « Μνησθείη Κύριος ὁ Θεὸς, » λέγειν, « τοῦ κράτους τῆς βασιλείας ὑμῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ πάντοτε, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· » ἐπιλέγων καὶ τὸ, « Ἀμήν. » Ἑφεξῆς δὲ καὶ οἱ λοιποὶ διάκονοι παριόντες καὶ ἱερεῖς λέγουσι τὸ αὐτό. Τούτου δὲ τελεσθέντος, ὁ βασιλεὺς τὸν πατριάρχην προσαγορεύσας, ἀποδύεται τὸν μανδύαν. Καὶ τὸν μὲν ὁ τῆς Ἐκκλησίας ραιφερενδάριος ἀποφέρεται· οὕτω γὰρ ἔθος. Ὁ βασιλεὺς δ' ἐπὶ τὴν ἀναβάθραν ἀνερχόμενος ἐπὶ τοῦ θρόνου κάθηται πάλιν,

C τοῦ συμβόλου τῆς πίστεως τῆς τε προσευχῆς τοῦ, « Πάτερ ἡμῶν, » λεγομένων· καὶ τῆς ὑψώσεως γινομένης τοῦ Δεσποτικοῦ καὶ ἁγίου σώματος ἀνιστάμενος, τῆς ὑψώσεως δὲ τελεσθείσης, εἰ μὲν ἀνεπιτηδείως πρὸς τὴν τῶν ἁγιασμάτων κοινωνίαν ὁ βασιλεὺς ἔχει, μέχρι συμπληρώσεως τῆς θείας μυσταγωγίας κάθηται ἐπὶ τοῦ θρόνου. Εἰ δὲ παρεσκεύασται πρὸς τοῦτο, πάλιν αὐτὸν οἱ διάκονοι ἐρχόμενοι προσκαλοῦνται. Καὶ μετ' αὐτῶν εὐθὺς εἴσεισιν εἰς τὰ ἅδυτα· καὶ θυμιατοῦ αὐτῷ διδομένου, τὴν ἱερὰν τράπεζαν πρῶτα μὲν κατὰ ἀνατολὰς θυμιᾷ· εἶτα πρὸς ἄρκτον, καὶ

Jacobi Pontani notæ.

(54) Nomine soleæ hic videtur chorus accipiendus, qui proxime cum tabernaculo jungitur.

(55) Quæ nimirum ad tabernaculum, et ad præcipuam templi partem ducunt.

(56) Scribendum utique ὠμοφόριον, de quo ita est in libro, qui Ἄνθος inscribitur, et Græco vulgari compositus est : Τὸ ὠμόφορον ὅπερ βαστᾷ ὁ ἀρχιερεὺς εἰς τὸν ὦμον οὗ, δηλοῖ τὸ πρόβατον τὸ πεπλανημένον, ὅπου ὁ Χριστὸς ἐκέρδησεν, καὶ ἐβάλετο ἐπὶ τὸν ὦμον αὐτοῦ, καὶ ὑπῆρετο εἰς τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον. Καὶ διὰ τοῦτο ἔναι τὸ ὠμόφορον ἀπὸ τοῦ μαλλοῦ τοῦ προβάτου γινάμενον, εἰς τύπον τοῦ προβάτου τοῦ πεπλανημένου· *Vestis quam gestat pontifex in humero suo, significat illam aberrantem ovem, quam Christus repertam imposuit humero suo, et in vitam æternam portavit. Ideo confecta est ex lana ovis, ut figura sit illius erraticæ ovis.* — *Maφόριον.* Nihil mutandum.

Jacobi Gretseri notæ.

(*a*) Apud Græcos populus sub utraque specie eucharistiam percipit æque ac sacerdotes cum sacris operantur, diverso tamen modo : nam sacerdotes et clerici etiam extra liturgiam sanguinem Christi hauriunt ipso sacro calice ad os admoto, eo modo, quo in nostris ecclesiis a sacerdotibus sacrificantibus id fieri consuevit; at plebs tubulo in calicem immisso sanguinem eductum bibit, ut docent cum alii, tum Meletius Protosyngelus Alexandrinus quæst. II, de Eucharistiæ sacramento; nec intra βῆμα seu adyta, sed extra. Hunc ritum hoc loco exprimit Cantacuzenus : Ὁ δὲ πατριάρχης εἰς τὰς χεῖρας αὐτῷ τοῦ Δεσποτικοῦ σώματος ἐπιδίδωσι μερίδα. Μετασχὼν δὲ αὐτῆς, καὶ τοῦ ζωοποιοῦ αἵ-

D ματος κοινωνεῖ, οὐ λαβίδι, καθάπερ οἱ πολλοὶ, ἀλλ' αὐτῷ κρατῆρι, τὸν τῶν ἱερομένων τρόπον. Quibus verbis indicat, imperatorem sacerdotibus clericisque hac in re exæquatum fuisse, idque ob imperatoriam majestatem. Quod totidem ferme verbis testatur Curopalata : Ὁ δὲ πατριάρχης μετὰ τὸ κοινωνῆσαι τοῦ τιμίου σώματος δίδωσι καὶ τῷ βασιλεῖ εἰς τὰς χεῖρας μερίδα τοῦ Δεσποτικοῦ σώματος, οὗ καὶ μετασχὼν κοινωνεῖ ὁμοίως· καὶ τοῦ ζωοποιοῦ αἵματος, κοινωνεῖ δὲ τοῦ μὲν πατριάρχου τὸν ἅγιον κρατῆρα κατέχοντος, αὐτὸς δὲ προσάγων τῷ κρατῆρι τὸ στόμα, ὥσπερ καὶ οἱ ἱερεῖς. Circa quæ duo monenda duximus, quæ forsan imperitiori scrupulum moveant· alterum est de consue-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μετὰ τοῦτο πρὸς ἑσπέραν, καὶ τέταρτον πρὸς μεσημβρίαν βλέπων· πάλιν δὲ πρὸς ἀνατολὰς θυμιάσας.

A nicat, non quomodo vulgus e vasculo, sed ipso cratere seu calice, sacerdotum more. Corona in

Jacobi Gretseri notæ.

Καὶ ὕστερον οὐ πολλαῖς ἡμέραις κατὰ τὰς ἀρχὰς Ὀκτωβρίου τῆς δεκάτης ἰνδικτιῶνος, ἐκ Διδυμοτείχου ἦλθον εἰς Σηλυβρίαν, στρατιὰν μὲν οὐκ ἐπαγόμενοι, τοῦ μὴ δοκεῖν ἐξεπίτηδες πρὸς πόλεμον χωρεῖν· ἅμα δὲ οἰκέται καὶ τῶν φίλων οὐκ ὀλίγοις. Ὡς δὲ ἐπύθετο ὁ πρεσβύτερος βασιλεὺς, τόν τε δικαιοφύλακα Γρηγόριον τὸν Κλειδᾶν, καὶ Νίφωνα τὸν ἐπίσκοπον Μογλαίνων πρὸς τὸν ἔγγονον ἀπέστειλεν εἰς Σηλυβρίαν, εἰς Βυζάντιον κελεύων μὴ ἐλθεῖν. Οὐδὲ γὰρ ἂν αὐτῷ τὴν εἴσοδον παραχωρήσειν, ὅτι τὰς πρὸς αὐτὸν σπονδὰς παραλύσειε καὶ τοὺς ὅρκους· κἂν τι περὶ αὐτὸν συμβῇ τῶν ἀβουλήτων, οὐκ ἐκείνῳ, ἀλλ' ἑαυτῷ τὴν αἰτίαν λογίζεσθαι παοεσπονδηκότι. Τούτων ἀκούσας ὁ νέος

Dies pauci intercesserunt, cum ineunte Octobri, indictione decima, Didymoticho Selybriam sine exercitu (ne dedita opera in bellum viderentur proficisci), servorum amicorumque stipati catervis venerunt. Quod ut comperit senior, Gregorium Clidam dicæophylacem, et Niphonem Moglænorum episcopum Selybriam mittit, suis verbis nepoti mandatum, ne Byzantium adeat: non enim ingredi permissurum, quandoquidem fœdus in postremis habuisset (70). Proinde si quid ei obveniret mali, non illi, sed sibi culpam ascriberet, qui fœdus violasset. Doluit magnopere hac denuntiatione nepos, paulumque cunctatus, Voluissem, inquit, dominum meum et imperatorem obedientiæ et sub-

Jacobi Pontani notæ.

(70) Σπονδὰς, καὶ τοὺς ὅρκους. Cum fœdere sæpe jungit ὅρκος. Sed quia fœdus sine juramento nullum est, aut certe perfectum non est, non habeo necesse, semper vocem *juramentum* addere, quoties nomen fœderis occurrit, ut dicam, *fœdus et juramentum*, *seu jusjurandum*. Græca copia, seu loquacitas crebro sine causa verba multiplicat. Latini severiores sunt, et quæ ex dictis satis intelliguntur, aut necessario conjuncta sunt, tacent.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

jectionis meæ, quam erga eum factis ostendi, non usque adeo deposuisse memoriam. Sed quia peccatis meis factum est, ut huc prolaberetur, meque perjurum et pactorum conventorumque contemptorem judicaret ac diceret, cum probum potius, patris amantem, sibique subjectissimum reputare debuisset, primum quidem opportune vos huc venisse arbitror, viros prudentes, quique facillime ex oratione mea veritatem et officium intellecturi sint. Deinde interrogo, ecquid ab avo meo in mandatis acceperitis, ut de injuriis illi a me illatis mecum expostuletis, meamque contra defensionem audiatis. Etenim ad objecta depellenda quod dicam, superfuturum, nedum defuturum spero. Respondentibus, non plus sibi præceptum, quam ut ei denuntiarent, ne Byzantium ingrederetur, statimque reverterentur : Renuntiate igitur, ait, domino meo et imperatori, me Deum veritatis vindicem, atque adeo ipsam veritatem (ipse enim et est, et nominatur veritas) testari, me nequeant ea, neque modo bello tam inique appetitum, mihi alicujus in ipsum criminis, seu re, seu verbo admissi conscium esse, aut fuisse. Quare illumper Deum immortalem obsecro, ut iram deponat, **134** seque ad lenitatem det, ac ne quid præter æquum et bonum attentet. Quod si cacodæmonis malignitas, propter quam multas toties ærumnas pertuli, paratam ad ejus nutum voluntatem meam (quam, quotiescunque occasio fuit, præ me tuli) ex animo illi excussit, obtrectatoribus autem et sycophantis aures dare, et armis me persequi persuasit, iterum oro, ne indicta causa me condemnet, sed crimina proferat, defendendi locum relinquat. Si refutatis illis damnationem effugero, bene habet : sin perfidus et fœdifragus inventus fuero, ne veniam consequar, et vel me judice, quantumvis magno supplicio multer. Hæc nepos avo. Quærentibus adhuc legatis, ecquid juramentum, quod avo jurarit, nullam partem violarit : rati, non difficile reconciliatum iri senem, si jurisjurandi tenacem esse audierit ; confirmanteque illo, se ad id tempus usque nihil fœderi contrarium egisse, lætantes ac bene sperantes, bellum sopitum iri, Byzantium repetivere. Verum aliter accidit quam sperabant. Expositis namque quibus junior rupti fœderis culpam ab se amolitus esset, nihilo magis senior iram posuit. Et legatis quidem nihil respondit, patriarchæ vero Esaiæ præcepit, ut inter sacrorum solemnia, neque in Sophiæ, neque in aliis templis ejus nomen edi sineret ; nam et in palatio ejus memoriam e sacris ejectam esse. Patriarcha hujus rei causam sciscitari. Nam si vel in dogma aliquod ab Ecclesiæ placitis diversum præcipitasset, ne sic quidem, citra admonitionem et conatum ejus sanandi, e sacris ejectum illius nomen oportuisse. Quin seipsum, a Deo sacrorum Ecclesiæ dogmatum antistitem animarumque procuratorem institutum, non Rhegium modo, ubi junior esset, sed ad ultimas terras etiam pro anima in

A βασιλεὺς, ἥλγησε μὲν οὐχ ἥκιστα ἐπὶ ταῖς ἀγγελίαις· μικρὸν δὲ ἐπισχὼν, Ἐβουλόμην, εἶπε, μὴ τοσοῦτον ἀμνήμονα τὸν ἐμὸν κύριον καὶ βασιλέα ἧς ἔργοις αὐτὸς εὐπειθείας καὶ δουλείας πρὸς αὐτὸν ἐνεδειξάμην ὀφθῆναι νῦν· ἐπεὶ δ' ἡ τῶν ἐμῶν ἁμαρτημάτων πληθὺς ἐπίορκον καὶ τῶν πρὸς αὐτὸν συμβάσεων ἀθετητὴν καὶ οἴεσθαι ἀνέπεισε καὶ λέγειν, δέον εὐγνώμονα καὶ φιλοπάτορα καὶ αὐτῷ ὑπείκοντα λογίζεσθαι πάντα, πρῶτον μὲν ἐν καιρῷ οἶομαι τὴν πρὸς ἐμὲ ὑμῶν ὄφιξιν γεγενῆσθαι συνετῶν ὄντων καὶ δυναμένων μάλιστα ἀπὸ τῶν λεγομένων τὰ ἀληθῆ καὶ τὰ δέοντα συνεῖναι· ἔπειτα, ἐρωτῶ εἰ καὶ παρὰ τοῦ ἐμοῦ κυρίου καὶ βασιλέως ἐπιτέτραπται ὑμῖν, ἅτε ἠδίκηκα ἐγκαλεῖν, καὶ τούτων τὴν ἀπολογίαν δέχεσθαι διεξιόντος. Ἐλπίζω
B γὰρ ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος ἀποδύσασθαι τὰ ἐγκλήματα. Τῶν δὲ εἰπόντων μηδὲν πλέον ἐπιτετράφθαι ἢ ὅσον μὴ εἰς Βυζάντιον ἀπαγγείλαντας ἥκειν, αὖθις ἀναστρέφειν, Ἀπαγγείλατε τοίνυν, ἔφη, τῷ ἐμῷ κυρίῳ καὶ βασιλεῖ, ὅτι τὸν ἔφορον τῆς ἀληθείας ἐπιμαρτύρομαι Θεὸν, καὶ αὐτὸν ἀλήθειαν καλούμενον καὶ ὄντα, ὡς οὔτε πρότερον, οὔτ' ἐν τῷ νῦν ἀδίκως κατ' ἐμοῦ κινουμένῳ πολέμῳ, οὔτ' ἔργοις οὔτε μὴν ἐν ῥήμασιν ἐμαυτῷ τι σύνοιδα πεπραγμένον κατὰ σοῦ. Διὸ καὶ ἱκέτης γίνομαί σου πρὸς αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ, τὸ ὀργίζεσθαι ἀποθέμενον, συμπαθείᾳ χρήσασθαι καὶ πραότητι, καὶ τοῦ δικαίου καὶ λυσιτελοῦντος ἔξω ποιεῖν μηδέν. Εἰ δ' ἄρα τοῦ δαίμονος ἡ δυσμένεια, δι' ἣν πολλάκις ἐν
C κακοῖς τεταλαιπώρηκα, τῆς μὲν δουλείας καὶ εὐπειθείας ἣν ἔργοις αὐτοῖς ἐπεδειξάμην ἐν παντὶ τῷ παρασχόντι παρεσκεύασεν ἐπιλελῆσθαι, τοῖς διαβάλλουσι δὲ καὶ συκοφαντοῦσιν ἀνέπεισε προσέχειν, καὶ τὸν κατ' ἐμοῦ πόλεμον κινεῖν, δέομαι αὖθις μὴ ἐρήμην οὕτω καταψηφίσασθαι· ἀλλὰ τά τε ἐγκλήματα δηλῶσαι, καὶ τόπον ἀπολογίας παρασχεῖν. Εἰ μὲν οὖν διαφύγω τὴν δίκην, τὰ ἐγκλήματα ἀπολυσάμενος, εὖ ἂν ἔχοι· ἂν δ' ἐπιορκῶν ἁλῶ καὶ παρασπονδῶν, οὐδεμιᾶς ἀξιῶ τυχεῖν συγγνώμης, ἀλλὰ πᾶν ὅτιοῦν πάσχειν αὐτὸς τιμῶμαι. Βασιλεὺς μὲν οὖν ὁ νέος τοῖς πρέσβεσι τῷ πάππῳ τοιαῦτα ἐκέλευεν ἀπαγγέλλειν· οἱ δ' ἐπυνθάνοντο αὖθις εἰ μη-
D δὲν ἑαυτῷ σύνοιδε τοὺς πρὸς βασιλέα τὸν πάππον γεγενημένους ὅρκους παραβεβηκὼς, οἰόμενοι πεῖσαι ἂν βασιλέα ῥᾳδίως διαλύσασθαι πρὸς τὸν ἔγγονον, εἰ μηδὲν ἐπιορκοῦντα πύθοιτο αὐτόν. Τοῦ δὲ ἰσχυρισαμένου ἄχρι τότε παρεσπονδηκέναι μηδαμῶς, χαίροντες εἰς Βυζάντιον ἐπανῆκον, ἐλπίζοντες τὸν πόλεμον τῶν βασιλέων καταλύσειν· τὸ δ' ἐναντίως ἀπέβη ἢ προσεδόκων. Ἀπαγγειλάντων γὰρ ὅσα βασιλεὺς ὁ νέος πρὸς τὸ μὴ παρεσπονδηκέναι παραιτεῖται, οὐδὲν μᾶλλον ὁ πρεσβύτερος ὑφῆκε τῆς ὀργῆς. Ἀλλ' ἐκείνοις μὲν ἀπεκρίνατο οὐδὲν, τῷ πατριάρχῃ δὲ Ἡσαΐᾳ τὸ μνημονεύειν ἐν ταῖς ἱεροτελεστίαις τοῦ ἐγγόνου, μήτ' ἐν τῷ τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας νεῷ, μήτ' ἐν τοῖς ἄλλοις ἱεροῖς, ἐκέλευε συγχωρεῖν. Καὶ αὐτῶν γὰρ τῶν ἐν βασιλείοις ἱερῶν ἀπεληλακέναι τὴν τούτου μνήμην. Ὁ πατριάρχης δὲ τὴν αἰτίαν ἠρώτα δι' ἣν ἂν ἐκβάλλοιτο τῶν ἱερῶν

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἡ μνήμη τοῦ βασιλέως. Εἰ μὲν γὰρ εἴς τι τῶν ἀλλοτρίων τῆς Ἐκκλησίας ἐξώκειλε δόγμα, οὐδ' οὕτω πρὸ πάσης παραινέσεως καὶ πείρας τῶν ἱερῶν ἐκβάλλειν χρή, ἀλλ' αὐτὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τῶν ἱερῶν τῆς Ἐκκλησίας προστάτην ἀποδειχθέντα δογμάτων καὶ κηδεμόνα ψυχῶν, οὐκ ἄχρι Ῥηγίου μόνον, ὅπου βασιλεὺς ὁ νέος διατρίβει, ἀλλὰ καὶ εἰς ἐσχατιὰς γῆς ὑπὲρ ψυχῆς κινδυνευούσης ὀφείλειν τε καὶ προθυμεῖσθαι βαδίζειν. Διὰ τοῦτο δέον εἶναι πρῶτον πρὸς αὐτὸν ἀπελθεῖν. Κἂν μὲν Θεοῦ συναιρομένου, πολλὰ διδαχθεὶς καὶ νουθετηθεὶς, τὴν κακοδοξίαν ἀπόθηται, τὴν ἀλήθειαν ἀσπασάμενος καὶ τὸ ὑγιαῖνον τῶν δογμάτων ἐπεγνωκὼς, πανταχόθεν ἂν ἔχοι καλῶς, τῇ τε Ἐκκλησίᾳ τοῦ κατὰ πνεῦμα, καὶ σοὶ τοῦ σωματικοῦ παιδὸς, τοῖς τε Ῥωμαίοις, τοῦ βασιλέως σεσωσμένου. Ἂν δ' ἐθελοκακῶν φανῇ, καὶ πρὸς τὰς αὐγὰς τῆς ἀληθείας καμμύων ἑκοντὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ οὐδὲ μικράν τινα παρέχων ἐλπίδα τοῦ ἰατρευθῆναι ἄν ποτε, οὐ τῶν ἐν Βυζαντίῳ ἱερῶν μόνον αὐτοῦ τὴν μνήμην ἐκβαλῶ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὁποιδήποτε γῆς Χριστιανοῖς ἐκκήρυκτον αὐτὸν ποιήσω. Ἀποκριναμένου δὲ τοῦ βασιλέως· οὐ διαστροφὴν τῆς πίστεως τῷ ἐγγόνῳ ἐγκαλεῖν, ἀλλὰ τῶν εἰς αὐτὸν ὅρκων ἀθέτησιν καὶ τῶν συνθηκῶν, ἔτι τε αὐθάδειαν καὶ ἀπείθειαν, καὶ διὰ τοῦτο νουθεσίας καὶ παιδείας χάριν τὸ τοιοῦτον ἐπινενοηκέναι, πάλιν δὲ αὐτοῦ τὴν διόρθωσιν ἀξίαν ἐπιδειξαμένου τῶν ἡμαρτημένων αὐτὸν τὰ δέοντα ποιήσειν· Οὐκοῦν, εἶπεν ὁ πατριάρχης, δέομαί σου, κράτιστε βασιλεῦ, μίαν ἐμοὶ χάριν ταύτην κατατεθεῖναι μεγίστην, τὸ πρὸς αὐτὸν ἐπιτρέψαι ἀπελθεῖν. Ἐλπίζειν γὰρ βασιλέα τὸν νέον πείσειν, εἴτι τε ἡμάρτηται πρότερον, ἐπανορθώσασθαι, καὶ ἀσφαλῶς εἰς τὸ ἔξῆς τὰ δέοντα ποιεῖν· τά τε μεταξὺ προσκόμματα καὶ τὰς αἰτίας τοῦ πολέμου ποιήσειν ἐκποδών. Ἀηδῶς δὲ ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις διατεθεὶς, Ἐχρῆν, εἶπε, τοῖς ἐμοῖς ἀπολυπραγμόνως πείθεσθαι λόγοις, καὶ τὸ κελευόμενον, ἀντιλέγοντα μηδὲν, ποιεῖν· ἐπεὶ δ' οὐκ οἶδ' ὅτῳ χρώμενος λογισμῷ τἀναντία καὶ λέγειν καὶ πράττειν προῄρησαι, ἐμοὶ δέον συνεργεῖν, αὐτὸς ἂν εἰδείης ἃ δέον ποιεῖν. Οὕτω μὲν οὖν βασιλεύς τε καὶ πατριάρχης ἀσύμφωνοι ταῖς γνώμαις ἦσαν. Διὸ καὶ ἐν μὲν βασιλείοις τὴν τοῦ νέου βασιλέως ἀπείρητο ποιεῖσθαι μνήμην· ἐν δὲ τοῖς κατὰ Βυζάντιον λοιποῖς ἱεροῖς καὶ ἐν αὐτῷ τῷ τῆς σοφίας τοῦ Θεοῦ τεμένει τῷ ἱερῷ, ὡς ἔθος ἦν ἡ μνήμη τῶν βασιλέων ἐτελεῖτο.

A salutis periculo versante et debere, et velle alacriter proficisci. Quare faciendum ut primum adeatur; et si quidem, Deo favente, longa disputatione ac monitis victus, dogmatum nostrorum sinceritate perspecta, pravam opinionem deseruerit, veritatemque amplexatus fuerit, quid melius optari posse? Cum et Ecclesia secundum spiritum, et is secundum carnem filium, et Romani imperatorem suum recuperaverint. Sin se **135** in improbitate obfirmaverit, atque ad radios veritatis oculos clauserit, nec qualemqualem spem futuræ sanitatis fecerit, non solum e sacris Byzantinis ejus nomen expuncturum, sed Christianis per orbem universis etiam, ut palam piorum communione seclusum, promulgaturum. Tum imperator, non B se pravitatem in fidei capitibus nepoti objicere, sed jurisjurandi fœderumque contemptum, superbiam insuper et contumaciam. Atque idcirco illius commonefaciendi et castigandi causa istue excogitasse. Si rursus emendationem pro portione peccatorum ostenderit, se quod sui muneris sit, non neglecturum. Ergo, subjicit patriarcha, oro te, imperator optime, uti hoc maximum apud me beneficium ponas, neque ad illum abire sinas. Etenim effecturum me divinat animus, et ut nepos, si quid antehac peccavit, id corrigat, atque in posterum quod suarum est partium fideliter præstet, et offendicula bellique irritamenta e medio auferantur. Illic sermo imperatorem pupugit. C Atqui oportebat, inquit, omissa hac supervacanea in negotio alieno sollicitudine verbis meis obtemperare, et jussa non repugnanter exsequi. Sed quoniam nescio quomodo ratiocinatus, contra et dicere et facere maluisti, necesse est me tibi non reluctari; tu noveris quid conveniat. Hoc itaque modo imperator et patriarcha sententiis dissidebant. Unde in palatio quidem interdicta erat nepotis mentio; in reliquis autem per urbem Byzantinam sacris, etiam in ipsa æde Sophiæ, sacrorum tempore solemni more uterque imperator nominabatur.

CAPUT XLV.

Rogat avum nepos, ne novo istoc bello imperium Romanum cladibus cumulet, iterumque se ad dicendum causam offert. Magnus domesticus per litteras idem contendit, nepotem tuetur, ab audiendis sycophantis dehortatur. Terrorem in extremo adjungit, si secus fecerit.

Βασιλεὺς δὲ ὁ νέος ἐν τῷ περὶ τὸ Ῥήγιον Ἐνακόσια προσαγορευομένῳ χωρίῳ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς μάλιστα Ὀκτωβρίου ἄχρι καὶ Δεκεμβρίου διατρίβων μηνὸς, ἐδεῖτο τοῦ πρεσβυτέρου βασιλέως, μὴ αὖθις τὰ Ῥωμαίων πράγματα εἰς φθορὰν καὶ ταραχὴν ἐμβαλεῖν· ἀλλ' ἔλεον τῶν ὑπηκόων σχόντα, μὴ ἐπὶ πλέον τὸν πόλεμον ἐξάγειν. Ὡς ἂν δὲ αὐτὸν τὴν εἰρήνην πείσῃ μᾶλλον ἑλέσθαι, καὶ τοιοῖσδε πρὸς αὐτὸν διὰ πρέσβεων ἐχρῆτο λόγοις· D Junior imperator in castello Ennacosia, non procul Rhegio, a principio Octobris usque ad Decembrem sedens, avum precabatur ne rem Romanam rursus in tumultum perniciemque conjiceret, sed misericordia suorum civium motus, bellum inhiberet. Quo autem illum ad pacem flecteret, **136** sic per legatos egit: Sedulitatis et incitatæ voluntatis meæ, imperator, ad providenda ac tuenda Romani imperii commoda, præter te

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

idoneum testem laudare alium non queo. Manet enim in memoria tibi, quo pacto, cum Pruseni a Persis obsidione vallarentur, et jam inibi esset, ut penitus defecti cibariis, in hostium manus venirent, ego, re comperta, Byzantium non vocatus advolarim, teque rogando et hortando impulerim, ut qua posset providentia victus importaretur. Poterat autem sic, ut ego cum militibus Trigliam Prusæ vicinam trajicerem, Barbaros, si liceret, invaderem, et Prusenis alimenta inferrem. Quo quidem modo obsidionem diu toleraturam sperabatur, quando undequaque firmiter communita est. Cum igitur ego Prusenis, quamvis cum capitis mei discrimine, succurrendi desiderio arderem, tu me invitum cohibuisti : id quod potissimum videtur in causa fuisse, cur Prusenorum Barbari potirentur. Hæc narravi, non ut gloriarer tantummodo, sed ut ex ea quæ mihi suppeditat copia, quod volo, uno argumento demonstrarem. Si enim propter unicam urbem tantum cruciabar, eique aut ferendum auxilium, aut cum ea omnes casus mihi subeundos existimabam, quanto magis nunc cruciarer, si universum imperium Romanum simul in discrimen vocatum aspicerem? Nam quod nos, qui pro eo adversum exteros propugnare summo jure debebamus, bello concurrimus, hoc profecto non aliud, quam ultimum illius exitium par est arbitrari. Quare te magnopere quæso, imperator, si potes, inimicitias depone, et pacem bello antepone. Sin calumniatorum voculæ apud te tantum valuerunt, ut quam sæpius petivi pacem, nondum obtinuerim, saltem hoc mihi largire, precor, ut duobus, aut tribus comitatus, apud te causam dicam (71). Si crimina refellero, bene habebit; si perjurii injustitiæque damnatus fuero, tu diuturna molestia liberaberis, reum manibus tenens : cui ut ne parcas, sed pro eo ac scelera ejus merentur illum punias, per Deum te oro. Sin autem non placet, ut ipse præsens abs te præsente judicer, at magno domestico sit fas se loco meo sistere. Qui si et ipse damnabitur, atrocissimam pœnam exsolvat; qua plane non minus dolebo, quam si corpore meo illam excepissem (72). Hæc imperator junior ad avum scripsit, quibus germana etiam magnus domesticus **137** his verbis : Utrumque tibi, imperator optime, persuasissimum credo, et benevolo atque amico esse me erga te animo, ad obsequia tua paratum, ut nullum magis (quod rebus sæpenumero clare demonstravi) et pro communi Romanorum felicitate non facultates duntaxat meas, verum et ipsam animam perlibenter impensurum. Nunc quia cerno te sine causa fœdus

A Τῆς ἐμῆς ὦ βασιλεῦ, σπουδῆς τε καὶ προθυμίας ὑπὲρ τῶν κοινῇ τῇ Ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ συμφερόντων, οὐχ ἕτερόν τινα ἀξιόχρεων ἢ σε μάρτυρα ἔξεστι πράσχειν. Οἶσθα γὰρ ὅπως Προυσηνῶν ὑπὸ Περσῶν πολιορκουμένων, καὶ ὅσον οὔπω ἁλώσεσθαι προσδοκωμένων διὰ τὸ τὸν σῖτον παντάπασιν ἐπιλελοιπέναι, πυθόμενος αὐτὸς, αὐτόκλητος εἰς Βυζάντιον ἦκον, δέομένός τε ἅμα καὶ συμβουλεύων τοῖς πολιορκουμένοις τὴν δυνατὴν πρόνοιαν εἰσενεγκεῖν· αὕτη δ' ἦν τὸ ἐμὲ ἅμα τῇ στρατιᾷ, ναυσὶ πρὸς τὴν Τρίγλειαν περαιωθέντα (ἐπεὶ οὐ πολὺ Προύσης διέχει), τοῖς τε βαρβάροις ἂν δύνωμαι ἐπιθέσθαι, καὶ Προυσηνοῖ; τὰ ἐπιτήδεια ἰσκομίσαι. Τούτου δὲ γενομένου, ἐλπὶς αὐτοὺς χρόνον πολὺν πρὸς τὴν πολιορκίαν ἀντιχρήσειν· τἆλλα γὰρ ἡ πόλις ἅπαντα κατεσκεύασται καρτερῶς. Ἐγὼ μὲν οὖν οὕτω προθυμίας εἶχον πρὸς τὸ Προυσηνοῖς βοηθεῖν αὐτὸς διακινδυνεύων· σοῦ δὲ μὴ ἐφιέντος, ἄκων κατεσχέθην· ὃ καὶ μάλιστα αἴτιον ἔδοξε γεγενῆσθαι τοῦ Προῦσαν ὑπὸ τοῖς πολιορκοῦσι βαρβάροις γεγενῆσθαι. Ταῦτα δὲ διῆλθον, οὐχ ἵν' ἁπλῶς οὕτω φιλοτιμήσωμαι, ἀλλ' ἵν' ἐπιδείξαιμι ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος, ὅτι εἰ μιᾶς ἕνεκα πόλεως κινδυνευούσης οὕτω περιεκαιόμην, καὶ δεῖν ἐνόμιζον ἢ βοηθεῖν αὐτῇ, ἢ καὶ αὐτὸς συγκινδυνεύειν, πολὺ μᾶλλον ἂν ἀλγοίην νῦν, ὁμοῦ Ῥωμαίων σύμπασαν τὴν ἡγεμονίαν κινδυνεύουσαν ὁρῶν. Τὸ γὰρ ἡμᾶς τοὺς ὑπὲρ αὐτῆς πρὸς τοὺς ἔξω πολεμίους πολεμεῖν δικαίους ὄντας, συρρήγνυσθαι ἀλλήλοις, οὐκ ἄλλο τι ἢ καταστροφὴν αὐτῆς τελεωτάτην οἴεσθαι χρή. Διὸ δὴ καὶ σφόδρα σου δέομαι, βασιλεῦ, εἰ μὲν οἷόν σε καταλῦσαι τὴν ἔχθραν, καὶ τὴν εἰρήνην μᾶλλον ἢ τὸν πόλεμον ἑλέσθαι. Εἰ δ' ἐπὶ τοσοῦτον οἱ τῶν συκοφαντῶν ἴσχυσαν λόγοι, ὥστ' ἐμὲ πολλὰ περὶ εἰρήνης δέομενον ἀνύειν μηδὲν, τόγε δεύτερον ἱκετεύω, ἐπὶ σοῦ ἅμα δύο ἢ καὶ τρισὶν ἐλθόντα δικασθῆναι· κἂν μὲν ἀπολύσωμαι τὰς αἰτίας, καλῶς ἂν ἔχοι· ἂν δ' ἀδικῶν ἁλῶ καὶ ἐπιορκῶν, τῶν μακρῶν ἀπαλλαγήσῃ πόνων, ἔχων ἐν χερσὶ τὸν ἀδικοῦντα, καὶ μὴ φείσῃ πρὸς αὐτοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ κόλασον ἀξίως τῶν ἁμαρτημάτων. Εἰ δὲ μὴ τοῦτό σοι ἀρεστὸν, τὸ αὐτὸν ἐμὲ ἐπὶ σοῦ ἐλθόντα δικασθῆναι, ἀλλ' ὁ μέγας δομέστικος γοῦν ἐλθὼν δικαζέσθω ὑπὲρ ἐμοῦ. Κἂν καὶ αὐτὸς ἁλῷ, τὰ ἔσχατα ὑπομενέτω· πάντως δὲ οὐδὲν ἧττον ἁλῄσω ἢ εἰ αὐτὸς ἐν τῷ σώματι ὑφιστάμην τὰ δεινά. Τοιαῦτα μὲν βασιλεὺς ὁ νέος ἐπέστελλε πρὸς τὸν πάππον καὶ βασιλέα· καὶ ὁ μέγας δὲ δομέστικος τοιαῦτα ἔγραψε, δέομενος περὶ τῶν αὐτῶν· Κράτιστε βασιλεῦ, ἀμφότερά σε οἶομαι σαφῶς πεπεῖσθαι περὶ ἐμοῦ, ὅτι τε εὐνοϊκῶς διάκειμαι καὶ φιλίως περὶ σὲ, καὶ οὐδενός σοι δουλεύειν ἧττον αἱροῦμαι· τούτων ἀποδείξει;

Jacobi Pontani notæ.

(71) Audiamus Gregoram libro nono : *Cum autem res ita se haberent, ad Rhegium pervenit imperator, atque inde legatos ad seniorem mittit, ut alterutrum sibi concedatur, aut per inducias ingressus in urbem, aut ut aliquibus e senatu, ex Ecclesiæ principibus, et e populo eruditis ad se egredi liceret, qui suam orationem imperatori, et toti Byzantio renuntiare possent. Senior vero, cum ea postulata plena doli esse judicaret, diu siluit*, etc.

(72) Atqui supra per legatos egisse dixit. Sed in hac historia legati mittuntur, qui simul litteras afferant, et conscii eorum quæ scribuntur, ea postea suis verbis prosequantur. Non igitur sunt hic pugnantia.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σαφῶς τῶν πραγμάτων ἐν πολλοῖς παρασχομένων · καὶ ὅτι τὴν κοινὴν τῶν Ῥωμαίων εὐδαιμονίαν, οὐ τῶν ὄντων μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς ζωῆς προθύμως ἀλλαξαίμην ἄν. Νυνὶ δέ σε ὁρῶν ἐξ οὐδεμιᾶς αἰτίας λύοντα μὲν τὰς σπονδάς, ὠρμημένον δὲ πολεμεῖν, σφόδρα μὲν ἀλγῶ, καὶ παραπλήσιον θανάτου τὰς συμφορὰς, αἳ περιστήσονται Ῥωμαίους ἐκ τοῦ πρὸς ἀλλήλους ἐννοῶν πολέμου. Δέομαι δέ σου μὴ τοιούτοις κακοῖς τοὺς ὑπηκόους περιπεσόντας περιϊδεῖν, ἀλλὰ στῆσαι τὴν συμφοράν, βασιλεῖ τῷ ἐγγόνῳ διαλλαγέντα, οὐδὲν, ὅσα γε ἐμὲ εἰδέναι, οὔτε ἐν πράγμασιν οὔτε ἐν λόγοις, οὔτε πρότερον προσκεκρουκότι, οὔτε νῦν. Οἶσθα δὲ σαφῶς ὡς οὐδὲν οὔτε φθέγγεται οὔτε πράττει, μὴ συνειδότος ἐμοῦ, μὴ δὴ τὰς συκοφαντίας τῶν ἐπ' ὀλέθρου ἡδομένων τῷ κοινῷ τῆς κοινῆς προθεῖναι σωτηρίας · μηδ' αὐτοῖς πεισθῆναι πρὸς τὸ πολεμεῖν ἐνάγουσιν, ἐξ αὐτῆς τῆς πείρας ἀκριβῶς δεδιδαγμένος ὡς ἀδυνάτοις ἐπιχειροῦσι, καὶ ἄχθος ἄραι τὴν δύναμιν αὐτῶν ἐθέλουσιν ὑπερβαῖνον. Καταλύων μὲν οὖν τὸν πόλεμον, τὰ δέοντα βουλεύσῃ καὶ σαυτῷ καὶ ἡμῖν · τοὐναντίον δὲ ποιῶν, οὐκ οἶδα ὁποτέροις μᾶλλον ἀλυσιτελέστερον βουλεύσῃ. Βασιλεὺς μὲν οὖν ὁ σὸς ἔγγονος, δίκῃ διαλύεσθαι τὰ ἐγκλήματα προκαλεῖται καὶ παρὰ σοὶ δικαστῇ · ὃ πάντες ἂν αὐτῷ συμφαῖεν, ὡς δικαία ἡ ἀξίωσις. Ἢ τό γε δεύτερον, εἰ μὴ αὐτόν σοι κατὰ γνώμην πρὸς τὴν δίκην ἀπαντῆσαι, ἀλλ' αὐτὸν ἐμὲ ὑπὲρ τῶν αὐτῷ διαφερόντων τὰς εὐθύνας παρασχεῖν. Εἰ μὲν οὖν αὐτὸν ἐλθεῖν κελεύσεις, πέπεισμαι σαφῶς ὡς ὀφθεὶς μόνον, ἀραχνίων ἱστῶν ἀδρανεστέρας ἀποδείξει τὰς συκοφαντίας. Εἰ δὲ τό γε δεύτερον, ἐμὲ, ἐλπίζω καὶ αὐτὸς οὐ μόνον οὐδὲν ἠδικηκότα, ἀλλὰ καὶ φιλοπάτορα, καὶ τὴν προσήκουσαν αἰδῶ καὶ εὐπείθειαν μέχρι παντὸς ἐπιδεδειγμένον ἀποδείξειν. Εἰ δ' ἀμφοτέρων τούτων καταφρονήσεις, πεισθεὶς τοῖς συκοφαντοῦσιν, ἡμᾶς μὲν ὁ Θεὸς οὐ περιόψεται ἀδικουμένους. Ὑμῖν δὲ ὅποι τὰ πράγματα τελευτήσει, ἐμοὶ μὲν ἄμεινον σιωπᾷν, ἡ πεῖρα δὲ διδάξει σαφῶς. Πλὴν τὰ παρόντα μοι γράμματα τηρεῖσθαι δέομαι ἐν ἀσφαλεῖ, ὅπως ἐκ τῶν ἀποβησομένων, εἰ ἀγαθὸς σύμβουλος ἐγὼ, φανῇ.

A solvere, et ad arma prorumpere, incredibilis me dolor propemodum exanimat, considerantem calamitates ac miserias, quæ Romanos propter bellum vestrum oppressuræ sunt. Ego vero te obsecro, ne populos tuos tantis cladibus mactari sinas, malumque imminens reprimas, cum nepote antiquam redactus in concordiam : qui, quantum mihi constat, nec facto, nec verbo, neque pridem, neque recens te offeadit. Nec tu ignoras, eum me inscio nihil vel dicere solere vel facere. Noli obtrectatorum in communi peste exsultantium sermunculos communi saluti incolumitatique anteferre. Noli ad arma incitantibus illis aures accommodare; siquidem experiundo probe didicisti eos conari quæ fieri nequeunt, et onus tollere quod eorum humeri B sustinere haud possunt. Itaque si bellum valere jusseris, tibi nobisque consulueris. Si secus faxis, de te, an de nobis pejus mereare, equidem nescio. Nepos igitur tuus ad judicium provocat, tuumque tribunal appellat : cujus petitionem esse justam nemo negabit. Quod si ipsum per se in judicium venire non vis, ut a me rationes illius reposcas, rogat. Si eum per se sisti volueris, solo aspectu calumnias aranearum telis invalidiores ostensurum, nihil penitus dubito. Sin, quod huic proximum optat, saltem me, spero, non solum nihil sceleris fecisse, sed etiam tui ut parentis semper amantem fuisse, debitam tibi reverentiam obedientiamque præstitisse in omnibus, me patefacturum. Si tu utramque conditionem, a criminatoribus præoc- C cupatus videlicet contemnis, Deus tamen nos indigne habitos non contemnet. Quo porro res vestra evasura sit, silere præstat; experientia manifeste docebit. Cæterum has litteras meas tuto asservari rogo, donec ex eventis constiterit, ecquid bonus consiliarius fuerim.

138 CAPUT XLVI.

Responso avi contristatur nepos. Patriarchæ calamitatem suam per litteras exponit; ejus et episcoporum opem ad conciliandam pacem implorat. Faciunt illi quod rogantur. Quatuor et viginti diversorum ordinum ad eum mittuntur, a quibus quid ei objiciatur intelligat, quique controversiam dijudicent. Archiepiscopus quo fine advenerint edictat.

Οἱ μὲν οὖν τοιαῦτα τῷ πρεσβυτέρῳ ἐπέστελλον βασιλεῖ, ὁ δὲ, τὰ γράμματα ἀναγνοὺς, οὐδὲν ἀπεκρίνατο πλέον, ἢ ὡς οὐ ῥᾴδιον ἐπὶ δίκῃ οὔτε τὸν ἔγγονον, οὔτε τὸν Καντακουζηνὸν ἐν Βυζαντίῳ δέχεσθαι. Βασιλεὺς δὲ ὁ νέος ἀκούσας τὴν βασιλέως ἀπόκρισιν, ἤλγησε μὲν σφοδρῶς ἐφ' οἷς οὕτω παρὰ πάντα δίκαιον λόγον καὶ αὐτῆς εἴργετο ἀπολογίας, ἀπαγορεύσας δὲ τὸ βασιλέα πείθειν ἐπιχειρεῖν, τῷ πατριάρχῃ γράφει τοιαῦτα · Δέσποτα πατριάρχα, καὶ ἡ περὶ αὐτὸν θεία σύνοδος καὶ ἱερὰ, ἴστε σαφῶς ὅσα βασιλέως μεταξὺ καὶ ἐμοῦ πρὸ χρόνου συμβέβηκέ

D Hæc ambo ad imperatorem seniorem scripserunt, quibus ille perlectis, aliud non respondit, quam, difficile esse vel nepotem, vel Cantacuzenum ad causam dicendam Constantinopolin admittere (73). Ex quo responso junior magnum dolorem accepit, cum se præter omne jus fasque defensione excludi cerneret : fessusque conatibus ad persuadendum irritis, patriarchæ scribit hoc exemplo : Non sunt inaudita vobis, domine patriarcha, et qui cum eo estis sacrosancti episcopi, quæcunque inter me avumque meum, haud ita pridem, peccatis meis

Jacobi Pontani notæ.

(73) Causam affert Gregoras : *Senior cum ea postulata plena esse doli judicaret, diu siluit, secum deliberans, utrum præstaret. Nam nepotis in urbem ingressum perniciosum, nec incruentum fore; varatos enim Byzantios, ut ad illum deficiant, statim intra portas conspectum, et se per cruciatum e vita tollant. Et Byzantiorum ad illum egressum non sine seditione fore*, etc.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

fortasse id exigentibus, contigerunt. Quæ omnium rerum sapiens moderator Deus facile dissipavit, concordiamque summam largitus est. Cum jam remotis e medio obstaculis impedimentisque omnibus tranquillissima quiete frueremur, belli civilis obliti funditus, derepente vastus quidam fluctus et turbulenta tempestas exstitit, quæ Romanum imperium velut navim (74) cum ipsis vectoribus summersuram se minaretur. Ac nobis idem quod ægrotis usuvenit. Illi namque in primo morbi accessu, quantumvis rapido, potenter resistunt. Sin recreatos iterum forte ac tertium occuparit, viribus jam debilitatos inveniens, cito interficit. Sic nos superioribus bellis civilibus, et externis, quæ Barbari intulerunt, propemodum confecti, adversus surgentia mala ne oculos quidem tollere poterimus, sed mutuis cædibus peribimus. Quæ omnia cum et ipse animadvertam, et periculum non privatum (esset enim id ferendum), verum publicum considerem, jam sexagesimum omnino diem, ut nostis, prope Rhegium sedeo, quotidianis precibus, qua par est reverentia, modestia, et subjectione, veniam ab imperatore flagitans, tametsi nihil mali facinoris in me reperio, quod ejus ira dignum sit. Postquam vero multum laborem frustra consumpsi, alia expertus sum via, rogans, ut mihi cum paucissimis in ejus conspectum venire, **139** ibidemque criminibus respondere liceret: aut si id non placeret, magnus domesticus meo nomine idem facturus veniret. Rejecta utraque conditio, atque ita contra omnium legum jura, quasi deserto vadimonio, et indicta causa damnationem subeo. Atqui si avus pœnas certas pro arbitratu suo pendere me jussisset, pro iis quæ mihi objectantur, non æquo tantum, sed etiam promptissimo animo pependissem. Nunc cum ejus in me furorem Romanis universis pestiferum fore prævideam, angor vehementissime. Quocirca ad sanctitatem vestram scribo, rogoque, si ex Deo estis, ut paci redintegrandæ navetis operam. Ne permittite nos cognatorum sanguine incestari: sed imperatorem eo permovete, ut aut me illuc ad vos proficisci, et in præsentia vestra pro me causam orare, aut vobis huc profectis, idipsum hic facere concedatur. Sic patriarcham et pontifices per epistolam de pace obtestatus est junior imperator. Qua a tabellario patriarchæ in manus reddita, et in consessu episcoporum recitata, ut visa est æqua petitio, omnes protinus ad seniorem adeunt, eam monstrant, et ut justa cupienti suffragantur. Nam hoc

A τινος, διὰ τὰς ἁμαρτίας φαίην ἂν ἔγωγε τὰς ἐμάς. Ταῦτα μὲν οὖν ὁ πάντα σοφῶς οἰκονομῶν Θεὸς διελυσέ τε ῥᾳδίως, καὶ βαθεῖαν ἐχορήγησεν εἰρήνην. Ὅτε δὲ πάντα τὰ ἐν μέσῳ σκῶλα καὶ προσκόμματα περιῃρέθη, καὶ βαθείας ἀπελαύομεν γαλήνης, οὐδ' ἄχρι λογισμοῦ ἐμφυλίου πέρι μηδὲν πολέμου ἐννοοῦντες, αἰφνίδιον ἀνερράγη κλύδων βαρὺς, καὶ χαλεπὴ τρικυμία τὴν Ῥωμαίων ἄντανδρον ἡγεμονίαν ἀπειλοῦσα καταδύειν, καὶ συμβέβηκέ τι παραπλήσιον ἡμῖν ὥσπερ καὶ τοῖς νοσοῦσιν. Ἐκεῖνοί τε γὰρ κατὰ μὲν τὴν πρώτην μάλιστα τῆς νόσου προσβολὴν, κἂν σφοδρὰ τύχῃ οὖσα χαλεπὴ, ἀντέχουσιν ἰσχυρῶς· ἂν δὲ ῥαῖσασι δεύτερον αὖθις ἢ καὶ τρίτον ἐπίθηται, εἰ τύχοι, ἀσθενεστέροις περιτυχοῦσα, κατεργάζεται ῥᾳδίως τοὺς ἀνθρώπους· καὶ ἡμῖν τὸ αὐτὸ συμβέβηκε

B νῦν. Ὑπό τε γὰρ τῶν πρότερον ἐμφυλίων γεγενημένων πολέμων, καὶ τῶν ἔξωθεν ἡμῖν ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἐπενεχθέντων τῷ πλείονι κατειργασμένοι μέρει, οὐδὲ ἂν τι βλέψαι δυνησόμεθα πρὸς τὰ ἀναφύομενα κακὰ, ἀλλὰ διαφθαρησόμεθα αὐτοὶ ὑφ' ἑαυτῶν· Ἅπερ ἅπαντα ξυνορῶν καὶ αὐτὸς, καὶ τὸν κίνδυνον οὐκ ἴδιον (ἦν γὰρ ἂν ἀνεκτὸν), ἀλλὰ κοινὸν τῶν Ῥωμαίων ἁπάντων ὄντα σαφῶς ὁρῶν, ἐν ἑξήκοντα ἡμέραις ἤδη μάλιστα περὶ Ῥήγιον κάθημαι, καθάπερ ἴστε καὶ αὐτοὶ, βασιλέως δεόμενος ὀσημέραι μετὰ τῆς προσηκούσης αἰδοῦς ἐμοὶ καὶ μετριότητος καὶ δουλείας, συγγνώμης τυχεῖν, καίτοιγε μηδὲν ἑαυτῷ συνειδὼς ὀργῆς ἄξιον πεπραγμένῳ. Ὡς δὲ πολλὰ μοχθήσας, εὗρισκον οὐδεμίαν ὄνησιν ἀπὸ τῶν πόνων,

C ἐτραπόμην ἑτέραν· μετὰ κομιδῇ τινων εὐαριθμήτων ἐπὶ τοῦ βασιλέως ἐλθεῖν αἰτῶν, καὶ ὑπὲρ ὧν ἐγκαλοῦμαι εὐθύνας ταύτῃ παρασχεῖν· ἢ εἰ μηδὲ τοῦτο κατὰ γνώμην εἴη βασιλεῖ, τὸν μέγαν δομέστικον ἐλθόντα, ὑπὲρ ἐμοῦ ἀπολογεῖσθαι. Καὶ ἐπ' οὐδεμιᾷ προκλήσει εἰσηκούσθην, ἀλλ' οὕτως ἐρήμην παρὰ πάντα τοῦ δικαίου νόμον καταδικάζομαι. Ἐγὼ δὲ, εἴ γε βασιλεὺς αὐτὸς ῥητήν τινα δίκην ὁποίαν ἂν αὐτῷ ἐδόκει ἐκέλευεν ὑπὲρ ὧν ἐγκαλοῦμαι δοῦναι, ἠγάπησα ἄν, καὶ σὺν προθυμίᾳ πολλῇ παρέσχον· νυνὶ δὲ ὁρῶν τὴν εἰς ἐμὲ ὀργὴν κατὰ πάντων Ῥωμαίων

D ἐξάγουσαν τὴν βλάβην, οὐκ ἀνεκτῶς ἀλγῶ. Διὰ τοῦτο καὶ δεόμενος τῆς ὑμῶν ἀγιότητος, γράφω, εἴγε τοῦ Θεοῦ ἐστε ὑμεῖς, σπουδάσαι ὑπὲρ τῆς εἰρήνης, καὶ μὴ περιΐδεῖν ἡμᾶς τοῖς ὁμοφύλοις αἵμασι καταχραντέντας· ἀλλ' ἢ πεῖσαι βασιλέα πρὸς ὑμᾶς ἐμὲ γενόμενον ὑπὸ ὧν ἐγκαλοῦμαι λόγον ὑποσχεῖν, ἢ ἐνταῦθα γενομένων ὑμῶν ὑπὲρ τῶν ἴσων τὴν ἀπολογίαν θέσθαι. Τοσαῦτα μὲν βασιλεὺς ὁ νέος, πατριάρχου καὶ τῶν ἄλλων δεόμενος ἀρχιερέων, ἔγραψεν ὑπὲρ τῆς εἰρήνης· ἃ καὶ φέρων ὁ διακομιστὴς, ἐνεχείρισε τῷ πα-

Jacobi Pontani notæ.

(74) Non est vox *navis* in Græco; sententia tamen exigit, cum belli tumultum tempestati et fluctui comparet, et imperio summersionem minari affirmet. Sane cum navi sæpius respublica confertur. Horat.

O navis, referent in mare te novi fluctus, etc.

Ode 14, lib. 1. Cicero quoque in perturbationibus reipublicæ ante oculos ponenda, tempestatibus et fluctibus, his, inquam, vocibus translate eleganter est usus lib. 1, *De Orat. Et hoc tempus omne post consulatum objecimus iis fluctibus, qui per nos a communi peste depulsi, in nosmetipsos redundarunt.* Pro Milone: *Equidem cæteras tempestates et procellas in illis duntaxat fluctibus concionum semper putavi Miloni esse subeundas, quod semper pro bonis contra improbos senserat.*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

τριάρχῃ. Καὶ τῶν ἀρχιερέων συνεδριαζόντων, ἀναγνωσθέντων δὲ τῶν γραμμάτων, ὡς ἐδόκει ἡ ἀξίωσις δικαία τοῦ νέου βασιλέως, πάντες εὐθὺς πρὸς βασιλέα τὸν πρεσβύτερον ἐλθόντες, τά τε γράμματα ἐδείκνυσαν τοῦ ἐγγόνου, καὶ συνηγόρουν αὐτῷ ὡς δίκαια ἀξιοῦντι. Καὶ αὐτὸ γὰρ ἔφασαν τὸ περὶ πλείστου ποιεῖσθαι, ἢ αὐτὸν ἐνταῦθα ἐλθόντα, ὑπὲρ ὧν ἐγκαλεῖται παρέχειν ἐθέλειν εὐθύνας, ἢ τοῦ πατριάρχου ἐκεῖ γενομένου τὸ αὐτὸ ποιεῖν, τεκμήριον ἂν εἴη μέγιστον ἢ τοῦ μηδὲν ἡμαρτηκέναι, ἢ εἰ καὶ ἥμαρτε, τοῦ βούλεσθαι ἂν διορθωθῆναι. Τούτου δὲ οὕτως ἐξ αὐτῶν πραγμάτων ἀποδεικνυμένου, δίκαιον ἂν εἴη καὶ ἅμα λυσιτελὲς καὶ ἀναγκαῖον, ἐκ δύο τῶν ζητουμένων γενέσθαι θάτερον. Ὁρῶν οὖν καὶ ὁ βασιλεὺς, τό τε ἀναντίῤῥητον τῆς ἀξιώσεως, καὶ τὴν τοῦ πατριάρχου καὶ τῶν ἀρχιερέων πρὸς τοῦτο σπουδὴν, τὸ μὲν τὸν νέον βασιλέα πρὸς ἐκεῖνον ἥκειν ἀπηγόρευεν, ὥσπερ καὶ τὸ τὸν πατριάρχην ἐκεῖ γενέσθαι, οὐδὲν εἶναι προῦργου φάμενος ἑκάτερον. Ἐπένευσε δὲ τῶν τε ἀρχιερέων καὶ τῶν τῆς συγκλήτου τινὰς, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν τῆς Ἐκκλησίας ἀρχόντων καὶ τῶν ἀρχιμανδριτῶν πρὸς τὸν ἔγγονον παραγενομένους, τά τε ἐγκλήματα κομίζειν, καὶ ἀπολογίαν ζητεῖν ὑπὲρ αὐτῶν. Πέμπονται τοίνυν ἀπὸ μὲν τῶν ἀρχιερέων, ἓξ· καὶ τοσοῦτοι συγκλητικοί· ἔκ τε τῶν τῆς Ἐκκλησίας ἀρχόντων καὶ τῶν ἀρχιμανδριτῶν λεγομένων ἀνδρῶν εὐλαβῶν, ἴσοι τὸν ἀριθμὸν ἐξ ἑκατέρων. Σὺν τούτοις καὶ οἱ παρὰ βασιλέως πρότερον ἀποσταλέντες, ὅ τε τῶν Μογλαίνων ἐπίσκοπος Νίφων, καὶ Κλειδᾶς ὁ δικαιοφύλαξ. Οἷς δὴ καὶ τὰ κατὰ τοῦ νέου βασιλέως ἐγκλήματα ὁ πρεσβύτερος ἐνεχείρισε βασιλεύς. Ἐπὶ τούτοις πᾶσι καὶ ὁ ἀρχιεπίσκοπος Βουλγαρίας Γρηγόριος, ἀνὴρ σοφός τε εἰς λόγους, καὶ θαυμάσιος ἐν συνέσει, καὶ τῆς ὄντως σοφίας ἄκρως ἐπειλημμένος. Καὶ σὺν αὐτῷ Θεόδωρος ὁ Ξανθόπουλος, καὶ αὐτὸς ἀρετῇ τε καὶ συνέσει καὶ παιδείᾳ κεκοσμημένος. Οὗτοι μὲν οὖν εἰς Ῥήγιον πάντες ἦλθον, τὰς τοῦν βασιλέοιν ἐξετάσοντες διαφοράς. Ἰδὼν δὲ αὐτοὺς βασιλεὺς ὁ νέος, εὐθὺς μὲν ἡδονῆς ἀνάπλεως καὶ θυμηδίας ἦν, ἅτε δὴ μέλλων ὑπὲρ ὧν κατηγορεῖτο διδόναι λόγον. Προσαγορεύσας δὲ αὐτοὺς, ἐκέλευεν ἀναπαύλης ἀπολαύειν, ὡς ἐς τὴν ὑστεραίαν ἅμα πρωῒ τοῦ συλλόγου γενησομένου. Οἱ μὲν οὖν οὕτως ἐποίουν· βασιλεὺς δὲ ἅμα ἕῳ τῶν τε ἰδίων τοὺς ἐπιφανεστέρους καὶ τοὺς ἐκ βασιλέως ἀφιγμένους εἰς τὸν σύλλογον ἐκάλει. Ὡς δὲ πάντες παρῆσαν, σιωπὴ μὲν τὸ θέατρον κατέσχεν ἐπὶ μικρόν· καὶ πάντες ὡς ἐπὶ καινοῖς τισι παρεῖχον μετεώρους τὰς ἀκοάς. Ἤρξατο δ' ἀρχιεπίσκοπος οὕτως εἰπών· Κράτιστε βασιλεῦ, τῶν μεταξὺ τῶν βασιλέων ὑμῶν κεκινημένων νῦν ἕνεκα διαφορῶν, αὐτὸς μὲν ἤτησας εἰς Βυζάντιον ἐλθὼν ἐπὶ τοῦ βασιλέως τὰς εὐθύνας παρέχειν· ἢ εἰ μὴ τοῦτο, τοῦ πατριάρχου ἐνταυθοῖ γενομένου, δίκῃ διαλύεσθαι τὰ ἐγκλή-

A ipsum aiebant firmissimum argumentum, aut nihil eum deliquisse, aut si quid deliquerit, id velle corrigere, quod in beneficio numeraret, si aut hic, aut ibi, patriarcha præsente, posset intentata sibi scelera depellere. Quoniam igitur res ipsa clamaret, justum pariter et utile, ac necessarium sibi videri, ex duobus quæ desiderarentur, alterum concedi. Imperator postulatum irrefutabile, et patriarchæ episcoporumque in eo urgendo studium perspiciens, nepotem ad se venire, aut patriarcham ad illum abire vetuit; neutrum enim esse operæ pretium. Ut ex episcopis et proceribus, item ex Ecclesiæ principibus, et archimandritis religiosis, ut ferebatur, hominibus irent aliquot, qui accusationem illi proponerent, ab eoque responsionem requirerent, id annuit. Mittuntur itaque seni de singulis quos nominavi ordinibus, omnes simul quatuor et viginti (75). Adduntur, quos imperator ante legaverat, Niphon Moglænorum antistes, et Clidas dicæophylax, quibus accusationis capita transduntur. **140** Post hos omnes Gregorius Bulgariæ archiepiscopus, vir et disciplinis eruditus, et admirabili prudentia præditus, et in sapientia divina plane perfectus (76): cumque eo Theodorus Xanthopulus, ipse quoque virtute, intelligentia et doctrina ornatissimus. Hi omnes Rhegium, controversias imperatorum disceptaturi, venerunt: quorum e conspectu magnam lætitiæ voluptatem persensit, quod esset tandem ad objecta responsurus. Salutatos igitur quietem capere jussit, et in diem posterum usque a matutino conventum indixit. Illi ita fecerunt. Initio lucis nobiliores de suis, et eos qui avi missu advenerant, in cœtum cogit. Ubi omnes affuerunt, consederunt, paulisperque conticuerunt, et singuli ut novi quippiam audituri, aures arrexerunt, archiepiscopus his vocibus usus est: Propter natum inter te avumque dissidium, imperator optime, rogasti ut tibi Byzantium pateret ingressus, quo illic apud eum causam tuam ageres: aut saltem ut patriarcha ad te mitteretur, quo judice id ipsum præstares. Neutrum erat concessu facile. Auctoritate tamen imperatoris et patriarchæ nos advenimus, defensionem tuam audituri. Te æquum est afferre, si quid habes dicere ad ea quæ tibi objectantur. Tum imperator:

Jacobi Pontani notæ.

(75) Gregoras hunc locum negligenter tractavit. *Duos*, inquit, *senatores, duos pontifices, duos selectos sacerdotes, et quatuor selectos e plebe ad eum misit.* Decem homines numerat, cum noster ad triginta numeret.

(76) Viden Deum nominari τὸν ὄντα; idque auctoritate sanctæ Scripturæ. Nam Exod. cap. III, cum quæsisset a Deo Moses ad filios Israel mittendus, *Si dixerint mihi, quod est nomen ejus? quid dicam ei?* audivit responsum, *Ego sum qui sum. Et ait, Sic dices filiis Israel, Qui est, misit me ad vos.* In Septuaginta est, Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν. Καὶ εἶπεν· Οὕτως ἐρεῖς τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ· Ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με πρὸς ὑμᾶς. Seneca, epist. 58, τὸ ὂν non satis bene reddi putat, *quod est*, quia, inquit, *cogor verbum pro vocabulo ponere.* Idem censendum de voce virili, nam melius dicitur Deus ὢν Græce, quam, *qui est*, Latine. Justinus Martyr, *Exhort. ad gentes*, docet erudite, cur Deus Moysen ad Hebræos mittens, ac de se loquens, participio usus sit, et Platonis τὸ ὂν cum Mosis ὁ ὢν confert.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ματα. Τούτων μὲν οὖν ἑκάτερον οὐ ῥᾴδιον ἦν ἢ αὐτὸς ἠξίωκας γενέσθαι. ..ροστάξαντος δὲ βασιλέως καὶ πατριάρχου, ἥκομεν ἡμεῖς, ὑπὲρ ὧν ἐγκαλῇ τὰς ἀπολογίας ἀκουσόμενοι. Σὺ τε δίκαιος ἂν εἴης εἴ τι περὶ αὐτῶν ἔχει; λέγειν, διεξιέναι. Εἶπεν οὖν ὁ βασιλεύς·

CAPUT XLVII.

Oratio junioris ad synodum. Adversarium avum rapit in odium; judices sibi benevolos facit; fiduciam causæ præ se fert; et est hoc velut judicii proœmium. Deinde breviter quædam objecta diluit.

Et summa voluntate mea advenistis, et perquam optabile est, ut ego sentio, quomodocunque tandem sui adversus criminationes defendendi tempus adipisci. Porro injustum et a ratione abhorrens duco, cum factis ipsis multa frequenter, et minime dubia observationis et obedientiæ erga avum documenta dederim, me pari benevolentia nec verbis quidem tenus ab ipso dignatum. At enim oportebat facta mea cum obtrectatorum sermonibus comparantem, aut eorum improbitatem condiguis vindicare suppliciis (ut ne quid et ipsi auderent tale posthac, et alii ex eorum eventu modestiam discerent), aut certe, quod alterum est, iisdem de audacia **141** severe objurgatis ac reprehensis firmam constantemque erga me benevolentiam conservare: ut qui evidentibus exemplis docere possim, me in ipsum affectum esse suavissime, et quemadmodum bono filio pulchrum est, erga patrem reverentiam, obedientiam, subjectionemque retinere. Sed quia hæc secus quam dignum fuit evenerunt, quæque fecimus, ex animo avi penitus effluxerunt: quorum autem industria in eo consumitur, ut alterum nostrum apud alterum in invidiam vocando, communi Romanorum fortunæ ac felicitati perniciem struant, eorum mendaciis prorsus subactus ac irretitus est, quid relinquebatur, nisi ut vel angori me dederem, in miseriam immerito meo præcipitatus, veniamque a patre, quanquam meris calumniis oppugnatus, peterem? aut certe, propter ea quæ mihi falso affinguntur, examen ac judicium? quod etiam concupivi, jam plus sexagesimum diem nudo sub ætheris axe cum his omnibus quos duco, hibernis mensibus labores et incommoda perferens, quod nec vos nescitis. Fuisset optimum, imperatore, patriarcha, totoque Romano populo præsentibus defensionem peragere, ut vel absolutus declararem omnibus, me ab istis sycophantis indignissime violari, vel sceleris omnium calculis condemnatus, non ultra ampliationem quærerem: nec quasi a judicibus aut ad gratiam, aut ex æmulatione damnatus, provocarem, sed quas commeruissem pœnas sustinerem. Sed quia sic placitum imperatori, magnas universorum imperatori Deo, qui defensioni meæ hanc opportunitatem obtulit, nec minus ipsi avo et patriarchæ gratias ago. Huic, quod auctor fuit ut res in inquisitione poneretur, illi, quod sibi id passus est persuaderi, vobis item, qui huc iter suscepistis, de labore vestro. Velim autem rogatos, ne in hoc judicio mihi tanquam imperatori assentiamini, neve aliquid eorum quæ damnanda senseritis, propter dignitatis amplitudinem condonetis, sed ad ignoscendum inexorabiles sitis. Si

A Καὶ βουλομένῳ μοι πάνυ ἡ πρὸς ἐμὲ ἄφιξις γεγένηται ὑμῶν, καὶ εὐχῆς ἔργον ἡγοῦμαι τὸ καὶ ὁπωσοῦν ὑπὲρ ὧν κατηγοροῦμαι καιρόν τινα εὑρήσειν ἀπολογίας. Οὐ δίκαιον δὲ ἡγοῦμαι, οὔτε μήν τινα λόγον σῴζον, ἐμὲ μὲν πολλάκις τῆς εἰς τὸν βασιλέα αἰδοῦς καὶ εὐπειθείας αὐτοῖς ἔργοις ἐναργεῖς παρέχεσθαι τὰς ἀποδείξεις, τῆς ἴσης δὲ εὐνοίας οὐδὲ λόγοις γοῦν ψιλοῖς ἀξιοῦσθαι παρ' αὐτοῦ. Καίτοιγε ἐχρῆν πρὸς τὰς πράξεις τὰς ἐμὰς τοὺς τῶν συκοφαντῶν παραβάλλοντα λόγους, ἢ κολάζειν αὐτοὺς ἀξίως τῆς κακουργίας ἑαυτῶν (ὡς ἂν αὐτοί τε πάνοιντο συκοφαντοῦντες, καὶ τοῖς ἄλλοις εἶεν παράδειγμα σωφροσύνης), ἢ τόγε δεύτερον, αὐτοῖς μὲν σφοδρῶς ἐπιπλήττειν καὶ ἐπιτιμᾷν τοῦ τοιαῦτα ἕνεκα τολμᾷν· βεβαίαν δὲ καὶ ἡδρασμένην τὴν εἰς ἐμὲ εὔνοιαν τηρεῖν, ὅπερ ἔφην, ἐκ τῶν ἔργων σαφεῖς ἔχοντα τὰς ἀποδείξεις, ὡς εὐνούστατος ἐγὼ περὶ αὐτὸν, καὶ τὴν παιδὶ πρέπουσαν ἀγαθῷ πρὸς πατέρα αἰδῶ τε καὶ εὐπείθειαν καὶ δουλείαν ἀποσώζων. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο μὲν τὴν ἐναντίαν ἢ προσῆκεν εἴληχε τάξιν, καὶ τὰ μὲν ἡμέτερα ἔργα τῆς βασιλέως ἐξερρύηκε μνήμης παντελῶς, οἷς δὲ ἔργον ἐπιμελὲς ἡμᾶς ἀλλήλοις διαβάλλοντας τῇ κοινῇ λυμαίνεσθαι Ῥωμαίων εὐδαιμονίᾳ, τοῖς λόγοις κατάκρας ἑάλω, τί λοιπὸν ἢ σφόδρα μὲν ἀλγῆσαι ἐφ' οἷς παρ' ἀξίαν ἀτυχῶ, συγγνώμην δὲ πρὸς πατρὸς καὶ τῶν διαβολῶν ἕνεκα αἰτεῖν; ἢ τόγε δεύτερον, βάσανον καὶ δίκην ἐφ' οἷς ἀδίκως ἐγκαλοῦμαι; ὃ δὴ καὶ διετέλεσα ποιῶν εἰς ἑξηκοστὴν τήνδε ἡμέραν ἢ καὶ μᾶλλον, ὑπαίθριος ταλαιπωρῶν μετὰ τουτωνὶ πάντων ὧν ἄγω ἐν ὥρᾳ μάλιστα χειμῶνος, καθάπερ δῆ ἴστε καὶ αὐτοί. Ἦν μὲν οὖν κράτιστον ἐπὶ βασιλέως αὐτοῦ παρόντος καὶ πατριάρχου, καὶ τοῦ κοινοῦ τῶν Ῥωμαίων παντὸς, ποιεῖσθαι τὰς ἀπολογίας· ἵν' ἢ διαφυγὼν τὰς αἰτίας, πᾶσι καταστήσω ἐμφανὲς, ὡς βιαιότατα καὶ ἄδικα ὑπὸ τῶν συκοφαντούντων ὑπομένω· ἢ ἄλοὺς ταῖς ἁπάντων ψήφοις ἀδικῶν, μηκέτι δύνωμαι πρὸς ἀναβολὰς χωρεῖν, μηδ' ἔφεσιν ζητεῖν, ὡς ἢ πρὸς χάριν, ἢ πρὸς φιλονεικίαν ὑπὸ τῶν δικασάντων καταψηφισθείς, ἀλλὰ τὴν ἀξίαν δίκην δῶ. Ἐπειδὴ δὲ οὕτω δεῖν εἶναι κέκρικεν ὁ βασιλεὺς, χάριτας μὲν πολλὰς ὁμολογῶ τῷ πάντων βασιλεύοντι Θεῷ, ὅτι καιρὸν παρέσχεν ἀπολογίας· οὐχ ἧττον δὲ βασιλεῖ τε καὶ πατριάρχῃ, τῷ μὲν πείσαντι τὴν ἐξέτασιν, τῷ δὲ πεισθέντι, καὶ ὑμῖν τοῖς ἀφιγμένοις, ἕνεκα τῶν πόνων. Δέομαι δὲ ὑμῶν, μὴ ὡς βασιλεῖ μοι προσέχειν ἐπὶ τῇς δίκης ταυτησὶ, μηδέ τι ὧν ἂν καταγνώσησθε, διὰ τὸ ἀξίωμα συγχωρεῖν, ἀλλ' ἀπαραιτήτως ἐφ' οἷς ἂν οἴησθε καταψηφίζεσθαι ἀδικεῖν. Ἂν μέντοι μεταξὺ ἀπολογούμενος ἀνάγκῃ γε (οὐ γὰρ ἐκοντὶ πρὸς τοιούτους ἂν ποτε ἦλθον λόγους) τὸν βασιλέα καὶ πάππον τὸν ἐμὸν ἀποφαίνω ἀδικοῦντα καὶ ἐπιορκοῦντα, μήτ' ἐμοὶ λογί-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ζεσθαι, ἀλλ' αὐτῇ τῇ τοῦ πράγματος δέομαι φύσει τοὺς λόγους, μήτ' αὐτοὺς ψῆφον ἐξάγειν· ἀλλ' ἐμοὶ μὲν κριτὰς καθῆσθαι, ἐκείνῳ δὲ ἀκροατὰς καὶ μόνον. Ἐπεὶ δέ με ἐκελεύσατε ἀπολογεῖσθαι, ἀναγκαῖον τοὺς κατηγοροῦντας πρῶτον τὰ ἐγκλήματα εἰς μέσον ἄγειν, ὡς ἂν ἐφεξῆς αὐτὸς ποιῶμαι τὰς ἀπολογίας. Βασιλεὺς μὲν οὖν τοιαῦτα εἶπεν· οἱ δικασταὶ δὲ ἐπαινέσαντες τοὺς λόγους, τὰ ἐγκλήματα ἐκέλευον τοὺς ἐπιτετραμμένους εἰς μέσον ἄγειν. Καὶ παρελθόντες εἰς μέσους ὅ τε δικαιοφύλαξ καὶ ὁ τῶν Μογλαίνων ἐπίσκοπος, διεξῆσαν πάντα καθ' ἕν. Ἀπολογουμένου δὲ βασιλέως, βέβαιον μὲν οὐδὲν ἐδόκουν ἔχειν· οὐδ' ἀπόδειξιν ἐναργῆ οὔτ' ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων, οὔτε μὴν ἐκ μαρτυρίας τινός· ἐδόκουν δὲ ἐξ ὑποψίας μᾶλλον ἢ ἀληθείας συνειλέχθαι. Τελευταῖον δὲ τόδε εἶπον: Ἐν τοῖς ὅρκοις τοῖς ἐπὶ τῇ εἰρήνῃ γεγραμμένοις γέγραπται καὶ τοῦτο· τὸ τὸν μὲν βασιλέα τὸν πάππον τὸν σὸν τὴν διοίκησιν πᾶσαν ἔχειν καὶ ἡγεμονίαν τῆς ἀρχῆς· σὲ δὲ ὑπ' αὐτὸν τελεῖν, καὶ τὰ προστατ τόμενα ἐκπληροῦν· τὸν δὲ παρὰ ταῦτα ποιοῦντα ἐπίορκον καὶ ἄδικον εἶναι. Σὺ δὲ μήτ' ἐπιτρέψαντος, μήτε μὴ εἰδότος βασιλέως ἀπὸ τῶν τοὺς δημοσίους πραττόντων φόρου; ἀφεῖλου βίᾳ χιλιάδας τέτταρας χρυσίου. Ὅτι μὲν τὰ χρήματα ἀφειλόμην, οὐδ' αὐτὸς ἂν ἀρνηθείην, εἶπεν ὁ βασιλεύς· οὐκ ἐπωμοκηκέναι δὲ, οὐδ' ἀναίσχυντος καὶ καταφρονητὴς διὰ τοῦτο δίκαιος κρίνεσθαι βασιλέως. Αἰνίγματι λέγεις ὅμοιον, οἱ δικάζοντες εἶπον, εἰ μηδὲν πράττειν ἐπὶ τῶν ὅρκων παρὰ γνώμην βασιλέως γεγραμμένου, αὐτὸς τὰ χρήματα βασιλέως ἄκοντος λαβὼν, μηδὲ τοὺς ὅρκους παραβεβηκέναι φαίης. Ἢ γὰρ οὐ γέγραπται τὴν διοίκησιν πᾶσαν τῶν πράγματων βασιλέα ἔχειν, σέ τε μηδὲν παρὰ γνώμην ποιεῖν ἐκείνου, ἢ τούτου δοθέντος, οὐκ ἂν διαφύγοις τὸ ἐπιορκεῖν, ἄκοντος βασιλέως τὰ χρήματα εἰληφέναι ὁμολογῶν. Σανθόπουλος δὲ τῶν ἐκ Βυζαντίου ἀφιγμένων εἷς, Οὐ δίκαιον, εἶπε, καταψηφίζεσθαι, πρὶν ἂν ὁ βασιλεὺς περὶ τῶν κατηγορουμένων λόγον δῷ. Τότε γὰρ, εἰ δικαιοῦν ἢ καταψηφίζεσθαι ἐκ τῶν λεγομένων δέοι, γνοίη μὲν ἄν. Συνθεμένων δὲ καὶ τῶν ἄλλων, ὁ βασιλεὺς ἀπελογεῖτο τοιαῦτα·

A tamen interim dum me defendo, avum meum iniquum et perjurum ostendero (quod non nisi necessario faciam, nunquam enim volens aliquid tale dicerem), ne eam orationem mihi, sed conditioni hujus negotii attribuendam putetis: neve ex illa decernatis, verum mihi judices, illi tantummodo auditores sedeatis. Et quia me respondere jussistis, res postulat **142** ut accusatores crimina prius in medium adducant, quo ad singula ordine respondeam. Hactenus imperator. Judices dicta probaverunt, mandaveruntque Niphoni et Clidæ, accusationis capita sibi a seniore tradita depromerent (77). Illi prodeuntes in medium, sigillatim omnia percensuerunt. Ad quæ cum respondisset imperator, infirma, incerta, non ex rebus ipsis B deducta (78), nullo teste nitentia, sed ex inani potius suspicione, quam ex vero collecta apparuerunt omnia. Ad extremum hoc allatum est, in jurejurando, quo pax sancita sit, hoc etiam scriptum fuisse: penes avum imperatorem esse debere totum imperium et rectionem ejus; ipsum ei subjici, et ejus jussa facessere oportere. Qui contra fecerit, perjurum ac injustum fore. Tu autem, inquiunt, neque sciente avo, a quæsturibus per vim abstulisti quatuor aureorum millia. Ad hoc ille: Abstulisse me pecuniam confitebor: at idcirco me vere affinem esse perjurii, aut impudentiæ, aut avum despexisse, id pernego. Rursum judices: Quasi ænigmata loqueris, si, cum scriptum sit, ne tu quid præter voluntatem avi perpetres, ipse eo C invito pecuniam avertas, et nihilo minus te jusjurandum haud transgressum prædices. Aut enim scriptum non est, ut avus plenam rerum omnium administrationem habeat, et tu nihil eo nolente audeas: aut, hoc dato, nondum perjurii crimen effugisti, cum avo ignorante pecuniam te intervertisse confiteare. Hic Xanthopulus, qui cum cæteris Byzantio venerat, sibi haud æquum videri reum damnare, antequam ad accusationem respondisset. Tunc enim cognosci posse, albo an atro lapillo dignus esset. Reliquis assentientibus, imperator nepos apologiæ suæ hoc habuit exordium:

CAPUT XLVIII.

Culpam omnem calamitatis in avum confert, non sine commendatione sui. Nititur probare se fœdus sanctum habuisse, avum non habuisse; cujus litteræ hujus rei testes ad protovestiarium, et aliæ cujusdam Cocalæ recitantur. Docet etiam, non idcirco fœdus se rupisse, nec perjurium incurrisse, quamvis pecuniam acceperit.

Καὶ δίκαιον εἶναι νομίζω, καὶ κατὰ γνώμην ἦν ἂν D ἐμοὶ εἰ τὰ πραττόμενα βασιλεὺς μετὰ τῆς προσ- Si imperator avus (79), quod justitia requirit, et ego maxime vellem, convenienti accuratione acta

Jacobi Pontani notæ.

(77) Tria præcipua recenset Gregoras, quæ tamen non Rhegii a legatis, seu delectis illis, sed in medio itinere ab iis objecta sint, quos senior miserat, ut ei urbis ingressum interdicerent. Ea vocat occasiones rupti fœderis. Una, quod imperatoris quæstoribus omnibus pecuniam eripuisset, cujus numquam major penuria fuisset: cum ea essent tempora, quæ ob divisionem imperii sumptus maximos postularent. Altera, quod a se missis urbium rectoribus ejectis, alios suo arbitratu ibi collocaret. Tertia, quod Cralænam amitam suam, et monastico indutam habitu, indignantem et reluctantem, ad incestum coitum compulisset. Hæc a nostra historia, quod vides, plurimum dissentiunt.

(78) Indicat hoc idem Gregoras: *Accedebant*, inquit, *et aliæ causæ, propter quas ei urbis ingressum uiterdiceret, plurimæ illæ quidem, sed non ita firmæ.*

(79) Recitatur etiam a Gregora oratio ad judices habita, lib. IX, verum longe alia, multumque huic nostræ dissimilis, plena fellis, et plane de-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

perpenderet examinaretque, non me, **143** non, inquam, me nunc impudentiæ et projectæ audaciæ, quodque minime tolerandum, perjurii reum faceret. Nam judex tum demum vere et incorrupte judicat, cum ejus mentem non obsidet anticipata opinio : alioqui ut plurimum falli ac decipi necesse est. Itaque si quibus de causis, et unde unde natis fœdus prioribus bellis compositum, et jurejurando stabilitum sit, meam quoque in bello profligando ac tollendo sedulitatem, contentionem, alacritatem, præterea quam antehac præ me semper tuli ac declaravi erga ipsum sollicitudinem, obsequelam, amorem respiceret, non ego talium criminum modo accusarer, essemque ipse præsentibus, Romani futuris ærumnis liberi, imperator extra omnem tumultum viveret, nec infamia conflagraret, cum bellum ad perniciem Romanorum sciens volensque introducere videatur. Nunc horum oblitus omnium, complurium, nec levium me arcessit, ut ipsimet audistis. Ego vero quamvis gravia sint omnia, tamen continerem me, tum ob reverentiam, tum ne in defensione mea edere cogerer aliquid, quod ei vituperationem afferret. Ast perjurii notam mihimet inurere tacendo, cum abunde absolvi possim, nec fas, nec tolerabile duco. Quod si dum me insontem doceo, ipsum contra egisse probavero, ne id temeritati, neve linguæ incontinentiæ, sed rei ipsius necessitati ut ascribatis, a vobis peto. Hoc itaque primum dico non me solum, sed illum quoque in fœdus juravisse, eamdemque ambobus ejus sancte servandi necessitatem impositam : et alterum, si in fœdifragum vindicarit, nullo scelere astringi : id quod etiam ipsemet imperator pro bono approbavit. Etenim si ego fœdus violassem, et is de me perfidiæ pœnas sumeret, nulli ob id culpæ obnoxius haberi vellet; et vos, ut arbitror, id ei, et recte ac merito, assentiremini. Perjucundum porro mihi accidit, una vobiscum et Cocalam magnum logariastem venisse : qui tametsi protovestiarii proamitini mei socer sit, non parvam defensioni meæ fidem conciliabit, cum moleste ferat, quæ sum dicturus. Et quia accusationi responsionique meæ interest, poterit genero, quod res est, integre perscribere. Quod utinam protovestiarius quoque ipse afforet. **144** Dispicite igitur, uter nostrum prius religionem fœderis exuerit. Utar autem non fucata oratione ad me tuendum, nec testes producam corruptos, quibus fidem negare, et quos exceptione submovere fas sit, sed ipsas avi litteras (80), quæ luculento erunt testimonio, illum jampridem arma contra me studiose diligenterque meditatum esse.

effluxerant, nulla interim legationis mentione facta, cum patriarcha diem proferri ægre ferens, admonet, diem sextum jam præteriisse, nec adhuc quidquam ab episcopis ad nepotem missis eum audivisse. Oportere igitur, quando satis diu deliberasset, audire quid dicerent. Facturum se promittit. Totidem diebus elapsis, rursum mittit patriarcha, rogans ne ita tempus tereret : sed archiepiscopo et episcopis accersitis, quo pacto se nepos defendisset, cognosceret, indeque videret quid in rem Romanam esset. Respondet, nulli eorum licere inquirere quonam modo ipse domum suam, seu res domesticas moderetur ; sibi enim curæ fore, quando, quave ratione illas administret : ipsum, ut patriarcham, ecclesiasticas curas versare, et a politicis imperatorumque negotiis abstinere debere. Talia denuntiavit imperator, quod patriarcham ea denuntiatione terrefactum, libentius taciturum confideret, qui sequenti luce per internuntium sic respondit : Ego, imperator optime (92), hortari, suadere, et cogere insuper ad officium neque volens, neque invitus (nimirum si comprehendar) prætermittam. Quod si tu in tali otio mihi degendum opinare, ut nec lingua utar, nec auribus, nec oculis, id mihi antequam Ecclesiæ hujus antistes legerer, significare debuisti. Si tum ego quoque id pro æquo et bono probavissem, nunc necesse haberem boni consulere : sin aliud patriarcham decere judicassem, alteri, cui talis vita proposita fuisset, thronum cessissem. Quoniam autem divino munere non solum germanam Ecclesiæ doctrinam defendo, sed etiam injuriam passis patrocinari, eorumque tutelam gerere debeo, adversari et contradicere his non cessabo, qui deserta æquitate, plus nimio sibi arrogant, sive illi infimi, sive **154** summi ordinis et beatissimi fuerint. Atque istis quidem vehementius, quanto videlicet eorum injuriæ majores, et pluribus detrimentosæ sunt. Si enim obscuros tantummodo et modice injuriosos in jus vocabimus, et injustitiam illis exprobrabimus, adversum summos autem summe nocentes, eorum splendorem dignitatemque reveriti, mutire non audebimus, nihil a medicis differemus, qui in capillis et unguibus occupati, suam ibi scientiam ostentant. Sin morbus arripuerit, qui totum animal perdat, ei depellendo nihil faciunt; sed, si una cum aliis sedentes, ejus interitum aspiciant, sufficere arbitrantur. Nec mediocriter miror, dum recordor, jussisse te, ut res Ecclesiæ curem, illisque solis vacem, te pro libidine imperium regere sinam. Simile enim est, ut si corpus animæ diceret : Communione et conjunctione tua non indigeo, neque in rebus agundis administram et adjutricem sustineo, verum per me, ut potero et voluero, negotia mea pro-

Jacobi Pontani notæ.

(92) Oratio patriarchæ libertatis ecclesiasticæ plenissima est, in hique illam divi Ambrosii adversus Theodosium libertatem in mentem revocat, qua illum tot cædibus innocentium apud Thessalonicam contaminatum, aditu templi ausus est prohibere. Nicephor., lib. XII, cap. 41.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

curabo; tu tibi tua curato. Omnibus itaque peccantibus commune remedium dolor de peccatis præscribitur, sive in Deum, sive in homines offensum sit. Atqui nemo resipiscet, ni prius culpa agnita seipso moderatior evaserit, illi se submittens, qui se ob ipso læsum putat. Hoc est, quod nepotem tuum et prius plus æquo, et nunc cumulatissime fecisse constat. Nam cum potuisset tunc parem principatus Romani partem tibi ablatam possidere, tamen noluit, sed tibi se subjecit, idque cum bello ulciscendum nihil peccavisset : quodque caput est, pace conciliata ad te veniens, in equo, ut erat, propius adequitare, ut imperatores solent, pepercit : pedester autem te adoravit, tuumque pedem, expresso subjectionis indicio, osculatus est. Et nunc post bellum hoc excitatum tandiu sedet, suppliciter orans, ne pacem velis irritam. Episcopis et primoribus abs te missis primum quidem copiose ostendit, nihil se injuriarum intulisse, quin potius accepisse, et obtrectationibus exagitatum fuisse. Deinde pacis conservandæ multa dixit fecitque memorabilia, et multa ad te perferenda commisit; quibus auditis, et Deo gratias egi, qui tali eum prudentia ornasset, et de probitate eumdem commendavi : ac te iisdem auditis Deo gratias egisse opinabar, **155** missisque certis hominibus, filium ad te quamprimum adducendum curavisse, mala imminentia profligasse, omnes lætitia et jucunditate propter futuram inter vos concordiam complevisse. At tu non modo horum nihil præstitisti ; sed insuper frugifera me consulentem repulisti, et tacere, alienisque negotiis non immiscere jussisti. Cum autem muneris ac officii mei sit oppressos tueri atque adjuvare quantum queam, idipsum pro nepote tuo imperatore præstabo, tantoque magis præstabo, quanto abs te iniquius tractatus est : quam iniquitatem non ille modo, sed Romanorum universitas sentit. Quem ego (minus istuc quam cætera silere possum) tuo mandato paulo ante meis manibus imperatorem, adeo legitime et juste, te libentissimo unxi et consecravi, eum nunc abs te sic nulla sua culpa expelli, quomodo justum est? aut quomodo non multis perdendus essem fulminibus, si in tanto scelere linguam occlusum gererem? Quare denuo te per ipsam veritatem obsecro, ut in viam, unde perversorum mortalium opera detortus es, cito redeas ; neve mendacium veritati præponderare sinas. Hæc patriarcha imperatori, internuntiis Gregorio Cutala chartophylace, et monasteriorum præside Cyberiota. Quæ cum audisset, intolerabili ira efferbuit, præcepitque illos in carcerem statim abduci, Macarium Serrarum metropolitam in palatio sub custodia teneri, patriarcham patriarchio ejectum, in Manganensi monasterio manere (93), et ad eum neminem prorsus admit-

A μόνα, σὲ δὲ ἐᾷν ὅπως ἂν δοκῇ τὰ τῆς βασιλείας διοικεῖν. Παραπλήσιον γάρ ἐστιν ὥσπερ ἂν πρὸς τὴν ψυχὴν εἴποι τὸ σῶμα, Οὐ δέομαι τῆς κοινωνίας καὶ τῆς συναφείας τῆς σῆς, οὐδὲ συνεργὸν πρὸς τὰ πραττόμενα βούλομαι ἔχειν. Ἀλλ' ἐγὼ μὲν ὡς οἷόν τε ᾖ καὶ βούλωμαι, διοικήσω τἀμά· σὺ δὲ φρόντιζε περὶ τῶν ἰδίων. Πᾶσι μὲν οὖν ἁμαρτάνουσι ὥσπερ τι κοινὸν φάρμακον τὸ μετανοεῖν ἐπὶ τοῖς πεπλημμελημένοις ἐδόθη, ἄν τε πρὸς Θεὸν ἄν τε πρὸς ἀνθρώπους ἡ πλημμέλεια ᾖ. Οὐκ ἂν δὲ μεταγνοίη τις ἂν μὴ πρότερον ὑπεύθυνον νομίσας ἑαυτὸν μετριώτερός τε γένηται ἑαυτοῦ, καὶ φέρων ἑαυτὸν τῷ παρ' αὐτοῦ δοκοῦντι ἠδικῆσθαι ὑποχείριον ποιήσῃ. Τοῦτο τοίνυν βασιλεὺς ὁ σὸς ἔγγονος πρότερόν τε φαίνεται ποιήσας, καὶ μᾶλλον ἢ προσῆκε, καὶ νῦν οὐχ ἥκιστα.

B Καὶ γὰρ τότε δυνάμενος εἴπερ ἠβούλετο τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας οὐκ ἔλαττον μέρος παρασπάσας ἔχειν, οὐκ ἠθέλησεν· ἀλλὰ φέρων ἑαυτὸν ἐπέταξέ σοι, καὶ ταῦτα μηδεμίαν αἰτίαν πρὸς τὸν πόλεμον ἐκεῖνον παρασχών. Καὶ τὸ μέγιστον, ὅτι τῆς εἰρήνης γενομένης, πρὸς σὲ ἐλθών, οὐκ ἠθέλησεν ἔφιππός σοι προσελθεῖν, ὥσπερ νόμος τοῖς βασιλεῦσιν, ἀλλὰ πεζῇ τε προσεκύνησε καὶ ἠσπάσατό σου τὸν πόδα, ὅπερ δουλείας ἀκριβοῦς τεκμήριον ἦν. Καὶ νῦν τοῦ πολέμου κινουμένου τουτουΐ, τοσοῦτον χρόνον καθήμενος δεῖταί σου μὴ τὴν εἰρήνην καταλῦσαι. Ἐλθόντων δὲ καὶ τῶν ἀρχιερέων καὶ συγκλητικῶν οὓς ἔπεμψας πρὸς αὐτόν, πρῶτον μὲν ἀπέδειξεν ἑαυτὸν μηδὲν ἀδικοῦντα μετὰ πολλοῦ τοῦ περιόντος, ἀλλ'

C ἀδικούμενον καὶ συκοφαντούμενον, ἔπειτα δὲ καὶ τοῦ μὴ λυθῆναι τὴν εἰρήνην εἰπέ τε πολλὰ καὶ ἔπραξεν ἄξια λόγου· καὶ πρὸς σὲ μεμήνυκε πολλά, ἅπερ αὐτός τε ἀκούσας Θεῷ τε εὐχαρίστησα τῷ τοιαύτην αὐτῷ σύνεσιν χαρισαμένῳ, καὶ ἐκεῖνον ἐπῄνεσα τῆς καλοκαγαθίας, καὶ σὲ ἐλογιζόμην ταῦτα πυθόμενον. Θεῷ τε χάριν ὁμολογῆσαι καὶ τὸν υἱὸν πέμψαντα διὰ τάχους ἀγαγεῖν πρὸς σεαυτόν, καὶ τὰ προσδοκώμενα δυσχερῆ λῦσαι, καὶ εὐφροσύνης ἅπαντας καὶ θυμηδίας ἐμπλῆσαι τῆς ἐπὶ τῇ εἰρήνῃ

D τῶν βασιλέων ἡμῶν γενησομένης. Σὺ δ' οὐ μόνον οὐκ ἐποίησας τοιοῦτον οὐδέν, ἀλλὰ καὶ ἐμὲ τὰ δέοντα συμβουλεύοντα ἀπώσω, καὶ σιωπᾷν ἐκέλευσας, καὶ μὴ περιεργάζεσθαι τὰ μὴ προσήκοντα. Ἐμοὶ δὲ ἀνάγκην ἔχοντι τῶν ἀδικουμένων προΐστασθαι καὶ βοηθεῖν αὐτοῖς ὅση δύναμις, καὶ ὑπὲρ βασιλέως τὸ αὐτὸ ποιήσω· καὶ μᾶλλον ὑπὲρ τούτου, ὅσῳ καὶ τὰ μέγιστα ἀδικεῖται· καὶ οὐκ εἰς αὐτὸν μόνον, ἀλλ' εἰς πάντας Ῥωμαίους τῆς εἰς αὐτὸν ἀδικίας διαβαινούσης· ὃ δέ με τῶν ἄλλων μᾶλλον οὐκ ἐᾷ σιωπᾷν, ὅτι σου προστάξαντος ὀλίγῳ πρότερον αὐτὸς αὐτὸν ἔχρισα βασιλέα. Τὸν οὖν οὕτω νομίμως καὶ δικαίως καὶ κατὰ γνώμην σὴν γεγενημένον βασιλέα νῦν ἀπελαύνεσθαι, καὶ ταῦτα ἐπ' οὐδεμιᾷ προφάσει, ποῦ δίκαιον; ἢ πῶς οὐκ ἂν νομισθείην ἄξιος πολλῶν κεραυνῶν, ἐπὶ τοιαύτῃ παρανομίᾳ σιωπῶν αὐτός; Διὰ τοῦτο σοῦ καὶ αὖθις δέομαι πρὸς τῆς

Jacobi Pontani notæ.

(93) Hoc ipsum narrans Gregoras lib. IX, conjurationem patriarchæ et episcoporum in senio-rem imperatorem præmittit, in quam etiam nobiles adduxerint. Præterea patriarcham sacris inter-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀληθείας αὐτῆς, εἴ τι καὶ παρεσύρης πεισθεὶς ἀνθρώποις διεφθορόσι, ταχεῖαν ποιήσασθαι τὴν διόρθωσιν, καὶ μὴ τῷ ψεύδει κατὰ τῆς ἀληθείας ἰσχύσαι δοῦναι ῥοπήν. Τοιαῦτα μὲν ὁ πατριάρχης μεμήνυκε πρὸς βασιλέα, μηνυταῖς χρησάμενος τῷ τε χαρτοφύλακι Γρηγορίῳ τῷ Κουτάλῃ, καὶ τῷ τῶν μοναστηρίων ἄρχοντι τῷ Κυβεριώτῃ. Ἀκούσας δὲ ὁ βασιλεὺς, θυμῷ τε ἐλήφθη οὐκέτι ἀνασχετῶς, καὶ προσέταξεν εὐθὺς τοὺς μὲν μηνύσαντας τοὺς λόγους εἰς δεσμωτήριον ἐμβληθῆναι· Μακάριον δὲ τὸν μητροπολίτην Σερρῶν ἐν τοῖς βασιλείοις καὶ αὐτὸν ὑπὸ φρουρᾷ εἶναι. Τὸν μέντοι πατριάρχην, τοῦ πατριαρχείου ἐκβληθέντα, ἐν τῇ μονῇ τῶν Μαγκάνων ἀπρόϊτον μένειν. Τοὺς δὲ πρὸς τὸν νέον βασιλέα παραγενομένους ἀρχιερέας, μήτ' αὐτοὺς προϊέναι τῶν οἰκιῶν αὐτῶν, μήθ' ἑτέρους παρ' αὐτοὺς φοιτᾷν. Ταῦτα μὲν οὖν ᾗ προσέταξεν ἐγένετο ὁ βασιλεύς. Μετὰ δὲ τὴν ἐκ τοῦ νέου βασιλέως τῶν πρέσβεων ἀναχώρησιν, πέντε πρὸς ταῖς δέκα ἡμερῶν διηνυσμένων, ἐπεὶ μήτε παρὰ βασιλέως τοῦ πρεσβυτέρου, μήτε τοῦ πατριάρχου ἀπολογία τις ἀφίκετο πρὸς αὐτὸν, οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ τεκμαιρόμενος εἶναι τὴν σιγὴν, ἅμα τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ καὶ πρωτοστράτορι ἐβουλεύοντο τί δέοι ποιεῖν. Εἶπεν οὖν ὁ μέγας δομέστικος, Οὐκέτι δέον, ὦ βασιλεῦ, ἀπράκτους καθῆσθαι, ἀλλ' ἔργου ἔχεσθαι. Οὐδὲ γὰρ ἔτι τινὸς ἐνδεῖν, ὃ πράξαντας ἐλπὶς τὸν πόλεμον καταλῦσαι. Ὅ τε γὰρ χρόνος ὃν ἐνταῦθα καθήμενοι δεόμεθα βασιλέως, τοσοῦτον ὑπερήλασε καὶ τὸ δέον, ὥστ' ἤδη οὐ μεγαλοψυχία καὶ καρτερία ἡ ἐπιπλέον παράτασις, ἀλλ' ἔκπληξις πρὸς τὰ δεινὰ καὶ ἀτολμία δόξαι ἂν τισι δικαίως· πρός τε βασιλέα οὐδὲν ὅ τι παραλέλοιπας τῶν δεόντων. Ἀλλὰ πρότερόν τε πολλάκις ἐπρεσβεύσω πρὸς αὐτὸν δεόμενος μὴ καταλῦσαι τὴν εἰρήνην, καὶ νῦν πρὸς τοὺς ἐκεῖθεν ἀφιγμένους πρέσβεις ὅσα ἦν ἐπιθυμοῦντος τὴν εἰρήνην, ἐνταῦθά τε εἶπας, καὶ πρὸς ἐκεῖνον διεπρεσβεύσω. Ὅ τε παρελθὼν χρόνος μετὰ τὸ τοὺς πρέσβεις ἐντεῦθεν ἀπελθεῖν, ἱκανὸς καὶ περὶ τοῦ πράγματος βασιλέα διασκέψασθαι καὶ ἀπολογίαν δοῦναι, εἴ τι μετριώτερον διενοεῖτο. Τὸ δ' ἐν τοσούτῳ χρόνῳ παρὰ βασιλέως τινὰ ἀπολογίαν μὴ ἐλθεῖν, τεκμήριον ἐναργὲς τοῦ μὴ προσδέξασθαι τὴν εἰρήνην, ἀλλὰ πρὸς τὸν πόλεμον ἤδη φανερῶς χωρεῖν. Καὶ τοῦτο ἄν τις καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος στοχάσαιτο ἀσφαλῶς. Ὁ γὰρ ἐν τοσούτῳ χρόνῳ τὰ πρὸς τὸν πόλεμον ἐξαρτυόμενος, καὶ τοσούτους ἐς αὐτὸ τοῦτο πρὸς τὴν ἑσπέραν ἐκπέμψας ὡς ἂν ἔχῃ χρῆσθαι μεγάλῃ παρασκευῇ πρὸς αὐτὸν καταστὸς, οὐκ ἂν ῥᾳδίως τὰς ἐκεῖθεν πρόηται ἐλπίδας. Διὸ οὐδὲ ἡμᾶς ἀπράκτους δεῖ καθῆσθαι, ἀλλὰ πανταχόθεν ἀπεγνωκότας τὴν εἰρήνην, πρὸς τὸ ἀμύνεσθαι παρασκευάζεσθαι τοὺς ἐπιόντας. Τοιαῦτα τοῦ με-

ti (94): profectos vero ad nepotem episcopos, neque ipsos ædibus suis pedem efferre, neque ad illos quemquam ventitare. Facta ad ejus arbitrium omnia. Diebus quindecim a recessu legatorum transactis, cum neque ab avo, neque a patriarcha responsum afferretur, nihil boni ex hoc silentio conjiciens junior, cum magno domestico et protostratore quid agendum esset, deliberationem instituit. Ibi magnus domesticus, non ultra sedendum, sed manus operi admoliendas; nihil enim restare amplius, quo ab ipsis præstito, bellum quieturum spes sit. Nam et tempus quo hic morarentur, imperatorem avum rogitantes, usque eo terminum excessisse, ut jam longior exspectatio non magnanimitati ac tolerantiæ, **156** sed consternationi in rebus arduis, et ignaviæ merito tribuenda videatur; et omnes officii partes erga illum expletas esse, cum et antea toties per legatos, ut pactis conventis staret, ab eo petiverit, et nunc cum iis qui illinc venerant legatis, quæcunque potuit quispiam pacis cupidus et hic coram locutus sit, et per eosdem cum ipso adhuc egerit. Tempus elapsum post illorum discessum, ad capiendum in hoc negotio consilium, dandamque responsionem (si quid moderatum cogitaret) sufficere potuisse. Sed tanto intervallo tacere, argumento esse manifesto, pacem repudiari, bellum apertum cogitari: id quod etiam ex re ipsa non dubia conjectura quispiam assequatur. Qui enim tantum temporis in apparatu militari consumpserit, tam multos ea gratia in occidentem emiserit, ut cum venisset, omnia affatim suppeditarent, spes sibi inde injectas haud facile projecturum. Quare nec ipsis bonum tempus inerti otio transigendum, sed pace jam desperata, ad propulsandam adversariorum vim undique subsidia comparanda. Excipiens magnum domesticum protostrator eadem hortatus est. Si, inquit, imperatorem contra nos bellum pridem machinatum, et undique copias in illud contrahere ignoraremus, circumspiciendum fuisset diligenter, ne ipso pacem capessente, nos stulte bellum inceptaremus. Sed quoniam multa nobis liquidum faciunt, nec ipsemet inficiari possit, se armis istis causam et caput esse, nos quoque undecunque utilitas aliqua affulserit, ea uti convenit. Ipsi quoque imperatori juniori de cætero non cunctandum, sed e loco abeundum videbatur, belloque gerendo insistendum. Admonebat tamen, spem pacis non funditus abjiciendam, sed ipsi per semet, cum Byzantium pervenissent, eam peterent. Ac siquidem eos reveriti adversarii ab armis discederent, inventum esse quod quærebatur: sin minus, testati Deum ipsosque Byzantios, se enixe

Jacobi Pontani notæ.

dixisse omnibus, qui junioris imperatoris nomen tacerent, ac debitum imperatori honorem habere recusarent. Excommunicasse etiam adversæ partis sacerdotes, a quibus vicissim cum factione sua excommunicatus sit. Ibidem querimonia senioris de patriarcha.

(94) Interpres legit ἀπρόσιτον, sed hic et apud Gregoram est ἀπρόϊτον, id est, foras prodeundi licentiam non habentem.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

pacem poscentes, ab ipsis repulsam tulisse, recederent. Hic magnus domesticus : Byzantium quidem, imperator, ibimus, ut jubes; miror autem summopere, cum tot et tanta pacis tuendæ conati simus, nihilque promoverimus, quid ita tu pudorem et reverentiam solam hoc tibi confecturam speres. Ignosco porro huic sermoni tuo, quando idem tibi accidit, quod ardentissima febri correptis solet. **157** Illi enim perpetuo fontes et flumina somniantes, vellent omnia sibi aquæ scaturire; et hoc non fieri, molestæ patiuntur, tametsi certo norint, cupere se quæ fieri nequeant. Sic tibi tam valde desperateque cum pace conflictanti, nihil mirum si ad quæ pertingi prorsus nequit, ad ea perveniri posse existimas, et viam per invia, quod dicitur, excogitas. Equidem ego cum ob alias causas pacem in perditis habeo, tum quod spatio tot dierum nihil tibi a patriarcha significatum video. Suspicari licet, quoniam portæ urbis sedulo custodiuntur, nec ipsi concessum, quemquam foras ad nos transmittere. Verumtamen arbitror eum non magis ob hoc silere, quam ne malorum nuntius fiat. Sermones consultantium hi erant.

Ut primum statuerunt Byzantium petere motis Rhegio castris eo intenderunt, cum mille trecentis, quos ducebant, selectis militibus. Ponte transito, ab amicis ex urbe veniunt litteræ, speciatim omnia recensentes, quomodo avus legatos reversos ne interrogare quidem dignatus fuisset, et quænam patriarcha ob id successens ei dixerit, quid responsum sit, ac postremo ut ipse et socii respondere imperatori juniori prohibiti sint. Ei igitur a quo litteras acceperat, per illum ipsum qui attulerat de benevolentia declarata gratias ingentes egit, suos arma induere jussit, ratus nec tutum nec usui militari consentaneum per hostilia loca inermes incedere (95). Ut muri Byzantii in

δὲν, τὴν αἰδῶ ἡλπισας μόνην τοῦτο ἂν ποτε δυνηθῆναι. Συγγνώμη δ' ὅμως τοῦ λόγου, τοῖς ὑπὸ πυρετοῦ λαύρου κατεχομένοις πάσχοντι ταὐτόν. Ἐκεῖνοί τε γὰρ ἀεὶ κρήνας διεᾶσι καὶ ποταμοὺς τῷ νῷ καὶ πάντα χρήματα ὕδωρ ἀναβλύζειν αὐτοῖς ἀξιοῦσι, καὶ δυσχεραίνουσι τούτου μὴ γινομένου. Καίτοιγε εἰδότες σαφῶς ὡς ἀδύνατα ἀξιοῦσι, καὶ σοὶ τῆς εἰρήνης σφόδρα περικαῶς ἐχομένῳ, οὐδὲν θαυμαστὸν καὶ τὰ πάντη ἀνέφικτα ἡγεῖσθαι δυνατά, καὶ ἐξ ἀπόρων, τὸ λεγόμενον, πόρους ἐπινοεῖν. Ἐγὼ δὲ ἄλλοις τε πολλοῖς ἀπηγόρευκα τὴν εἰρήνην καὶ τῷ ἐπὶ τοσαύταις ἡμέραις μηδὲν τὸν πατριάρχην σοι μεμηνυκέναι. Ἔστι μὲν γὰρ ὑπονοεῖν διὰ τὸ τὰς τῆς πόλεως πύλας ἀσφαλῶς φρουρεῖσθαι, μηδ' αὐτῷ ἐξεῖναί τινα πέμψαι πρὸς ἡμᾶς. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ οὐ διὰ τοῦτο μᾶλλον, ἢ διὰ τὸ μὴ κακῶν ἄγγελος γενέσθαι, ἀσπάσασθαι τὴν σιωπήν. Οἱ μὲν οὖν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους βουλευόμενοι εἶπον.

A γάλου δομεστίκου εἰπόντος, καὶ ὁ πρωτοστράτωρ ἔργου ἅπτεσθαι παρῄνει. Εἰ μὲν γὰρ ἠγνοοῦμεν, εἶπεν, ὅτι βασιλεὺς ἐκ πολλοῦ κεκίνηται πρὸς τὸ πολεμεῖν ἡμῖν, καὶ πανταχόθεν ἑαυτῷ δύναμιν συναθροίζει καθ' ἡμῶν, ἐχρῆν διασκέπτεσθαι ἐπιπολὺ, μὴ αὐτοῦ τῆς εἰρήνης ἐχομένου, ἡμεῖς δόξωμεν ἐξ ἐβουλίας πολέμου ἦρχθαι. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἐκ πολλῶν ἡμῖν γεγένηται καταφανὲς, καὶ οὐδ' αὐτὸς ἂν ἀρνήσαιτο βασιλεὺς μὴ οὐκ αὐτὸς αἴτιος γεγενῆσθαι τοῦ νυνὶ πολέμου, ἀναγκαῖον καὶ ἡμᾶς ὅθεν ἂν τις ὠφέλεια ᾖξει πράττειν. Βασιλεῖ δὲ καὶ αὐτῷ μὲν οὐκ ἐπὶ πλέον ἔτι ἐδόκει μέλλειν, ἀλλ' ἀπελθόντας παρασκευάζεσθαι πρὸς τὸν πόλεμον. Παρῄνει δὲ μηδὲ τὴν τελευταίαν ἐλπίδα τῆς εἰρήνης ἀπολιπεῖν· ἀλλ' αὐτοὺς πρὸς Βυζάντιον ἐλθόντας, δι' ἑαυτῶν τὴν εἰρήνην αἰτεῖν. Κἂν μὲν B αἰδεσθέντες καταλύσωσι τὸν πόλεμον, τὸ ζητούμενον ἠνῦσθαι· ἐὰν δὲ μὴ, θεὸν ἐπιμαρτυραμένους, καὶ αὐτοὺς Βυζαντίους ὡς παντὶ τρόπῳ τὴν εἰρήνην αἰτοῦντες ἀποθοῦνται ὑπ' αὐτῶν, ἀναχωρεῖν. Ὁ μέντοι μέγας δομέστικος, Πρὸς μὲν Βυζάντιον, εἶπεν, ἐλευσόμεθα, καθάπερ ἐκέλευσας, βασιλεῦ· πάνυ δὲ θαυμάζω ὅτι τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα πρὸς τὸ μὴ καταλυθῆναι τὴν εἰρήνην πραγματευσαμένων ἡμῶν, καὶ πλέον ἠνυκότων μηδὲν, τὴν αἰδῶ ἡλπισας μόνην τοῦτο ἂν ποτε δυνηθῆναι. Συγγνώμη δ' ὅμως τοῦ λόγου, τοῖς ὑπὸ πυρετοῦ λαύρου κατεχομένοις πάσχοντι ταὐτόν. Ἐκεῖνοί τε γὰρ ἀεὶ κρήνας διεᾶσι καὶ ποταμοὺς τῷ νῷ καὶ πάντα χρήματα ὕδωρ ἀναβλύζειν αὐτοῖς ἀξιοῦσι, καὶ δυσχεραίνουσι τούτου μὴ γινομένου. Καίτοιγε εἰδότες σαφῶς ὡς ἀδύνατα ἀξιοῦσι, καὶ σοὶ τῆς εἰρήνης σφόδρα περικαῶς ἐχομένῳ, οὐδὲν θαυμαστὸν καὶ τὰ πάντη ἀνέφικτα ἡγεῖσθαι δυνατά, καὶ ἐξ ἀπόρων, τὸ λεγόμενον, πόρους ἐπινοεῖν. Ἐγὼ δὲ ἄλλοις τε πολλοῖς ἀπηγόρευκα τὴν εἰρήνην καὶ τῷ ἐπὶ τοσαύταις ἡμέραις μηδὲν τὸν πατριάρχην σοι μεμηνυκέναι. Ἔστι μὲν γὰρ ὑπονοεῖν διὰ τὸ τὰς τῆς πόλεως πύλας ἀσφαλῶς φρουρεῖσθαι, μηδ' αὐτῷ ἐξεῖναί τινα πέμψαι πρὸς ἡμᾶς. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ οὐ διὰ τοῦτο μᾶλλον, ἢ διὰ τὸ μὴ κακῶν ἄγγελος γενέσθαι, ἀσπάσασθαι τὴν σιωπήν. Οἱ μὲν οὖν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους βουλευόμενοι εἶπον.

CAPUT LI.

Rhegio Byzantium iter intendunt. Litteræ amicorum, acta nuntiantes. Imperator paucis comitibus ad mœnia procedens, avum ad colloquium invitat : si nolit, marchionem Montisferrati, patruum ad se mitti rogat. Jubetur ab urbe discedere. Marci Caballarii de muro in imperatorem convicia. Rursum de officio suo, cum insectatione inexpugnabilis avi pertinaciæ. Selybriæ rebus constitutis Apocauchum relinquit. Copiæ ad Didymotichum convenire jussæ. Andronicus Tornices, et Manuel Lascaris de proditione insimulati, Thracia in exsilium pulsi.

Ὡς δὲ ἐδόκει πρῶτον εἰς Βυζάντιον ἐλθεῖν, ἅραντες ἐκ Ῥηγίου ἅμα τριακοσίοις καὶ χιλίοις λογάτιν οὓς ἦγον, τὴν ἐς Βυζάντιον ἐπορεύοντο. Μετὰ δὲ τὸ τὴν αὐτόθι γέφυραν διελθεῖν, παρὰ τῶν ἐν Βυζαντίῳ βασιλέως φίλων ἦκε γράμματα πρὸς βασιλέα, πάντα κατὰ μέρος διεξιόντα, ὅπως τε οἱ ἀφιγμένοι πρέσβεις οὐδ' ἐρωτήσεως πρὸς βασιλέως ἀξιωθεῖεν τοῦ πρεσβυτέρου, ὅσα τε δυσχεράνας ὁ πατριάρχης τούτου ἕνεκα εἶποι πρὸς βασιλέα, καὶ ὧν τύχοι τῶν ἀποκρίσεων, καὶ τελευταῖον, ὡς αὐτός τε καὶ οἱ συμμετασχόντες αὐτῷ τῆς πρὸς βασιλέα ἀπολογίας εἰρχθεῖεν. Τῷ μὲν οὖν πέμψαντι τὰ γράμματα βασιλεὺς διὰ τοῦ κεκομικότος τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας ἀντέπεμπε χάριτας πολλὰς, τοῖς δὲ ἀμφ' αὐτὸν ἐκέλευε τὰ

Jacobi Pontani notæ.

(95) Iphicrates, Atheniensium dux, si bene meminî, aiebat, etiam per amicorum regionem transeunti, castra communienda; quia videlicet semper est incerta securitas, propterea quod nulla est amicis certa fides. Huc item pertinet præceptum Onosandri lib. I, cap. 8, *Strategici*. Imperator si in hostili solo castra ponat, statim vallo fossaque cingat, licet ibi ad breve tempus considere voluerit. Hæc enim castrensis ratio nunquam pœnitenda, semperque tuta adversus repentinas et

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δπλα περιθέσθαι, νομίζων οὐκ ἀσφαλὲς εἶναι οὐδ' ἐμπειρίας στρατιωτικῆς διὰ πολεμίας ὄντας ἀφράκτους χωρεῖν· καὶ ὡπλίζοντο πάντες ἦ προσετάχθησαν. Ὡς δὲ πλησίον ἐγένοντο τῶν Βυζαντίου τειχῶν, τὴν στρατιὰν μὲν ἔστησε βασιλεὺς ἀπωτέρω· αὐτὸς δ' ἅμα τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ καὶ πρωτοστράτορι καὶ στρατιώτας ἑτέρους τριάκοντα παραλαβὼν ἦλθεν ἐγγὺς τειχῶν παρὰ τὴν τῆς Γυρολίμνης προσαγορευομένην πύλην. Ἐφ' ὧν ἄλλοι τε ἦσαν ὡπλισμένοι πολλοί, καὶ ἄρχων αὐτῶν ὁ τῆς βασιλικῆς τραπέζης δομέστικος Φωκᾶς ὁ Μαρούλης, ὃν αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ προσηγόρευεν ὁ βασιλεύς. Ὁ δ' ἀπεκρίνατο μὲν οὐδὲν, προσεκύνει δὲ μόνον σιγῇ. Τό τε γὰρ ὡς βασιλέα καὶ δεσπότην ἑαυτοῦ δέος οὐ μικρὸν ἐνεποίει προσαγορεῦσαι, τὴν ἐκ βασιλέως τοῦ πρεσβυτέρου βλάβην ὑφορωμένῳ· καὶ τὸ ὡς ἰδιώτῃ προσενεχθῆναι, οὐ μόνον ἰταμὸν δεινῶς, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ μηδαμῶς προσῆκεν, ἅτε πεπαιδευμένῳ περὶ τὰ τοιαῦτα ἱκανῶς. Βασιλεὺς δὲ ἐκέλευεν αὐτὸν πρὸς βασιλέα τὸν πάππον ἐλθόντα ἀπαγγεῖλαι· Ὡς δέῖται σοῦ, βασιλεὺς, ὁ σὸς ἔγγονος, ἢ αὐτὸν κελεῦσαι πρὸς σὲ ἐλθεῖν, ἢ εἰ τοῦτο δυσχερὲς, ἀλλά γε δεύτερον, ἐν εὐεργεσίας μεγάλῳ μέρει ταύτην αὐτῷ χάριν καταθεῖναι, τὸ ἐλθόντα αὐτὸν ἐπὶ τοῦ πύργου τουτουΐ, μικρὰ ἅττα διαλεχθῆναι πρὸς σέ· ἢ εἰ μηδὲ τοῦτο δυνατὸν, τό γε τρίτον, τὸν θεῖον αὐτῷ [αὐτοῦ, ut supra] μαρκέσην πρὸς αὐτὸν ἀποστεῖλαι ἀρτίως ἥκοντα ἐκ Λουμπαρδίας, ἅμα μὲν ἐπιθυμίαν ἔχοντα αὐτῷ συγγενέσθαι χρόνον ἤδη συχνὸν ἀποδημοῦντι, ἅμα δ' ἵνα χρήσηται αὐτῷ καὶ πρεσβευτῇ πρὸς αὐτόν. Ὁ μὲν οὖν Μαρούλης εἰπὼν ὡς ποιήσει τὸ κελευσθὲν, ἀπῆλθεν. Ὁ μέντοι μαρκέσης Θεόδωρος υἱὸς βασιλέως ἦν τοῦ πρεσβυτέρου ἐκ βασιλίδος Εἰρήνης τῆς θυγατρὸς Μαρκέση Μοὺντε Φαράντες (97) τοῦ Λουμπαρδίας ἄρχοντος μέρους γεγενημένος. Κατὰ δὲ μητρῷον κλῆρον εἰς Λουμπαρδίαν ἀπελθὼν, ἦρχεν ἐκεῖ τὴν μητρόθεν αὐτῷ προσήκουσαν ἀρχήν. Τότε δὲ εἰς Βυζάντιον ἔτυχεν ἐλθὼν, ἅμα μὲν ὁρῶμενος τοὺς συγγενεῖς, ἅμα δ' ἵνα καὶ παρὰ βασιλέως τοῦ πατρὸς εὐεργετηθῇ. Τοῦτο δ' ἦν αὐτῷ ποιεῖν ἐξ ἔθους κατά τινας περιόδους ἐτῶν. Ὁ δὲ Μαρούλης μετὰ μικρὸν ἐκ βασιλέως ἐλθὼν, ἀπήγγειλε τῷ νέῳ βασιλεῖ ὡς εἴη μεμηνυκὼς αὐτῷ βασιλεὺς ὁ πάππος τῶν ἐνθένδε ἀναχωρεῖν, μηδ' ἱστάμενον αὐτοῦ, τὴν

A conspectu fuerunt, exercitum imperator ultra procedere vetuit; ipse, magno domestico et protostratore comitibus, præterea triginta militibus, quam proxime juxta portam Gyrolimniam accessit. In muris cum alii multi conspiciebantur, tum dux eorum Phocas Marules, mensæ imperatoriæ domesticus, quem ore suo salutavit imperator. **158** Ille nihil respondens, capite tantummodo inclinato honorem habuit. Etenim ut imperatorem ac dominum suum salutare, ne seniori pœnas daret, admodum reformidabat: et gerere se velut erga privatum, non solum impudens factum erat, sed etiam, ut in hujusmodi morum civilitate egregie instituto, nequaquam conveniebat. Jubet igitur nepos, ad avum abiens, ei suis verbis hæc

B dicat: Orat te nepos tuus, imperator, ut aut ipsum ad te accersas, aut si hoc difficile, ipse progressus, de turri hac paucis te alloquentem audias; et hoc beneficium, quod illi pro magno erit, ne deneges. Quod si neque hoc fieri potest, saltem patruum ejus marchionem, recens ex Insubria præsentem ad eum mittas, quicum post longam absentiam sermonem conferre desiderat, et quo etiam legato ad te utatur. Marules se rem curaturum recipiens, abiit. Marchio hic Theodorus senioris imperatoris filius erat, ex Irene marchionis Montisferrati, qui partem [Insubriæ, seu] Lombardiæ tenebat, filia procreatus. Qui in Lombardiam profectus, illic materna sorte (96) ad se devolutum principatum regebat. Per id vero tempus

C (uti post aliquot annorum curriculum semper solebat) Byzantium venerat, simul ut consanguineos viseret, simul ut a patre munus beneficiumque acciperet. Paulo post Marules ab imperatore regressus nuntiat avum mandare inde abscedat, neve nitatur ejus urbem sibi asserere, dum obvium quemque decipit, et fallaci persuasione deludit. Neque enim fieri posse ut ipse in mœnia procedat, inde illum auditurus, neque ut ingressum illi concedat, sed neque patruum missurum. Stabat propter Marulem Marcus quidam, cognomento Caballarius (98), Bardæ Caballarii filius, unus de imperatoris domesticis, qui stolide et imperite imperatori juniori: Recederet, priusquam suum

Jacobi Pontani notæ.

improvisas irruptiones. Collocet etiam custodias D ac speculatores, quasi prope adsint hostes, etsi longius abesse putet.

(96) Si placet, audi hac de re scribentem Gregoram lib. VI. in hunc modum: *Sed ea spe frustrata (Irene) Theodorum alterum filium cum pecunia maxima in patriam suam Lombardiam mittit; maluit enim ut Latinorum ibi religionem coleret, et peregre minore dignitate esset, quam ut domi illustris, inviso privigno (Andronico juniori, qui avi sui filius toties appellatur), ejusque posteritati serviret. Atque ita incitata suam cupiditatem in uno saltem filio, Theodoro marchione, expleret.* Paulo ante, Spinulæ cujusdam Genuensis filiam cepisse uxorem dicit, non magnæ auctoritatis, aut nobilitatis viri. *Latinis enim nobilibus haud fere studio est cum Romanis, imo ne cum ipsis quidem imperatoribus affinitates jungere. Nam nec ipsa, si illustri nata genere fuisset, Romano facile nupsisset.* Sed refutant Gregoram ducis Braunsuicensis, et Sabaudiæ comitis filiæ, quæ ambæ cum Andronico juniore nuptæ fuerunt. Et cap. 40, ostenditur, quantopere frater Annæ de hoc matrimonio lætatus sit, quantopereque sororem idcirco honorarit.

(97) Superius vocaverat Μουμφαρά. Nicetas autem, μαρκέσιον Μόντης Φεράντις.

(98) Multo inhumanius habitum dicit Gregoras: *Sed neque ipse, neque verba ejus ulla ex parte admittebantur; sed et lapidibus superne ab iis qui propugnacula mœnium tuebantur, fugabatur; qui ne vocem quidem ejus ferebant, eumque contumeliosis dictis impune incessebant; et ignominiose dimittebant, dolo plenam esse et cogitationem et orationem ejus dictitantes.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ipse caput devoraret. Ad hoc verbum subridens ille : Atqui, Marce, inquit, non est ut hoc possit. Nam vivus meum ipsius caput devorare nequeo, et mortuus multo minus quivero, ut te utrimque mentitum appareat. Ac Marco quidem ludens talia respondit : Marulæ autem suo nomine avo hæc referenda dedit : Scire Deum ipsum, scire etiam se, quod res ipsæ testentur, nihil se studii alacritatisque ad ea quæ ille mandasset, sibique placere ostendisset, exsequenda prætermisisse. **159** Existimasse porro eum quoque hæc præ aliis scire, ut oportebat. Sed quoniam dæmonis alicujus invidia ita comparatum sit, ut amoris atque obedientiæ antehac suæ erga ipsum argumenta ventis tradiderit, sycophantisque ac perditis hominibus auscultans (multa prius adversum se meditatus, insidioseque molitus, ut pateat ex interceptis litteris, quas per episcopos revertentes illi miserit) bellum renovarit; et cum sæpe multumque rogans, uti pacem acciperet, non impetrarit, et nunc cum huc veniens, genua ejus amplexus sit, et ut pax constitueretur, nihil non tentarit, ipse tamen se nondum fregerit, sed supplicem re infecta dimiserit, et tanquam vas inutile abjecerit, spemque suam in pardali collocarit, quam solutam contra se immiserit, ideo pacem et dicta propter illam sacramenta Deo se committere (per quem jurata religiose adhuc servet) et omnes res suas in justum omnium judicem referre, jamque necessitate constrictum bello manum implicare. Confidere se ipsum quoque amentiam suam brevi cogniturum, et ex eventis perspecturum, ea elegisse quæ vitare in primis, ea reliquisse quæ toto pectore consectari complectique debuisset. Hæc fatus de equo descendit, et quamvis absentem avum, ritu consueto veneratus est : ac Marules perinde ut prius, cum silentio de mœnibus caput ei submisit. Aliis deinde in muro stantibus salutatis, discessit; veniensque Selybriam, rempublicam suo judicio formavit, et præfecto ibidem declarato, Didymotichum abiit, relicto Selybriæ Apocaucho magno cubiculario, ut si quid opus esset securitatis causa id constitueret, et ad se veniret; quod cis paucos dies factum est. Exercitus ad Didymotichum congregari jussus. Non ita multis interjectis diebus, qui erant in Thracia affuerunt omnes, extra Comanorum paulo minus duo millia, qui e Dalmatia Michaelis secundi castra secuti fuerant. Edicto imperatoris senioris Andronicus Tornices, et Manuel Lascaris Thracia pulsi, in insulis Lemno, Thaso et Lesbo se collocaverant. Exsilii hujus causa manifesta non exstabat. Ferebatur, eos cum Scytharum satrapis clandestina habuisse colloquia, uti in Thraciam copias mitterent, unaque cum cætera præda ipsos cum conjugibus **160** atque liberis se illis dedentes secum abducerent. Hujus criminis nulla erat probatio. Quare junior imperator eos exsilio multatos non parum indignabatur; ferebat tamen tacitus, ne quid ab avi sententia discrepare videretur.

αὐτοῦ πόλιν περιποιεῖν ἑαυτῷ ἐξαπατῶντα καὶ παραπείθοντα τὸν προστυχόντα. Οὔτε γὰρ αὐτὸν δυνατὸν ἐπὶ τὸ τεῖχος ἐλθεῖν, οὔτ' αὐτῷ τὴν εἴσοδον συγχωρῆσαι, ἀλλ' οὐδὲ μὴν τὸν θεῖον αὐτῷ τὸν Μαρκέσην ἀποστελεῖν πρὸς αὐτόν. Πλησίον δὲ αὐτοῦ Μαρούλη καὶ Μάρκος τις Καβαλλάριος ὠνομασμένος, ὁ Καβαλλαρίου τοῦ Βάρδα ἐστὼς, ἐκ τῶν οἰκετῶν τοῦ πρεσβυτέρου βασιλέως ὤν, σκαιῶς καὶ ἀπαιδεύτως πρὸς βασιλέα τὸν νέον εἶπεν, ἀποχωρεῖν τῶν ἐνθένδε, πρὶν κατεδηδοκέναι τὴν κεφαλὴν τὴν ἑαυτοῦ. Ἡδὺ δὲ γελάσας ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τῷ λόγῳ, Ἀλλ' οὐκ ἂν εἴη δυνατὸν, εἶπεν, ὦ Μάρκε, τοῦτο. Ζῶν τε γὰρ οὐκ ἂν καταφάγοιμι τὴν ἰδίαν κεφαλήν. Καὶ ἀποθανόντα ὁμοίως ἀδυνατώτερον τοῦτο πράττειν· ὥστε σε συμβαίνειν καὶ ἀμφωτέρωθεν ἐψεῦσθαι. Πρὸς μὲν οὖν Μάρκον τοιαῦτα παίζων εἴρηκεν ὁ βασιλεὺς, τὸν Μαρούλην δὲ ἐκέλευεν ὡς ἐξ αὐτοῦ τοιαῦτα ἀπαγγέλλειν βασιλεῖ, Ὡς αὐτὸς ἂν εἰδείη Θεὸς, οἶδα δὲ καὶ αὐτὸς, καὶ αὐτῶν ἐμοὶ συνεπιμαρτυρούντων τῶν πραγμάτων, ὡς οὐδὲν ἐνέλιπον προθυμίας οὐδὲ σπουδῆς εἰς τὸ πράττειν ἃ τε προσέταττες καὶ ἦν σοι κατὰ γνώμην, ἐλογιζόμην δ' ὅτι καὶ σὺ μᾶλλον ἂν εἰδείης αὐτὰ τῶν ἄλλων, ἐχρῆν γάρ. Ἐπεὶ δ' οὕτω τὰ πράγματα φθονερός τις συνεσκεύασε δαίμων, καὶ ὧν μὲν ἐν τοῖς παρασχοῦσι κτήσεσιν εὐνοίας ἅμα καὶ εὐπειθείας τῆς πρὸς σὲ ἐπιδέδειγμαι ἔργῳ ἐπελάθου, ἀνθρώποις δὲ συκοφάνταις καὶ φθόροις πεισθεὶς κεκίνηκας αὖθις τὸν πόλεμον τὸν πρὸς ἐμὲ (πολλὰ πρότερον καὶ βουλευσάμενος καὶ συσκευάσας κατ' ἐμοῦ, ὡς ἐγένετο καταφανὲς ἐμοὶ ἐκ τῶν ἁλωκότων γραμμάτων, ἃ καὶ μετὰ τῶν πρὸς ἐμὲ ἐλθόντων ἀρχιερέων ἔπεμψά σοι), καὶ πολλὰ πολλάκις ἐμοῦ δεηθέντος οὐ προσεδέξω τὴν εἰρήνην, καὶ νῦν ἐλθόντος ἐνταυθοῖ καὶ ἁπτομένου σου τῶν γονάτων, καὶ πάντα πράττοντος ὥστε τὴν εἰρήνην εἶναι, οὐδὲν μᾶλλον ὑφῆκας τῆς ὀργῆς, ἀλλ' ἄπρακτον ἀπεπέμψω, ὥσπερ τι σκεῦος ἄχρηστον ἀποῤῥίψας. Ἤλπικα δ' ἐπὶ τὴν δεδεμένην πάρδαλιν ἣν ἔλυσας κατ' ἐμοῦ, ἰδοὺ τὴν μὲν εἰρήνην καὶ τοὺς δι' αὐτὴν γεγενημένους ὅρκους παραδίδωμι Θεῷ, ὃν αὐτὸς εὐορκῶ, πάντα δὲ τῷ πάντα δικαίως κρίνοντι ἀναθεὶς τὰ κατ' ἐμὲ, ἀναγκαίως ἤδη πρὸς τὸν πόλεμον χωρῶ. Πέποιθα δὲ ὡς ὀλίγου παρελθόντος χρόνου, οὐδ' αὐτὸς ἀγνοήσεις τὴν ἀβουλίαν τὴν νυνί· ἀλλ' ἐκ τῶν πραγμάτων αὐτῶν μαθήσῃ σαφῶς, ὡς ὧν μὲν ἀποσχέσθαι ἔδει, ταῦτα προεῖλου, ἃ δὲ ἔκρινας καταλιπεῖν, τούτων ἦν βέλτιον ἔχεσθαι παντὶ σθένει. Τοιαῦτα βασιλεὺς ὁ νέος εἰπὼν, καταβὰς τοῦ ἵππου, προσεκύνει καὶ ἀπόντα τὸν πάππον καὶ βασιλέα. Καὶ ὁ Μαρούλης δὲ ὁμοίως· ὥσπερ καὶ πρότερον ἀπὸ τοῦ τείχους σιγῇ τὴν προσκύνησιν παρεῖχε τῷ νέῳ βασιλεῖ. Εἶτα καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ἀπὸ τοῦ τείχους ἀσπασάμενος ὁ βασιλεὺς, ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν, καὶ ἦλθεν εἰς Σηλυβρίαν. Καὶ διοικήσας τὰ ἐκεῖ ᾗ αὐτῷ ἐδόκει ἄριστα ἔχειν, καὶ ἄρχοντα ἐπιστήσας Σηλυβριανοῖς, ἦλθεν εἰς Διδυμότειχον, καταλιπὼν ἐν Σηλυβρίᾳ παρακοιμώμενον τὸν Ἀπόκαυχον, ὡς' ἂν εἴ τι ἀσφαλείας ἐνέδει Σηλυ-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ὑρίας ἕνεκα καταστησάμενος, ἀφίκηται πάλιν πρὸς αὐτὸν, ὃ καὶ ἐποίησεν ὀλίγων ἡμερῶν εἴσω. Βασιλεὺς δ' ἐν Διδυμοτείχῳ προσέταξεν ἀθροίζεσθαι τὴν στρατιάν· καὶ οὐ πολλαῖς ὕστερον ἡμέραις, οἱ κατὰ Θράκην συνῆλθον πάντες πλὴν τῶν Κομάνων, οὓς ὀλίγῳ ἐλάσσους ὄντας δισχιλίους τὸν ἀριθμὸν (ἦσαν δ' οὗτοι οἱ ἐκ Δαλματίας τῷ βασιλεῖ προσελθόντες Μιχαὴλ τῷ δευτέρῳ) προστάξαντος τοῦ πρεσβυτέρου βασιλέως ὁ Τορνίκης Ἀνδρόνικος καὶ ὁ Λάσκαρις Μανουὴλ ἀνέστησάν τε ἀπὸ Θράκης, καὶ ταῖς νήσοις Λήμνῳ καὶ Θάσῳ ἐγκατῴκισαν καὶ τῇ Λέσβῳ. Αἰτία δὲ ἦν τῆς ἀναστάσεως αὐτῶν, εὔδηλος μὲν, οὐδεμία· ἐλέγετο δὲ ὡς βασιλεὺς πύθοιτο περὶ αὐτῶν ὡς κρύφα διαλεχθεῖεν πρὸς τοὺς σατράπας τῶν Σκυθῶν, ἵνα στρατιὰν πέμψαντες ἐκεῖθεν μετὰ τῆς ἄλλης λείας ἀπαγάγωσι καὶ αὐτοὺς πρὸς τὴν Σκυθικὴν προσχωρήσαντας ἅμα γυναιξὶ καὶ τέκνοις. Ἀπόδειξις δὲ ἦν τῆς αἰτίας ταύτης οὐδεμία. Διὸ καὶ βασιλεὺς ὁ νέος ἐδεσχέραινεν οὐ μετρίως αὐτῶν ἀνισταμένων. Ἤνεγκε δὲ σιγῇ, τῷ μὴ δοκεῖν ἐναντία βούλεσθαι τῇ βασιλέως γνώμῃ.

CAPUT LII.

Protostrator Thraciæ prætor creatur. Andronicus nepos cum magno domestico et parte copiarum in Macedoniam cum hostibus conflicturus abit. Matrem apud Gratianopolin invenit. In hostes itur : qui timentes sibi. Pheras concedunt. Zichnæ deditio. Hostes Pheris ad pugnam elici non possunt. De postulatis præstandis se excusant; Domesticus recedendum suadet. Zichnam redeunt.

Ἔτει δὲ συνήθροιστο ἡ στρατιά, τὸν μὲν πρωτοστράτορα βασιλεὺς τῆς Θράκης ἀπέδειξεν ἐπίτροπον πάσης, καταλιπὼν αὐτῷ καὶ μέρος τῆς στρατιᾶς ὥστε δύνασθαι πρὸς τοὺς ἐκ Βυζαντίου ἀντέχειν. Αὐτὸς δὲ ἅμα τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ τὴν ἐπίλοιπον παραλαβὼν πρὸς Μακεδονίαν ἐχώρει, ὡς ἐκεῖ μαχούμενος τοῖς ἐκ τῆς ἑσπέρας τοῦ πρεσβυτέρου βασιλέως στρατηγοῖς. Ἐπύθετο γὰρ αὐτοὺς ἐκ τῶν ἑσπερίων πόλεων στρατιὰν οὐκ εὐκαταφρόνητον συνηθροικότας, ἅμα δὲ καὶ Τριβαλῶν οὐκ ὀλίγην συμμαχίαν ἐπαγομένους· χωρεῖν κατ' αὐτοῦ. Βασιλίδα δὲ τὴν αὐτοῦ γαμετὴν ἐν Διδυμοτείχῳ καταλέλοιπεν ἅμα τῇ αὐτοῦ θείᾳ Θεοδώρᾳ τῇ Καντακουζηνῇ τῇ τοῦ μεγάλου δομεστίκου μητρί. Γενόμενος δὲ ἐν Γρατζιάνου πόλει περὶ ἐκβολὰς τῆς Θράκης κειμένῃ, Ξένην αὐτοῦ μητέρα τὴν βασιλίδα τὴν ἐκ Βυζαντίου ἐπάνοδον αὐτοῦ περιμένουσαν εὗρεν. Αὕτη γὰρ, ἔτι τῶν πρὸς ἀλλήλους τοῖς βασιλεῦσι σπονδῶν οὐσῶν, πρὸς βασιλέως ᾐτήσατο τοῦ κηδεστοῦ πρὸς Θεσσαλονίκην ἐν ᾧ φροντιστηρίῳ τὸ μοναχικὸν ἠμφιάσατο σχῆμα πάλιν ἐπανελθεῖν· καὶ ἐπετράπη. Ὡς δὲ μεταξὺ τῆς ὁδοῦ ὁ πρὸς ἀλλήλους τῶν βασιλέων πόλεμος ἀνερριπίσθη, ἔμεινεν ἐν Γρατζιάνου δείσασα τὴν ἀταξίαν τῶν ἑσπερίων. Ὡς γὰρ ἠγγέλθη αὐτοῖς ὅτι διελέλυντο αἱ σπονδαὶ, τοὺς τῷ νέῳ βασιλεῖ προσκειμένους εἶρξάν τε πάντας καὶ εἶχον ἐν φρουρᾷ· ἡμέρας δὲ ὀλίγας ἅμα τῇ μητρὶ διατρίψας αὐτοῦ, ἐπεὶ ἡ ἐκ τῆς ἑσπέρας στρατιὰ ἠγγέλθη περὶ Δράμαν καὶ τὴν Φιλίππου πόλεις Μακεδονικὰς ἑστρατοπεδευκέναι, θεῷ καὶ τῇ πανάγνῳ αὐτοῦ μητρὶ εὐξάμενος, καὶ θυσίαν αἰνέσεως αὐτοῖς θύσας, τοὺς ἐπὶ ταῖς σπονδαῖς γεγενημένους τοῦ πρεσβυτέρου βασιλέως ὅρκους, οὓς αὐτὸς ὤμοσεν εὐορκεῖν, ἐκέλευσεν ἐπὶ τῆς σημαίας ἀναθέντας εὐθὺ χωρεῖν τῶν πολεμίων. Ἐστρατήγουν δὲ αὐτῶν ὅ τε τοῦ πρεσβυτέρου βασιλέως ἀνεψιὸς Ἀσάνης Μιχαὴλ, καὶ ὁ ὕπαρχος Μονομάχος, καὶ ὁ πρωτοβεστιάριος Παλαιολόγος Ἀνδρόνικος, καὶ ἐπὶ τούτοις Δημήτριος ὁ δεσπότης ὁ τοῦ βασιλέως υἱός. Τοῦ δὲ ἐκ τῶν Τριβαλῶν συμμαχικοῦ δυοκαίδεκα ταγμάτων ὄντων, ὁ Χρέλης ἐστρατήγει, τῶν τε παρὰ Τριβαλοῖς εὐπατριδῶν καὶ ἀνδρίας καὶ ἐμπειρίας στρατηγικῆς τὰ πρῶτα φέρων παρ' αὐτοῖς. Ἅμα δὲ τῷ ἅψασθαι τῆς ἐπ' ἐκείνους ὁδοῦ, ὁ βασιλεὺς πρόσταγμα

A Exercitu jam congregato, imperator protostratorem universæ Thraciæ præficit; partem copiarum ad Byzantinis erumpentibus resistendum ei attribuit; cum altera parte et magno domestico in Macedoniam tendit, ibi cum ducibus senioris ex occidente signa collaturus, quos ex urbibus occidentalibus non contemnendo collecto agmine, et cum Triballorum non modicis auxiliis se oppugnatum venire intellexerat. Uxorem Augustam cum consobrina Theodora Cantacuzena, magni domestici matre, Didymotichi relinquit. Postquam Gratianopolin in finibus Thraciæ positam attigit, Xenam matrem imperatricem, suum Byzantio reditum præstolantem, invenit. Nam etiamnum durante

B fœdere, a prosocero imperatore contenderat, ut sibi ad monasterium Thessalonicæ, in quo monasticum induisset habitum, redire fas esset; quo voto potita est. Dum autem proficiscitur, bello inter imperatores concitato, Gratianopoli, Occidentalium tumultum et insolentiam metuens substitit. Statim enim atque nuntiatum est, fœdus periisse, quotquot rebus junioris bene cupiebant, in custodiam dati sunt. Paucis porro diebus cum matre consumptis, ubi nuntius allatus est, exercitum occidentalem circa Dramam et Philippos Macedoniæ oppida castrametari, Deum ejusque Parentem castissimam comprecatus, et sacrificium laudis iisdem sacrificans, jussit jusjurandum, quod avus in fœdere sanciendo juraraț et servare se pu-

C tabat, in vexillo suspendi, et recta in hostes procedere, quorum duces, imperatoris senioris ex sorore filius, Michael Asanes, et Monomachus præfectus, **161** et Andronicus Palæologus protovestiarius, ac post eos Demetrius despota, imperatoris filius; Triballorum duodecim cohortibus Chreles præerat; qui inter nobiles suæ nationis fortitudine et bellicis laudibus antecellebat omnibus. Simul autem viam ingressi sunt, imperator junior hujusmodi mandatum ad eos mittit : Mi patrue despota, et vos cognati mei, reliquique principes exercitus, quantam venerationem, obedientiam, et amorem avo meo hactenus impenderim, et quomodo bellum a me nequaquam ortum

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

sit, sed omnem potius in eo cogitationem locarim, omnemque machinam moverim, ut id omnino nullum esset, Deus, quem nihil fugit, novit, et egomet mihi sum conscius. Imperatorem quidem ad fœdus servandum, quanquam crebris obsecrationibus flectere non potui, fretum promissis, quæ vos ei in caput meum dedistis. Audito autem et vos rebus occidentalibus pro summa commoditate vestra ordinatis nunc usque Dramam et Philippos venire, suspicatus sum id quod est, huc me quæsitum adventare. Quia vero ætate sum inferior, laud fas judicavi, in Thracia manendo plures labores vobis creare, sed vexillo meo imperatoris sacramentum, quo in fœdere mihi se obligavit, suspendens, viam ad vos ducentem capessivi, manum ubi occurrissem conserturus. Id cum sciatis modo, ad pugnam vos expedite. Ista in litteris imperator. Illi se infirmiores judicantes, quam ut acie decertarent, audientesque imperatorem Xanthiam accessisse, consultum fore decreverunt, motis castris alio se transferre. Igitur Pheras petunt, et quod urbs ea firmissimis septa mœnibus esset, tantoque exercitui commeatum suppeditare largiter posset, et quia sperabant, imperatorem, ubi intellexisset eos urbem illam pro castris habere, annonaque et reliquo commeatu affluere, metuentem ne e castris adeo munitis erumperent, Christopoli mansurum. Qui ut Christopolin venit, et eos Pheris se credidisse accepit, persequi instituit, et ad oppidum Zichna appellatum, prope Pheras, exercitum adduxit. Zichnii jam ante, impulsore Alexio Zamplacone magno pappia, qui e Christopoli occulte cum ipsis egerat, animis ad juniorem imperatorem defecerant. Et quia tum non spe, sed oculis ipsis certum videbant auxilium, propalam **162** ad eum dedita urbe transierunt. Transacto ibi biduo ad reficiendum, recreandumque ex itineris labore, ex pluviarum et frigoris injuria militem (quippe mense Januario), die tertio bene mane signum ad arma capienda dari jussit. Tum instructis velut ad pugnam ordinibus, composite et cum silentio incedentes, non procul Pheris, fluviolo Libobisto transmisso, in procinctu, tanquam cum hoste jam jam dimicaturi, per diem constiterunt. Ut nemo contra exiit, castris ibidem positis noctem duxerunt. Qua ipsa nocte copiarum Occidentalium duces, adjuncto etiam Chrele Triballorum ductore, de pugna committenda disceptarunt. Decretum, id neque Romanis, neque sociis bene casurum. Etenim tam ratus ordo, silentium, et tolerantia adversariorum, non parvum eis timorem incutiebat; arbitrantibus, non eos tam mirifico impetu ad pugnandum cum pluribus, et suam ipsorum urbem insidentibus ferri potuisse, ni prius secum plane constituissent, in prœlio aut vincere, aut occumbere. Placuit igitur intra muros se continere, urbem custodire, et obsidionem tolerare, ac si imperator diu illic hæsurus non esset. Postridie exorta luce imperator

πέπομφε πρὸς αὐτοὺς περιέχον τοιαῦτα· Θεῖέ μου δεσπότη καὶ ὑμεῖς θεῖοί μου καὶ οἱ λοιποὶ ἄρχοντες τῆς στρατιᾶς, ὁποίαν τινα εὐπείθειαν καὶ αἰδῶ καὶ φιλίαν πρὸς τὸν ἐμὸν πάππον καὶ βασιλέα ἐν παντὶ τῷ παρασχόντι ἐπιδεικνύμην, ὅπως τε οὐδεμίαν αὐτῷ παρέσχον ἀφορμὴν πολέμου, ἀλλὰ μᾶλλον πᾶσαν ἐπίνοιαν ἐκίνησα καὶ μηχανὴν ὥστε μηδὲ τὴν ἀρχὴν κινηθῆναι τὸν πόλεμον τουτονί, Θεός τε οἶδεν ὁ πάντα εἰδὼς, καὶ αὐτὸς σύνοιδα ἐμαυτῷ. Βασιλέα μὲν οὖν πεῖσαι ταῖς συνθήκαις ἐμμένειν οὐκ ἠδυνήθην, πολλὰ δεηθείς, ταῖς ἐπαγγελίαις πεποιθότα, ἃς αὐτῷ ἐπηγγείλασθε ὑμεῖς κατ' ἐμοῦ. Πυθόμενος δὲ καὶ ὑμᾶς τὰ κατὰ τὴν ἐσπέραν ὡς ἂν ὑμῖν ἄριστα εἶχεν οἰκονομησαμένους νῦν ἥκειν ἄχρι Δράμας καὶ τῆς Φιλίππου, ὅπερ ἐστὶν ὑπενόησα, ἐμὲ ζητοῦντας ἄχρι τούτου ἐλθεῖν. Ἐπεὶ δὲ νεώτερος ὑμῶν ἐγὼ τὴν ἡλικίαν οὐ δέον ἐλογισάμην αἴτιος ὑμῖν πλειόνων γενέσθαι πόνων ἐπὶ τῆς Θράκης μένων, ἐπὶ τῆς σημαίας τῆς ἐμῆς τοὺς τοῦ βασιλέως ὅρκους ἀναθείς, οὓς ἐπὶ ταῖς συνθήκαις ὁμώμοκεν ἐμοὶ, τῆς πρὸς ὑμᾶς φερούσης ἡψάμην, ὡς ὅπουπερ ἂν ἐντύχω μαχούμενος ὑμῖν· ὃ δὴ καὶ ὑμεῖς εἰδότες ἤδη, παρασκευάσασθε πρὸς μάχην. Τοιαῦτα μὲν ἐδήλου τὰ γράμματα. Οἱ δ' ἐπεὶ ἔγνωσαν ἀδύνατοι εἶναι ἀντιπαρατάξασθαι πρὸς μάχην, ἐπύθοντο δὲ μέχρι Ξανθείας βασιλέα ἐφθακέναι, οὐκ ἐδόκει λυσιτελεῖν ἐπὶ τῆς αὐτῆς μένειν στρατοπεδείας, ἀλλ' ἅραντες ἐκεῖθεν, ἦλθον εἰς Φεράς· ἅμα μὲν καὶ διὰ τὸ τὴν πόλιν ὀχυρὰν εἶναι καρτερωτάτων τειχῶν περιβολαῖς, καὶ ἀφθονίαν τῶν ἐπιτηδείων δυναμένην χορηγεῖν τῇ στρατιᾷ τοσαύτῃ οὔσῃ, ἅμα δὲ ἐλπίσαντες καὶ βασιλέα, ἂν αὐτοὺς πύθηται ὥσπερ στρατοπέδῳ τῇ Φεραίων χρωμένους, καὶ ἀφθονίαν ἔχοντας σίτου, ὥσπερ ἀποδειλιάσαντα τὸ ἐξ ὀχυροῦ αὐτοὺς ὁρμᾶσθαι στρατοπέδου, πρὸς Χριστούπολιν μενεῖν. Βασιλεὺς δὲ ὡς ἐγένετο ἐν Χριστουπόλει, ἐπεὶ ἐπύθετο αὐτοὺς ἀφιγμένους εἰς Φεράς, ἦει καὶ αὐτὸς αὐτῶν κατόπιν. Καὶ ἐστρατοπέδευσεν ἐν πολιχνίῳ τινὶ Ζίχνα προσαγορευομένῳ ἐγγὺς Φερῶν. Οἱ δὲ Ζίχνιοι, καὶ πρότερον μὲν ἀφεστηκότες ἤδη ταῖς γνώμαις πρὸς βασιλέα τὸν νέον, Ἀλεξίου Τζαμπλάκωνος τοῦ μεγάλου παππίου ἐνάγοντος πρὸς τοῦτο, ἐκ Χριστουπόλεως κρύφα πρὸς αὐτὸν διαλεγομένου, τότε δὲ οὐκ ἐν ἐλπίσιν, ἀλλ' ἐν βεβαίῳ ἤδη τὴν βοήθειαν ὁρῶντες, ἀπέστησαν ἀναφανδὸν, καὶ βασιλεῖ προσεχώρησαν τῷ νέῳ, καὶ τὸ πόλισμα ἐνεχείρισαν. Στρατοπεδεύσας δὲ ὁ βασιλεὺς ἐν Ζίχνᾳ ἡμέρας δύο, ὡς ἂν ἔκ τε τῶν τῆς ὁδοιπορίας πόνων καὶ τῶν ὑετῶν καὶ τῶν χειμώνων ἡ στρατιὰ ἀνακτήσηται ἑαυτήν· ἦν γὰρ δὴ κατὰ μῆνα Ἰανουάριον ἡ τοῦ χειμῶνος ὥρα· τῇ τρίτῃ ἅμα ἕῳ ὁπλίζεσθαι τὴν στρατιὰν τῇ σάλπιγγι ἐκέλευσε σημῆναι. Ἐπεὶ δὲ περιέθεντο τὰ ὅπλα, ταξάμενοι ὡς ἐς μάχην, ἦσαν εὐκόσμως ἅμα καὶ μετὰ σιγῆς. Ὡς δὲ ἐγένοντο ἐγγὺς Φερῶν, διαβάντες ποτάμιόν τι λεγόμενον Λιβοδιστὸν, ἔστησαν παρατεταγμένοι ὡς τοῖς ἐναντίοις συμβαλοῦντες. Καὶ διημερεύσαντες ἐκεῖ, ἐπεὶ οὐδεὶς αὐτοῖς ἀντεπεξῆλθεν, ἐστρατοπεδεύσαντό τε καὶ διενυκτέρευσαν ἐκεῖ. Οἱ δὲ τῆς ἑσπερίου στρατιᾶς ἡγεμόνες ἐκκλησιάσαντες

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τῆς αὐτῆς νυκτὸς ἅμα Χρέλῃ τῷ τῶν συμμάχων Τριβαλῶν στρατηγῷ, ἐβουλεύοντο εἰ δέοι μάχεσθαι βασιλεῖ. Καὶ ἔδοξεν ἀλυσιτελὲς καὶ Ῥωμαίοις καὶ τοῖς συμμάχοις. Ἡ γὰρ εὐταξία καὶ ἡ σιωπὴ καὶ ἡ καρτερία τῆς βασιλέως στρατιᾶς, δέος αὐτοῖς οὐ μετρίως ἐνεποίει, ὡς οὐκ ἂν αὐτοῖς οὕτως ὁρμὴ παρέστη δαιμονία πλείοσί τε μάχεσθαι ἑαυτῶν, καὶ παρὰ πόλει τῇ σφετέρᾳ στρατοπεδευομένοις, εἰ μὴ πρότερον οὕτω παρεσκεύασαν ἑαυτούς, ὡς ἢ νικήσοντες μαχόμενοι, ἢ πεσούμενοι παρὰ τὴν μάχην. Ἔδοξε δὲ αὐτοῖς λυσιτελεῖν, τειχήρη κατέχοντας τὴν στρατιάν, φρουρεῖν τὴν πόλιν, καὶ ὑπομένειν τὴν πολιορκίαν ὡς τοῦ βασιλέως οὐ περιμενοντος ἐνταυθοῖ, ἀλλ' ἐπαναστρέψοντος ταχέως. Ἅμα δὲ ἕῳ εἰς τὴν ὑστεραίαν ὁ βασιλεὺς τὴν στρατιὰν ὡπλισμένην παρατάξας ὡς ἐς μάχην, ἄχρι μεσημβρίας ἔμεινε πρὸ τῶν τειχῶν, ἐλπίζων ἐς μάχην προκαλέσασθαι τοὺς ἔνδον. Ὡς δὲ οὐδεὶς αὐτοῖς ἀντεπεξίοι, τὸν Λουκᾶν Γεώργιον πέπομφε πρὸς αὐτοὺς ὁ βασιλεύς, ἐκ τῶν οἰκετῶν μὲν ὄντα τῶν αὐτοῦ, συνετὸν δὲ ἄλλως καὶ πρὸς πρεσβείας ἔχοντα ἐπιτηδείως. Ὃν γενόμενον πρὸς ταῖς πύλαις, οἱ μὲν δεῖν ἔφασαν δέχεσθαι εἰς τὴν πόλιν, οἱ δὲ ἀντέλεγον. Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ τῶν Τριβαλῶν στρατηγὸς ὁ Χρέλης τῶν ἀξιούντων ἦν δέχεσθαι τὸν βασιλέως πρεσβευτὴν, εἰσεδέξαντο αὐτὸν, τοῦ μὴ δοκεῖν ἐξεπίτηδες τὸν σύμμαχον ἀνιᾶν. Γενόμενος δὲ πρὸς αὐτοὺς ὁ Λουκᾶς, πάντας προσηγόρευεν ἐκ βασιλέως· ἔλεγέ τε πρὸς αὐτοὺς, Ὡς βασιλεὺς ὁ ἐμὸς δεσπότης πολλὴν ὑμῶν ἀναλγησίαν κατεγνωκὼς, ὅτι χειμῶνος ὥρᾳ ἐν ἡμέραις ἤδη δυσὶ πρὸς ταῖς πύλαις ἑστηκὼς ὑμῶν, καὶ πολλὴν ὡς εἰκὸς ἐν ὥρᾳ τοιαύτῃ ταλαιπωρίαν ὑπὸ κρύους ὑπομένων, οὐδεμιᾶς ἠξίωται προνοίας παρ' ὑμῶν, ἔπεμψεν ἐμὲ τὴν μικρολογίαν ὑμῖν ὀνειδιοῦντα· καὶ ἅμα ἀξιώσοντα, ἢ βασιλέα τὸν ἐμὸν δεσπότην ἐντὸς τειχῶν αὐτοὺς φιλοφροσύνης ἕνεκα καλεῖν, ἢ αὐτοὺς ἔξω πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν τῆς αὐτῆς ἕνεκα αἰτίας. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐμοὶ παίζοντι μᾶλλον, ἔφη, λέλεκται ῥᾳστώνης χάριν· βασιλεὺς δὲ ὑμῖν μηνύει, Ὡς ὁ ἐμὸς πάππος καὶ βασιλεὺς ὑπὸ τῶν ἐμὲ πρὸς αὐτὸν διαβαλλόντων ἐναχθείς, τὰς μὲν συνθήκας, ἃς πρὸς ἀλλήλους τῆς εἰρήνης ἕνεκα ἐθέμεθα, διαλύσας, τὸν πόλεμον τουτονὶ κεκίνηκε κατ' ἐμοῦ, μηδὲν μήτε ἀδικήσαντος μήτε παραβεβηκότος τὰς συνθήκας. Καὶ πολλὰ πολλάκις ἐμοῦ δεηθέντος, καὶ πάντα κάλων κινήσαντος ὥστε μὴ λυθῆναι τὴν εἰρήνην, οὐκ ἠνέσχετο αὐτὸς, ἐμοὶ δοκεῖν ἀποβλέπων πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἐλπίζων ῥᾳδίως ἂν ἐμὲ κατεργάσεσθαι ἐν τῷ πολέμῳ δι' ὑμῶν. Ἐπεὶ δὲ ὡς ὁρᾶτε οὐχ ᾗ αὐτὸς προσεδόκα τὰ πράγματα ἀπέβη, ἀλλὰ καὶ ἦν εἶχε πρὸς ὑμᾶς ἤδη βεβαίως περιῄρηται ἐλπὶς, δέομαι ὑμῶν, τοῦ κοινοῦ παντὸς τῶν Ῥωμαίων ἔλεον λαβόντας, οὕτω δεινῶς ὑπ' ἀλλήλων φθειρομένων διὰ τὸν πόλεμον ὑμῶν τὸν πρὸς ἀλλήλους, πέμψαι πρὸς βασιλέα τινὰ διδάξοντα περὶ τῶν ἐνταυθοῖ πραγμάτων τἀληθές. Οἶμαι γὰρ ἂν πύθηται τὰ ἐνταῦθα πράγματα οἷ κεχώρηκε, μᾶλλον ὑφήσειν τῆς πρὸς ἐμὲ ὀργῆς, καὶ τὸν πόλεμον ἐθελήσειν καταθέσθαι, οὐκέθ' ὁμοίως ὥσπερ καὶ πρότερον τὰς πρὸς τὸν πόλεμον ἐλπίδας ἔχων. Ἐγὼ δὲ, πρῶτον μὲν

armato et disposito quasi ad pugnam milite, ad meridiem usque spe hostis eliciendi ante muros perseverat. Nullo prodeunte, Lucam Georgium de familiaribus ministris, virum catum et legationibus obeundis idoneum ad eos mittit. Ad portam ut accessit, pars intromittendum dicere, pars negare. Tamen auctoritate Chrelæ moti, ne socium de industria contristare viderentur, Lucam intromiserunt. Ille omnes imperatoris nomine salute impertit; narrat dominum suum eorum stuporem admirari; quod cum hiberno tempore ad portas urbis biduo steterit, multamque, ut tali tempestate, molestiam frigoris pertulerit, nulla ab eis cura dignatus sit. Ideo se nunc ad sordes istas et inhumanitatem illis exprobrandam missum esse; et simul rogatum ut aut imperatorem humaniter intra mœnia vocarent, aut ipsi ad illum eadem de causa exirent. Sed hæc, inquit, joco potius ad animum relaxandum dixerim. **163** imperator hæc vobis significat: avum suum ab obtrectatoribus ad pacis fœdera dissuenda inductum, hoc bellum contra se immerentem, nec fœdus violantem suscepisse. Crebro atque omnibus precibus orasse, et rudentem omnem movisse ut ne faceret; nihil profecisse; quia is, ut apparet, ad vos respectum habens, illum non difficulter armis vestris vita et fortunis exuturum sese confidat. Quoniam autem conspicerent, rem contra atque is opinaretur, evenisse, et quam de ipsis spem firmam concepisset, nunc periisse, obsecrare ut miserati Romanam rempublicam, quæ propter mutuum avi et nepotis bellum sic a semetipsa dilaceretur, aliquem mittant, senem vere edocturum, quo pacto se res hic habeant. Sperare enim, si cognoverit quo infelicitatis illæ devenerint, parcius irasciturum, amissaque præterita fiducia, bellum valere jussurum. Se interim, quandiu sibi cum illis convenerit (donec nimirum nuntius redierit), nihil incepturum. Si imperator pacem non admiserit, Martem invadendum; si divino approbante Numine bello abstinere voluerit, se fidem illis jurejurando obstricturum, in neminem, tametsi armorum istorum auctorem maximum, offensum, injuriarumque memorem animum gesturum, sed iis oblivione sepultis, universis securitatem donaturum. Hæc Lucas; quem duces paulisper submotum ut sententias conferrent, revocant; aiunt, nihil penitus horum, ad quæ imperator hortetur ac provocet, præstare posse. Nam ipsum intra mœnia recipere, haud tempestivum esse; ad pugnam vero cum illo miscendam, non exituros; quod si libuisset, heri statim ac venisset, facturos fuisse. Si oppugnentur, de mœnibus necessario se defensuros. Legare autem quempiam Byzantium, qui de his rebus imperatorem doceat, indecens videri. Nam cum subditi sint, et nunc quæ ille imperaverit sese exsequi, et in posterum quæcumque res tempusque suaserint, transactures. Licitum esse

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ipsi facere quæ velit, quæque sibi fructuosa putaverit. Hæc duces imperatoris senioris responderunt. Quibus e Luca perceptis, junior proceres suos coegit omnes, et quid agendum, in consultatione posuit. **164** Magni domestici consilium fuit, recedendum, et cum nullum operæ pretium consequerentur, non esse temere frustraque laborandum; neque enim Pheras expugnaturos, et obsessos milites cum ducibus nec ipsos inficiaturos, nunquam se directa scie nobiscum ausuros congredi. At enim, objiciet quispiam, non est habenda fides verbis hostium, qui semper iis contraria loquuntur, quæ facere machinantur. Ego vero ex re ipsa, non ex verbis eorum conjecturam capio, illos obsideri malle, quam æquo se campo credere. Igitur quando neque vi capi possunt intra muros delitentes, neque ulla machina, aut stratagemate ab iis divelli, et ad prælium cogi, nihil necesse est, tempus bonis rebus efficiundis commodum hic male perdere, exercitumque infrugiferis defatigare molestiis: sed hinc eo abducere, ubi victus commoditas. Tum deinde quæ pro tempore utilia videbuntur, ea conficere. Laudavit consilium imperator, et id nobilitas consensu confirmavit. Inde Zichnam duobus diebus reversi sunt.

(38) Vegetius lib. II, cap. 2: *Macedones, Græci, Dardani phalanges habuerunt.* Vide Stevechii comment. Alexander ab Alexandro lib. VI, cap. 13: *Quod legio quondam apud Romanos fuit, id phalangem Græcis, Macedonibus, et Dardanis, exterisque nationibus valuisse, monumentis proditum est. Ea enim in libero campo, et si quando expatiari licuit, magno usui fuit. Cum vero arctis faucibus, et præruptis saxis, aut inter angusta viarum premitur, non est ea vis potestasque: quippe Macedonica phalanx immobilis, semper ex stabili peditum agmine, nec partiri, nec dividi facilis erat, quod in Romana legione longe secus*, etc. Optime Phalangem explicat Curtius, lib. III, cum de Macedonibus loquitur: *Sed Macedonum acies torva sane et inculta, clypeis hastisque immobiles cuneos, et conserta robora virorum tegit. Ipsi phalangem vocant peditum*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τες, οὐ μόνον αὐτοὶ λαμπρῶς; καὶ διαπρεπῶς κεκοσμημένοι, ἀλλὰ καὶ ἵπποι, οἱ μὲν θώραξιν ἐκ βύρσης πεποιημένοις, οἱ δὲ ἁλυσειδωτοῖς. Καὶ ἦν ἰδεῖν οὐ μόνον ὅπλων καὶ ἵππων ἕνεκα πολυτελῶς μάλιστα παρεσκευασμένην τὴν Ῥωμαίων στρατιάν, ἀλλὰ καὶ πλήθει ἐκ πολλοῦ τοῦ χρόνου οὔπω ἄχρι καὶ τότε τοσαύτην συνελθοῦσαν εἰς ἕν. Ἥ τε γὰρ ἐκ τῆς ἑσπέρας πᾶσα παρῆν, καὶ Μακεδόνες καὶ Θρᾷκες, καὶ ὅσοι ἐκ τῶν κατὰ τὴν ἕω τοῖς Ῥωμαίοις ὑπηκόων πόλεων ἦσαν· καὶ ἐκ Βυζαντίου δὲ αὐτοῦ οὐ μόνον ἱππεῖς, ἀλλὰ καὶ πεζὸς πολὺς, ὁπλίται τε καὶ τοξόται ψιλοί. Ἐπεὶ δὲ κατὰ φάλαγγας ὡς ἐς μάχην παρετάξαντο, τοὺς Μυσῶν μεταπεμψάμενος πρέσβεις ὁ βασιλεὺς, Τὴν μὲν στρατιὰν ὁρᾶτε τὴν ἐμὴν, ἔφη, ὡς παρεσκεύασται πρὸς μάχην· ἀπελθόντες δὲ ἀπαγγείλατε βασιλεῖ τῷ ὑμετέρῳ, ὡς ἐγὼ μὲν ἀσπαζόμενος τὴν εἰρήνην πρότερον πολλάκις διεπρεσβευσάμην πρὸς σὲ περὶ αὐτῆς· σοῦ δὲ οὐδὲν ἐπιεικὲς ἀποκρινομένου, τῇ τοῦ σταυροῦ δυνάμει θαῤῥῶν, ὃν αὐτὸς ἐγγυητὴν ἐμοὶ παρέσχου τοῦ μηδέποτε παρασπονδῆσαι, βαδιοῦμαι ἐπὶ σέ. Βασιλεὺς μὲν οὖν τοιαῦτα εἶπεν. Οἱ πρέσβεις δὲ ἧ τάχους εἶχον, πρὸς βασιλέα ἀφιγμένοι τὸν ἑαυτῶν, τούς τε λόγους ἀπήγγελλον βασιλέως, καὶ ὡς ἡ στρατιὰ τοσαύτη τε οὖσα καὶ οὕτως ὡπλισμένη ἐν ὁδῷ εἰσιν ἤδη τῇ πρὸς αὐτούς· Μιχαὴλ δὲ πρότερον μὲν οὐκ ἂν οἰόμενος εἰς χεῖρας αὐτοῖς ἰέναι Ῥωμαίους ὑπομεῖναι, τότε δὲ ἤδη ὁρῶν αὐτοὺς ὡρμημένους πρὸς τὴν μάχην, τό τε πλῆθος καὶ τὴν παρασκευὴν πυθόμενος ὅση ἦν, οὐκ ἔγνω δεῖν ἐν πολεμίᾳ εἰς προῦπτον κίνδυνον καθιστᾶν ἑαυτόν. Καὶ πέμψας πάλιν τοὺς πρέσβεις ἧ ἐδύναντο τάχιστα πρὸς βασιλέα, τό τε πόλισμα Βουκέλου ἐπηγγέλλετο παραδώσειν καὶ εἰρήνην ἄξειν τοῦ λοιποῦ, καὶ ἐδεῖτο βασιλέως εἰς τὸ οἰκεῖον στρατόπεδον ἀπαγαγεῖν τὴν στρατιάν. Βασιλεὺς δὲ ὁρῶν αὐτοῖς ἐν καλῷ τῷ σχήματι τὴν ἀναχώρησιν γινομένην, καὶ τὴν νίκην ἀναιμωτὶ προσγινομένην, ἄσμενος ἀνεχώρησε πρὸς τὸ στρατόπεδον. Τότε γὰρ πρότερον μὴ λόγοις καὶ τῇ τοῦ καλοῦ καὶ δικαίου κρίσει τὸν Μιχαὴλ πεισθῆναι τὸ Βουκέλου ἀποδοῦναι, ἀλλὰ νῦν, καὶ τὸ ἤδη πρὸς μάχην παρατεταγμένης τῆς Ῥωμαίων στρατιᾶς τὴν ἔφοδον αὐτῶν οὐχ ὑπομεῖναι, ἀλλὰ καὶ πρὸ τῆς συμβολῆς ἡττῆσθαι ταῖς γνώμαις, καὶ δείσαντας ἀπαγορεῦσαι τὴν μάχην, τὸ Ῥωμαίων ἡττῆσθαι φανερῶς ὁμολογούντων ἦν· καὶ διὰ τοῦτο καὶ βασιλεῖ ἐδόκει χρῆσθαι τῷ καιρῷ, καὶ μὴ πέρα τοῦ προσήκοντος φιλονεικεῖν. Ἐν γὰρ τοῖς προτέροις χρόνοις, Ἀνδρονίκου τοῦ πρεσβυτέρου βασιλέως ἄρχοντος, πολλὰς ἐς τὴν Ῥωμαίων ἐσβολὰς τῶν Μυσῶν ποιησαμένων, ἐπεὶ οὐδεὶς αὐτοῖς ἀντεπεξῆλθεν, ἀλλὰ πρεσβείαις καὶ λόγοις πιθανοῖς διελύετο τὰς πρὸς αὐτοὺς διαφορὰς ὁ βασι-

A dum fuerunt dispositi, accitis Mœsorum legatis imperator: Exercitum meum ut sit ad dimicationem paratus videtis, inquit. Itote ergo, regique vestro nuntiate, me jam antea pacis cupidissimum, non semel ad illum super ea legatos misisse; eum nihil æquum ac tolerabile respondisse. Itaque crucis virtute fretum, quam sibi velut pignus ac sponsorem constantiæ suæ in fœdere servando dederit, adversus illum processurum. Hæc imperator. Legati ad regem celerrime reversi, quid imperator dixerit, quomodo ingentes copiæ, et sic armatæ contra ipsum in via sint, retulerunt. Michael, qui antea rebatur Romanos secum decertare haud ausuros, intelligens eos jam non parvo exercitu et magno apparatu ad prælium procedere, statuit non B debere in aliena regione præviso discrimini semet objectare. Quapropter denuo missis legatis, idque cum celeritate maxima, Bucelum redditurum, et de cætero pacem servaturum spondet; rogatque uti militem in castra reducat. Imperator animadvertens hunc receptum sibi fore honorificum, cum incruenta victoria libens castra repetit. Nam nuper nec verba, nec æqui bonique sensus ut Bucelum restitueret, ei persuadere potuissent, quod nunc restitueret, quodque Romani exercitus per ordines ad pugnam distributi accessum non tulisset, sed ante conflictum animo victus, et timore perculsus pugnam recusasset, confessio manifesta erat, Romanos superiores esse. Quare et imperator occasione utendum, nec ultra quam fas contendendum C judicavit. Etenim ante **202** id tempus, Andronico seniore imperante, cum in Romanorum provinciam sæpius impressionem fecissent, nemoque illis occurrisset, sed legationibus et sermonibus duntaxat fuissent diremptæ controversiæ, opinabantur Romanos imperatores eorum, ut bello insuperabilium, ne aspectum quidem laturos esse. Tum vero magno atque strenuo exercitu tendentem in se imperatorem cernens Michael, aliter sensit, et pedem omnino referendum duxit. Tale nimirum universe Barbarorum ingenium est, effrenato impetu instare cedentibus (39), intrepidos et in acie stantes aggredi non audere. Romani milites quod concurrere et hostium spolia (quæ tantum non de D manibus sibi erepta putabant) legere non licuisset tristabantur; tanta dimicandi cupido omnes ceperat. Tamen, pace constituta et fœdere novo confirmata, Michael Bucelum reddidit; et die sequenti in equis convenientes, amicitiam renovarunt; nec deinde inter Romanos et Mœsos bellum, sed perpetua pax fuit. Cumque pepigissent, in posterum conventuros quo loco complacuisset, ille in Mœ-

Jacobi Pontani notæ.

stabile agmen. Vir viro, arma armis conserta sunt, ad nutum monentis intenti, sequi signa, ordines servare didicere. Quod imperatur, omnes exaudiunt; obsistere, circuire, discurrere, in cornu mutare pugnam non duces magis, quam milites callent.

(39) Etiam bestiæ quædam fugientes persequuntur, persequentes fugiunt. Et quoniam barbari parum differunt a brutis animantibus, quia barbari, hoc est, inculti, agrestes, inhumani sunt, non mirum eos in hoc quoque bestias imitari, sensuque potius duci, quam ratione regi, cum quid virtutis, atque adeo fortitudinis sit, non videant, et gustum veræ laudis et gloriæ nullum habeant.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

siam, imperator Byzantium iter arripuit, et miles oppidatim diffluxit.

Α λεὺς, ᾤοντο ὡς τισιν ἀμάχοις μηδὲ προσβλέπειν ἔτι δυνήσεσθαι τοὺς Ῥωμαίων βασιλέας. Τότε δὲ ὁ Μιχαὴλ ὁρῶν ἤδη βασιλέα ἐπιόντα πολλῇ τε καὶ ἀγαθῇ τῇ στρατιᾷ, οὐ τὰς αὐτὰς εἶχε γνώμας, ἀλλ' ἐδόκει δεῖν ὑποχωρεῖν. Τοιοῦτον γὰρ τὸ βαρβαρικὸν ἅπαν, τοῖς τε οὐχ ὑπομένουσιν ἐπελαῦνον ἀκρατῶς καὶ μετὰ πολλῆς ἐπικείμενον ὁρμῆς, καὶ τοῖς μὴ ἐκπληττομένοις, ἀλλὰ μένουσιν ἐν τῷ πολεμεῖν, οὐκ αὐτοὶ ἀντεπιόντες. Ἡ μέν τοι στρατιὰ Ῥωμαίων μονονουχὶ τὰ ἀπὸ τῶν πολεμίων σκῦλα οἰόμενοι ἀποστερεῖσθαι, ἠνιῶντο ὅτι μὴ συνέβαλον Μυσοῖς· τοσαύτη προθυμία κατέσχε πάντας πρὸς τὴν μάχην. Ὅμως τῶν περὶ τῆς εἰρήνης συνθηκῶν γεγενημένων, τό τε Βουκέλου ἀπέδωκεν ὁ Μιχαὴλ πρὸς βασιλέα, καὶ ἔφιπποι εἰς τὴν ὑστεραίαν ἐνωθέντες, τήν τε φιλίαν ἀνενεώσαντο, καὶ Ῥωμαίοις καὶ Μυσοῖς οὐκέτι πόλεμος ἐκινήθη, ἀλλ' εἰρήνην ἦγον τοῦ λοιποῦ. Συνθέμενοι δὲ ἀλλήλοις ὡς εἰς τοὐπιὸν ἐν ταὐτῷ γενήσονται ὅποι ἂν δοκῇ, ὁ μὲν εἰς Μυσίαν, βασιλεὺς δὲ εἰς Βυζάντιον ἐπανῆκον, καὶ ἡ στρατιὰ διελύθησαν κατὰ πόλεις.

CAPUT IV.

Magnus domesticus Syrgianni miliorem carcerem impetrat. Posteà libertatem eidem petit. Imperator miratur eam non statim petivisse, cum ejus amori daturus sit omnia, cujus magnitudinem declarat. Domesticus ipse quoque suum amorem in imperatorem prædicat, et rationem facti reddit. Angelus magnus stratopedarcha pro egregio duce commendatur. Imperatoris mater Xena se de Syrgianne celatam a domestico irascitur. Syrgiannes e custodia dimittitur.

Syrgiannes, ut supra docuimus, a seniore Andronico in vincula compactus fuit. At postquam junior Byzantio potitus, totum imperium obtinuit, magnus domesticus ejus viri recordatus, et ad eum in carcerem ingressus, ubi loci pædorem squaloremque, et bojarum in primis cervici ejus inductarum pondus aspexit, imperatorem oravit, primum quidem ut iis levaretur, deinde ut etiam ex ipso quo tenebatur carcere in arcem Anemæ vocatam (40), cum uxore liberisque victurus dimitteretur. Et valuerunt preces. Nihilominus adhuc custodiebatur. In reditu autem e Thracia Byzantium, iterum imperatorem rogavit ut Syrgiannes e custodia prorsus ac perfecte eximeretur. Imperator se colligens, **203** modo ab illo summa se affectum molestia dixit, causamque adjunxit, quod nempe suo erga ipsum amore domesticus indigna cogitaret. Adeo quippe excellenter se illum amare (41), ut si is quacunque tandem de causa propinquis, amicis, omnibus fortunis, pretiosissimis atque charissimis quibusque relictis in peregrino solo potius degere vellet, conaturus esset ut rem illaudabilem dissuadere; si id nequiret, disjunctionem corporum non ferentem, similiter omnia valere jussurum, et cum eo potius incertis sedibus vagaturum. Insuper si optionem daret is qui hæc absolute potest, ut alter pro altero moreretur, se pro illo hujus lucis usura libentissime caritarum. Quin imo, si stricto ense, occidendi causa in se euntem videret, ac deinde impedimento aliquo, licet maxime repugnans prohiberetur, ne sic quidem posse unquam sibi odiosum fieri. Deni-

Β Τοῦ Συργιάνη δὲ ὑπὸ τοῦ πρεσβυτέρου βασιλέως Ἀνδρονίκου, καθάπερ ἔφθημεν εἰπόντες, ἐν δεσμωτηρίῳ φρουρουμένου ὑπὸ κλοιοῖς, ἐπεὶ ὁ νέος βασιλεὺς Βυζάντιον ἑλὼν, τῆς ἁπάσης ἀρχῆς ἤδη ἐγκρατὴς ἦν, ὁ μέγας δομέστικος Συργιάννη μνησθεὶς, καὶ πρὸς αὐτὸν εἰς τὸ δεσμωτήριον ἐλθὼν, ἐπεὶ τήν τε ἄλλην ἀπὸ τοῦ δεσμωτηρίου κακοπάθειαν, καὶ μάλιστα τὴν ἀπὸ τῶν κλοιῶν πιέζουσαν αὐτὸν ἑώρα, βασιλέως ἐδεήθη πρῶτα μὲν ἀφεθῆναι τῶν κλοιῶν· ἔπειτα δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ δεσμωτηρίου ἐν ᾧ ἐφρουρεῖτο, εἰς τὸν τοῦ Ἀνεμᾶ καλούμενον πύργον γυναικὶ καὶ τέκνοις συνδιάγειν, καὶ κατεπράξατο αἰτήσας. Ἔτι μέντοι ἐφρουρεῖτο· κατὰ δὲ τὴν ἐκ Θράκης πρὸς Βυζάντιον ἐπάνοδον αὐτῶν, αὖθις βασιλέως ὁ μέγας δομέστικος ἐδεῖτο, τελέως τῆς εἱρκτῆς ἀπολυθῆναι Συργιάννην. Μικρὸν δὲ ἐπισχὼν ὁ βασιλεὺς, λελυπῆσθαι ἔλεγε καὶ πάνυ παρ' αὐτοῦ νυνὶ, καὶ τὰς αἰτίας προσετίθει, ἀναξίας φάσκων τῆς πρὸς αὐτὸν φιλίας τὰς διανοίας ἔχειν αὐτόν. Τοσοῦτον γὰρ αὐτῷ περιεῖναι τῆς πρὸς αὐτὸν φιλίας, ὥστ' εἰ καθ' ἡντιναοῦν αἰτίαν οἰκείους ἔδοξεν αὐτῷ καὶ φίλους καὶ περιουσίαν πᾶσαν, αὐτά τε τὰ τιμιώτατα καὶ τὰ φίλτατα καταλιπόντα, ἐπὶ ξένης οἰκεῖν ἐλέσθαι, αὐτὸν μὲν πείθειν ἀποσχέσθαι τοῦ πράγματος ἐπιχειρεῖν, τὴν ἀτοπίαν ὅση ἐκδιδάσκοντα. Εἰ δὲ μὴ δύναιτο κωλύειν, μὴ ῥᾷστα τὴν διάζευξιν ἂν ὑπενεγκεῖν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ἐκ τοῦ ὁμοίου πᾶσιν εἰπόντα χαίρειν, τὸ σὺν αὐτῷ πλανᾶσθαι μᾶλλον ἐλέσθαι. Ἔτι τι [προσέτι *el vel* ἔτι καὶ εἰ] εἰ αἵρεσις αὐτῷ προὐτέθη παρὰ τοῦ τὰ τοιαῦτα πάντα δυναμένου ὥστε τὸν ἕτερον αὐτῶν ἀπαλλάττεσθαι τοῦ ζῆν, ἁπάσας ἂν εἵλετο τὸ πρὸ αὐτοῦ ἀποθανεῖν. Ἀλλὰ μὴν

Jacobi Pontani notæ.

(40) Quamvis Græce sit, εἰς τὸν τοῦ Ἀνεμᾶ καλούμενον πύργον, tamen existimo, non tam turrim solam, quam locum quempiam munitum, seu arcem συνεκδοχικῶς indicari : et ita nomen πύργος videtur alibi quoque usurpare, quod observavi. Germani dicerent, *in die Burg*, *in die Vestung*. Sed prius illud a Græco fluxit, ut alia hujus linguæ quam plurima.

(41) Amor imperatoris in domesticum, seu Cantacuzenum, et hujus in illum, multis locis, præsertim per hunc et tertium librum memoratur; fuit enim singularis, et possunt hi inter illa paria numerari, quorum ob amicitiam immortalis est memoria, Rursum cap. 9, lib. III, c. 3, 4, 6, 14, 22, 24, 53, 74, 82, 99, lib. IV, cap. 1, 5, 24. Omitto locos libri primi, et insignem illum ex testimonio matris domestici, cap. 28, ejusdem libri.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

εἶγε καὶ οἰκείοις ὄμμασιν ἑώρα ξίφος ἔχοντα αὐτῷ ὡς ἀποκτενοῦντα ἐπιέναι, εἶθ' ὑπ' ἄλλης τινὸς αἰτίας, καὶ πάνυ μὴ βουλόμενον συμβέβηκε κεκωλύσθαι, μηδ' οὕτω δυνηθῆναι ἂν ποτε ἀπεχθῶς διακεῖσεσθαι αὐτῷ. Καὶ ὅλως μηδὲν εἶναι ὃ καθ' ἡδονὴν ὂν αὐτῷ πραχθῆναι, μὴ αὐτὸν σὺν πάσῃ προθυμίᾳ παρασχεῖν, ὡς ἅττα ἂν αὐτῷ ἀρέσκῃ, καὶ αὐτῷ ἡδέων φαινομένων. Τούτων οὖν οὕτως ἐχόντων, ὥσπερ καὶ αὐτὸν σαφῶς οἶεσθαι πεπεῖσθαι, θαυμάζειν ὅτι μὴ κατὰ γνώμην ὂν αὐτῷ Συργιάννην ἀπολυθῆναι τῆς εἱρκτῆς, ἐλευθέρως καὶ ἀπεριέργως εἶπεν ἐξ ἀρχῆς, ἀλλ' ὥσπερ τινὰς τιθέμενον ἀναβασμούς, πρῶτα μὲν εἰπεῖν, τῶν κλοιῶν αὐτὸν ἀνεθῆναι, εἶτ' ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου πρὸς ἕτερον ἐπιεικέστερον μετενεχθῆναι, ὥστε δύνασθαι αὐτῷ καὶ τὰ τέκνα συνεῖναι καὶ τὴν γυναῖκα, νυνὶ δὲ παντάπασιν ἀπολυθῆναι τῆς εἱρκτῆς. Δέον γὰρ μετὰ τῆς σοι προσηκούσης παῤῥησίας εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς τὸ βούλημα ποιῆσαι φανερὸν, καὶ μὴ διατεμόντα εἰς πολλὰ, κατὰ μέρος ποιεῖσθαι τὰς αἰτήσεις. Σὺ δ' ὥσπερ ἢ ἐμοῦ πολλὴν μικρολογίαν καὶ ἀφιλοτιμίαν κατεγνωκὼς περὶ τοὺς φίλους, ἢ σαυτῷ ἀδυναμίαν συνειδὼς, οὕτως ἐποιήσω τοὺς λόγους· οὗ δὴ ἕνεκα καὶ ἀχθεσθῆναι εἶπον. Νυνὶ δ' ἐπεί σοι φίλον ἀπολυθῆναι Συργιάννην, τὸ κωλύον οὐδέν. Ἅττα γὰρ ἂν αὐτῷ σοι καὶ βέλτιστα δοκῇ καὶ ἡδέα, οὐκ ἔσθ' ὅπως μὴ ἐκ τοῦ ἴσου ὅμοια κόμοι δοκεῖν. Ὁ μέγας δὲ δομέστικος, Ἀληθῆ γε εἴρηκας, εἶπεν, ὦ βασιλεῦ· οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστιν οὐδὲν, ὃ θελήσαντος ἐμοῦ πραχθῆναι, ἐναντίαν οἴσεις ψῆφον αὐτός. Καὶ τοῦτο, οὐκ ἀπὸ τῶν πρὸς ἐμὲ εἰρημένων νυνὶ λόγων, ἀλλὰ πολὺ πρότερον ἐξ αὐτῶν τῶν ἔργων, ἐμοί τε πρῶτον καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασίν ἐστι καταφανές. Ὅτι δὲ τὸν ἴσον τρόπον ἔχω καὶ αὐτὸς πρὸς σὲ, οὐδ' ἀποδείξεως δεήσεσθαι δοκῶ· αὐτὸς γάρ μοι φθάσας πρότερον συνεμαρτύρησας καλῶς. Ἐγὼ δὲ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἡμῶν φιλίαν παραβάλλων, τῷ μὲν ὄγκῳ τῆς ἀρχῆς καὶ τῷ μεγέθει ἐλασσοῦσθαι νομίζω καὶ παρὰ πολὺ, τοῖς λοιποῖς δὲ ἅπασι λείπεσθαι οὐδοπωσοῦν. Οὐ μόνον γὰρ ἃ προείρηκας αὐτὸς, ἀλλ' εἴ τι καὶ τούτων μεῖζον καὶ ποιεῖν καὶ ὑπομένειν ὑπὲρ τῆς πρὸς σὲ φιλίας ἕτοιμος εἶναι. Καίτοιγε κατ' ἐμαυτὸν πολλάκις τοὺς παρὰ ποιηταῖς καὶ συγγραφεῦσι παρὰ πάντα τὸν χρόνον ἐπὶ φιλίᾳ ὑμνουμένους ἐξετάζων καὶ παραβάλλων τοῖς ἡμετέροις τὰ ἐκείνων (καίτοιγε δοκούντων τῇ φιλοτιμίᾳ τῶν ποιητῶν καὶ πέρα τοῦ ἀληθοῦς καὶ προσήκοντος ηὐξῆσθαι), ὅμως κατ' οὐδὲν ἀποδέοντα, εἰ μὴ καὶ μεῖζω τὰ ἡμέτερα εὑρίσκω. Εἰ δέ ποτε συμβαίη τοιούτοις λογισμοῖς περιπεσεῖν ὥστε ἀμφιβάλλειν εἴτις ἐστὶν ἰδέα φιλίας ἢ τρόπος ἕτερος ὃν ἡμεῖς οὐκ ἐπεδειξάμεθα ἀλλήλοις, ἢ εἰ μὴ πρὸς τὸ ἀκρότατον ἀφίγμεθα αὐτῆς, ἢ ἀποπνίγεσθαι ἀνάγκη καὶ

A que quidquid charum et jucundum sibi præstari velit, id se quam cupidissime præstiturum. Nam quæ ejus animo placeant, eadem et sibi suavia atque amœna videri. Quæ cum ita sint, quemadmodum et ipsemet certo sciat, mirari se, cum Syrgiannem custodia liberatum desideraret, quomodo id non a principio ingenue simpliciterque aperuerit, sed gradatim ascenderit, ac primum collariam detrahi petiverit, dein hominem in carcerem tolerabiliorem transferri, ubi nati et conjux cum eo degere queant, nunc autem omnino e carcere dimitti. Par fuisse, pro ea qua apud se gratia auctoritateque valeat, statim a principio voluntatem suam declarare liberrime, nec ea divisa in partes, sic pro reo precari. Eum autem perinde verba B fecisse, ac si vel in amicos sordidum et honoris eorum negligentem ipsum judicaret, vel se parum posse sentiret; atque hoc esse quod sibi molestum accidere testatus sit. Nunc quoniam optet Syrgiannem e carcere educi, educeretur; quæcunque enim ipse in bonis et jucundis numeraret, fieri non posse, quin ab se quoque numerarentur. Tum magnus domesticus : Vera sunt hæc, imperator; nihil enim est, nihil, inquam, est, quod si fieri velim, tu non concedas; idque non ex hac oratione tua, sed ex factis ipsis mihi in primis, deinde aliis omnibus pridem constat. Me autem eodem esse in te animo, pluribus demonstrandum non opinor; tu enim alias mihi præclarum hujus rei testimonium impertivisti. **204** Ego vero cum C mutuum amorem nostrum comparo, magnitudine et majestate imperii multum superari, cæteris rebus nec tantillum abs te vinci me existimo. Neque enim ea solum quæ commemorasti, sed si quid iis majus excogitari potest, pro eo quantum te diligo, et facere, et perpeti me paratum habes. Et quamvis sæpenumero per me ipse consideravi, atque cum nostra conjunctione contuli, quos in omni memoria a poetis et historicis ab amicitia celebratos (42) invenio (etsi poetæ ambitiosius, supraque verum, et plusquam decet rem exaggerasse videantur), nihilominus charitatem nostram si non majorem, certe haud minorem illorum charitate invenio. Quod si aliquando in eam cogitationem venirem, D ut dubitarem ecquid esset alia quædam species, aliusve modus in amicitia, quem inter nos non usurpassemus; an ad summum ejus fastigium pervenissemus, aut ægre spirare, ac pene suffoca i me præ angore et æstu animi, vitamque acerbam putare me oporteret, si in re tam honesta, tamque liberali alicui secundus invenirer : aut resilire ab hujusmodi cogitatis, et animum firmioribus, quam

Jacobi Pontani notæ.

(42) A poetis quidem celebratur amicitia Pyladis et Orestis, Thesei et Pirithoi, Achillis et Patrocli, Nisi et Euryali. Ab historicis et aliis scriptoribus Alexandri Magni et Hephæstionis, Pythiæ et Damonis, Epaminondæ et Pelopidæ, Scipionis et Lælii. Nec ignobilis est in divinis litteris Davidis et Jonathæ arctissima familiaritas et irrupta copula. Quod autem amicus dicitur *alter ego*, Plutarchus, commentario περὶ πολυφιλίας, nihil aliud sibi velle ait, quam *binarium* esse *amicitiæ mensuram*. Paulo post : *Itaque valde amare et amari inter multos locum non habet : sed sicut amnes in multos divisi alveos imbecilli fluunt ac tenues, sic vehemens amor in animo, si dissipetur in multos, enervatur.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quod dicunt, geometricis demonstrationibus convincere (43), non esse, non fore ullam amicitiæ formam perfectionemque quam inter nos non expresserimus, ita ut accedere nihil possit. Hoc et Joannes evangelista videns, uti optinor, hominibus præcepit, talem erga Deum charitatem ostendere, qualem erga amicos (44). Si enim ego quemadmodum a tua voluntate totus pendeo, omniaque præ tuo cultu et observantia parvipendo, sic erga Deum afficerer, quo non virtutis processissem? aut quod studium, quam cupiditatem ad mandata ejus hilarissime obeunda non adhibuissem? Si porro tu, sicut dixisti, omnia amori nostro postponis, et vicissim in amore tui mihi sunt omnia, ut quæ tu vis ea et cogitem, et agam, qui potui quæ molestiam tibi paritura crederem, ea de industria facere? Jam quis status Syrgiannis fuerit, edicam. Quorum criminum compertus, ab avo tuo carcere damnatus sit (45), tu quoque nosti. Atqui ego subacto a nobis Byzantio, vehementer durum et a commiseratione alienum censui, non aditu saltem et collocutione ejus ærumnam aliquantum allevare, et consolatione aliqua miserum delinire, si aliud non liceret; sperantem ita se non penitus contemptum ab amicis et abjectum.

205 Cum venissem autem in carcerem, vidissemque quantopere cum ipso loco perquam horrido, tum vinculis collo injectis affligeretur, ejus vicem etiam atque etiam dolui, et solatium ei, si quod possem, impertire studui, teque adiens, de vinculis tantum detrahendis oravi, quod in his malis hoc levamentum sufficere arbitrabar. Ubi crebrius ad eum ventitans, familiarius agere cœpi, ille ne sic quidem liberationis mentionem apud me intulit, non solum tuæ ad inimicis ignoscendum incitatæ voluntatis nescius, sed etiam sibi nefandorum facinorum conscius, ob quæ effectum deprecationis desperabat. Ast ego ex illa consuetudine magis sortem hominis miseratus, in carcerem mitiorem transferendum, matris, uxoris, charissimorumque liberorum convictum ei permittendum existimavi : ratus, nos etiam sic ab ejus insidiis tutos fore, ipsumque perinde ac si custodia omni liber esset, vitam placidam et jucundam victurum. Hoc igitur illi precibus apud te meis impetravi. Hic mater ejus eademque consobrina mea factum videns, quod nunquam speravisset, idque per me, sollicitatum a nemine, magna spe in futurum quo-

πνευστιᾷν ὑπὸ τῆς ἀγωνίας, καὶ μηδὲ ζῆν ἐθέλειν εἰ περὶ τὸ οὕτω καλὸν δεύτερός τινος φαινοίμην, ἢ ἀποπηδᾷν τῶν τοιούτων λογισμῶν, καὶ τὴν ψυχὴν πείθειν ἰσχυροτέραις ἢ, ὃ φασιν, ἀνάγκαις γεωμετρικαῖς, ὡς οὔτε ἔστιν, οὔτε γεγένηταί τις ἰδέα φιλίας, ἣν οὐ πρὸς ἀλλήλους αὐτοὶ ἐπεδειξάμεθα καὶ μεθ' ὑπερβολῆς· καὶ τοῦτο συνιδόντα καὶ τὸν εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην ἐννοῶ τοῖς ἀνθρώποις παραγγέλλειν, τὴν ἴσην ὥσπερ πρὸς τοὺς φίλους, οὕτω δὴ καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ἐνδείκνυσθαι ἀγάπην. Εἰ γὰρ ὥσπερ αὐτὸς ἐξήρτημαι τῆς σῆς γνώμης, καὶ πάντα δεύτερα ἡγημαι τῆς θεραπείας τῆς σῆς, οὕτω διεκείμην καὶ πρὸς τὸν Θεὸν, οὗ οὐκ ἂν προῆλθον ἀρετῆς, ἣ ποίαν οὐκ ἂν εἰσήνεγκα σπουδὴν καὶ προθυμίαν ὑπὲρ τοῦ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ σὺν πάσῃ προθυμίᾳ ἐκπληροῦν; Εἰ δὲ σὺ μὲν, ὥσπερ εἴρηκας, πάντα δεύτερα τῆς πρὸς ἐμὲ ἠγῇ φιλίας, ἐγώ τε τοῦ παντὸς τιμῶμαι τὰ σοὶ φίλα καὶ λογίζεσθαι καὶ πράττειν, πως ἂν ἔχοι χώραν, ἃ ἐνόμιζον ἀνιᾶν, ταῦτ' ἐξεπίτηδες λογίζεσθαι ποιεῖν; ὃν δὲ τρόπον ἔσχε τὰ περὶ Συργιάννην, αὐτὸς ἐρῶ. Τὰς μὲν αἰτίας ἐφ' αἷς ἁλοὺς κατεκρίθη δεσμωτήριον οἰκεῖν ὑπὸ βασιλέως τοῦ πάππου τοῦ σοῦ, οἶσθα καὶ αὐτός· ἐγὼ δὲ, μετὰ τὸ Βυζάντιον ἡμᾶς ποιήσασθαι ὑφ' ἑαυτοῖς, ἀσυμπαθὲς ἔκρινα καὶ δεινῶς ἄγνωμον, εἰ μή τινι ἄλλῳ, τῇ πρὸς αὐτὸν γοῦν ἐπιδημίᾳ τὴν συμφορὰν εἰς ὅσον οἷόν τε ἐπικουφίσαι, καὶ παραμυθίαν παρασχεῖν τινα, μὴ παντελῶς ἀπερρίφθαι ἐλπίσαντα παρὰ τῶν φίλων, γενόμενος δὲ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ πρὸς αὐτὸν, καὶ τήν τε ἄλλην κάκωσιν τὴν ἀπὸ τοῦ δεσμωτηρίου, καὶ μάλιστα τὴν ἀπὸ τῶν κλοιῶν ἑωρακὼς, δεινῶς τε ἤλγησα ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ παραμυθίαν τινὰ εἰ οἷόν τε αὐτῷ προὐθυμήθην ἐξευρεῖν. Καί σοι προσελθὼν, περὶ τῶν κλοιῶν ἐδεόμην μόνων, ἀρκοῦσαν ἡγούμενος εἶναι ὡς ἐν δεινοῖς παραμυθίαν. Ἐπεὶ δὲ ἐγενόμην ἐν συνηθείᾳ, καὶ συχνῶς ἐφοίτων πρὸς αὐτὸν, ἐκεῖνος μὲν οὐδ' οὕτω πρὸς ἐμὲ ἐμνήσθη τῶν κακῶν ἀπαλλαγῆς, οὐ μόνον τὴν σὴν περὶ τὸ συγγινώσκειν τοῖς προσκεκρουκόσι φιλοτιμίαν οὐκ εἰδὼς, ἀλλὰ καὶ ἑαυτῷ τὰ δεινότατα συνειδὼς, καὶ διὰ τοῦτο τὴν παραίτησιν ἀπαγορεύων. Ἐγὼ δ' ἔτι μᾶλλον ἐκ τῆς συνηθείας ἐπικαμπτόμενος πρὸς τὴν αὐτοῦ κακοπραγίαν, ᾠήθην δεῖν ἀπό τε τοῦ δεσμωτηρίου εἰς ἕτερον ἐπιεικέστερον μεταγαγεῖν, καὶ τὴν τῆς μητρὸς καὶ γυναικὸς καὶ τῶν φιλτάτων συνδιαγωγὴν αὐτῷ ἐφεῖναι, νομίζων οὕτως ἂν ἡμῖν τε εἶναι ἀσφάλειαν τοῦ μή τι ἐπιβουλεύεσθαι παρ' αὐτοῦ, καὶ αὐτὸν οὐδὲν ἧττον ἢ εἰ παντάπασι τοῦ

Jacobi Pontani notæ.

(43) Vocantur ἀνάγκαι Græcis probationes illæ, quæ necessario concludunt, quas contra afferri nihil potest, quæ intellectum convincunt. Anacreon dixit, τῶν ῥητόρων ἀνάγκαις, ubi puto rhetorum nomine dialecticos accipiendos, seu esse commune nomen ad rhetores proprie dictos et dialecticos; præsertim cum dialectica Ciceroni dicatur astricta et contracta quædam eloquentia, ut vicissim rhetoricam latiorem et fusam dialecticam appellare liceat. Sunt enim ambæ in disserendo positæ.

(44) Forte illum locum Joannis intelligit, cap. xv : *Majorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Certum est majorem charitatem ab hominibus Deum non requirere.

(45) Indicat hæc crimina Gregoras, lib. VIII : *Syrgiannes vero imperatorum concordia minime lætus, animo æger et tristi vultu obambulabat, maxime quod tranquillis rebus, nullus ejus usus in republica esse videbatur*, et quæ sequuntur. Vide etiam pagina antecedente : *Cæterum magnus dux Syrgiannes rebus non ex sententia succedentibus*, etc.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δεσμεῖσθαι ἀπολέλυτο, ἡδέως βιώσεσθαι καὶ ἀνειμένως. Τοῦτο μὲν οὖν αἰτήσας παρὰ σοῦ, ἔπραξα αὐτῷ· ἡ δὲ μήτηρ μὲν αὐτοῦ, θεία δὲ ἐμή, ὅπερ οὐδ' ἄν ποτε ἤλπισεν ὁρῶσα γεγενημένον, καὶ ταῦτα, ὑπ' οὐδενὸς ἐμοῦ παρακεκλημένου, εὔελπις καὶ πρὸς τὰ λείποντα γεγενημένη, προσῆλθέ τε καὶ ἐδεήθη περὶ τῆς τοῦ υἱοῦ ἐλευθερίας. Ἐγὼ δὲ ὅτι τε συγγενής ἐστιν ἐμὸς ἐνθυμηθεὶς καὶ τὴν ἀρχαίαν φιλίαν, καὶ τὴν ἐν ταῖς στρατείαις συνδιατριβήν (ὑφ' ἑνὶ γὰρ καθηγεμόνι τῷ ἡμετέρῳ θείῳ Ἀγγέλῳ τῷ μεγάλῳ στρατοπεδάρχῃ τὰ πολέμια ἐδιδασκόμεθα, ὃς οὐ μόνον τοὺς νυν ἐν ταῖς στρατηγίαις παρήλασε πολλῷ τῷ μέτρῳ, ἀλλὰ καὶ τοῖς πάλαι ὑμνουμένοις ἐν ταῖς συγγραφαῖς Ῥωμαίων στρατηγοῖς, ἤρισεν ἂν περὶ πρωτείων), καὶ ὡς ἐν ἡμέρᾳ τῇ αὐτῇ πολεμίοις πρώτοις (Πέρσαι δὲ ἦσαν) συνήλθομεν εἰς χεῖρας. Τὸ δέ με πάντων μάλιστα πεῖσαν, ὅτι εἰ τοσαῦτα ὅσα σύνοιδεν αὐτῷ προσκεκρουκότι, συγγνώμην παράσχοις αὐτὸς, πάσης αἰτίας ἀπολύσας, μεταβαλεῖν ἂν νομίσαντα καὶ αὐτὸν, ἐκ τῶν πραγμάτων αὐτῶν διδαχθέντα περὶ οἷον ἠγνωμόνει, καὶ τοῦ λοιποῦ μενεῖν εὔνουν καὶ φίλον πιστόν· ὡς ἐντεῦθεν δύο τὰ μέγιστα ἐξειργάσθαι, σοί τε φιλανθρωπίας καὶ ἡμερότητος παρασχόντα ἀφορμὴν, καὶ προσέτι χρήσιμον ἐν πολλοῖς ἄνδρα προσαγαγόντα, ὃς δι' οἰκείαν ἀγνωμοσύνην ἀπολώλει· καὶ αὐτῷ μεγίστων ἀγαθῶν αἰτιώτατον ὀφθέντα, ἐπειθόμην τε αὐτοῖς δεομένοις, καὶ σοὶ προσελθὼν περὶ τῆς παντελοῦς αὐτοῦ ἐλευθερίας διειλέχθην. Ἐπεὶ ἄλλως γε εἰ ἐπὶ τῇ αὐτῇ μοχθηρίας καὶ τοῦ λοιποῦ αὐτὸν ὑπενόουν μενεῖν, οὐχ ὅτι γε αὐτὸς, ἀλλὰ καὶ ἑτέρου πράττοντος ἐκώλυσα ἂν τὴν ἐλευθερίαν. Τοῖς γὰρ εὐνοοῦσί σοι φίλος εἶναι οὐ μᾶλλον προῄρημαι ἐξ ἀρχῆς, ἢ πολέμιος τοῖς ἐπιβουλεύουσι. Τοιαῦτα μὲν πρὸς ἀλλήλους διειλέχθησαν αὐτοί· ἐπεὶ δὲ ἐκεκύρωτο τὸν Συργιάννην τοῦ δεσμωτηρίου ἀφεθῆναι, ἡ τοῦ βασιλέως μήτηρ βασιλὶς ἡ Ξένη, πυθομένη ὅτι βασιλεῖ τοιαῦτα ἐδόξε περὶ αὐτοῦ, ἐδυσχέρανέ τε οὐκέτι ἀνεκτῶς, καὶ τὸν μέγαν δομέστικον εἶχεν ἐν αἰτίαις, οὐ μόνον ὅτι πολεμίῳ ὄντι βασιλέως, καὶ διὰ τοῦτο δικαίῳ ὄντι δεσμοῖς ἀφύκτοις διὰ βίου ἔχεσθαι παντὸς, αὐτὸς συνεῖπε πρὸς τὴν ἐλευθερίαν, ἀλλ' ὅτι μήτε πρότερον αὐτῇ μηδὲν μήτε προεῖπε μήτε ἐδουλεύσατο περὶ αὐτοῦ. Ὁ μέγας δὲ δομέστικος αἰτίας ἀπολύων ἑαυτὸν, ἀγνοεῖν τε ἔφασκεν ὅτι μὴ εἴη κατὰ γνώμην τὰ πραττόμενα

que subnixa, de reliqua libertate filio impetranda mecum egit. Ego meum consobrinum esse cogitans, veterisque amicitiæ et commilitii memor (sub uno enim magistro avunculo nostro Angelo magno stratopedarcha militiæ rudimenta posuimus (46) : qui non modo hujus ætatis ductores longo intervallo superavit (47), sed etiam cum priscis Romanorum ducibus, quos historiarum monumenta loquuntur, de palma contenderit), et in memoriam regrediens quo pacto eodem die primum cum hostibus (erant autem Persæ) pedem contulerimus, quodque me præcipue movebat, confisus, si tam multa, quorum sibi in te commissorum esset conscius, ignosceres, et omni crimine absolveres, ipsum quoque mores mutaturum, re ipsa doctum videlicet in qualem virum adeo peccavisset, ac de cætero in fide et benevolentia mansurum, ut hinc duo quædam eximia conficerem, et tibi nimirum humanitatis ac mansuetudinis exercendæ occasionem darem, prætereaque virum ad multa idoneum conciliarem, quem scelus suum perdiderat, et ipsi maximorum bonorum summus auctor fierem, illius rogatu, matris, inquam, de ejus plena liberatione te allocutus sum. Alioqui, **206** si in eadem pravitate perseveraturum suspicatus fuissem, non modo non ipse libertatem ei petivissem, sed quovis alio petente ne liberaretur impedivissem. Haud enim magis tibi bene cupientes amare, quam insidiantes odisse ab initio fixum certumque habui. Hæc illi inter se sermocinabantur. At Xena imperatoris mater, filium Syrgiannis dimissionem decrevisse audiens, id passa est ægerrime ; accusabatque magnum domesticum, non solum quod hosti imperatoris, et idcirco sempiternis vinculis jure constringendo ipse ad libertatem patrocinaretur, sed quod se rem celasset penitus, neque super illo se consuluisset. Domesticus culpam ab se removens, nescisse respondit, id eam nolle, ideo nihil prius cum ea communicasse. Cæterum Syrgiannes carcere pro decreto solutus (48), imperatorisque humanitatem ac beneficentiam expertus est.

Jacobi Pontani notæ.

(46) Virgilius VIII *Æneidos*, de Pallante, quem Evander parens Æneæ, ut magistro militari commendat ac tradit,

——— *sub te tolerare magistro*
Militiam, et grave Martis opus, tua cernere facta
Assuescat, primis et te miretur ab annis.

(47) Quadrant huc verba M. Tullii ex Maniliana, de Cn. Pompeio : *Utinam, Quirites, virorum fortium atque innocentium copiam tantam haberetis, ut hæc vobis deliberatio difficilis esset, quemnam potissimum tantis rebus, ac tanto bello præficiendum putaretis. Nunc vero cum sit unus Cn. Pompeius, qui non modo eorum hominum qui nunc sunt, gloriam, sed etiam antiquitatis memoriam virtute superavit*, etc. Nihil igitur ad hunc Angelum Asanem ex Græcis illis, quorum vitas scripsit Æmilius Probus, Miltiades, Themistocles, Chabrias, Epaminondas et alii ; nihil ex Romanis Fabii Maximi, Scipiones, Marcelli, omnes denique belli duces, quos Cicero I *De orat.* præstantissimos, ac pene innumerabiles ex una civitate (Roma) proferre posse affirmat. Sed Græci genus hominum in laudes suas effusum et φιλόδοξον.

(48) Narrat etiam Gregoras in hæc verba : *Iis temporibus Syrgiannes carcere educitur, scripto prius jurejurando dato, et atrocissima quæque sibi imprecatus, si quid contra imperatorem moliretur. Sin quovis modo apud integros judices mendacii convinceretur, præter diras illas ut etiam capite plecteretur.* Non tamen mansit in fide, et interfectus est, tanquam perfidus, ut docebitur cap. 25. Et quem Xena jam devoratum vult, postea adoptat, eique se totam committit, ut est apud eumdem Gregoram.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

αὐτῇ, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲν περὶ τούτου πρότερον αὐτῇ διαλεχθῆναι. Ὅμως ἐπεὶ ἔδοξεν, ἀπελύετό τε τῶν δεσμῶν ὁ Συργιάννης, καὶ εὐμενείας ἀπέλαυε καὶ εὐποιΐας τῆς παρὰ βασιλέως.

CAPUT V.

Germani jure hospitii ab imperatore pecunia adjuvari petunt. Magnus domesticus respondet ærarium exhaustum esse, militem illis suppeditaturos. Germani recusant; abundare se militibus. Dimittuntur cum honore. Exponitur calliditas domestici. Item quomodo approbante imperatore partem onerum et curarum suarum in humeros Apocaucheni rejecerit. Causæ quare imperator Cyzicum profectus sit. Cum Zamerchane satrapa, qui Orientales Romanorum urbes vexabat, pacem facit. Mœsus cum imperatore perenne fœdus icit.

Sub idem tempus ex Alemania ad seniorem imperatorem legati veniunt, pecuniam petentes, quod ex veteri societate et amicitia, quæ ipsis cum Romanis intercederet, consentaneum videretur, alteros ab alteris, si quo egerent, adjuvari. Germanis (49) enim omnibus cum Romanis imperatoribus hospitium esse : qui Germani studiose curarent, quæcunque Romanis emolumentum ac decus afferrent. Nunc pecuniæ egentes, ad imperatorem compulsos confugere ; suæ inopiæ ab ipso consultum iri confidentes. Sed cum Andronicum seniorem imperio motum reperirent, ad juniorem adierunt. Is causa adventus eorum percepta, magno domestico quæ convenientissima putaret, respondendi partes dedit. Ille vocatis ad se legatis, sibi et imperatori quamobrem adessent, intellectum esse, et vetustam eorum cum Romanis societatem amicitiamque haud se ignorare dixit ; **207** et utrorumque imperium quodammodo unum principatum sibi videri ; justum item et cum officio conjunctum esse, ambos invicem utilitates afferre. Quod ad pecuniam attineret, si venissent antequam bellum inter imperatores gereretur, quantum pro necessitate voluissent, accepturos fuisse. Nunc idem bellum exhausisse ærarium. Verumtamen alia via posse huic ipsorum sumptuariæ difficultati occurrere ; exercitum enim magnum ac fortem contra hostes militiæ socium præbituros Sic namque se existimare, non alius, quam exercitus causa ipsos quærere pecuniam. Hunc ergo si adipiscantur, quod tam diligenti opera conarentur invenire, jam inventum habere. Contra legati, se pecuniæ, non exercitus causa missos; regionem ipsorum multos alere strenuosque milites, quibus uti eorum regi liceat, si sumptus tantum in stipendia non desit. Hunc in modum legatos imperator dextre, et donis quam potuit magnificis humaniter donatos ab se dimisit; auditoque quid respondisset iis magnus domesticus, opinari se affirmavit, apte et convenienter Latinis respondisse, cum tanquam amicis subsidium aliquod promissum esset, qui si voluissent promissa exigere, non videre se quid responderi potuisset. Et magnus domesticus, sibi quoque inter respondendum eamdem dubitationem exortam. At enim quod pecuniam deficere dixerit, pudori minime futurum, quando et ipsi ea careant, atque aliunde petant. Copias autem datum iri pollicitum, quantumvis

Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους καὶ ἐξ Ἀλαμανῶν ἀφίκετο πρὸς βασιλέα τὸν πρεσβύτερον πρεσβεία, χρήματα αἰτοῦντες, λέγοντες, κατὰ παλαιὰν συμμαχίαν καὶ φιλίαν τῆς σφετέρας τε καὶ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ὅταν του δέονται προσήκειν ἑκατέροις κομίζεσθαι παρ' ἀλλήλων. Γεμπλίνοις γὰρ πᾶσι φιλίαν εἶναι πρὸς τοὺς Ῥωμαίων βασιλέας, καὶ σπουδάζεσθαι αὐτοῖς ὅσα ὠφέλειάν τε καὶ τιμὴν Ῥωμαίοις περιποιεῖ· νυνὶ δὲ χρημάτων δεομένους, ἀναγκαίως πρὸς βασιλέα ἥκειν, θαρροῦντας ὡς λήψονται ὅτου ἂν δέωνται. Ἐπεὶ δὲ Ἀνδρόνικον τὸν πρεσβύτερον βασιλέα εὗρον τῆς ἀρχῆς ἐκβεβλημένον, πρὸς τὸν νέον ἐποιοῦντο τὴν πρεσβείαν. Βασιλεὺς δ' ἐπεὶ ἐπύθετο περὶ ὧν ἥκοιεν, ἐπέτρεπε τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ, πρὸς αὐτοὺς ποιήσασθαι ἀπολογίαν ᾗ ἂν δόξειε μάλιστα τὸ εὔλογον ἔχειν. Ὁ δὲ μετακαλεσάμενος τοὺς πρέσβεις, βασιλέα τε ἔφασκεν ἀκηκοέναι περὶ ὧν ἥκουσι πρεσβεύοντες καὶ αὐτόν· καὶ τὴν μὲν παλαιὰν συμμαχίαν καὶ φιλίαν αὐτῶν πρὸς τοὺς Ῥωμαίων βασιλέας καὶ αὐτὸν εἰδέναι· καὶ ὥσπερεὶ μίαν ἡγεμονίαν ἀμφοτέρας τὰς βασιλείας νομίζειν· καὶ δίκαιον ἅμα καὶ προσῆκον ἡγεῖσθαι, ὅτου ἂν δέωνται ἑκάτεροι, ὠφελεῖσθαι παρ' ἀλλήλων. Χρήματα δὲ ἃ αἰτοῦσι νῦν, εἰ πρὶν τὸν πρὸς ἀλλήλους τῶν Ῥωμαίων βασιλέων πόλεμον κεκινῆσθαι ἦκον, ἐκομίσαντο ἂν ᾗ ἐβούλοντο ἀρκοῦντα πρὸς τὴν χρείαν. Νυνὶ δὲ ἀναλωθέντων εἰς τὸν πρὸς ἀλλήλους πόλεμον, χρημάτων μὲν τὸ νῦν εἶναι οὐκ εὐπορεῖν· ἕτερον δὲ τρόπον δύνασθαι ἰάσασθαι τὴν ἀπορίαν τῶν χρημάτων. Στρατιὰν γὰρ ἂν παρασχεῖν πολλήν τε καὶ ἀγαθὴν, συμμαχήσουσαν ἐπὶ τοὺς πολεμίους· οἴεσθαι δὲ μηδὲ αὐτοὺς ἑτέρου του ἕνεκα, ᾗ τῆς στρατιᾶς, δεῖσθαι τῶν χρημάτων· καὶ εἰ τούτου τύχοιεν, τὸ σπουδαζόμενον αὐτοῖς ἡνύσθαι. Οἱ πρέσβεις δὲ χρημάτων ἕνεκα ἥκειν ἔλεγον, οὐ στρατιᾶς. Τὴν γὰρ αὐτῶν πολλούς τε καὶ ἀγαθοὺς τρέφειν οἷς ἔξεστι χρῆσθαι τῷ σφετέρῳ βασιλεῖ ἀναλωμάτων εὐπορουῦντι. Τοὺς μὲν οὖν πρέσβεις οὕτως εὐφυῶς ὁ βασιλεὺς ἀπεπέμψατο, δώροις φιλοφρονησάμενος εἰς ὅσον ἐξῆν μεγαλωπρεπῶς. Τὴν δὲ πρὸς τοὺς πρέσβεις τοῦ μεγάλου δομεστίκου πυθόμενος ἀπολογίαν, νῦν μὲν ἔλεγε πρὸς αὐτὸν ἁρμόζουσαν φαίνεσθαι τὴν πρὸς τοὺς Λατίνους ἀπολογίαν πεποιῆσθαι δοκοῦσαν φίλοις αὐτοῖς οὖσιν ἐπαγγέλλεσθαί τινα ὠφέλειαν παρέξειν. Ἐὰν δὲ αὐτοῖς ἐδόκει τὴν ἐπηγγελμένην στρατιὰν ζητεῖν, ἀπορεῖν ἧς ἂν εὑπόρησεν ἀπολογίας. Ὁ μέγας δὲ δομέστικος καὶ αὐτὸς μὲν εἶπεν ἐπὶ νοῦν ταύτην ἐσχηκέναι

Jacobi Pontani notæ.

(49) Græce Γεμβλίνοις, qui nil aliud sunt quam Geblini sive Gibelini. Cæterum senior Andronicus subsidia Gibelinis misit contra pontificios, ut ex Joanne Villani Florentino lib. IX patet.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀπορίαν, πρὸς ἐκείνους ποιούμενος τοὺς λόγους. Πλὴν τὸ μὲν ἀπορεῖν χρημάτων εἰπεῖν, οὐδεμίαν αὐτοῖς ἂν φέρειν αἰσχύνην, ἅτε δὴ καὶ αὐτῶν ἀπορούντων, καὶ δεομένων παρ' αὐτῶν· στρατιὰν δὲ παρέχεσθαι ἐπηγγέλθαι, μάλιστα μὲν ὅπερ ἦν καὶ αὐτὸν οἰόμενον οὐ στρατιᾶς ἐρεῖν, ἀλλὰ χρημάτων δεῖσθαι. Εἰ δ' ἄρα καὶ πρὸς τὰ δεύτερα χωροῖεν, νῦν μὲν εἰπεῖν οὐ ῥᾴδιον παρασχεῖν, καιροῦ δεομένην πρὸς παρασκευήν, ἄλλως τε οὐδ' ἀκριβῶς εἰδότας εἰ κατὰ γνώμην εἴη τῷ σφετέρῳ βασιλεῖ. Εἰ δ' ἀπελθόντες πρὸς τὴν οἰκείαν, ἀπαγγείλωσι περὶ τῆς στρατιᾶς καὶ δέοιτο αὐτῆς, τότ' ἤδη τοὺς παραληψομένους ἥκειν. Χρονίου γὰρ οὔσης καὶ ὑπερορίου τῆς στρατείας, καὶ χρόνου δεῖσθαι συχνοῦ πρὸς τὴν παρασκευήν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τοιαῦτα. Ἐξ ἐκείνου δὲ τοῦ χρόνου ἐξ ὅτου βασιλεὺς ὁ νέος τοῦ πάππου καὶ βασιλέως διαστὰς, εἰς Ἀδριανούπολιν ἦκεν ἄχρι καὶ τότε τοῖς τε ἄλλοις ἅπασι τοῖς πραττομένοις, καὶ δὴ καὶ τοῖς βασιλικοῖς γράμμασιν ἃ ἐπὶ βεβαιώσει γίνετό τινος δι' ἑαυτοῦ τοῦ μεγάλου δομεστίκου ἐπιστατοῦντος, δέει τοῦ μή τι τῶν μὴ προσηκόντων γενέσθαι ἢ διὰ ῥᾳθυμίαν, ἢ διὰ κακόνοιαν τῶν ἐπιτετραμμένων, καὶ οὐ μικρόν τινα διὰ ταῦτα τὸν πόνον ὑφισταμένου, ὅμως ἀναγκαίαν τὴν πρόνοιαν, καὶ τὴν ἐπὶ πᾶσι φροντίδα λογιζομένου, καὶ φέροντος τὸν κάματον σιγῇ, τότε δὲ τῶν ἐμφυλίων πολέμων λυθέντων, καὶ πεπαυμένων τῶν ἐπιβουλῶν καὶ ὑπονοιῶν, ἔγνω δεῖν καὶ αὐτὸς τῶν πόνων ἑαυτὸν ἀνεῖναι μικρόν. Καὶ βασιλεῖ προσελθὼν, τόν τε ἐπὶ τοῦ προτέρου χρόνου πρὸς τὴν διοίκησιν τῶν πραγμάτων διηγεῖτο πόνον, καὶ ὡς τῶν ἐμφυλίων κακῶν ἤδη πεπαυμένων, καὶ ὑποψίας οὔσης οὐδεμιᾶς, δέον πρόνοιάν τινα ποιήσασθαι ὥστε τά τε πράγματα ὥσπερ πρότερον καλῶς καὶ ὡς δέον διοικεῖσθαι, καὶ αὐτὸν ἀναπαύλης τινὸς τυγχάνειν. Τοῦτο δὲ γένοιτ' ἄν, εἰ τήν τε τῶν βασιλικῶν γραμμάτων ἐπιστασίαν, καὶ τὴν ἐπὶ τοῦ τῶν βασιλικῶν χρημάτων ταμιείου, ἔτι δὲ καὶ τὴν ἐπὶ τῶν εἰσπραττόντων τοὺς δημοσίους φόρους ἀναθεῖεν ἑτέρῳ τινὶ, ὃν ἂν ἐκλέξηται αὐτός. Βασιλεὺς δὲ οὐδὲ αὐτὸς ἔφασκεν ἀγνοεῖν ὅσον ἐπὶ τοῦ προτέρου χρόνου ὑφίστατο τὸν πόνον, πᾶσιν αὐτὸς ἐφεστηκώς· ἀλλὰ εἰδέναι τε καλῶς, καὶ οὐχ ἥκιστα θαυμάζειν, εἰ πρὸς τοσαύτην διοίκησιν πραγμάτων εἷς ὢν αὐτὸς ἐξαρκεῖ· ἔτι δὲ καὶ ἀλγεῖν ὑπὲρ αὐτοῦ τὸν κάματον ὃν ὑπέμενεν ἐννοῶν. Ὅπερ δὲ αὐτὸς ἔφης λογιζόμενος καὶ αὐτὸς, ὡς τῶν ἐμφυλίων ἕνεκα πολέμων καὶ τῶν ἐπιβουλῶν ἀναγκαῖον ἐφ' ἅπασί σε παρεῖναι, καὶ πάντα πράττεσθαι διὰ σοῦ, καὶ ἄκων παρῆειν σιγῇ τὸν χρόνον. Νυνὶ δὲ ᾗ ἐβούλετο τοῦ Θεοῦ τὰ πράγματα καταστήσαντος, ὃν ἂν αὐτὸς ἐθέλῃς μᾶλλον πρὸς τὴν διοίκησιν ὧν ἔφης πραγμάτων ἑλοῦ· οὐ μὲν ἐκείνῳ παντάπασιν ἐπιτρέψαι τὰ πράγματα χρή· ἀλλὰ καὶ αὖθις αὐτὸν ἐφίστασθαι τοῖς ἀναγκαίοις, καὶ πάντα πράττεσθαί σοι κατὰ γνώμην· οὕτω γὰρ ἂν τά τε πράγματα

perbene sciret, id quod erat, non militem illos desiderare, sed nummaria paupertate laborare. Si tamen ad alterum etiam processissent, dicturum fuisse, nunc difficulter dari posse quod mora ac tempore ad colligendum opus foret. Ad hæc nondum liquido sciri, an id ipsorum regi placiturum sit. Reversi igitur domum, super exercitu certiorem facerent, et siquidem indigeret, tum venirent qui eum abducerent, quippe cum lentum ac longum negotium sit copias peregrinas et e locis remotissimis contrahere. Et hæc quidem isto modo acta sunt. Ex quo autem nepos ab avo dissidens Adrianopolin venit, usque ad illum diem rebus omnibus agundis, atque etiam imperatoriis diplomatis, quæ ad aliquid confirmandum scriberentur, per se magnus domesticus præfuerat; ne quid per socordiam **208** malignitatemve aliorum, quibus ea committerentur, sinisterius fieret: nec leves in eo labores sustinuerat, quos nihilominus, quia curam sollicitudinemque in omnibus necessariam judicabat, silentio perferebat. Tunc vero, sepultis jam bellis civilibus, insidiisque ac suspicionibus nullis, sibi quoque occupationes aliquantum minuendas esse constituit. Quocirca imperatori præteriti temporis laboriosam administrationem suam exponit, ac monet malis civilibus et suspiciosis temporibus jam præteritis providendum, uti res quemadmodum ante, bene decenterque procurentur, et sibi quietem ac remissionem aliquam concedendam. Concessurum autem, si imperatoriarum litterarum, et fisci, et exactionum præfecturam in alterum transferat, quem suo arbitratu delegerit. Respondit imperator, nec se ignorare quantos ille labores hactenus subiisset, cum unus omnibus præesset; sed probe nosse, et summopere admiratum, solum tantæ negotiorum moli sustinendæ parem esse potuisse. Præterea doluisse fortunam ejus, cum quibus premeretur oneribus, secum cogitaret. Sed cum ipse quoque consideraret, quod dixerat, quomodo propter bella civilia et insidias eum adesse omnibus, et per eum fieri omnia oporteret, etiam nolentem tempus extraxisse. Nunc quoniam Deus rempublicam ordinasset atque constituisset, ipse potius ad ea quæ nominasset munera obeunda quem vellet deligeret, cui tamen non omnimodis absoluteque res committendæ sint; sed eum rursus necessariis præesse, et omnia ex ejus judicio administrari debere. Sic enim negotia præclare curatum iri, et ipsum sat quietis consecuturum. Assentitur magnus domesticus, et Apocauchum sacri cubiculi præfectum his functionibus deligit, et imperator assentitur. Apocauchus creatus rerum communium administrator (59), quæcunque erant necessaria seu majoris momenti, et judicem magnum dome-

Jacobi Pontani notæ.

(50) Τῶν κοινῶν πραγμάτων διοικητής, est apud nos Cancellarius, itaque explicationis causa pene hoc verbum adjeci. Qui fuerint μεσιτεύοντες, μεσάζοντες τοῖς πράγμασι, τῶν πραγμάτων τοῦ βασιλέως, ut his libri persæpe nominantur, infra dicetur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

sticum requirebant, ea ad illam referens, quatenus ipse committeret, aut solus conficiebat, aut cum imperatore quædam discutiebat. Quæ hujuscemodi non erant, ejus arbitrio transigenda permittebat. Sub idem tempus imperator Cyzicum trajecit, simul ut Deiparæ signum non manufactum, in templo apud Hyrtacium asservatum veneraretur, simul ut regionem nondum visam lustraret, **209** et, quod caput erat, ut [satrapam, seu] principem Phrygiæ (51) Tamerchanem Giaxæ filium, orientalibus ad Hellespontum urbibus Romanorum incumbentem, ad pacificationem adduceret : quod etiam ex sententia successit. E Cyzico enim Pegas ad Hellespontum profectus, eum accersivit. Qui celeriter præsens, magna moderatione et quodammodo subjectione cum imperatore congressus est. Nam cum propius abesset, ut jam ipsum videre et ab ipso videri posset, cum Persis suis ab equis descendit, paulumque progressi, cæteri quidem omnes imperatorem, antequam appropinquarent, capitibus humi submissis adorabant ; ipse ad eum pedibus accedens et adorabat, et pedem illius osculabatur. Deinde equo conscenso, solus cum solo verba miscuit. Imperator ubi multis eum eo de pace egit, et gratiam relaturum promisit, Pegas, ille in castra sua rediit. Postridie revertens, salutato imperatore pacem in posterum, et Romanis in oriente non amplius molestum futurum promisit : donisque ab eo pro dignitate cultus, ad suos se recepit, et promissa ad rem conferens, nunquam deinde Romanis nocuit. Imperator Byzantium remeavit. Ibi cum esset, Michael Mœsorum rex ei significat, si placeret, cupere se illum convenire, et fœdus instaurare. Adrianopoli enim temporibus non sinentibus (propter tumultus videlicet bellicos) brevem et perturbatum fuisse congressum. Cum placuisset imperatori, Sozopolin inter et Anchialum apud Κρημνούς, [id est, præcipitia] quæ dicuntur, convenerunt, ibique fœdus et societatem perennem iniverunt, digressique domos recesserunt.

διοικηθήσεσθαι καλῶς, καὶ αὐτὸν ἀναπαύλης τυγχάνειν οὐ μικρᾶς τινος. Ὁ δὲ μέγας δομέστικος τοῖς τε λεγομένοις ἐπείθετο πρὸς βασιλέως, καὶ παρακοιμώμενον τὸν Ἀπόκαυχον ἐπὶ τῇ διοικήσει τῶν εἰρημένων ἥρεῖτο πραγμάτων· καὶ βασιλεὺς συνεπεψηφίζετο αὐτός· ἀποδειχθεὶς δὲ τῶν κοινῶν πραγμάτων ὁ παρακοιμώμενος διοικητής, ὅσα μὲν ἦν ἀναγκαῖα, καὶ τῆς τοῦ μεγάλου δομεστίκου κρίσεως ἐδεῖτο, ταῦτα πρὸς αὐτὸν ἀνάγων, ᾗ αὐτὸς ἐπέτρεπεν ἐπράττετο, ἢ μόνος, ἢ καὶ μετὰ βασιλέως ἕνια ἐξετάζων· ἃ δὲ οὐ τοιαῦτα, παρακοιμωμένῳ ἐφεῖτο πράττειν. Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον ὁ βασιλεὺς εἰς Κύζικον ἐπεραιώθη, ἅμα μὲν τὴν τῆς θεομήτορος ἀχειροποίητον εἰκόνα, ἣ πρὸς τὸν ἐν Ὑρτακίῳ ναὸν ἦν, προσκυνήσων, ἅμα δὲ κατοψόμενος καὶ τὴν χώραν, οὔπω πρότερον ἰδών. Τὸ δ' ἔτι τούτων αἰτιώτερον, ἵνα τὸν Φρυγίας ἄρχοντα Ταμηρχάνην τὸν τοῦ Γιαξῆ παῖς κατὰ τὸν Ἑλλήσποντον ἑῴας πόλεσιν ἐπικείμενον οὖσαις ὑπηκόοις βασιλεῖ, πρὸς συμβάσεις πείσῃ χωρῆσαι· ὃ καὶ κατὰ γνώμην ἐτελεῖτο βασιλεῖ. Ἀπὸ γὰρ Κυζίκου εἰς Πηγὰς πόλιν τὴν κατὰ τὸν Ἑλλήσποντον ἐλθών, μετεκαλεῖτο τὸν Ταμηρχάνην. Καὶ ὃς ἀφῖκτό τε κατὰ τάχος, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς μετριότητος, καὶ οἷον εἰπεῖν, δουλείας συνεγένετο τῷ βασιλεῖ. Ὡς γὰρ ἐγγὺς ἐγένετο ὅσον ὁρᾶν τε τὸν βασιλέα καὶ ὁρᾶσθαι παρ' αὐτοῦ, αὐτός τε καὶ ἄλλοι Πέρσαι τῶν ἵππων καταβάντες, καὶ προελθόντες ἐπὶ μικρόν, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἄπωθεν τὸν βασιλέα προσεκύνουν, τὰς κεφαλὰς ἐρείσαντες ἐπὶ τὴν γῆν. Αὐτὸς δ' ἄχρι βασιλέως ἐλθὼν πεζῇ, προσεκύνει τε καὶ ἠσπάζετο τὸν βασιλέως πόδα. Ἔπειτα ἔφιππος γενόμενος, μόνος μόνῳ συνεγένετο τῷ βασιλεῖ. Πολλὰ δὲ πρὸς αὐτὸν περὶ εἰρήνης διαλεχθέντος βασιλέως, καὶ εὖ ποιήσειν ἐπαγγειλαμένου, αὐτὸς μὲν εἰς τὸ οἰκεῖον στρατόπεδον, βασιλεὺς δ' εἰς Πηγὰς τὴν πόλιν ἐπανῆλθε. Καὶ ἐς τὴν ὑστεραίαν πάλιν ἐλθὼν ὁ Ταμηρχάνης καὶ προσκυνήσας βασιλέα, καὶ ἐπαγγειλάμενος εἰρήνην ἄξειν τοῦ λοιποῦ, καὶ τοῖς κατὰ τὴν ἕω Ῥωμαίοις μηδέποτε ἐπιστρατεύσειν, δώροις τε ἀμειψαμένου βασιλέως ἀξίως ἑαυτοῦ, ὁ μὲν ἐπανέζευξεν εἰς τὴν οἰκείαν ἅπερ ἐπηγγείλατο, ἀληθῆ ἐπὶ τῶν ἔργων ἀποδεικνύς· οὐκέτι γὰρ οὐδὲν ἠδίκησε Ῥωμαίους. Βασιλεὺς δὲ εἰς Βυζάντιον ἐπανῆκεν. Ἔνθα διατρίβοντι ὁ τῶν Μυσῶν βασιλεὺς Μιχαὴλ μεμήνυκεν εἰ ἀρεστὸν αὐτῷ εἴη, συνελθεῖν τε αὐτῷ, τὸ τὰς σπονδὰς ἀνανεώσασθαι καὶ τὴν εἰρήνην. Τὴν γὰρ πρότερον ἐν Ἀδριανουπόλει γενομένην συντυχίαν, τοῦ καιροῦ καὶ τῶν πραγμάτων οὐκ ἐώντων διὰ τὸν συμβεβηκότα τότε πόλεμον, ἐπ' ὀλίγον τε γεγενῆσθαι καὶ τεταραγμένως. Καὶ ἐπεὶ κατὰ γνώμην ἦν καὶ βασιλεῖ, μεταξὺ Σωζοπόλεως καὶ Ἀγχιάλου ἐν τοῖς λεγομένοις Κρημνοῖς ἐποιήσαντο τὴν συντυχίαν, καὶ σπονδὰς ἔθεντο θεσμίας διὰ βίου καὶ συμμαχίαν· καὶ διαλυθέντες, ἀνεχώρησαν ἐπ' οἴκου.

Jacobi Pontani notæ.

(51) Turcæ, non e Tartaria, sed e Perside pulsi a Tartaris, in Asiam minorem commigrarunt, quam nunc Anatoliam vocant. Septem duces eam subactam inter se diviserunt, ut ait Laonicus. Caramano obtigerunt mediterranea Phrygiæ majoris cum Cilicia, cujus a nomine quæ prius Cilicia postea Caramania fuit dicta, et usque hodie dicitur. Sarchani sors maritimam Ioniæ regionem, Smyrnam usque tribuit ; unde Sarchaniæ nomen est adepta. Calami, et filio Carasi obvenit Lydia usque ad Mysiam, quæ regio Carasia fuit appellata. Osman Etruculis filius Bithyniam, cum regionibus Olympum versus spectantibus, et cum Te Kie nactus est. Ab hoc Osmania, vel Othmania (quem admodum hactenus alii scribunt) dicta. Amuræ filios tradit Laonicus accepisse Paphlagoniam, cum iis quæ ad Euxinum vergunt. Vide plura apud Leunclavium in Pandecte historiæ Turcicæ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

CAPUT VI.

Imperator Barbaros in Bithynia invadere cogitans, Contophris præfecti consilio incitatur, et docetur. Barbari ad editiora loca se recipiunt. Orchanes satrapa in locis montosis et impeditis tendit. Quibus conspectis, placet Romanis non ultra progredi. Postridie tamen acie in campo instructa eos exspectant. Orchanes contra suos instruit, partemque in insidiis collocat. Describitur pugna, cujus mira varietas; victoria penes Romanos stat; ad quam plurimum egregia imperatoris concio valuit.

Βασιλεὺς δὲ ἐν δεινῷ τιθέμενος τὸ Πέρσας μὲν ἀεὶ A Imperator porro indignatus, Persas toties Romanis prædatorem immittere exercitum, cum ab iis nihil patiantur mali, in Orientem trajiciendum, et Barbaros in Bithynia adoriundos sibi **210** duxit; adhuc enim, adulto vere, mense, inquam, Maio, in tabernaculis per campos habitabant; de qua impressione advocatum Contophrem Mesotheniæ præfectum, venatorum principem, consuluit; quandoquidem is non solum ob præfecturam Mesotheniæ res Barbarorum noverat, sed et vir bonus alioqui, et bellicæ disciplinæ, præsertim Persarum, minime rudis erat, utpote a pueritia moribus et institutis eorum innutritus. Is imperatorem ad Barbaros armis coercendos confirmare, et libenter diem illum visurum autumare, quo liceret B Romanis tot injurias sibi illatas rependere. Admonebat autem ne procrastinaret, quod Barbari e campestribus in editiora loca, æstivos calores declinantes propediem successuri essent; sic enim illos consuesse, cum sint νομάδες [hoc est, qui cum pascuis mapalia mutent]. Ut animo stetit infesto petendos agmine, Byzantio, Didymoticho, Adrianopoli, et e Thracia coactis copiis (non enim Macedonicas reliquasque orientis licebat cogere, quod tempus urgebat; et simul Contophres e Mesothenia reversus, nunc esse maturum confirmabat Barbaros aggredi, antequam ad impedita montium loca recederent, quod mox facturi essent) in Orientem, exeunte jam vere navigans (53), ad Scutarium, ut appellatur, naves appulit (54). Intellecto hostili imperatoris adventu, quotquot erant C nomades per Bithyniam dispersi, cum tabernaculis et pecore, cæteraque supellectili ad alta montium, et longius quidem, quam pro consuetudine sua properarunt. Orchanes Persarum in Bithynia satrapa [sive princeps], assumptis quas habebat pedestribus equestribusque copiis, postquam rescivit imperatorem per Mesotheniam venturum, locum multis difficultatibus et naturalibus munimentis impeditum, non magis suis viribus, quam hac re fretus, in Mesotheniam veniens, in excelsis et pene inaccessis exercitum collocavit. Imperator Scutario bidui itinere profectus, cum tertio die mane pergeret, Persas procul in edito sedentes

βασιλέα ὁ Μπενέτος κατηγορῶν τοῦ ἀδελφοῦ ἐφ' οἷς ἠδικεῖτο παρ' αὐτοῦ· ὅσα τε αὐτῷ λεχθείη πρὸς βασιλέως, καὶ τὴν εὔνοιαν ἣν ἐνεδείξατο πρὸς αὐτὸν ἀφικόμενον πρὸς Χίον, καὶ ὡς τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας ἕνεκα ὁ βασιλεὺς ἀμείβεται τοιαύταις εὐεργεσίαις. Μπενέτος δὲ αὖθις τήν τε δωρεὰν ἀπεωθεῖτο τὴν βασιλέως, ἀναξίαν κρίνων ἑαυτοῦ· καὶ εἰ μὴ παντάπασιν αὐτῷ παραχωρήσει Χίου τῆς Ῥωμαίων ἀφελόμενος ἡγεμονίας, μηδεμιᾶς ἑτέρας εὐεργεσίας φάσκων δεῖσθαι παρ' αὐτοῦ, καὶ μηδὲ τρίβεσθαι εἰκῇ καὶ μάτην ἀδύνατα ἐπιχειροῦντας πείθειν. Οἱ μὲν οὖν παρόντες, καὶ μάλιστα οἱ ἐκ Λατίνων, πολλὴν ἀκρισίαν κατεγίνωσκον Μπενέτου, καὶ ἠτιῶντο φανερῶς, καὶ τὴν βασιλέως θαυμάζοντες φιλοτιμίαν, καὶ τὴν αὐτοῦ κακοβουλίαν, καὶ συνεβούλευον πείθεσθαι βασιλεῖ, ὡς εἰ μὴ πεισθείη νῦν, πολλὰ πολλάκις ὕστερον μεταμελήσοντος αὐτῷ. Ὁ δ' οὐδὲν μᾶλλον ἐπείθετο αὐτοῖς, ἀλλὰ τοῖς προτέροις ἐνέμενε λογισμοῖς. Ὁρῶν δὲ αὐτὸν ὁ μέγας δομέστικος οὕτως ἔχοντα ἐφ' οἷς ἠξίου ἀμεταμελήτως, Οὐκοῦν, εἶπεν, εἰ μή σοι ταῦτα ἀρεστὰ δοκοίη, ἀλλ' εἰ μὴ τύχοις ὢν αὐτὸς ἀξιοῖς, καὶ τῆς Χίου παντάπασι κέκριπας ἀποστῆναι δεῖν, καὶ δευτέραν αἵρεσίν σοι προθήσομαι εὐεργεσίας, ἣν αὐτὸς ἐκέλευσα βασιλεύς. Οἰκίας γάρ σοι λαμπρὰς καὶ πολυτελεῖς χαρίζεται ἐν Βυζαντίῳ, καὶ τῶν συγκλητικῶν Ῥωμαίων ἕνα κελεύει εἶναι, καὶ ἀξιώματι τῷ προσήκοντι τιμήσει, καὶ ἀρχὴν ἐγχειρίσει τῶν παρὰ Ῥωμαίοις νενομισμένων, καὶ τἄλλα ὅσα τοῖς εὐγενεστέροις Ῥωμαίων, καὶ αὐτῷ προσήκοντα ἔσται· καὶ τούτων πάντων χωρὶς προσόδων ἐτησίων ἕνεκα ἐκ τῶν τῆς Χίου φόρων μυριάδας χρυσίου λαμβάνειν δύο. Τούτων ἀκούσας ὁ Μπενέτος, οὐκέτι οὐδὲ καθεκτὸς ἐδόκει εἶναι, ἀλλ' ὥσπερ τὰ μέγιστα ἀδικούμενος, ἀχθόμενος καὶ δυσανασχετῶν, καὶ ὅρκοις ἑαυτὸν κατελάμβανε, καὶ ἀραῖς ταῖς παλαμναιοτάταις, εἴ τι παραδέξαιτο τῶν λεγομένων, εἰ μὴ ἅπερ ἐξ ἀρχῆς ἠτήσατο παράσχοι βασιλεύς. Τρεῖς δὲ ἠτεῖτο τριήρεις ἐκ τῶν βασιλικῶν ὡς πανοικεσίᾳ πλευτούμενος ἐς Γαλατᾶν. Ὁ μὲν οὖν τοιούτους παραπληξίας γέμοντας προῄει λόγους· οἱ δ' ἀκροώμενοι τῶν εἰρημένων, βασιλέα μὲν ἐθαύμαζον καὶ ἐπῄνουν, καὶ τῆς μεγαλοψυχίας καὶ τῆς φιλοτιμίας. Μπενέτου δὲ πολλὴν κατεγίνωσκον ἀγνωμοσύνην, καὶ ὁ σύλλογος διελέλυτο ἐπὶ τούτοις. Πυθόμενος δὲ ὁ βασιλεὺς ὅσα τε εἶποι καὶ ὧν ἀκούσειε Μπενέτος, ἐπεὶ μηδὲν ἔτι συνεώρα λειπόμενον τῶν προσηκόντων, ἐκείνῳ μὲν τρεῖς παρέσχετο τριήρεις, ὥσπερ ἠτεῖτο, αἷς ἐνθέμενος ὅση ἦν αὐτῷ περιουσία, ἦλθεν εἰς Γαλατᾶν.

A ut imperatoris honestissimum conatum, sic hujus perversum **237** consilium admirabantur, et ad parendum imperatori impellebant; quod ni faceret modo, fore ut in futurum sæpe vehementerque pœniteret. At enim surdo fabula canebatur; quippe qui animo obstinaverat non cedere. Tum magnus domesticus usque eo in proposito suo pertendentem videns: Igitur, inquit, si hæc tibi non placent, sed nisi quæ vis adipiscare, Chio omnino emigrare decrevisti, en alteram tibi jussu imperatoris optionem do; ædes enim tibi magnificas et sumptuosas donat Byzantii, et inter proceres Romanos te allegit, proque dignitate te honorabit, et consuetos Romanis magistratus tibi mandabit: quæcunque etiam nobilioribus Romanis, eadem tibi similiter tribuentur. Præter hæc omnia, in annuam pensionem ex Chii vectigalibus viginti nummorum aureorum millia accipies. His auditis Benedictus e potestate videbatur exiisse, et tanquam mirifice læsus, æger animi, semet jurejurando astringebat, dirissimisque precibus detestabatur, si quid eorum quæ promittebantur, admitteret: nisi, quæ a principio petivisset, imperator daret. Quapropter iterum ternas de imperatoria classe triremes orabat, quibus cum tota familia sua Galatam navigaret. Tales ille sermones vesaniæ plenos effundebat. Qui intererant, imperatorem suspicientes, ejus laudabile studium excelsumque animum commendabant, ac Benedictum valde improbum ingratumque pronuntiabant. Ita conventus est solutus. Imperator ut didicit quæ Benedictus audivisset, ac respondisset, quoniam nihil æquitatis videbat prætermissum, tres illi triremes quas petebat attribuit; iis omni instrumento suo imposito, Galatam pervenit.

CAPUT XIII.

Imperator Phocæam veterem veniens, a duobus Persarum satrapis, colitur. Phocæam novam in deditionem accipit, quam Arego Genuensi in præfecto committit. Persæ Trajanopolin et Beren depopulantes, partim occiduntur, partim capiuntur. Benedictus cum octo triremibus Chium ultionis ergo, et insulæ subigendæ infelici eventu appellitur.

Αὐτὸς δὲ ὅσα ἐξῆν πρὸς φυλακὴν ἐξαρτυσάμενος τῆς νήσου, ἅρας ἐκεῖθεν ταῖς λοιπαῖς ναυσὶν, ἦλθεν εἰς Φώκαιαν τὴν παλαιὰν, οὖσαν ὑπήκοον Ῥωμαίοις· καὶ ἀπόβασιν ποιησάμενος ἐφ' ἡμέρας τινὰς συνεγένετο Σαρχάνῃ, τῶν κατὰ τὴν Ἰωνίαν ἄρχοντι Περσῶν ἐκεῖσε γενομένῳ, καὶ μετὰ τῆς προσηκούσης αὐτῷ προσελθόντι μετριότητος, καὶ, ἵνα εἰπεῖν, δουλείας. Ὃν καὶ δώροις φιλοφρονησάμενος ὁ βασιλεὺς μεγαλοπρεπῶς, ἀπέστειλεν ἔνσπονδον Ῥωμαίοις· Αἰτίνης δὲ καὶ αὐτὸς Καρίας ὢν σατράπης, πρὸς βασιλέα μὲν οὐ παρεγένετο ὑπὸ

D Imperator quantis potuit præsidiis in insula constitutis, Phocæam antiquam, Romanis parentem, navibus delatus, ibi dies aliquot cum Sarchane Persarum in Ionia satrapa familiariter versatus est: qui cum qua par erat modestia, et ut ita **238** dicam, subjectione humili convenerat. Quem splendidis muneribus amice donatum, et Romanis fœdere sociatum dimisit. Ætines porro Cariæ satrapa, morbo diuturno prohibitus, ad imperatorem ipse non venit, sed Persarum quibus præerat missa non parva manu cum donis, valetudinem

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

excusavit, qua detentus ad eum salutandum proficisci nequivisset. Imperator gratiis aetis, vicissim dona ei portanda dedit. Inde Phocæam novam accessit, quam Romani habitabant quidem : ex quadam vero causa, ut Zacharis Chio, sic ipsi Andreas Catanias Genuensis subjugata, arceque constructa, et præsidio firmata, secure dominabatur. Ac per id tempus quidem negotii curandi Genuam peregre abierat. Interim Aregus (81) Andreæ patruus pro eo cum potestate præerat. Is ut imperatorem adventantem conspexit, portis apertis cives ad occurrendum urgere institit : ipseque simul exiens, venerabundus eum salutavit. Ubi intra mœnia ventum est, præsidiarios egressos (erant autem Latini et Genuenses) arcem imperatori transdere jussit. Illi egredientes, capita venerabundi submittunt arcemque dedunt. Duobus diebus in arce exactis, die tertio mane Arego accersito securigeros barangos claves urbis afferre (hos enim urbium claves imperatore præsente custodire solemne erat) et Arego tradere imperavit, eum in hanc sententiam alloquens : Nunc quidem Phocæam mihi subjectam veni mansique quam diu volui : rursum discedens, urbem tibi commendo, et per te Andreæ, uti eam quemadmodum prius ceu præfectus gubernet, quandiu mihi volenti erit. Deinde donis illum ac præsidium humaniter auxit, singularesque de liberalitate gratias agentes relinquens, cum tota classe Byzantio successit, ac militi missionem dedit. Brevi tempore illic posito, Didymotichum inivit. Eo nuntiatur, ex oriente Persarum peditatum navibus septuaginta transjecisse, agrumque Trajanopolis et Beres deprædari. Evenit autem, propter reditum e Chio omnibus domum ad requiescendum dimissis, cum imperatore magnoque domestico paucos esse milites. Verumtamen quotquot licuit, quam maturrime ex finitimis oppidis cogentes, improviso in Persas feruntur, eosque facillime victos partim **239** occidunt, partim captivos ducunt. Qui effugere potuerant, conscensis navibus (tunc enim Romani a navali manu et apparatu instructi non erant) in orientem recurrerunt, et imperator parta victoria Trajanopolin se retulit. Benedictus Martini frater e Chio Galatam appulsus, imperatorem ulcisci volens, si posset, inventis in portu octo Genuatium triremibus, constitutis rebus suis omnibus, mercede persuadet trierarchis, uti secum contra Chium navigent; sperans, se eam levi negotio subacturum, quod imperator dispersis classiariis, tarde opem insulanis esset allaturus. Postquam Chium naves tetigerunt, exscensione facta, armati ad oppidum, veluti periculum murorum facturi processerunt. At Chii erumpentes quam multi erant, Latinos congressu devicerunt, lethoque datis paulo plus tre-

νόσου χρονίου κωλυθείς · τῶν ὑπ' αὐτὸν δὲ Περσῶν οὐκ ὀλίγους πέμψας ἅμα δώροις πρὸς βασιλέα, τὴν νόσον, ὡς ὑπ' αὐτῆς κεκωλυμένος, ἠτιᾶτο, προσκυνῆσαι βασιλέα. Βασιλεὺς δὲ λόγοις τε εὐχαριστήσας, καὶ δώροις ἀμειψάμενος αὐτὸν, ἀπέστειλε τοὺς ἐλθόντας. Ἐκεῖθεν δὲ ἐξελθὼν, εἰς Φώκαιαν τὴν νέαν ἦλθεν. Αὕτη δὲ Ῥωμαίους μὲν οἰκοῦντας εἶχεν · ἐξ αἰτίας δέ τινος ὥσπερ Ζαγαρίας Χίου, οὕτω δὴ καὶ αὐτῆς Ἀνδρέας Κατανίας ἐκ Γεννούας κρατήσας, ἀκρόπολίν τε οἰκοδομησάμενος καὶ κατασχὼν φρουρᾷ, τῆς ἄλλης πόλεως ἦρχεν ἀσφαλῶς. Τότε μὲν οὖν Ἀνδρέας οὐ παρῆν, ἀλλ' εἰς Γέννουαν κατά τινα χρείαν ἀπεδήμει. Ἀρῆγος δὲ Ταρταρὺ, ὃς ἦν Ἀνδρέου θεῖος, Φωκαίας ἦρχεν ἀντ' αὐτοῦ · ὃς ἰδὼν τὸν βασιλέα προσιόντα, Φωκαίας τε ἐπέσπευδεν εἰς ὑπάντησιν βασιλέως ἐξελθεῖν, ἀνοίξας τὰς πύλας, καὶ αὐτὸς ἅμα σὺν αὐτοῖς ἐξῆλθε καὶ προσεκύνει βασιλέα. Ἐπεὶ δ' ἐγένετο ἐντὸς τειχῶν, τοὺς τὴν ἀκρόπολιν φρουροῦντας (ἦσαν δὲ ἐκ Γενουάς Λατῖνοι,) ἐξελθόντας ἐκέλευε βασιλεῖ παραδιδόναι. Οἱ δὲ ἐξήρχοντό τε προσκυνοῦντες, καὶ παρεδίδοσαν τὴν ἄκραν. Βασιλεὺς δ' ἐν αὐτῇ δύο αὐλισάμενος ἡμέρας, εἰς τὴν τρίτην ἅμα ἕῳ τὸν Ἀρῆγον μεταπεμψάμενος, καὶ τὰ κλεῖθρα τῆς πόλεως τοὺς τοὺς πελέκυς ἔχοντας Βαράγκους (82) κελεύσας ἀγαγεῖν (τούτους γὰρ ἔθος τὰ κλεῖθρα τῶν πόλεων ἔνθα ἂν ἐπιδημοῖη βασιλεὺς κατέχειν,) Ἀρήγῳ ἐκέλευε παραδιδόναι, πρὸς αὐτὸν εἰπὼν, ὡς Νῦν μὲν εἰς Φώκαιαν ἐμοὶ ὑπήκοον οὖσαν ἐλθὼν, ἔμεινα ἐφ' ὅσον ἠβουλόμην. Αὖθις δὲ ἐξερχόμενος, τὴν πόλιν παραδίδωμί σοι · καὶ διὰ σοῦ τῷ Ἀνδρέᾳ ὥστε ἄρχειν αὐτῆς ὥσπερ καὶ πρότερον ἐπιτροπεύοντα καθ' ὅσον ἂν χρόνον ἐμοὶ βουλομένῳ ᾖ · δώροις τε αὐτὸν καὶ τοὺς τὴν ἄκραν φρουροῦντας φιλοφρονησάμενος, καταλιπὼν ἐκεῖ πολλὰς αὐτῷ τῆς εὐεργεσίας χάριτας ὁμολογοῦντας, ἅρας σὺν ἅμα παντὶ τῷ στόλῳ ἦλθεν εἰς Βυζάντιον, καὶ διέλυσε τὴν στρατιάν. Ὀλίγον δὲ ἐνδιατρίψας Βυζαντίῳ χρόνον, ἐξελθὼν ἐκεῖθεν, ἦλθεν εἰς Διδυμότειχον. Ἔνθα διατρίβοντι, ἠγγέλθη ὡς ἐκ τῆς ἕω στρατιὰ Περσῶν πεζὴ περαιωθεῖσα ἑβδομήκοντα ναυσὶ, τὰ περὶ Τραϊανούπολιν ληΐζεται καὶ Βήραν. Συμβέβηκε δὲ διὰ τὸν εἰς Χίον ἀπόπλουν πάντων οἰκαδε διαλυθέντων ἀναπαύλης χάριν, βασιλέα ἅμα δομεστίκῳ τῷ μεγάλῳ σὺν ὀλίγοις τισὶν εἶναι στρατιώτας · ὅσους δὲ ἐνῆν ὡς τάχιστα συναγαγόντες ἐκ τῶν πέριξ πόλεων, ἀπροσδοκήτως ἐπέθεντο τοῖς Πέρσαις · καὶ μάχῃ κρατήσαντες παρὰ πολὺ, τοὺς μὲν ἀπέκτειναν αὐτῶν, τοὺς δὲ καὶ εἷλον ζῶντας. Ὅσοι δὲ ἠδυνήθησαν διαφυγεῖν, ἐμβάντες εἰς τὰς ναῦς (ἐπεὶ τοτηνικάδε ναυτικὴ δύναμις οὐκ ἦν Ῥωμαίοις παρεσκευασμένη), ἐπεραιώθησαν πρὸς ἕω. Καὶ ὁ βασιλεὺς μετὰ τὴν νίκην εἰς Ἀδριανούπολιν ἐπανῆλθεν. Μπενέτος δὲ ὁ Μαρτίνου ἀδελφὸς ἐκ Χίου κατασχὼν εἰς Γαλατᾶν, γνώμην ἔχων ὡς ἦν

Jacobi Pontani notæ.

(81) In Græco est Ἀρῆγος Ταρταρώ. Civem suum agnoscant Genuates.

(82) Aliis scriptoribus Βάραγγοι dicuntur; erantque Angli, ut ex his Codini verbis discere est : πολυχρονίζουσι καὶ οἱ Βάραγγοι κατὰ τὴν πάτριον καὶ οὗτοι γλῶτταν αὐτῶν ἦγουν Ἰγκλινισί.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δύνηται ἀμυνούμενος βασιλέα, τριήρεις ἐκ Γεννούας εὑρὼν ἐφορμούσας ὀκτὼ, τὰ ὄντα πάντα διαθέμενος, πείθει μισθῷ τοὺς τριηράρχας, αὐτῷ κατὰ Χίου συνεκπλεῦσαι, ἐλπίσας αἱρήσειν ῥᾳδίως, ὡς βασιλέως οὐ ταχέως βοηθήσοντος, τῆς ναυτικῆς αὐτῷ δυνάμεως διεσκεδασμένης. Ἐπεὶ δὲ προσέσχον τῇ Χίῳ, ἀπέβαινόν τε τῶν νεῶν, καὶ ὁπλισάμενοι ἐχώρουν πρὸς τὴν πόλιν ὡς τῶν τειχῶν ἀποπειράσοντες. Χῖοι δὲ ἐξελθόντες πανδημεὶ ἐκράτησάν τε μάχῃ τῶν Λατίνων, καὶ φεύγοντας αἰσχρῶς ἐνέβαλον εἰς τὰς ναῦς· ἀπέκτειναν δὲ αὐτῶν ὀλίγῳ πλείους τριακοσίων. Οἱ δὲ λοιποὶ ἀναχθέντες, ὡρμίσαντο ἐπ' ἀγκυρῶν. Καὶ ἐς τὴν ὑστεραίαν, οὐκέτι ἀγαθὰς ἐχόντες τὰς ἐλπίδας περὶ Χίου, ἐπ' οἴκου ἀνεχώρουν. Μπενέτῳ δὲ ὡς πᾶσα ἐλπὶς περιηρεῖτο, ἐπιληψίᾳ κατεσχέθη· καὶ πρὶν ἑβδόμην ἥκειν ἐτελεύτησεν.

A centis, turpiter ad naves fugere compulerunt. Qui restabant, ora soluta a litore recedentes, ancoris naves fundabant. Postridie, cum de insula potiunda nihil bonæ spei haurirent, domum viam remensi sunt. Benedictum desperatione fractum epilepsia invasit, et ante diem septimum vita defunctus est.

CAPUT XIV.

Periculose ægrotus imperator tertium magno domestico imperium defert; tertium recusat. Oratio imperatoris jam morituri, ut putabat, sane pathetica; qua convocatis ordinibus præsente etiam uxore valedicit, et preces expiatorias petit. Magnum domesticum pro se administratorem nominat, cui imperatricem commendat. Excutiuntur omnibus lacrymæ, laniantur crines, feriuntur pectora. Flentes ei valedicunt. De populo cuilibet palatium ingredi eique salve et vale licet dicere. Medicos obtestatur, uti se ante mortem cucullo monachi induant.

Ὀλίγου δὲ παρῳχηκότος χρόνου, συμβέβηκε βασιλέα Διδυμοτείχῳ ἐνδιατρίβοντα, ὀξεῖ νοσήματι περιπεσεῖν, ὃ παῖδες ἰατρῶν κεφαλικὸν σύμπτωμα καλοῦσιν. Ἰατροὶ μὲν οὖν ἐκ πρώτης προσβολῆς τὴν ὀξύτητα δείσαντες τῆς νόσου, οὐκ ἀγαθὰς εἶχον τὰς ἐλπίδας· καὶ βασιλεὺς δὲ αὐτὸς, τὴν ἀθρόαν καταβολὴν ὑπώπτευε μὴ οὐκ ἄνευ κινδύνου τελευτήσειν. Δευτέρᾳ δὲ ἡμέρᾳ μετὰ τὴν προσβολὴν, τὸν μέγαν δομέστικον μετακαλεσάμενος, Σὺ μὲν, εἶπεν, οἶσθα ὁσάκις ἐμοῦ πείθειν ἐπιχειρήσαντος παρασήμοις σε κοσμηθῆναι βασιλικοῖς, ὡς τι πλέον αὐτὸς εἰδὼς, τοὺς μὲν ἐμοὺς διεκρούσω λόγους, καίτοι λυσιτελοῦντα πᾶσιν ἀξιοῦντος, ἃ δὲ αὐτὸς ὤου βελτίω εἶναι, ταῦτ' ἔθου διὰ σπουδῆς ἀκατάλυτα τηρεῖν. Νῦν δὲ αὐτὸς ἔοικα μᾶλλον ἢ σὺ στοχάζεσθαι τῶν συμφερόντων. Εἰ γὰρ ὅσα αὐτὸς ἠξίουν ἐτελεῖτο, νῦν οὐκ ἂν ἐν θορύβῳ πολλῷ καὶ ταραχῇ αὐτός τε ἦν, καὶ τὰ Ῥωμαίων πράγματα τοὺς ἐσχάτους ὑπώπτευε κινδύνους. Εἰ γάρ με συμβαίη νῦν ὑπὸ τῆς νόσου κατεργασθέντα τελευτῆσαι, ὅπερ οὐδὲ πόρρω προσδοκίας, ἄδηλον εἰ μὴ εἰς πράγματα ὑμῖν καὶ ταραχὰς ἡ ἐμὴ τελευτὴ χωρήσει· διὸ καὶ δεῖν οἶομαι αὐτῶν νυνὶ σαφῶς τὰ δέοντα τῶν πραγμάτων διδασκόντων, τὴν μὲν ἄκαιρον φιλονεικίαν καὶ τὴν οὐ προσήκουσαν ἔνστασιν καταλιπεῖν· αὐτὸν δὲ ὑπ' ὀφθαλμοῖ; ὅσοι πάρεισι Ῥωμαίων, ὑποδήμασί τε βασιλικοῖς καὶ πίλῳ τῷ ἐμῷ (ἃ δοκεῖ βασιλείας σύμβολα εἶναι) κοσμηθῆναι ἐπ' ἐμοῦ. Κἂν μὲν καὶ αὐτὸς περιγένωμαι τῆς νόσου, καινὸν οὐδὲν ἂν εἴη εἰργασμένον. Ἃ γὰρ προὐθέμην ἐξ ἀρχῆς καὶ διὰ σπουδῆς εἶχον ἐλθεῖν εἰς πέρας, ταῦτα ἔσται εἰργασμένα. Εἰ δ' ἐξ ἀνθρώπων γένωμαι, τὴν ἡγεμονίαν πᾶσαν ἀναδέξασθαι Ῥωμαίων σε· καὶ μὴ διὰ τὴν ἀναρχίαν, εἰς στάσεις καὶ πολέμους χωρῆσαι, ἐξ ὧν διαφθαρήσονται. Βασιλεὺς μὲν οὖν τοιαῦτα

B Non multum temporis intercessit, cum imperator Didymotichi in morbum acutum incidit, quem cephalicum symptoma nominant medici (83). Igitur ex prima ejus accessione gravitatem metuentes, parum bene sperabant: et imperator ipse crebriores accessiones interitum sibi allaturas formidabat. Postero igitur die, post accessionem magnum domesticum advocans, his eum verbis alloquitur: Memoria tenes, quo pacto, cum ego sæpius te flectere enisus sim, ut insignia imperatoria ne recusares, tu velut longius quam ego prospiciens, dicta mea quanquam ad communem fructum spectantia, repudiaris: quæ autem ut meliora probasses, ea studiose constanterque servare constitueris. At nunc quid e re publica sit, C melius quam tu conjicere videor. Nam si tunc obtinuissem, quæ jure postulabam, nec ego jam in tantis curis ac perturbatione, **240** nec Romanum imperium in extremorum periculorum metu versaretur. Si enim modo vi morbi confectus emoriar (id quod ante fores est), forsitan mors mea molestias vobis et turbas creabit. Itaque cum jam res ipsa officium satis doceat, valere jubenda intempestiva pertinacia et indecens in repugnando perseverantia: patiendumque, ut te in conspectu quotquot adsunt Romanorum, sandaliis imperatoriis et tiara mea (quæ imperii habentur symbola) exornem. Et si quidem convaluero, nihil novi factum fuerit: sed quod a principio mihi erat D in animo, quodque studebam ad opus perducere, hoc jam opere ipso perfectum conspicietur. Quod si ab hominibus demigravero, tu totum imperium susceperis, neque (ut solet, cum nullius est princeps) Romani seditionibus et bellis ad mutuam perniciem miscebuntur. Hæc imperator hortaba-

Jacobi Pontani notæ.

(83) De causa morbi hujus, et quod noster dicit cephalicum symptoma, Gregoras sic: *Paucis diebus elapsis, imperator Didymotichi agens, in morbum gravissimum incidit. Nam cum lavisset, et in summo rigore hiemis frigus a balneo non cavisset, cum reliquum corpus est densatum, tum vero et caput ita afflictum, maxima parte mali eo inclinante, ut non modo gravissimis doloribus cruciaretur, sed et mente alienaretur.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tur, addebatque, si se, et quidem nunc ægrotum contristare nollet, ne detrectaret, quo invitaretur. Sed domesticus semel susceptæ sententiæ affixus, omnia potius velle experiri, quam ornamenta imperatoria capessere. Sentiens porro imperator fieri non posse, ut in habitus mutationem consentiret, non ultra quam fas cum eo contendendum, rebus in tantas angustias redactis, sed factis ipsis imperii successorem relinquendum censuit : et astantibus præcepit, principes primum aulicorum procerum et alioqui nobilitate præstantes, deinde alios ordine Romanos qui aderant accire. Ubi adfuerunt, lectulumque circumsteterunt, etiam Augustam vocari jussit. Qua præsente, ut maxime potuit, se confirmans, pauca ad eos his verbis locutus est : Meum erga vos propensum animum, amici, et quomodo me felicissimum judicassem, si non solum in omnes communiter, sed in unumquemque vestrum seorsum potuissem quamplurimum benignitatis conferre : nec leviter, sed summo conatu reipublicæ Romanorum, vobis adjutoribus, prodesse aliquid apud animum certum ac fixum habuerim, ratus omni vita suavius ac beatius, si pro iis contra barbaros decertans oppeterem, ipse, qui occulta et abscondita hominum perspicit, quique corda ac renes scrutatur Deus, novit. Quia vero is hoc fieri non debere statuit (quo judicio, ipse scit), sed ut aspicitis, morte nos circumdedit, omnes manifesto exemplo commonens, nec pecuniæ, nec reliquis quibuscunque fluxis ac pereuntibus incumbendum , verum uni tantum Deo serviendum, **241** eique quandiu supersis adhærendum, et ad illam cœlestem vitam cuique mores suos corrigendos aptandosque, primum quidem hoc sermone extremum vobis valedico, cum dubitem, ecquid vos de cætero alloculturus sim : rogoque, si quid me amatis, ut Numen toties et tam graviter a me offensum, precibus vestris mihi tali tempore potissimum tali auxilio indigenti propitietis. Deinde ducem ac præsidem loco meo magnum domesticum vobis relinquo. Hæc fatus, comprehensam ejus dexteram dexteræ imperatricis, tum Mariam filiam utero gestantis, quæ postea Michaeli, Alexandri Mœsorum regis filio nupsit, implicuit, et ante illius imaginem, quæ supra naturam ad salutem humani generis Deum Jesum Christum peperit : Tibi, inquit, hanc, et Romanos omnes trado atque commendo; tibi ex hoc curæ erunt. Illico se omnes in lamenta et gemitus effundere; nec videre licebat, nisi pectora ferientes, et crinem laniantes. Tollebatur ad æthera communis ejulatus, et confusæ omnium voces exaudiebantur, nec quisquam in tanto luctu, nisi e silice natus esset, a fletu temperare poterat. Plurtule igitur universi ploratibus indulgebant; nec ad ea quæ audierant, respondere valebant. Ubi sero se collegerunt, præcepta imperatoris servare inter se decreverunt, eique ultimum vale singuli multis cum lacrymis dicentes recesserunt.

A συνεβούλευε, καὶ προσετίθει, ὡς εἰ μὴ ἀνιᾷν βούλοιτο αὐτὸν, καὶ ταῦτα νοσοῦντα νῦν, τὸ κελευόμενον ποιεῖν. Ὁ δ' οὐδὲν ἔλαττον τῶν ἐξ ἀρχῆς εἴχετο λογισμῶν, καὶ γνώμην εἶχεν, ὡς οὐδ' ἂν εἴ τι γένοιτο εἰς βασιλέως σχῆμα καταστοίη. Συνιδὼν δὲ ὁ βασιλεὺς ὡς οὐκ ἂν δύναιτο πείθειν αὐτὸν ἀμείβειν τὸ σχῆμα, ἔγνω δεῖν μὴ πέρα τοῦ δέοντος φιλονεικεῖν ἐν οὕτω στενῷ καιρῷ τῶν πραγμάτων καθεστώτων, ἀλλ' αὐτοῖς πράγμασι διάδοχον αὐτὸν τῆς βασιλείας καταλιπεῖν· καὶ τοῖς παρεστῶσιν ἐκέλευε τούς τε προὔχοντας τῆς συγκλήτου πρῶτον, καὶ τοὺς ἄλλους εὐγενείᾳ διαφέροντας, ἔπειτ' ἐφεξῆς καὶ τοὺς ἄλλους ὅσοι παρῆσαν Ῥωμαίων συγκαλεῖν. Ἐπεὶ δὲ συνῆλθον καὶ περιέστησαν αὐτὸν, καὶ Ἄνναν τὴν βασιλίδα ἐκέλευε

B παρεῖναι. Ὡς δὲ καὶ αὐτὴ παρῆν, ὡς μάλιστα εἶχεν ἐπιῤῥώσας ἑαυτὸν, ὀλίγα ἅττα διεξῆλθε πρὸς αὐτούς· ἔφη γάρ· Τὴν μὲν εὔνοιαν, ὦ φίλοι, τὴν περὶ ὑμᾶς, καὶ ὡς τοῦ παντὸς ἂν ἐτιμησάμην, οὐ μόνον κοινῇ πάντας, ἀλλὰ καὶ ἕκαστον ὑμῶν ἰδίᾳ τὰ μέγιστα εὐεργετῆσαι, καὶ ὡς οὐκ ἐν παρέργῳ, ἀλλὰ πάσῃ σπουδῇ τῷ κοινῷ Ῥωμαίων τι λυσιτελήσειν ὑμῖν χρώμενος συνεργοῖς προὐθέμην, νομίζων εἰ ἀποθανοῦμαι τοῖς βαρβάροις μαχόμενος ὑπὲρ αὐτῶν, πάσης ἥδιον καὶ μακαριώτερον ζωῆς, αὐτὸς ἂν εἰδείη Θεὸς, ὁ τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κεκρυμμένα τῶν ἀνθρώπων εἰδὼς, καὶ καρδιῶν καὶ φρενῶν ἑταστής. Ἐπεὶ δὲ, οἷς οἶδε κρίμασιν αὐτὸς, τοῦτο μὲν οὐ κέκρικε δεῖν, ἀλλ' ὡς ὁρᾶτε περιέστησεν ἡμῖν

C τὴν τελευτὴν, πάντας πείθων ἔργοις αὐτοῖς, ὡς οὔτε χρήμασιν οὔτε δόξῃ οὔτε τοῖς λοιποῖς ὅσα τῶν ῥεόντων καὶ φθειρομένων χρεὼν προσέχειν, ἀλλ' ἑνὸς μόνου γίνεσθαι τοῦ διὰ βίου παντὸς προσέχειν Θεῷ καὶ πρὸς τὸν ἐκεῖθεν βίον ἑαυτὸν ἕκαστον μεταῤῥυθμίζειν καὶ μεθαρμόζειν, πρῶτον μὲν ὑμᾶς ἀσπάζομαι τὰ τελευταῖα δὴ ταῦτα, ἄδηλον δ' εἰ ἔτι προσφθέγξομαι ὑμῖν· καὶ δέομαι ὑμῶν εἴ τις ὑμῖν κεῖται χάρις ἐμοῦ, ἱκεσίαις ἱλεώσασθαι τὸ κρεῖττον ἐμοὶ τῷ πολλὰ πολλάκις αὐτῷ προσκεκρουκότι, μάλιστα νυνὶ δεομένῳ τῆς ἐπικουρίας ταυτησί. Ἔπειτα δὲ ἡγεμόνα καὶ προστάτην ἀντ' ἐμοῦ τὸν μέγαν δομέστικον ἀφίημι ὑμῖν. Μετὰ δὲ τοῦτο, τῶν αὐτοῦ λαβόμενος χειρῶν, καὶ ταῖς χερσὶ τῆς βασιλίδος περιαγαγὼν, ἐχούσης ἐν γαστρὶ Μαρίαν

D τὴν θυγατέρα, ἣ καὶ ὕστερον Μιχαὴλ πρὸς γάμον ἐξεδόθη τῷ Μυσῶν βασιλέως Ἀλεξάνδρου· καὶ τῆς εἰκόνος ἐφεστηκυίας τῆς ὑπερφυῶς διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν τετοκυίας Θεὸν τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, Σοὶ ταύτην, ἔφη, παραδίδωμι καὶ πάντας Ῥωμαίους, καὶ τοιαποτοῦδέ σοι μελήσει περὶ αὐτῶν. Θρῆνος μὲν οὖν εὐθὺς ὑπὸ πάντων ἦρτο λαμπρὸς, καὶ πάντες ἐτράποντο πρὸς οἰμωγάς· καὶ οὐδὲν ἦν ὁρᾷν εἰ μὴ κοπτομένους καὶ κατατιλλομένους, καὶ ὁ διὰ πάντων ὀλοφυρμὸς ἐπιπολὺ τοῦ ἀέρος ἐχώρει, καὶ πάντα ἐξηκούετο συμμιγῆ· καὶ οὐδεὶς εἰ μὴ αὐτολιθίνην εἶχε ψυχὴν, ἴσχυεν ἂν ἐγκρατὴς ἑαυτοῦ γενέσθαι καὶ μὴ ἐπιδακρῦσαι τοῖς γινομένοις. Ἐφ' ἱκανὸν μὲν οὖν πάντες ἐμέμενον τοῖς ὀλοφυρμοῖς, οὐδενὸς ἰσχύσαντος ἀπολο

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

γίαν πρὸς τὰ εἰρημένα παρασχεῖν. Ὀψὲ δὲ ἀναλαβόντες ἑαυτοὺς, συνέθεντο τὰ διατεταγμένα ἐκπληροῦν, καὶ προσαγορεύοντες τὰ τελευταῖα ἕκαστος βασιλέα, δάκρυσι περιῤῥεόμενοι ἀνεχώρουν. Διὰ πάσης δὲ τῆς ἡμέρας ταυτησὶν οὕτω προστεταγμένον ὑπὸ βασιλέως τῶν ἐν τοῖς βασιλείοις θυρῶν ἀναπετασθεισῶν, πάντες εἰσιόντες ἀκωλύτως προσηγόρευον βασιλέα, καὶ ἠσπάζοντο τὰ τελευταῖα· καὶ αὐτὸς ἀντασπαζόμενος αὐτοὺς, τὰ διατεταγμένα ὑπ' αὐτοῦ παρηγγύα στέργειν. Οὕτω μὲν οὖν διὰ πάσης τῆς ἡμέρας τοῖς πᾶσι συνταττόμενος διετέλεσεν ὁ βασιλεύς. Μετὰ δὲ τοῦτο προσκαλεσάμενος τοὺς ἰατροὺς, ὤρκιζεν αὐτοὺς, Θεὸν τὸν ζῶντας κρινοῦντα καὶ νεκροὺς, μὴ ἀποστερῆσαι τοῦ σχήματος τῶν μοναχῶν, ἀλλ' ἐπιτρέψαι οἱ τούτου ἀξιωθῆναι. Ἔφασκε δὲ μὴ ὡς ἤδη τελευτῶν ἐφίεσθαι τοῦ τοιούτου βίου μηδ' αὐτοὺς πρὸς ἐκεῖνο ἀποβλέπειν, ὡς εἰ μὲν μηδεμία εἴη τοῦ περιγενήσεσθαι αὐτὸν ἐλπὶς, ἐπιτρέπειν, τοὐναντίον δὲ κωλύειν, ἀλλ' ἤδη πράττειν μηδὲν ἀναβαλλομένους, τοῦτο γὰρ αὐτῷ μᾶλλον εἶναι πρὸς ἡδονήν· καὶ ὅρκοις ἰσχυρίζετο, ἢ μὴν αἱρεῖσθαι μᾶλλον ἐν τούτῳ τῷ σχήματι ὅσα δήποτε ἔτη ἐπιβιοὺς ὑπὲρ τῶν πρότερον πεπλημμελημένων εὐθύνειν ἑαυτὸν, καὶ διὰ μετανοίας Θεῷ προσοικειοῦν, ἢ ἅμα τῷ περιβαλλέσθαι ἀπελθόντα μὴ προσεπεργάσασθαι τῷ χαρίσματι. Ἀσκληπιάδαι δὲ πρῶτα μὲν παρεμυθοῦντο ὡς μηδενὸς δεινοῦ συμβησομένου· ἔπειτα ὡς ἐπέκειτο σφοδρῶς, καὶ ἃ ἐδεῖτο ὑπισχνοῦντο πράττειν, ὁ δ' οὐδὲν μᾶλλον ἐπείθετο, εἰ μὴ καὶ ὅρκοις αὐτοὺς καταλάβοι, ἢ μὴν αὐτὸν τῆς καλῆς ἐπιθυμίας μὴ ἀποστερήσειν.

A Per diem vero totum imperatoris jussu apertis palatii portis, quicunque volebant, ingressi, salve et vale ei dicebant; ipseque vicissim valedicens hortabatur, uti a se sancita boni consulerent. Sic itaque diem omnibus valedicendo consumpsit. Post, advocatis medicis, per Deum vivorum ac mortuorum judicem eos adjuravit, ne ipsum vetarent sancto habitu monachorum indui. Hoc se petere, non quod jam morti proximus hujusmodi genus vitæ desideraret, neque quod eos eo vellet respicere, ut si quidem sanitatis spes nulla esset, hoc ipsi concederent, sin aliqua, prohiberent; sed quod jam nihil cunctandum ac differendum putaret, quo facto esset opus, et hoc sibi jam potius esse voluptati. Quin cum sacramento asseverabat, potius eligere se in hoc habitu quotquot annis superviveret pro commissis antehac se punire, ac per pœnitentiam Deo sese conjungere, quam potentia septum, nec divinæ gratiæ cooperatum emori. **242** Medici primum cum consolari, et affirmare, nihil gravius metuendum. Cum instaret vehementius, quæ peteret, se facturos promittere. At ille nihilo magis quiescere, nisi et jurejurando eos adigeret, ipsum tam honesto desiderio non fraudaturos.

B

CAPUT XV.

De Xena matre imperator nihil statuit. Magnus domesticus juramenta excipit; præfectos urbium decernit; insignia imperatoria quartum repudiat; ut Constantinum despotam occidat, aut oculos ei eruat, adduci nequit, eumque occulte liberum dimittit. Protostrator Byzantii præfectus de statu imperatoris fit certior; jubetur ipse jurare, et aliis juramentum deferre.

Ἡ νόσος δὲ ἐπετείνετο μᾶλλον καὶ προέκοπτεν ἐπὶ τὸ χεῖρον· ἡ θεία δὲ αὐτῷ Παλαιολογίνα παροῦσα, ἡ Καντακουζηνὴ, ἤρετο περὶ τῆς μητρὸς τῆς βασιλίδος Ξένης, εἴ τι διατάττοιτο περὶ αὐτῆς. Ἀποκριναμένου δὲ, Μηδὲν, νομίσασα ὑπὸ τῆς νόσου μὴ ἐπαισθάνεσθαι τῶν λεγομένων, αὖθις περὶ τῶν αὐτῶν ἐπανήρετο καὶ τρίτον. Ὁ δ' ἀπεκρίνατο, μὴ δύνασθαι δύο τοῖς πράγμασιν ἐφιστάναι, καὶ ταῦτα γυναῖκας οὔσας. Ὁ μέγας δὲ δομέστικος ἐξελθὼν, ὅρκους προσέταξε γίνεσθαι κατὰ τὸ ἐπικρατῆσαν ἐξ ἀρχῆς ἔθος, ἐπὶ τῇ βασιλέως τελευτῇ· καὶ ἐγίνοντο ἐπὶ τοῖσδε· Στέργειν Ἄνναν τὴν βασιλίδα, κυρίαν καὶ δεσπόζουσαν τῶν πραγμάτων, καὶ τὴν πίστιν αὐτῇ

C Ingravescente morbo, et in deterius proficiente, Palæologa Cantacuzena ejus cognata astans interrogabat, quid de Xena matre decerneret (84). Cum responderet, Nihil, existimans illa, sævitia morbi non percepisse quæ dicebantur, interrogationem iteravit, et quæsivit etiam tertium. Tum ait, non posse duos imperare, idque feminas. Magnus autem domesticus egressus, pro inveterata consuetudine in morte imperatorum sacramenta indixit, super his capitibus scilicet: Se Annam imperatricem dominam ac rerum principem agnoscere (85), eique fidem integram ac sinceram præstituros. Magno

Jacobi Pontani notæ.

(84) Gregoras lib. IX: *Nulla vero tum facta est mentio, nec avi imperatoris, nec dominæ matris, quæ Thessalonicæ tunc agebat, gravi affecta dolore et sollicita, ac desperata etiam vita sua, si defuncto filio, se præterita, imperii cura aliis mandaretur. Negabat enim, posse fieri, ut sibi, quæ domina esset, vita concederetur a magno domestico Cantacuzeno, et matre illius, præter omnem exspectationem summæ rerum præfectis, et longo jam tempore sibi inimicis*, etc. Vides quomodo bonum virum Cantacuzenum cum matre adducat Gregoras in invidiam? Cur enim Xenæ ambitiosæ feminæ esset inimicus, ipse ab ambitione remotissimus? quoties enim delatum sibi imperium fugit?

D

(85) Gregoras: *Ore porro mandavit, ut omnes Romani jurarent, se conjugem ipsius ut dominam veneraturos esse, et (ipsa enim aderat gravida, eaque verba audiebat) puerum, si filius nasceretur, ut imperatorem, cujus tutor esset Cantacuzenus magnus domesticus, quæ sola in litteras relata, vim testamenti habuerint.* Sic ille. Dum porro tutorem filii Cantacuzenum instituit, sine dubio etiam imperium ei regendum commisit. Viduam ipse in manum illi tradit.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

domestico in omnibus libenter obtemperaturos. Sic juramenta concipiebantur, dabanturque ordine ab omnibus. Ipse porro in regunda republica quod optimum judicabat, id sequebatur : et urbium præfecturas mandabat, quibus mandandæ, et auferebat, quibus auferendæ videbantur. Quotquot vero Romanorum tunc Didymotichi degebant, non optimatium modo, verum etiam de ducibus exercitus, ad illum accedentes urgebant ad usurpanda insignia imperatoria, asserentes, et aliis de causis id justum esse, et quia imperator ita decrevisset. Renuebat domesticus, petebatque, ne postulantes quæ ipse facere neutiquam posset, molestiam sibi exhiberent. Constantinus despota, quem non longe a principio hujus historiæ Thessalonica in vinculis, cultu monachi adductum, et Callistum appellatum demonstravimus, adhuc Didymotichi in carcere attinebatur. Timentes igitur qui aderant primores et principes exercitus, ne imperatore defuncto, despota e custodia elapsus (86), novam inter Romanos seditionem concitaret, civilique bello sato imperium sibi ascisceret, et rempublicam perderet, **243** magnum domesticum adeuntes precantur, uti hominem e medio tollat : id enim communi maximopere profuturum. Illi res plena inhumanitatis et crudelitatis visa ; idque ipsum alii ut crederent, perficere nitebatur, autumans, nunquam se cogitaturum fuisse, eos in despotam istiusmodi ausuros meditari ac proloqui. Nam si ipsi per se, quid officii ratio exigeret, videre non possent ; at imperatore licuisse pro magistro uti, qui usque nunc factis eos docuisset, Deo se fidere, qui etiam de cætero adfuturus, et in longinquum tempus eos docturus esset, ne sævi et ad civilem potissimum sanguinem fundendum proclives sint. Quem enim morte damnasset imperator, quamvis non paucos sibi insidiatos, et tantum non sua manu eum jugulare cupientes invenerit? Quare si ipse pro se ipso tanta est usus humanitate, inquit, nec nos æquum est in nostra ipsorum causa belluarum immanitatem superasse existimari, sed his cogitationibus depositis, mansuetius ac moderatius in illum consulere. Tum Romani, haud se volentes imminentia bella civilia, seditiones, rerumque omnium perturbationes passuros; nosse enim, quam diram cladem patratum inter imperatores bellum

καθαρὰν καὶ ἄδολον τηρεῖν· πείθεσθαι δὲ πάντα καὶ μεγάλῳ δομεστίκῳ, καὶ τὰ κελευόμενα ὑπ' αὐτοῦ μηδὲν ἀντιλέγοντας ποιεῖν. Οὕτω μὲν οὖν ἐγίνοντο οἱ ὅρκοι, πάντων ὀμνυόντων ἐφεξῆς. Αὐτὸς δὲ τὰ πράγματα διῴκει ᾗ αὐτῷ ἄριστα ἐδόκει ἔχειν, καὶ τὰς ἀρχὰς ἐπέτρεπε τῶν πόλεων οἷς ἔκρινε δεῖν, τῶν δὲ ἀφῃρεῖτο. Ὅσοι δὲ Ῥωμαίων εἰς Διδυμότειχον ἔτυχον τότε παρόντες, οὐ τῆς συγκλήτου μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς στρατιᾶς, τὸν μέγαν δομέστικον ἠνάγκαζον συνελθόντες τὰ βασιλικὰ σύμβολα περιθέσθαι· τά τε ἄλλα ἰσχυριζόμενοι δίκαιον εἶναι, καὶ ὅτι οὕτω διατάξαιτο βασιλεύς. Ὁ δ' ἀνένευέ τε, καὶ ἐκέλευε μὴ παρενοχλεῖν ὡς ἀδύνατα ἀξιοῦσι. Κωνσταντῖνος δὲ ὁ δεσπότης, ὃν ἐν ἀρχαῖς τῆς ἱστορίας μάλιστα ἐκ Θεσσαλονίκης ἔφημεν ἀχθῆναι δεσμώτην, σχῆμά τε ἠμφιεσμένον μοναχῶν, καὶ Κάλλιστον ὠνομασμένον, ἔτι μὲν ἐν δεσμωτηρίῳ κατὰ τὸ Διδυμότειχον ἐφρουρεῖτο. Δείσαντες δὲ οἱ παρόντες τῶν συγκλητικῶν καὶ τῆς στρατιᾶς μὴ τοῦ βασιλέως τελευτήσαντος ὁ δεσπότης τοῦ δεσμωτηρίου διαδρὰς, στάσιν πάλιν τοῖς Ῥωμαίοις ἐγερεῖ, καὶ τὰ πράγματα διαφθερεῖ, πόλεμον ἐμφύλιον κινήσας, τὴν βασιλείαν ἑαυτῷ περιποιούμενος, πρὸς τὸν μέγαν δομέστικον ἐλθόντες ἐδέοντο αὐτὸν ἀποκτιννύναι (τοῦτο γὰρ μάλιστα τοῖς πράγμασι λυσιτελεῖν). Ὁ μέγας δὲ δομέστικος, δεινῶς τε ἀπάνθρωπον ᾤετο τὸ πρᾶγμα καὶ ὠμὸν, καὶ τοὺς ἄλλους ἐπεχείρει πείθειν, μηδέποτε λέγων παραστῆναι ἂν αὐτῷ περὶ αὐτῶν τοιαῦτα καὶ βουλεύσασθαι καὶ εἰπεῖν περὶ δεσπότου. Εἰ γὰρ μὴ καὶ ἀφ' ἑαυτῶν αὐτοὶ συνεῖναι τὰ δέοντα ἦσαν ἱκανοὶ, ἀλλὰ τῷ γε βασιλεῖ ἐξῆν χρῆσθαι διδασκάλῳ αὐτοῖς πράγμασι παιδεύοντι ἄχρι νῦν, Θεῷ δὲ θαρρεῖν ὡς καὶ εἰς τοὔπιὸν συνεσομένῳ καὶ παιδεύσοντι ἄχρι πολλοῦ, μὴ ὠμοὺς μηδὲ φονικοὺς εἶναι, καὶ ταῦτα πρὸς ὁμοφύλους. Τίνος γὰρ κατεψηφίσατο θάνατον ὁ βασιλεὺς, καὶ ταῦτα οὐκ ὀλίγους αὐτῷ ἐπιβουλεύοντας εὑρὼν, καὶ αὐτόχειρας μονονουχί; εἰ δὲ αὐτὸς ὑπὲρ ἑαυτοῦ τοσαύτῃ ἐχρήσατο φιλανθρωπίᾳ, οὐδ' ἡμᾶς ὑπὲρ αὐτοῦ δίκαιον θηρίων ἀγριωτέρους ὀφθῆναι, ἀλλ' ἀποστάντας τῶν τοιούτων λογισμῶν, ἡμερώτερα καὶ μετριώτερα βουλεύσασθαι περὶ τ' ἀνθρώπου. Οἱ δ' ἔφασαν οὐ περιόψεσθαι ἐκόντες εἶναι εἰς πολέμους ἐμφυλίους καὶ στάσεις καὶ ταραχὰς τὰ πράγματα χωρήσοντα Ῥωμαίοις. Αὐτοὶ γὰρ εἰδέναι ὁπόσα ἐλυμήνατο τοῖς πράγμασιν ὁ τῶν βασιλέων πρὸς ἀλλήλους πόλεμος. Διὸ μάλιστα μὲν αὐτοῦ δεῖσθαι τὰ ὑφορμοῦντα κακὰ ἐκποδὼν ποιεῖν· καὶ μὴ τοὺς

Jacobi Pontani notæ.

(86) Gregoras : *Constantinus despota cum cæteris vinculis solutus, ut diximus* (captivos jussisse dimitti imperatorem supra dixit, Constantinum despotam, magnum logothetam Metochiten, omnes denique eodem crimine damnatos), *cum paulum se ostendisset, rursus in obscuras latebras noctu a proceribus aulicis est abditus. Veriti enim, ne imperatore defuncto turba in populo oriretur, cum ob alia, tum propter C. litteram, et olim temere de illo jactatum rumorem sic illum tractarunt. Vulgaris enim fama erat, imperium vetere imperatore defuncto, ei esse destinatum, cujus nomen C. littera inchoaret. Unde cum et ipse Constantinus diceretur, suspectus erat.* Pergit deinde, ac docet, quo pacto iidem proceres seniorem Andronicum male multaverint : quæ tamen cum nostra narratione pugnant mirabiliter. Sed cur Gregoras singularem humanitatem et clementiam magni domestici in Constantinum istum prætermittit, qui nullis precibus flecti potest, ut ei oculos eruat, ne dum ut illum (quod in primis volebant proceres) occidat? nescio quæ malignitas hominis se prodit non raro : nam ut multa ignorarit, quod aliquoties jam diximus; tam illustria qui tandem ei inaudita et incomperta esse potuerunt?

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

περὶ βασιλείας ἐρίζοντας ζῆν ἐᾷν. Εἰ δὲ μή, τά τε δεύτερα, ἐκτυφλοῦν ὡς ἂν μήτ' αὐτοὶ στερίσκωνται τοῦ ζῆν, μήτ' αὐτοῖς αἴτιοι γίνωνται πολλῶν κακῶν. Οἱ μὲν οὖν τοιαῦτα εἶπον· καὶ παρεσκευασμένοι ἦσαν· ὡς εἰ μὴ πείθοιτο ὁ μέγας δομέστικος αὐτοῖς, καὶ ἄκοντος ἐν δεσμωτηρίῳ τὸν δεσπότην ἀποκτενοῦντες. Ὁ δὴ καὶ αὐτὸς ἐκ τῶν λόγων συνορῶν, καὶ βουλόμενος αὐτοὺς ἀποτρέψαι τῆς ὁρμῆς, Τὸ μὲν ἀποκτιννύναι, εἶπεν, οὐδενὶ ἐξέσται τρόπῳ, οὐδὲ περιΐδεῖν ἂν αὐτὸς τὴν βασιλέως ψυχὴν φόνῳ συγγενικῷ δι' αὐτὸν καταχρανθεῖσαν. Τὸ δὲ ἀποστερεῖν τῶν ὀφθαλμῶν, μάλιστα μὲν οὐδὲ αὐτῷ βούλεσθαι ἐκὼν εἶναι· ὡς ἂν δὲ μὴ ὑποψίαν παρέχῃ στάσεως καὶ ταραχῆς, σκεψαμένῳ τῆς νυκτὸς, ὅ τι ἂν λυσιτελοίη τοῖς πράγμασι ποιήσειν εἰς τὴν ὑστεραίαν. Οἱ μὲν οὖν ἐπείθοντο τοῖς λόγοις, οἰόμενοι ἀπαλλάξεσθαι πραγμάτων, ἐὰν τῶν ὄψεων ὁ δεσπότης ἀποστερηθῇ. Αὐτὸς δὲ νυκτὸς τρισὶ τῶν πιστοτάτων οἰκετῶν, τὸν δεσπότην ἐξέλευεν ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου λαβόντας, ἐν μυχοῖς κατακρύψαι γῆς ἀσφαλέστατα εἰς ὅσον μάλιστα ἂν ἐξῇ. Κατὰ δὲ τὸν παραῤῥέοντα ποταμὸν, ὃς Ἄδρα καλεῖται, ἀκάτιον ἀνατρέψαι, φήμην δὲ κρύφα διαδοῦναι, πρῶτα μὲν ὡς διαδράσειε τοῦ δεσμωτηρίου ὁ δεσπότης· ἔπειτα δὲ ὡς ἀποπνιγείη κατὰ τὸν ποταμόν. Οἱ μὲν οὖν ἐποίουν κατὰ τὰ κεκελευσμένα· καὶ ὁ δεσπότης ἐκέκρυπτο ἐν ἀδύτοις γῆς. Ἅμα δὲ πρωῒ τοῦ ὄρθρου φήμη διεδόθη, ὡς διαδράσειε τοῦ δεσμωτηρίου ὁ δεσπότης· καὶ πάντες ἦσαν ἐν θορύβῳ καὶ ταραχῇ, οἰόμενοι ἤδη τὰ πράγματα εἰς στάσιν χωρεῖν. Ἐπεὶ δὲ ἐπύθοντο περὶ τοῦ ἀνατετραμμένου ἀκατίου κατὰ τὸν ποταμὸν, λογισάμενοι αὐτὸν ἐκ προνοίας ἀποπεπνίχθαι, κατεστέλλοντό τε θορυβοῦντες, καὶ οὐκέτι περὶ στάσεως προσδοκίαν οὐδεμίαν εἶχον. Ὁ δεσπότης μὲν οὖν οὕτω διέφυγε τὸ ἀποθανεῖν πρὸς τῷ μηδὲ τῶν ὄψεων ἀποστερηθῆναι· Λάσκαριν δὲ τὸν Καλαμάνον ὁ μέγας δομέστικος εἰς Βυζάντιον πέμψας πρωτοστράτορι, ἐπιτροπεύοντι αὐτοῦ, τά περὶ βασιλέως ἐδήλου· ἐκέλευέ τε αὐτόν τε ὀμνύειν τὸν προειρημένον ὅρκον, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιτρέπειν τῶν συγκλητικῶν, καὶ τοῖς δυνατοῖς τῶν Βυζαντίων· καὶ ὃς μελλήσας μηδὲν, ἐποίει τὰ προστεταγμένα.

A communi invexerit. Idcirco vehementer etiam atque etiam orare, malis impendentibus obviam eat, nec imperii æmulos vivere sinat; aut saltem oculos illis effodiat, ut hac ratione nec ipsi vitam amittant, et aliis multorum incommodorum auctores ne fiant. Hæc fuit eorum postulatio. Quod nisi magnus domesticus annueret, vel invito ipso, despotam in carcere contrucidare constituerant. Id cum et ipse ex eorum sermone animadverteret, et eos ab hoc turbulento animi motu avocare cuperet, occidi illum nullo modo permissurum dixit; nec passurum, imperatoris animam cognati cæde sua opera contaminari. Ut autem vel lumina ei effodiat, etiam hunc adigi neutiquam posse. Verum ut ne seditionis ac tumultus materiam ministrare B videatur, noctu se capturum consilium (87), et die crastino facturum, quod e republica fuerit. Quibus illi verbis pacati, omni jam molestia defunctos se arbitrabantur, si despota exocularetur. Ea nocte famulis tribus, iisque fidissimis mandat, despotam carcere educant, loco subterraneo quam liceat tutissime abscondant, in Adra præterlabente fluvio naviculam evertant, rumorem clanculum serant, primum quidem e custodia profugisse, deinde in flumine submersum perisse. 244 Famuli jussa facessunt, despotam sub terra locis secretissimis occulunt. Simul atque luxit, fama diditur, despotam e carcere evasisse. Ingens statim tumultus ac turbæ, et res omnium judicio ad seditionem spectare. C Sed ubi de subverso actuariolo auditum est, divinitus aquis præfocatum rati, turbas facere et seditionem aliquam timere desierunt. Despota igitur hunc in modum et mortem, et oculorum orbitatem effugit. Domesticus Calamanum Lascarim Byzantium ad protostratorem præfectum, super statu imperatores significando misit; præcepitque ut et ipse, de quo supra dictum est, juramentum oderet, atque eo optimates et principes civitatis obligaret, qui quam maturrime paruit.

CAPUT XVI.

Andronicus senior vitæ suæ timens, fit monachus. Junior iterum flagitat monasticum habitum, et cum ingenti gaudio impetrat. Domestico subirascitur, per quem stet quominus pater spiritualis, quod maxime cupiebat, ad se in tali tempore veniat. Domestici lacrymæ. Medicus quoque ejus strophum ægre fert; et domestici cum eadem expostulatio. Nolebat enim cucullo indui imperatorem quod eum speraret posse convalescere, timeretque ne oppressus gaudio, quod quibusdam accidit, moreretur, aut in posterum inter monachos vivere obstinaret. Quomodo eumdem medicum terruerit. Mandatum ultimum imperatoris de corpore suo exanimi.

Ἀνδρόνικος δὲ ὁ πρεσβύτερος βασιλεὺς πυθόμενος D περὶ βασιλέως τοῦ ἐγγόνου ὡς νοσήματι ὀξεῖ κατασχεθείς, προσδόκιμός ἐστιν ἀποθανεῖν, ὁρῶν δὲ καὶ τοὺς τελουμένους ὅρκους, οὓς ἐπὶ βασιλέως ἤδει γι-

Andronicus porro senior, nepotem difficili morbo conflictantem prope a janua lethi abesse accipiens, et jam, ut in oblu imperatorum mos est, sacramenta dici, timensque ne eo exstincto quidpiam novi de

Jacobi Pontani notæ.

(87) Vide proverbium ἐν νυκτὶ βουλή, *in nocte consilium*. Tempus nocturnum propter silentium, cum quiescunt voces hominumque canumque, idoneum est captandis consiliis. Quare sapientissimus poeta etiam Æneam suum per noctem plurima volventem, secumque deliberantem inducit : *Æneid.*

At pius Æneas per noctem plurima volvens.

Ad quem versum vide symbolas nostras. Onosander cap. 1, vult imperatorem, sive ducem esse sobrium, sive siccum, ut in arduis negotiis parandis putandisque pervigilet. Noctu enim quasi silente et quiescente animo, multa ducis cogitatio molitur ac perficit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

se fieret (88) : et reperirentur, qui sibi animam extorquerent, quod ipsum rursus imperium invasurum putarent, rogavit in numerum monachorum referri : quod ita demum se vitam retenturum confideret, et protostratoris permissu vestem detritam indùit, mutatoque nomine, pro Andronico Antonius appellatus est. At imperator cum ob morbi magnitudinem spiritum ultimum jamjam se ducturum crederet, coactis medicis : Probe recordamini, inquit, quæ vobis ad monasticam vestem obtinendam dixerim, non quia de vita prorsus desperassem, sed quia arbitrarer, etiamsi firmam spem sospitatis haberem, in utramque partem id mihi bono fore. Sive enim vivorum numero exemptus fuero, **245** proderit mihi coram incorrupto judice in terribili illo judicio cum pœnitentium habitu apparere (89) : sive convaluero, multo melius erit, concessum vivendi spatium in peccatis meis per pœnitentiam expiandis consumere. Cæterum vos, qui jurati promisistis, non me tali bono privaturos, nunc omnino pugnantia facitis, ut video. Nam cum ego paulum distem a mortuis, vos alia potius omnia, quam quæ mihi utilia et jucunda sint, cogitatis. Quamobrem oro, ne diutius negligentes, me non mediocri, sed summo detrimento multetis, et quod hactenus omissum est, nunc resarcire studeatis, priusquam finis vitæ superveniat. Hactenus imperator. Medici erumpentes in lacrymas, multumque ac sæpe optantes, artem medendi nunquam didicisse, ne talia intuerentur, imperatorem suo sibi arbitrio permiserunt : qui præ lætitia vix mente constans, ac velut dona beata consecutus, magnum domesticum accersit, patremque suum spiritualem vocatum (90) celeriter ire jubet. Ille ignarus omnium, quam ob

A νομένους τελευτῇ, δείσας μὴ τελευτήσαντος αὐτοῦ νεωτερισθῇ τι περὶ αὐτὸν καὶ ὑπό τινων ἀποστερηθῇ τὸ ζῆν, οἰησομένων ἐπιθήσεσθαι πάλιν τῇ ἀρχῇ Ῥωμαίων, ἠτήσατο γενέσθαι μοναχὸς, οἰόμενος οὕτως ἂν διαφυγεῖν τὸ ἀποθανεῖν, ἂν ὁ ἔγγονος τελευτήσῃ. Ἐνδόντος δὲ καὶ πρωτοστράτορος ῥάκη τε ἐνέδυ, καὶ Ἀντώνιος ἐξ Ἀνδρονίκου μετωνομάσθη. Ἀνδρόνικος δὲ ὁ βασιλεὺς τῇ νόσῳ συνεχόμενος δεινῶς, καὶ ὅσον οὔπω νομίζων αὐτὸν ἀπολείψειν καὶ τὸ ζῆν, τοὺς ἰατροὺς προσκαλεσάμενος, Ὑμεῖς, εἶπεν, ἴστε σαφῶς ὅσα τε διειλέχθην πρὸς ὑμᾶς αὐτὸς, τοῦ τῶν μοναχῶν ἐφιέμενος σχήματος ἐπιτυχεῖν, οὐχ ὡς ἤδη παντάπασιν ἀπηγορευκὼς τὸ ζῆν, ἀλλ' εἰ καὶ βεβαίας ἔχοιμι τοῦ περιέσεσθαι τὰς ἐλπίδας, οἰόμενος ἔχειν ἀμφοτέρωθεν καλῶς. Ἂν τε γὰρ ἀπέλθω πρὸς τοὺς πλείους,

B ἐν καλῷ μοι κείσεται τῷ ἀδεκάστῳ κριτῇ τὸ μετανοίας ἔχοντα σχῆμα ὀφθῆναι ἐπὶ τῆς δίκης ἐκείνης τῆς φοβερᾶς. Ἂν τε περιγένωμαι τῆς νόσου, μᾶλλον βέλτιον, ὅσῳ καὶ καιρὸν εὑρήσω μετανοίας ἀπολούσασθαι τὰ πεπλημμελημένα. Ὅσα τε ἐπηγγείλασθε αὐτοὶ, καὶ ὅρκοις ἐπιβεβαιώσαντες τοὺς λόγους μὴ τοῦ τοιούτου καλοῦ ἀποστερήσειν, νυνὶ δὲ τοὐναντίον ἅπαν ὁρῶ γινόμενον· αὐτός τε γὰρ ἤδη ὀλίγον ἀποδέω τοῦ ἀψύχοις ἐοικέναι, καὶ ὑμᾶς πάντα μᾶλλον ἢ τὸ τὰ συμφέροντα καὶ φίλα ἐμοὶ διαπονουμένους πράττειν ὁρῶ. Διὸ δὴ καὶ δέομαι ὑμῶν, μὴ

C ἐπὶ πλεῖον καταγρήσασθαι τῇ ἀμελείᾳ, οὐ μέτριά τινα, ἀλλ' εἰς αὐτὰ τὰ καιριώτατα βλαπτούσῃ· ἀλλ' ὃ μὴ πρότερον, νυνὶ σπουδάσαι καταπράξασθαι πληνὴ τὸ τέλος ἐπιστῇ. Βασιλεὺς μὲν οὖν τοιαῦτα εἶπεν· οἱ δὲ ἰατροὶ μέγα ἀνοιμώξαντες, καὶ πολλὰ πολλάκις ἐπευξάμενοι, εἰ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐν ἐπιστήμῃ τῆς θεραπευτικῆς ἐγένοντο, ὥστε τοιαῦτα ἐπιδεῖν, ἐπέτρεπον ὅ τι ἂν βούλοιτο βασιλέα πράτ-

Jacobi Pontani notæ.

(88) Quæ timuerit senex, ne sibi fierent nepote mortuo, ea facta esse nepote adhuc vivo, audacter narrat Gregoras, lib. IX : *In seniorem vero imperatorem plures malorum vias excogitarunt, quæ omnes eodem ducerent. Optionem ei dederunt, malletne monasticum habitum induere, an aliud malum subire. Id vero esse aut cædem, aut acerbissimum exsilium, aut violentam in oblivionis castellum abductionem : quorum omnium vehementissimus minister esset Theodorus Synadenus. Imperator vero tanta periculorum tempestate subito oppressus, diu sine voce in lecto jacuit. Quid enim faceret aliud, nisi ferreus* D *esset, aut corde adamantino? multis barbaris et efferatis militibus circumjusus, domesticis vero omnibus extrusis : cum nemo esset, qui hominem luminibus orbatum duceret, ubi vel staret, vel transiret? Sed ne longum faciam, volentem nolentem tondent, et cucullo induunt, atque Antonium nominant.* His tu, lector, quantum fidei tribuas, cogita. Valde amicum hic Gregoras seniori Andronico se ostendit : ex quo sequitur, ut juniori valde amicus esse vix po sit.

(89) Duo hic observa, unum, homines religiosos, sive monachos securius coram tribunali illius æterni ac justissimi judicis apparere ; alterum habitum monasticum esse pœnitentium habitum. Μετανοίας ἐνδύματα rursus infra nominat. Ex quo sequitur religionem esse statum pœnitentiæ, quod noster Hieronymus Platus in volumine aureo *De bono status religiosi* erudite ac diserte docuit, lib. I, cap. 14. De Manuele Comneno jam morituro, Nicetas lib. VII : Τὸ μοναδικὸν σχῆμα ᾔτησε· καὶ οἱ περὶ αὐτὸν ὅθεν οὖν εὐπορήσαντες (in manuscripto εὑρόντες) τινὸς μοναχοῦ ῥάσα περιδύουσι μὲν αὐτὸν, καὶ ἀπεκδύουσι τὰ μαλακὰ καὶ ἀρχινὰ (τὰ βασιλικὰ) ἄμφια· ἐπενδύουσι δὲ τὸ τραχὺ τῆς κατὰ Θεὸν πολιτείας ἔνδυμα, εἰς ὁπλίτην μετημειφότες πνευματικόν· κράνει τε θειοτέρῳ, καὶ θώρακι σεμνοτέρῳ τῷ οὐρανίῳ στρατολογήσαντες ἡγεμόνι· ***Monasticum postulavit habitum. Ac ministri cucullam, nescio unde nacti, mollibus et regiis vestibus detractis, asperoque illo divinæ vitæ indumento illi inducto, in spiritualem illum mutant militem ; et galea divinore, thraceque honestiore in cœlestis imperatoris album referunt.*** Wolfius cum illa ex manuscripto codice converteret, ***cucullam***, seu ***vestem monachalem***, ut hæreticus, ferre non potuit, transtulit enim ***spiritualem vestem nigro panno, omnis ornatus expertem, ministri nescio ubi naeti.*** Illud autem quod præcedit, τὸ μοναδικὸν σχῆμα ᾔτησε, penitus omisit. Fideliter, si superis placet. Et adhuc projiciemus margaritas ante porcos?

(90) Ille erat episcopus Didymotichensis, de quo multa dicentur infra. Cui ego animæ meæ salutem credidi atque commendavi, qui suis præceptis viam mihi ad cœlum munit, paternamque pro me curam gerit, cur ego illum non patrem nominem? Animadverte quam reverenter et honorifice de patre spirituali loquatur noster historiographus.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

τειν περὶ ἑαυτοῦ· ὁ δὲ ἀκούσας, ἔνθους τε ἐγένετο ὑφ' ἡδονῆς, καὶ ὡς ἤδη λαμπρά τινα εὐτυχηκὼς, τὸν μέγαν δομέστικον μετεκαλεῖτο, καὶ μετὰ σπουδῆς ἐκέλευε πατέρα τὸν πνευματικὸν καλεῖν τὸν ἑαυτοῦ· ὁ δὲ τῶν γεγενημένων εἰδὼς μηδὲν, ἐπυνθάνετο τὴν αἰτίαν τῆς κλήσεως ἥτις εἴη· ἐπεὶ δὲ μάθοι, βασιλεῖ μὲν ὑπισχνεῖτο τὰ κελευόμενα ποιεῖν· τοῖς ἰατροῖς δὲ ἐπετίμα τε οὐ μετρίως, καὶ αὐτὸς ἤνεγκεν οὐκ ἀνεκτῶς. Τριβομένης δὲ ἐπιπολὺ τῆς ὥρας, καὶ τοῦ πνευματικοῦ πατρὸς οὐ παραγινομένου, αὐτός τε ἐπέσπευδε τὴν ἄφιξιν, καὶ τοὺς ἰατροὺς τὴν αἰτίαν τῆς μελλήσεως ἠρώτα. Συνεὶς δὲ ἀπὸ τῶν λεγομένων ὑγιὲς μηδὲν αὐτοὺς λέγειν, ἐστοχάζετο παρὰ τοῦ μεγάλου δομεστίκου κωλύεσθαι τὴν πρᾶξιν· καὶ μετακαλεσάμενος αὐτὸν, τῆς τε ἐκ πρώτης ἡλικίας πρὸς ἀλλήλους αὐτὸν ἀνεμίμνησκε φιλίας, καὶ τοῦ μηδέπω μηδαμῶς παρὰ πάντα τὸν βίον οὐδέτερον ἑτέρῳ ταραχῆς καὶ σκανδάλου ἀφορμὴν παρεσχηκέναι. Νυνὶ δὲ ἀπορεῖν ὅθεν ὁρμώμενος οὕτως ἐξεπίτηδες ἐβουλήθη ἀχθόμενον αὐτῷ εἰς ᾅδην παραπέμψαι. Μή δή τοιαῦτά με ἐργάσῃ κακὸν, ὦ φίλων, ἔλεγεν, ἄριστε, μηδὲ καταπρόῃ μοι τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας· ἀλλ' ὥσπερ πολλάκις ὑπὲρ τοῦ δυστήνου σώματος τουτουΐ πάσῃ σπουδῇ καὶ προθυμίᾳ σεαυτὸν ἐνέβαλες εἰς τοὺς κινδύνους, οὕτω νῦν πολλῷ πλέον κινδυνεύοντος κατὰ ψυχὴν, πρόστηθι πάσῃ προθυμίᾳ, οὐ μόνον διὰ τὴν φιλίαν, ἀλλ' ἵνα μὴ καὶ δίκας ὑπόσχῃς τῷ πάντων κριτῇ, τό γε εἰς σὲ ἧκον ἀποστερήσας αὐτὸν ψυχῆς ὑπὲρ ἧς αὐτὸς θάνατον εἵλετο καὶ σταυρόν· μηδὲ κατάτριβε τὸν καιρὸν, οὕτως ἀναγκαῖον ὄντα, ὃν αὖθις εὑρεῖν οὐκ ἐξέσται διαφυγόντα νῦν· ἀλλ' εὐχῶν τε πολλῶν δεόμενον καὶ σπουδῆς οὐ τῆς τυχούσης. Ἐγὼ γὰρ καὶ ὃν ἀναλίσκω σοι διαλεγόμενος χρόνον, ζημίαν ἤγημαι τὴν ἐσχάτην. Ὁ μέγας δὲ δομέστικος ἀποκρίνασθαι μὲν ἴσχυσεν οὐδὲν, τῆς ψυχῆς ἤδη τῇ λύπῃ καταβεβαπτισμένης· ἔξω δὲ ἐλθὼν ἀνώμωξέ τε πικρῶς, καὶ τὸν φίλον ἀνεκαλεῖτο· καὶ μικροῦ μὲν ἐδέησεν ἀφεῖναι καὶ τὴν ψυχὴν ἐπὶ τοῖς θρήνοις. Ὅμως δ' ἀνελάμβανέ τε πάλιν ἑαυτὸν, καὶ τὰς ὄψεις ὕδατι τῶν δακρύων ἀποκαθαίρων, ὥσπερ ἄλλου πάσχοντος ἀδάκρυτος ὡρᾶτο βασιλεῖ. Ὡς δὲ ὁ βασιλεὺς συχνοὺς ἀγγέλους ἐπιπέμπων, τὴν τοῦ πνευματικοῦ πατρὸς ἄφιξιν ἐπέσπευδεν, ὁ μέγας δομέστικος πέμψας, τὸν μὲν πνευματικὸν ἐκέλευεν ἔξω Διδυμοτείχου χωρεῖν, καὶ διατρίβειν ἐν προαστείοις ἄχρις ἂν αὐτὸς τὴν εἴσοδον ἐνδῷ, πρότερον δὲ μὴ εἰσιέναι, μηδ' εἰ πάντες ἄνθρωποι ἐπιτρέποιεν· ἕτερον δὲ ἀνθ' ἐκείνου παραλαβὼν, εἰσήγαγεν ὡς βασιλέα, ἔφασκέ τε τὸν μὲν εἰωθότα τῆς πόλεως ἀποδημεῖν, καὶ ὅρκους προστιθεὶς ὡς ἀληθεύοι, τουτονὶ δὲ εἰσαγαγεῖν οὐδαμῶς ὄντα σοι ἐν συνηθείᾳ καὶ πάνυ ἄκοντα διὰ τὸ βιάζεσθαι ὑπὸ σοῦ. Βασιλεὺς δὲ αὐτὸν προσαγορεύσας, Ὥρα σοι, πάτερ, ἔλεγε, τοῖς πνευματικοῖς χρῆσθαι φαρμάκοις, καὶ τὴν ἐπιστήμην ἐπιδείκνυσθαι τὴν πασῶν φιλανθρωποτάτην, καὶ ψυχὴν ὀδυνωμένην καὶ κακῶς πάσχουσαν ὑπὸ πολλῶν τραυμάτων καὶ πταισμάτων ἀνακαλεῖσθαι, καὶ πρὸς σωτηρίους τρίβους καθοδηγεῖν, καὶ μετα-

A causam accersendus sit quærit, qua intellecta, se facturum recipit, rem indigne fert, medicos acerrime increpat. Hora propemodum transacta, et patre spirituali nondum veniente, imperator ut adveniret instabat, et ex medicis causam cunctationis sciscitabatur. Sed cum nihil sincerum ac simplex responderetur, a magno domestico moras objici, negotiumque impediri conjiciebat. Quem adesse jussum amicitiæ a parvis institutæ admonuit; et quomodo nunquam in omni vita alter alteri aut turbationi, aut offensioni fuisset. Nunc autem nescire se, quo impulsu sic de industria se tanto gravatum pondere ad inferos velit transmittere. Ne, inquit, amicorum optime, tanto malo me mactaveris, neve salutis meæ spem prodideris, sed

B quemadmodum crebro pro hoc misero corpore cupidissime studiosissimeque in discrimina te obtulisti: sic nunc multo in majore periculo versantem animam meam defende, idque non propter amicitiam nostram solum, verum etiam ne universorum Judex pœnas abs te reposcat, qui, quantum in te fuit, animam illi absuleris, pro qua ipse in cruce suffixus necem pertulit. Noli hoc tempus, quæso, tam necessarium, quodque in multis precibus cum studio singulari ponendum est, negligere atque conterere: quod si nunc præterierit, frustra requiretur. **246** Ego vero quod hoc quantumcunque intervallum tecum loquens consumo, mihi damnosissimum judico. Ad hæc magnus domesticus dolore absorptus obmutuit; egressusque

C foras, amici nomen inter amaras lacrymas ingeminavit; quas tam largiter profudit, ut cum ipsis pene animam profunderet. Verumtamen se collegit iterum, ablutaque facie, imperatori, velut alio quopiam, non se ægrotante, nec flevisse quidem visus est. Qui cum nuntios duplicans, spiritualem patrem ad se accelerare juberet, magnus domesticus per certum hominem patrem illum monuit, ut Didymoticho exiens, in suburbio tantisper maneret, quoad ipse ingressum illi permitteret: citius caveret ingredi, quamvis id omnes mortales ei demandarent. Alium vero in ejus locum subornatum ad imperatorem introducit, narrans, ordinarium abesse peregre, et addit juramentum, se vera loqui.

synodus, ut neque episcopo, neque presbytero, neque diacono, neque ulli prorsus clerico liceret habere συνείσακτον *mulierem, nisi forte matrem, aut sororem, aut materteram, aut amitam, aut eas solum personas, quæ ab omni suspicione alienæ essent.* Quidam vertunt illud συνείσακτον *extraneam;* nonnulli, *subintroductam;* alii *introductam;* alii *ascititiam.* Turrianus aliquando ad verbum, *cointroductam.* Item absolute, *mulierem,* et quidem quamcunque, exceptis iis quas canon excipit. Antiocheni enim B (quorum vocem canon Nicæanus usurpat) quaslibet mulieres, sive uxores, sive non uxores libere et familiariter non sine suspicione consuetudinis illicitæ cum viris versantes vocant συνεισάκτους, ut ex Eusebio lib. VII *Histor. ecclesiast.*, cap. 24, liquet, quæ inde hoc nomen adeptæ videntur, quod in eodem conclavi aut cella cum viris versentur, quas synodus Ancyrana nominat συνερχομένας, hoc est, *congredientes,* cujusmodi sunt, quibus ministrandi gratia ingredi licet, quocunque dominus domus ingreditur, et cum eo simul ire per omne conclave domus. Frustra ergo est cum sua explicatione Balsamon, qui in scholiis ad tertium canonem Nicænum, συνεισάκτους tantum restringit ad mulieres non uxores, cum canon loquatur de omnibus. Plura Turrianus idem de cælibatu ministrorum Ecclesiæ decretum quoque est in aliis synodis, ut in Eliberitana, Arelatensi, Agathensi, Turonensi prima et secunda, etc., quæ omnes sy- C nodi non novum morem introduxerunt, sed veterem ab apostolica traditione manent m denuo sauxerunt: semper enim synodis hoc curæ fuit, *ne,* ut inquit Vincentius Lirinensis, *aliquid posteris traderent, quod ipsæ a patribus non accepissent, utque non solum in præsenti rem bene disponerent, verum etiam post futuris exempla præberent, ut et ipsi scilicet sacratæ vetustatis dogmata colerent, profanæ vero novitatis adinventa damnarent.*

Cæterum hodierna Græcorum consuetudo fluxit a pseudosynodo, quam Græci vocant πενθέκτην, *Quinisextam,* nomine novo et monstruoso, ut ipsa appellatio monstrum synodi, non synodum indicet: cujus architecti et auctores carni fibulam laxarunt cum sempiterno Græciæ dedecore, facta conjugatis ordines accipiendi, et conjugio inito, etiam post initiationem utendi potestate, contra tot sæculorum consensionem, et ab apostolis derivatam consuetudinem. Nimirum ubi decrescit virtus, ut tunc fiebat D in Græcia, eo irrepit venus. Est autem canon (decimus tertius inter Trullanos) quem hac de re condiderunt, plenus inscitia et mendaciis, ut Baronius luse demonstrat, tom. VIII. Si enim ideo ministri Ecclesiæ debent esse mariti, quia *honorabile connubium in omnibus, et thorus immaculatus;* item, quia, *quod Deus conjunxit, ab homine non est separandum;* denique, quia Aposto us monet, *ut qui uxorem habet, solutionem non quærat,* cur non patiuntur iidem Trullani legislatores, ut episcopi aut monachi uxores retineant? Si nihil in sacras Litteras committitur, quando episcopi et monachi a conjugibus sejunguntur, cur sacrilegium sit, si mariti a sacris ordinibus repellantur, aut si admissi sunt, a matrimonii usu abstinere jubeantur, et pœnis quoque ecclesiasticis, si ita necessitas exigat, compellantur? Verumenimvero perpulchram profecto hujus impuri canonis et moris rationem reddit Jeremias patriarcha: *Non ignoramus,* inquit, *turpitudinis germina multa suscipi inter eos, qui sacerdotes uxores accipere prohibent.* Quæ ratio, si quid valet contra cælibatum sacerdotum, valebit etiam contra cælibatum episcoporum, monachorum, et eorum qui mortua uxore, cælibem vitam agere coguntur apud Græcos, sive sint sacerdotes, sive diaconi, sive subdiaconi. An isti ex carne et sanguine non sunt coagmentati? Si isti sine hujusmodi maculis castam integramque vitam vivere queunt, cur non et illi, qui recens ad sacerdotis, diaconi aut subdiaconi officium accedunt? An non et his, si in flagitia labantur, adhibere licet ea medicamina, quæ castitatem professis adhibere iste Jeremias refert, nosque supra commemoravimus. *Episcopum nullam omnino mulierem habere, aut cum ea habitare concedimus,* inquit imperator Justinianus, Novell. 123, *sed si id minus comprobasse visus fuerit, episcopatu dejiciatur. Ipse enim seipsum episcopatu indignum demonstrat.* Cur hoc vel simili emplasmate non curant itidem Græci suos sacerdotes, diaconos, et subdiaconos, si quando extra honestatis limites evagentur? Si Græci totam antiquitatem respuebant, par saltem erat, ut audirent suum Justinianum, qui mentem suam de cælibatu ministrorum Ecclesiæ, diu ante Trullani conciliabuli tempora explicarat his verbis, Novell 6: *Nihil sic in sacris ordinationibus diligimus, quam eum castitate viventes, aut cum uxoribus non cohabitantes, aut unius uxoris virum, qui sive fuerit, sive adhuc sit, et ipse castitatem eligat secundum divinas regulas, primum principium et manifestum fundamentum residuæ virtutis constitutum.* Sed venter aures non habet, multo minus libido; et forte patrocinium a Justiniano quærent, etsi imprudenter, ne dicam impudenter. Nam Photius in *Nomocanone* titulo 8, hanc ex Novellis Justiniani sanctionem citat: *Nullus clericus, qui uxorem non habet, habeat in domo sua introductitiam, præterquam matrem, et filiam, et sororem, et alias non suspectas;* ubi imperator in iis re videtur, esse clericis matrimonium permissum, quandoquidem monet, ut qui uxores non habent, ab ἐπεισάκτοις abstineant. Quo ipso existimare quis posset, ab eo significatum, clericos, si voluissent, potuisse uxores ducere. Verum si quis integra verba Justiniani, non ut a Photio decurtata sunt, consideret, aliam longe mentem Justiniano fuisse intelliget. Verba edicti hæc sunt, Novell. 123: Τοῖς δὲ πρεσβυτέροις, καὶ διακόνοις, καὶ ὑποδιακόνοις, καὶ πάσι τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐν κλήρῳ τεταγμένοις μὴ ἔχουσι γαμετὰς κατὰ τοὺς θείους κανόνας ἀπαγορεύομεν καὶ ἡμεῖς κατὰ τὴν τῶν ἁγίων κανόνων δύναμιν γυναῖκά τινα ἐν τῷ ἰδίῳ οἴκῳ ἐπεισάκτον ἔχειν· *Presbyteris, diaconis, subdiaconis, et omnibus aliis in clerum ascriptis, qui secundum divinos canones uxorem non habent, interdicimus et nos ex sacrorum canonum præscripto, ne mulierem introductitiam domi suæ habeant, excepta matre* etc. Quo loquendi modo manifeste docet imperator, presbyteros, diaconos, subdiaconos cælibem vitam agere debuisse, sacris canonibus id ita præcipientibus: licet nonnullis ex clericorum numero nuptiæ permissæ essent, lectoribus nimirum et cantoribus, de quibus apostolorum can. 25, vel juxta aliorum divisionem, 26, et ipsemet Justinianus, Novell. 6 et 123, qui mulierem, quam Nicæna synodus vocat συνείσακτον, eadem notione ἐπείσακτον appellat, eoque vocabulo idem, quod Nicæna synodus intelligit.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

gnus domesticus imperatori exponit, et quæ ipse ut episcopis persuaderet, dixerit, et quomodo illi contradixerint, postremoque convenerit, ut altero cœtu super eadem quæstione coirent.

A βασιλεὺς δὲ αὐτοὺς οὕτως ἄγαν ὁρῶν ἐνισταμένους, τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ τὴν περὶ τούτου ἐπιχείρησιν ἐπέτρεπεν· ὁ δὲ οὐδὲν μελλήσας ἐκκλησίαν συνήθροιζεν ἐκ τῶν ἀρχιερέων ἐν τῷ τῶν θείων ἀποστόλων Χριστοῦ νεῷ· καὶ καταστὰς εἰς λόγους, ἐπεχείρει πείθειν, ὡς δεῖ τὸν πρεσβύτερον Ἰωάννην ἐπὶ τὸ πατριάρχην δέχεσθαι ψηφίζεσθαι· οἱ δ' ἀντεπεχείρουν, ὡς οὔτε δίκαιον, οὔτε λυοιτελὲς ἂν τῇ Ἐκκλησίᾳ εἴη τοῦ Θεοῦ. Πολλῶν δὲ ἐξεκατέρου μέρους λόγων εἰρημένων, τέλος ἀνέστησαν ἀσύμφωνοι ταῖς γνώμαις, τῶν μὲν, οὐδαμῶς οἰομένων εἶναι ἀνεκτὸν, τὸν ἔτι τοῖς τοῦ βίου πράγμασι συνισχημένον, καὶ γυναικὶ καὶ τέκνοις συνοικοῦντα, εἰς τὸν ὑψηλότατον τῆς διδασκαλίας ἀνάγειν θρόνον· τοῦ δ' ἀντεπιχειροῦντος ὡς οὐδὲν ἂν εἴη τοῦτο κώλυμα καθάπαξ ἀποστησαμένου ἂν τἄλλα ἱκανό, τε καὶ ὁρμόζων πρὸς τὸ ἔργον ἦ. Τέλος δὲ ὁ μέγας δομέστικος τὴν ἐκκλησίαν διαλύων, νῦν μὲν ἕκαστον ἐκέλευεν οἴκαδε ἀπελθόντα, ἀναπαύλης τυχεῖν οὐκ ὀλίγον πόνον ὑπομείναντας· αὖθις δὲ συνελθόντας περὶ τῶν αὐτῶν ποιήσασθαι τοὺς λόγους. Οἱ μὲν οὖν ἕκαστος ἐπ' οἴκου διελύοντο. Ὁ μέγας δὲ δομέστικος ἀπήγγελε τῷ βασιλεῖ ἐλθὼν, ὅσα τε λέξαι τοὺς ἀρχιερέας πείθειν ἐπιχειρῶν, καὶ ὧν παρ' αὐτῶν ἀκούσειεν ἀντιλεγόντων· καὶ τέλος, ὡς συντεθείη καὶ δευτέραν ἐκκλησίαν συναθροῖσαι τούτου ἕνεκα.

265 Post decimum itaque diem in eodem templo omnibus jam ejus jussû congregatis, non iisdem usus est argumentis, cum se nihil consecuturum sciret; sed unde potissimum volut per cuniculum eorum animis obreperet; sic enim aiebat: Suadere quemquam Joannem presbyterum in sedem patriarchicam extollendum, ne sibi quidem placere, qui ipsis summopere gratificari vellet: et ad nihil quod quidem eorum animis injucundum esset, quodque nollent, cogere. Considerandum vero, an is alius Ecclesiæ pastor merito creetur, quod quominus fiat nihil omnino vetare, quandiu in sacerdotium commissum piaculum nemo illi objectare possit. At episcopi non prævidentes quorsum ille collimaret, neque hoc cogitantes, suis se laqueis irretitum iri, libenter istuc audierunt, rati C se jam vicisse: suffragiaque extemplo inierunt, ut Joannes Thessalonicensis hierarcha crearetur. Ut omnes sententia congruerunt, etiam chirographo decretum suum eos confirmare voluit. Illi decretum statim conscripserunt. Quod simul in manibus habuit: Pulchre, inquit, decenterque factum, et vobis idcirco amplas ago gratias. Velim autem mihi dicatis, si imperator sic loquatur: Si episcopis re diligenter perpensa, et præstito quod debent officio visum est Joannem presbyterum in collegium episcoporum asciscere, nullaque causa apparuit, quæ impedire posset: sed ab omnibus concorditer sacra liturgia dignus est judicatus, cur non etiam me volente ad patriarchicum thronum ascendat? Si hoc, inquam, dixerit, quid respon- D debimus, quæso, aut quod velum honeste obtendemus? Docceatis licet. Cum illi, satis esse, quod decreto suo effecissent, ut Joannes Thessalonicensis, aut alterius Ecclesiæ episcopus, non autem patriarcha, institui posset: Hoc, inquit domesticus, demonstrare oportet. Si enim patriarcha aliquam aliam gratiam, virtutemve ex cœlestium donorum promptuario accipit, quam aliis antistibus accipere non licet, valeret aliquid oratio: si autem secus est, omnesque et majorum et minorum urbium episcopi æqualiter gratiæ participes sunt

Μετὰ δεκάτην δὲ ἡμέραν αὖθις ἐκέλευεν ἀθροίζεσθαι ἐν τῷ αὐτῷ ναῷ· καὶ ἐπειδὴ πάντες ἠθροισμένοι ἦσαν, οὐκέτι μὲν ἐκ τῶν ὁμοίων ἐπεχείρει πείθειν, ᾔδει γὰρ οὐ πείσων, ἀλλ' ἐξ ὧν μάλιστα ὤφετο ὑποκλέψειν τὴν πειθὼ αὐτοῖς. Ἔφη γὰρ τὸ μὲν περὶ Ἰωάννου τοῦ πρεσβυτέρου πείθειν εἰς τὸν πατριαρχικὸν ἀνάγειν θρόνον, οὐδ' αὐτῷ δοκεῖν εἶναι δεῖν, μάλιστα βουλομένῳ τὰ κατὰ γνώμην αὐτοῖς ποιεῖν, καὶ μηδὲν ἀηδὲς μήτ' ἀβούλητον προσαναγκάζειν· ἑτέρας δὲ ἐκκλησίας σκέψασθαι εἴγε δίκαιον προστάτην ἀποδείξαι· πάντως δὲ οὐδ' ἂν εἴη τοῦ τοιούτου κώλυμα ἕως ἂν μηδεὶς αὐτῷ ἔχῃ περὶ τῆς ἱερωσύνης ἔγκλημα ἐπενεγκεῖν. Οἱ δὲ μηδὲν τῶν μελλόντων ὑποπτεύσαντες, μηδὲ τοῦτο ἐννοήσαντες, ὡς τοῖς σφετέροις αὐτῶν ἁλώσονται βρόχοις, αὐτοὶ ἡδέως τε ἐδέξαντο τοὺς λόγους οἰόμενοι κεκρατηκέναι, καὶ ἐπεψηφίζοντο προθύμως, Θεσσαλονίκης ἱεράρχην ἀποδείξαι τὸν Ἰωάννην. Ἐπεὶ δὲ εἰς ἓν συνῆλθον ἅπαντες ταῖς γνώμαις, ἐκέλευε γράμμασι τὰ ἐψηφισμένα ἐπιβεβαιοῦν· οἱ δ' ἔγραφον τὸ ψήφισμα αὐτίκα. Ἐπεὶ δ' ἐν χερσὶ τοῦτο εἶχεν ὁ μέγας δομέστικος λαβὼν, Τοῦτο μὲν, εἶπε, καλῶς καὶ ᾗ προσῆκεν ἐγεγόνει· καὶ χάριν ἂν ὑμῖν εἰδείην καὶ αὐτὸς τούτου ἕνεκα πολλήν. Πυθέσθαι δὲ ὑμῶν βούλομαι ἐκεῖνο· ἂν ἔρηται ὁ βασιλεὺς ὅτι Εἰ τοῖς ἀρχιερεῦσι πολλὰ σκεψαμένοις καὶ τὰ δίκαια ποιοῦσιν, ἔδοξε τὸν πρεσβύτερον Ἰωάννην ψηφίσασθαι ἀρχιερέα, καὶ οὐδεμία τις ἐφάνη αἰτία κωλῦσαι δυνατὴ, ἀλλὰ πᾶσιν ἔδοξεν ὁμοῦ ψήφῳ κοινῇ τῆς ἱερᾶς ἄξιος λειτουργίας ταυτησὶν, ἀνὼ' ὅτου μὴ καὶ πρὸς τὸν πατρισρχικὸν ἐμοῦ βουλομένου ἀναχθείη θρόνον; ἂν τοῦτα λέγῃ. τί ἐροῦμεν; ἢ τίνα εὐπρόσωπον ἀπολογίαν ἀποδῶμεν ἂν, διδάξατε αὐτοί. Τῶν δὲ φαμένων, ὅτι Ἐπειδὴ τὸ ψήφισμα ἐπὶ τούτοις ἐποιησάμεθα, ὅτι Θεσσαλονίκης μὲν ἢ τινος ἄλλης Ἐκκλησίας; ἡγεμόνα δέχεσθαι τὸν Ἰωάννην, πατριάρχην δὲ μὴ, Οὐκοῦν ἔδει, εἶπε, καὶ ἀνάγκην τινὰ προσεῖναι τῷ λόγῳ. Εἰ μὲν γὰρ ἄλλην τινὰ χάριν ἢ δύναμιν ἄνωθεν ἐκ ταμίου δωρεῶν δέχεται ὁ πατρίαρχης ἣν οὐκ ἔξεστι λαμβάνειν καὶ τοῖς ἄλλοις ἱεράρχαις ἔχοι ἄν τινα πρόφασιν ὁ λόγος· εἰ δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἔστι, πᾶσι δὲ ἐπίσης καὶ τῆς ἐλάσσονο, πόλεω; ἐπισκόποις

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μέτεστι δωρεᾶς, αἱ τιμαὶ δὲ καὶ αἱ λαμπρότητες τῶν θρόνων κεῖνται παρὰ βασιλεῖ, καὶ ἔξεστιν αὐτῷ καὶ τὸν μικρᾶς πόλεως ἐπισκοπεῖν ἄξιον κριθέντα, ἐπὶ τὴν μείζονα ἀνάγειν, τί δεῖ ἀπέραντα πονοῦντας, ἀπολογίας οὕτω σαθρὰς καὶ εὐκαταλύτους συναγείρειν, καὶ προσκρούειν εἰκῆ δοκεῖν τῷ βασιλεῖ; ἐφ' ἃ μὴ δέον ἀντιλέγοντας, ἀλλὰ μὴ μικρὸν τῆς φιλονεικίας ὑπενδόντας, ψηφίσασθαι τὰ κατὰ γνώμην βασιλεῖ, καίτοιγε τοῦ δικαίου καὶ εὐλόγου οὐ μακρὰν ἀφεστῶτα· τὸ γὰρ ἡμέτερον ἐῶ. εἰ δή τις χάρις καὶ ἐμοῦ κεῖται παρ' ὑμῖν. Τοιαῦτα εἰρηκότος A 9) (*e*) : honor autem ac splendor sedium (*f*) penes imperatorem est, licetque ipsi parvæ urbis episcopatu dignum judicatum ad majorem provehere (10), quid necesse est sine modo ita putidas solutuque faciles responsiones congerere ; videriquе temere imperatorem offendere, **266** in quibus non solum non contradicere, sed nec paulum adversari, verum quæ ei ut a justitia et recta ratione non adeo abhorrentia, probantur, decernere oportet? De me nihil dico, si quis honos mei vestrum tangit animum. Hæc ubi profatus est, etsi

Jacobi Pontani notæ.

(9) Potestate ordinis pares sunt omnes episcopi, non jurisdictionis : ea enim metropolitanus episcopo, et patriarcha utrisque antecellit.

(10) Nimium auctoritatis dederunt imperatori episcopi et patriarchæ Græci, postquam se ab Ecclesia Romana abruperunt et ii delata sibi potestate usi sunt egregie. Patet per omnes historias Byzantinas ista subjectio, et quædam indigna profecto servitus, quam volentes suis imperatoribus servierunt. Ne itaque mireris, si et apud hunc ejus rei exempla videas. B

Jacobi Gretseri notæ.

(*e*) Quod Cantacuzenus ait, omnes episcopos pares esse gratia, id accipi debet de gratia et potestate ordinis, non jurisdictionis : qua alios aliis esse majores certum est et indubitatum apud omnes illos, quibus ecclesiasticæ hierarchiæ gradus perspecti sunt.

(*f*) Cum legis honorem splendoremque sedium penes imperatorem esse, eique licere parvæ urbis episcopatu dignum judicatum ad majorem provehere, id ne mireris : postquam enim Græci a Romani pontificis obedientia se subtraxerunt, omnia suo imperatori per adulationem detulerunt, et pro jugo leni et levi Romanæ Ecclesiæ, cervicibus suis ferreum asciverunt. Semel enim in hanc provinciam imperatores admissi, nihil in ecclesiasticos, inque ipsos patriarchas sibi non permisere, quod testantur tot constitutiones Græcorum imperatorum de rebus ecclesiasticis, et commentarii Balsamonis in *Nomocanonem* Photii, et in canones conciliorum, omnesque historici, quotquot post natum dissidium a Latinis res Græcanicas litterarum monumentis commendarunt. Quocirca arbitratu suo episcopos ponebant, deponebant, reponebant, transferebant, et in ordinem, quoties collibitum erat, redigebant : privilegia et immunitates, titulos et dignitates augebant, minuebant, tollebant, ipsarumque diœceseon fines ampliabant, aut contrahebant liberrime sine ullius metu aut reverentia : ipsisque Constantinopolitanæ Ecclesiæ præsulibus exiguum sane honorem habebant; id vel hinc colligas, quod, ut inquit Innocentius tertius cap. *Solitæ*, extravag. De major. et obed., illos juxta *scabellum pedum suorum in sinistra parte sedere aut faciebant, aut permittebant; cum*, ut inquit Innocentius, *alii reges et principes archiepiscopis suis (sicut debent) reverentes assurgant, et eis juxta se venerabilem sedem assignent.* Quid quod et patriarchale pedum seu sceptrum ex manu imperatoris accipiebant, et tantum non ab iisdem consecrabantur; ut planum, ex Curopalata, qui in libello *De officiis aulæ Constantinopolitanæ*, περὶ προβλήσεως, de patriarchæ designatione seu inauguratione ab imperatore fieri solita copiose scribit : quem et ait traditioni τοῦ δικανικίου, seu sceptri patriarchalis hæc solemnia verba adhibuisse : Ἡ ἁγία Τριὰς διὰ τῆς παρ' αὐτῆς δωρηθείσης ἡμῖν βασιλείας προβάλλεταί σε ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης, καὶ οἰκουμενικὸν πατριάρχην· *Sacrosancta Trinitas per imperium nobis concessum, constituit te archiepiscopum Constantinopoleos, novæ Romæ, et œcumenicum patriarcham.* Ita quod a Romano pontifice tanquam ab universali Christi vicario, pastorumque pastore accipiendum erat, accipere coacti sunt (in pœnam, opinor, conflati schismatis) ab imperatoribus, qui dabant, quod dare nequibant : et quia ad ovile reverti renuerunt, adhuc in longe magis duros et immites initiatores inciderunt, in ipsos inquam truculentissimos Turcas, a quorum tyranno primus post captam Constantinopolim δικανίκιον, hoc est, pedum episcopale accepit Gennadius patriarcha ; et hac etiam tempestate nullus patriarcha munus obire potest, nisi prius χρυσόβουλλον, seu, ut vocant hodierni Græci μπαράτιον, hoc est, diploma et litteras confirmationis et potestatis ab impio imperatore impetraverit : nec impetrat nisi largo C Pescesio (hoc enim nomen est tributo, quod a novo patriarcha initio sacræ functionis in ærarium Turcicum inferri debet) comitatus veniat εἰς τὸ διβάνι, ad senatum Turcicum, tum additus ad tyrannum, imo et ad osculum manus patet, grandi scilicet beneficio, tum præclarus ille mystagogus dat patriarchæ πᾶσαν ἐξουσίαν καὶ δεσποτείαν εἰς πάντας τοὺς εὐσεβεῖς Χριστιανοὺς, ἱερωμένους καὶ λαϊκούς· *Omnem potestatem et auctoritatem in omnes pios Christianos clericos et laicos*, ut pro itum est in historia quadam mistobarbara de patriarchis Constantinopolis Turco Græciæ inserta. Ex codem fonte manavit, ut imperatores episcoporum synodis præsiderent, primique subscriberent (cujus aliquot exempla in hac nostra historia extant) avarus omnem antiquitatis morem, et cujusvis recte sentientis rationem. Quid enim indecentius, quam ut ovis pastoribus præsit? Quantum distat istorum arrogantia a Magni Constantini submissione, qui in D concilio Nicæno sedere noluit, nisi in sede humiliore, quam essent episcoporum sedilia : nec nisi episcopis annuentibus, ut colligitur ex Theodoreto, lib. 1. cap. 7 *Histor. ecclesiast.* et ex Eusebio lib. III *De vita Constantini*. Idem Constantinus post omnes episcopos subscripsit, ut testatur Basilius imperator in fine octavæ synodi. Quam igitur degeneres Græci posteri a Constantinopoleos conditore Constantino, qui, proh nefas! imperatricibus quoque hunc præsidendi honorem in conciliis detulerunt. Non longe abeundum est; sub finem libri tertii suæ Historiæ subministrat nobis Cantacuzenus præclari hujus facti præclarum specimen. Sed supervacaneum fuerit pluribus de hoc argumento disserere velle. In promptu est Bellarminus, qui copiose docet, cujus sit præsidere conciliis, et quis hactenus quoque præsederit, libro primo de concil., cap. 19 et 20, ut et illud, cujus sit congregare concilia, cap. 12 ejusdem libri.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

vix, tamen suis se pennis captos intellexerunt(11), decretaque revocari non posse ; et inter se ut circumducti aspiciebant. Nihilominus, quamvis inviti, Joannem patriarcham renuntiabant, cum ante magnus domesticus, et cum singulis seorsum, et cum omnibus communiter multum egisset, flexissetque hos, quia prius propenso erant in illum animo : illos, quod et ipsi ejus, utpote summi rerum præsidis, ope indigerent, et in futurum sibi ejus amicitiam conciliarent. Hoc igitur modo Joannes contentione magni domestici patriarcha decretus, (quod sine eo nullus potuisset) pauloque post consecratus est.

A πρὸς αὐτοὺς, μόλις μὲν, νοῦν δὲ ὅμως ἔσχον, ὡς τοῖς οἰκείοις ἑάλωσαν πτεροῖς, καὶ ἀναλῦσαι οὐκ ἔστι τὰ ἐψηφισμένα· καὶ πρὸς ἀλλήλους μὲν ἐώρων ὡς ἠπατημένοι· ὅμως δὲ καὶ ἄκοντες ἐπεψηφίζοντο τὸν Ἰωάννην πατρίαρχην, πολλὰ τοῦ μεγάλου δομεστίκου πρότερον καὶ πρὸς ἕκαστον ἰδίᾳ καὶ πᾶσι κοινῇ διειλεγμένου καὶ πείθοντος, τοὺς μὲν, ὅτι ἦσαν εὖνοι πρότερον αὐτῷ, τοὺς δ' ὅτι καὶ αὐτοὶ ἐδέοντο αὐτοῦ τοῖς πράγμασιν ἐφεστηκότος, τὴν εἰς τὸ μέλλον οἰκείωσιν προμνωμένου· αὐτοῖς. Οὕτω μὲν δὴ ὁ Ἰωάννης σπουδῇ πολλῇ τοῦ μεγάλου δομεστίκου πατρίαρχης ἐψηφίσθη, οὐδενὸς ἂν ἑτέρου πείσαντος, εἰ μὴ αὐτὸς παρῆν, καὶ ἐχειροτονήθη μετὰ μικρόν.

CAPUT XXII.

Persæ prædones occiduntur, fugantur, capiuntur. Pars his auditis in orientem refugit. Syrgiannes contra domesticum conjurationem facit. Æquanimitas domestici. Zamplaco Syrgiannem apud imperatorem accusat; ille inficiatione se defendit.

Imperator postquam Byzantii diu satis mansisse sibi visus est, Thraciæ urbes obire instituit. Quod dum facit, nuntiatur equitatum Persicum transito Hellesponto bipartito divisum, alios circum urbes Cisson, Polybotum, Aconiten, urbes Thracias, agros depopulari ; alios Rhædestum invadere. Eo quanta poterat coacta manu opitulatum occurrit, collatoque pede, prædones illos vincit, paucisque fuga se eripientibus, cæteros partim interficit, partim capit. Pars altera apud Polybotum, audiens imperatorem captis sociis in se movere, statim cum præda et captivis in orientem trajecerunt, atque ita imperator iis frustratus est Syrgiannes porro dux Occidenti a magno domestico præfectus, cum imperator ægrotaret morbo illo gravissimo, amicum præ se ferebat animum, et agebat gratias. Quo jam sospite, ut didicit, domesticum sibi magistratum abrogare voluisse, sed imperatorem intercessisse (quod tamen falsum et commentitium erat) omnium beneficiorum, quibus fuerat **267** ab ipso affectus, oblitterata memoria, et ira impotenti subactus, sodalitium contrahere ac parare cœpit ; existimans, si ex amicis plurimis servisque domesticis sufficientem numerum conflasset, futurum ut magnus domesticus, quando vellet, incommodare sibi non posset. Hoc igitur illi tanto studio erat, quanto maximo poterat, arcano tamen, et familiarissimis tantum consciis. Ac latuit quidem res ad tempus ignorata, donec a quodam de illis magno domestico patefacta est. Qui quanquam Syrgiannem ingratissimum meritorumque immemorem judicaret, nihilominus soltam in malis æquabilitatem atque constantiam servare stu-

B Βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ ἡ κατὰ Βυζάντιον αὐτῷ διατριβὴ εἶχεν ἱκανῶς, ἐξῆει πρὸς τὰς κατὰ Θράκην πόλεις· ἔνθα διατρίβοντι ἠγγέλθη ὡς τὸν Ἑλλήσποντον διαβᾶσα στρατιὰ Περσῶν ἱππικὴ, καὶ εἰς δύο διαιρεθεῖσα, οἱ μὲν αὐτῶν περὶ Κισσὸν καὶ Πολύβοτον καὶ Ἀκονίτην, πόλεις Θρακικὰς, ἐπερχόμενοι δῃοῦσιν· ἡ δ' ἐχώρησε πρὸς Ῥαιδεστόν. Συναθροίσας δὲ στρατιὰν ὅσην μάλιστα ἐνῆν ἐπὶ Ραιδεστὸν ὁξέως ἐβοήθει· καὶ συμβαλὼν τοῖς τὰ ταύτῃ χωρία ληῒζομένοις, ἐκράτησε μάχῃ. καὶ τοὺς μὲν ἀπέκτεινεν αὐτῶν, τοὺς δὲ ἠνδραποδίσατο, διαδράντων τινῶν εὐαριθμήτων. Ἡ δὲ κατὰ τὸ Πολύβοτον ἑτέρα μοῖρα τῶν Περσῶν πύθομενοι ὡς βασιλεὺς τοὺς ἑτέρους ἀνδραποδισάμενος χωρεῖ καὶ κατ' αὐτῶν, τὴν λείαν τάχιστα καὶ ὅσοι ἦσαν αἰχμάλωτοι λαβόντες, ἐπεραιώθησαν πρὸς ἕω. Βασιλεὺς δὲ ἐλθὼν, ὑστέρησεν αὐτῶν. Συργιάννης δὲ ἑσπέρας στρατηγὸς ὑπὸ τοῦ μεγάλου δομεστίκου ἐπιτραπείς, ἡνίκα ὁ βασιλεὺς ἐνόσησε τὴν νόσον ἐκείνην τὴν σφοδρὰν, πρῶτα μὲν ἐδόκει εὖνους εἶναι, καὶ χάριτας ὡμολόγει· ἔπειτα ὡς ἐπύθετο ὡς ῥᾳΐσαντος ἀπὸ τῆς νόσου βασιλέως, ὥρμητο μὲν ὁ μέγας δομέστικος αὐτὸν παραλύειν τῆς ἀρχῆς, ἐπέσχε δὲ ὁ βασιλεὺς, ψευδῶς οὕτως εἰρημένου, τῶν μὲν προτέρων ἀγαθῶν, ὧν ἦν παρ' αὐτοῦ τετυχηκὼς, οὐδενὸς μεμνημένος ἦν, ὀργῇ δὲ φερόμενος πρὸς αὐτὸν διὰ τὰ εἰρημένα, ἑταιρείαν ἤρξατο συναθροίζειν, καὶ ἑαυτῷ περιποιεῖν· οἰόμενος, ὡς ἐὰν δύναμιν ἑαυτῷ ἐκ φίλων μάλιστα πολλῶν καὶ οἰκετῶν συστήσηται ἀρκοῦσαν, οὐ δυνησομένου τοῦ μεγάλου δομεστίκου κακῶς αὐτὸν ὅταν βούληται ποιεῖν. Τοῦτο μὲν οὖν ὡς μάλιστα ἐνῆν ἐπουδάζετο αὐτῷ, ἐν ἀπορρήτῳ δὲ καὶ τῶν μάλιστα οἰκειοτάτων συνειδότων. Καὶ διέλαθέ γε ἀγνοούμενος

Jacobi Pontani notæ.

(11) Suis se laqueis irretire sæpius legi ; suis pennis se capere, nunquam. Forsitan hoc vult, quemadmodum aviculæ dum viscatis virgis insident, quo magis alarum concussu se laborant eripere, eo magis etiam ipsis pennis implicatæ hærescunt : sic istos episcopos suo ipsorum sermone contra se tulisse suffragium, dum Joannem Constantinopolitanum episcopum esse noluerunt, Thessalonicensem fieri concesserunt, cum ordo episcopalis unus idemque sit, nec propter hanc vel illam sedem varietur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐπὶ καιρόν· ἔπειτα ὑπ' αὐτῶν τινος τῶν συνειδότων τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ ἐμηνύθη· καὶ κατέγνω μὲν πολλὴν αὐτοῦ ἀχαριστίαν καὶ ἀμνημοσύνην τῶν καλῶν· ὅμως δὲ σπουδάζων ἴσος εἶναι ἑαυτῷ καὶ ὅμοιος ἐπὶ τῷ ἄτρεπτος μένειν ἐν τοῖς ἀγαθοῖς, οὔτε ἐβουλεύσατο αὐτῷ τι δυσχερὲς, οὔτε εἴργαστο, ἀλλὰ τά τε ἄλλα ἦν προσκεκρουκὼς αὐτῷ οὐδὲν, καὶ τῆς ἑσπέρας τὴν ἀρχὴν ἐφ' ἱκανὸν παρεῖχε χρόνον ἄρχειν· ὁ δ' ἔτι μᾶλλον βουλόμενος βεβαίους αὐτῷ τοὺς φίλους εἶναι, καὶ ὅρκοις κατελάμβανε, καὶ αὐτὸς ἐκ τοῦ ὁμοίου παρεῖχεν. Ἐγίνοντο δὲ οἱ ὅρκοι ἐπὶ τούτοις· Συργιάννην καὶ αὐτόν τινα φίλους εἶναι βεβαίους καὶ μηδένα ὑπ' οὐδεμιᾶς ἀνάγκης τὸν ἕτερον προδιδόναι· ἂν δ' ἑνί γέ τῳ τελευτήσῃ τρόπῳ ὁ βασιλεὺς, μὴ ἕκαστον ὅ τι ἂν οἴηται δίκαιον καὶ λυσιτελὲς ποιεῖν, ἀλλὰ κοινῇ βουλευσαμένους ὅ τι ἂν δοκῇ Συργιάννῃ πράττειν, καὶ μηδένα ἀντιλέγειν, ἀλλὰ πείθεσθαι αὐτῷ ὡς τὰ κοινῇ σύμφέροντα βουλευσομένῳ. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν πρότερον· ὕστερον δὲ οὐκ ὀλίγῳ χρόνῳ διατρίβοντι βασιλεῖ κατὰ τὴν Χαλκιδικὴν τὴν ἐν τῇ Θράκῃ, συνῆσαν μὲν τῶν ἐν τέλει πολλοὶ, παρῆν δὲ καὶ Συργιάννης· Ἀρσένιος δὲ Τζαμπλάκων ὁ μέγας παπίας παρελθὼν ἐπὶ τοῦ βασιλέως, ἐδίωκε τὸν Συργιάννην ἀπιστίας· διϊσχυριζόμενος ὡς ἀπελέγξειεν ἐπὶ τῇ δίκῃς. Συργιάννης δὲ εὐθὺς πρὶν βασιλέα φθέγξασθαί τι, καταψεύδεσθαί τε ἔφασκεν αὐτοῦ Τζαμπλάκωνα, καὶ ἀποδείξειν παρέξειν τοῦ ψεύδους ἰσχυράς. Ὁ δ' οὐ δεῖν ἔφασκεν εἰκῇ λογομαχεῖν ἀλλήλοις ἀντεπάγοντας τὸ ψεύδεσθαι, ἀλλ' ἐπὶ τῇ δίκης καταστάντας ἑκάτερον ὧν ἀξιοῖ παρέχεσθαι τὰς ἀποδείξεις· βασιλεὺς δὲ πρότερον μὲν ἡσύχασεν ἐπὶ μικρὸν πρὸς τὰ εἰρημένα· οὐδὲ γὰρ ἦν πω πρότερον οὐδὲν ἀκηκοὼς περὶ Συργιάννη· ἔπειτα ἄχθεσθαι μὲν εἶπε καὶ πάνυ πρὸς τοὺς τοιούτους λόγους· οὐ γὰρ βούλεσθαι αὐτῷ τοὺς ὑπηκόους, τοὺς μὲν ἀπιστίας φεύγειν, τοὺς δὲ διώκειν· ἀλλὰ πάντας τε αὐτῷ εὔνους εἶναι, καὶ μηδένα μηδ' ὑφ' ἑνὸς κατηγορεῖσθαι· ἐπεὶ δὲ εἴρηται τοιαῦτα, οὔθ' οὕτως ἔχειν ὥστε πάνυ πιστεύειν δεῖ, οὔθ' ὥστε ἀπιστεῖν, ἀλλὰ βασάνῳ τὸ πρᾶγμα δόντας, τἀληθὲς ἀνερευνᾶν. Εὔχομαι δὲ Τζαμπλάκωνα παραχθέντα μᾶλλον τὰ μὴ ὄντα λέγειν, ἢ σὲ τοιούτοις οἷοις αὐτός φησιν ἐνέχεσθαι κακοῖς. Συργιάννης δὲ ἐδεῖτο βασιλέως μόνον τῶν δικαίων τυχεῖν, καὶ μὴ διὰ συκοφαντίαν ἐρήμην ἁλῶναι· τοὺς δὲ ψευδεῖς τουτουσὶ καὶ πεπλασμένους λόγους, ἡγεῖσθαί τε μηδὲν, καὶ σὺν οὐδενὶ πόνῳ ὅ περ εἰσὶ ῥᾳδίως ἀποδείξειν. Βασιλεὺς δὲ καὶ αὐτὸς ἔφασκε κατὰ γνώμην αὐτῷ εἶναι μᾶλλον ἀπολύσασθαι τὰς κατηγορίας καὶ μηδ' ἐπὶ μιᾷ αὐτῶν ἁλῶναι ἀληθῶς· ἄδικον δὲ ψῆφον οὐκ ἂν ποτε αὐτῷ ἐπενεγκεῖν, οὐ μόνον ὥσπερ νῦν περὶ ψυχῆς ἀγωνιζομένῳ, ἀλλ' οὐδ' εἰ περὶ τῶν φαυλοτάτων τινὸς ἐλάγχανε τὴν δίκην. Τζαμπλάκωνι δὲ ἐκέ-

dens, nihil ei vel faciebat, vel meditabatur molestius, sed et alioqui nihil ei iratus, Occidentis præfecturam diu indulsit. Ille volens sibi amicos stabilire, jusjurandum poscebat, idemque ipse præstabat. Jurabatur autem verbis conceptis, Syrgiannem et illum amicos in fide permansuros, neminemque ulla necessitate adactum, alterum proditurum. Quod si forte moreretur imperator, nullum quod sibi, sed quod habito consilio, Syrgianni pro æquo et bono placuisset, id facturum, et neminem repugnaturum : verum illi ut communitati fructuose consulturo obedituros. Sed hæc prius gesta sunt. Non multo post imperatore apud Chalcidicen (12) Thraciæ commorante, aderant ibidem qui magistratibus fungebantur complures, inter quos et Syrgiannes. Arsenius autem Zamplaco magnus pappias ejus nomen ut perfidi ad imperatorem detulit (13), affirmans, se eum judicio convicturum. Syrgiannes confestim imperatoris verba præveniens, Zamplaconem mentiri, seque mendacium illius firmis argumentis probaturum dixit. Tum Zamplaco, non opus esse inanibus verborum pugnis, dum alter alterum mentiri clamat, sed in judicium veniendum, et ab utroque ad id quod velit ostendendum, rationes in medium adducendas. Ad hæc imperator primum quidem aliquantisper siluit; nihil enim hactenus de Syrgianne audierat : deinde permolestos sibi hos sermones esse dixit, quoniam nollet subjectos suos alios quidem infidelitatis crimen intendere, alios causam dicere, sed amari ab omnibus, et neminem ab ullo ullius sceleris accusari. Quæ vero dicta sint, nec talia esse, ut valde credenda, nec talia, ut omnino credenda non sint, **268** quocirca examinanda, et veritatem inquirendam. Optare autem se, Zamplaconem potius quæ non sint objicere, quam Syrgiannem objectorum criminum reum esse. Syrgiannes rogare imperatorem, tantum ut jure secum agatur, ne per calumniam indicta causa damnetur. Falsis autem hisce et conflictis sermonibus nihil se turbari, nulloque labore id quod essent demonstraturum. Tum imperator, Sibi quoque probari magis, uti crimina diluat, et ne unius quidem vere convincatur. Iniquam autem sententiam nunquam in eum laturum, non solum, ut in præsens, de vita in periculum vocatum, sed neque de aliqua re abjectissima judicium suum subeuntem. Tum Zamplaconi mandavit exponere, quorum Syrgiannem insimularet; adhuc enim ea nesciebat. Ille altius repetens, accusationem sic ordiri : Syrgiannes hic, imperator, Occidenti præfectus, primum quidem studiose fecit, atque omni ope elaboravit, ut sodalitium sibi constitueret : ac, si posset, omnes eo impelleret, uti se ad ipsum

Jacobi Pontani notæ.

(12) Ad oram ms. legebatur : Ὁ νῦν καλεῖται Βολερὸν, *quæ nunc dicitur Volerum.*

(13) De ista accusatione Syrgiannis a Zamplacone Gregoras lib. x : *Syrgiannes prius etiam ob exactum a Thessalonicensibus jusjurandum magistratui suspectus; et quia a matre imperatoris adoptatus fuerat, cum imperator Didymotichi capitali morbo laboraret; tum a Zamplacone læsæ majestatis reus actus, sui defendendi causa Byzantium ad imperatorem venit.*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

applicarent, et inter amicissimos numerarent. Quod cum a principio statim videremus, arbitrati eum gloriæ laudumque cupiditate (quas homines beati præcipue admirantur, et obstupescunt) isti occupationi se dedisse, rem haud indigne ferebamus. Cum autem tempore procedente ejus in his diligentiam ultra æquum crescere observaremus, incidit nobis suspicio, non gloriæ, sed cujuspiam occultioris rei desiderio in hoc eum operam ponere, et accuratius ad ea quæ agitabantur attendebamus. Ut vero negotio indagato comperimus, aggregantes se ad illum non inconsulte in amicitiam recipi, sed fidem suam juramento astringere, ipsumque vicissim suam illis sacramento obligare, tum nobis aucta est suspicio, hominem magna quædam scelera moliri, diligenterque conditiones et capita in quæ juratum esset, inquisivimus. Narrabatur autem a consciis, primum jurasse Syrgianni amicitiam, et Syrgiannem illis, et omnimodis inter se profuturos. Deinde si quid imperatori humanitus contigisset, non unumquemque quod sibi conducibile appareret, sed quæ post communem deliberationem Syrgiannes pro utilibus haberet, ea demum facturos. Hæc a me vere asseverari testes dabo. Tu igitur, imperator, quid de his pronunties monitore non eges; mihi quidem insolentissimum est visum, **269** aliquem imperatori parentem, subjectumque se confitentem, talia machinari. Audivi etiam a majoribus meis subditorum hujuscemodi ausus nefarios maxime omnium eorum perfidiam defectionemque arguere. Proinde cum tacere non possem, horum ipsum apud te accusavi, opinatus, perinde esse atque si mala simul perpetres, nisi ea conscius accusando detegas. Ubi Zamp'aco conticuit, Syrgiannes affirmare, injuriam sibi fieri, et se calumniose oppugnari, mentirique Zamplaconem, qui ista ex odio inveterato confinxerit; quia scilicet filios ejus, Zamplaconis, inquam, qui ab imperatore defecerant, dux contra eos missus, captos et vinctos ad imperatorem adduxerit. Zamplaco sibi filios parvæ, aut nulli curæ dixit esse, quod nec profuturi sint quidquam, si meliores (14), nec maculam sibi aspersuri, si mali fuerint; imperatori cordi fore, quo pacto eos tractet, cum illi subsint. Odio autem commotum accusasse, non inficiaturum; nec enim posse, qui se improbe erga imperatorem gesserit, non odisse: orabatque eumdem, ne eorum quemquam domum dimitteret, donec ipse testibus evocatis, nihil se calumniandi libidine fictum, sed ipsissima ejus facta in accusatione sua posuisse manifeste ostenderet. Imperator Zamplaconem æquum petere censens, ita facere jussit. Mox et Syrgiannes oravit acciri quosdam, qui secum per calumnias inique actum testarentur. Concessum est, quæ ad veritatem demonstrandam literet, experiretur omnia. Subito itaque missi, qui

A λευσεν ἀ Συργιάννῃ ἐγκαλοίη εἰς μέσον ἄγειν· οὐδὲ γάρ πω ἤδει περὶ αὐτῶν οὐδέν. Τζαμπλάκων δὲ ἄνωθεν ἀρξάμενος, οὕτως ἐποιεῖτο τὴν κατηγορίαν· Συργιάννης οὑτοσί, λέγων, ὦ βασιλεῦ, τὴν τῆς ἑσπέρας ἀρχὴν ἐπιτετραμμένος, πρῶτα μὲν ἐποιεῖτο διὰ σπουδῆς, καὶ ἔργον ἦν αὐτῷ τῶν πάντων περισπουδαστότατον ἑταιρείαν συστήσασθαι περὶ αὐτὸν, καὶ πάντας εἰ δύναιτο αὐτῷ πεῖσαι προσέχειν, καὶ ἐν τοῖς μάλιστα τῶν φίλων ἄγειν· ἡμεῖς δὲ τὰ τοιαῦτα ὁρῶντες μάλιστα ἐν ταῖς ἀρχαῖς, οἰόμενοι αὐτὸν δόξης ἐπιθυμοῦντα καὶ ἐπαίνων, εἰς ἃ μάλιστα ἐπτόηνται οἱ δοκοῦντες εὐτυχεῖν τοῖς τοιούτοις ἠσχολῆσθαι, ἐποιούμεθα τὰ πραττόμενα οὐκ ἐν δεινῷ· ὡς δὲ τοῦ χρόνου τρι-
B βομένου, τὴν ἐν τοῖς τοιούτοις σπουδὴν μείζω τοῦ προσήκοντος γινομένην ἐωρῶμεν, ὑποπτεύειν ἐπῆει, μὴ οὐχὶ εὐδοξίας ἕνεκα τὰ τοιαῦτα αὐτὸν ἐπιτηδεύειν, ἀλλά τινος ἑτέρου χάριν ἀποῤῥητοτέρου· καὶ περιεργότερον προσείχομεν τοῖς γινομένοις· ὡς δὲ τὰ τοιαῦτα ἐρευνῶσιν ἐμηνύετο ὡς οὐδὲ ἁπλῶς καὶ ἀπεριέργως αἱ φιλίαι γίνωνται τῶν συνισταμένων πρὸς αὐτὸν, ἀλλ' ὅρκοις διδόντων πίστεις ἰσχυρὰς καὶ λαμβανόντων παρ' αὐτοῦ, τότ' ἤδη ἐν πλείονι ἦμεν ὑποψίᾳ τοῦ μεγάλα τινὰ κακουργεῖν αὐτόν· καὶ τοὺς ὅρκους ἐφ' ὁποίοις γίνονται ἀκριβῶς διηρευνῶμεν. Ἐμηνύετο δ' ὑπ' αὐτῶν τῶν τὰ τοιαῦτα συνειδότων, ὡς πρῶτον μὲν γίνοιντο οἱ ὅρκοι ἐπὶ τῷ αὐτοὺς φίλους εἶναι Συργιάννῃ, καὶ αὐτὸν αὐτοῖς· καὶ τὰ συνοί-
C σοντα ἀλλήλοις ἐκ παντὸς τρόπου πράττειν ἑκατέρους· ἔπειτα ἂν συμβῇ βασιλέα τρόπῳ δή τινι τελευτῆσαι, μὴ ἕκαστον ἐφ' ἑαυτοῦ ὅ τι ἂν δοκῇ συνοῖσον πράττειν, ἀλλὰ κοινῇ σκεψαμένους, τὰ δοκοῦντα Συργιάννῃ λυσιτελεῖν ποιεῖν· ὅτι δὲ ἀληθῆ, μάρτυρας παρέξομαι τῶν λεγομένων. Σὺ μὲν οὖν ἂν εἰδείης, ὦ βασιλεῦ, ὅ τι χρὴ ἀποφαίνεσθαι περὶ αὐτῶν· ἐμοὶ δὲ ἐδόκει τῶν ἀτοπωτάτων, ὑπὸ βασιλέα τινὰ τελοῦντα, καὶ δουλείαν ὁμολογοῦντα ὀφείλειν, τοιούτοις ἐγχειρεῖν. Ἐπυθόμην δὲ καὶ τῶν πρώτων τῶν ἐμῶν ἐγὼ, ὡς τὰ τοιαῦτα τολμώμενα παρὰ τῶν ὑπηκόων ἀποστασίαν καὶ ἀπιστίαν πάντων μάλιστα ἂν αὐτῶν κατηγοροίη. Διὸ οὐδὲ ἠνεσχόμην σιγῇ φέρειν· ἀλλ' ἐπὶ σοῦ τὰ τοι-
D αῦτα κατηγόρηκα αὐτοῦ, νομίζων οὐκ ἔλαττον εἶναι τὸ συμπράττειν πρὸς τὰ φαῦλα τοῦ συνειδότα μὴ ἐλέγχειν εἰς κατηγορίας λόγον. Τοιαῦτα Τζαμπλάκωνος διεξιόντος, ἀδικεῖσθαι καὶ συκοφαντεῖσθαι διετείνετο ὁ Συργιάννης καὶ καταψεύδεσθαι Τζαμπλάκωνα αὐτοῦ, πλασάμενον διαβολὰς ἔχθει παλαιῷ τῷ πρὸς αὐτὸν, ὅτι τοὺς υἱοὺς, βασιλέως ἀποστάντας, στρατηγὸς κατ' αὐτῶν ἐκπεμφθεὶς χειρώσαιτό τε καὶ δεσμώτας πρὸς βασιλέα ἀπαγάγοι. Τζαμπλάκων δὲ τῶν μὲν υἱῶν αὐτῷ μέλειν ἔλεγεν ὀλίγα ἢ οὐδὲν, ὡς οὔτε ἀνησόντων οὐδὲν ἂν βελτίους ὦσιν, οὔτε προστριψομένων τινὰ αἰσχύνην ἂν φαίνωνται

Jacobi Pontani notæ.

(14) Videndum, quomodo vera sit hæc sententia. Cer e filii, et nepotes boni ad decus et gloriam familiæ suæ prosunt; et filius sapiens est gloria patris sui; et nequam filii, eidem ignominiam ac dedecus inurunt, quod exemplis probare nihil attinet.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

κακοί· βασιλεῖ γὰρ μελήσειν ὅπη ἂν διάθηται τὰ κατ' αὐτοὺς, ὄντας ὑπηκόους. Ἔχθει δὲ τῷ πρὸς ἐκεῖνον κατηγορηκέναι, οὐκ ἂν ἔξαρνος γενέσθαι. Οὐ γὰρ ἂν δύνασθαι κακῷ γενομένῳ περὶ βασιλέα μὴ ἐχθραίνειν. Ἐδεῖτό τε βασιλέως μηδένα αὐτῶν ἐᾷν οἰκαδε ἀναχωρεῖν, ἀλλ' αὐτῷ συνδιατρίβειν, ἄχρις ἂν μεταπεμψάμενος τοὺς μαρτυρήσοντας τοῖς εἰρημένοις, ἀπελέγξῃ διαβρήδην, ὡς οὐδὲν ἂν εἴη ὧν κατηγόρηκε πλάσμα καὶ συκοφαντία, ἀλλ' αὐτὰ τὰ γεγενημένα ὑπ' αὐτοῦ. Βασιλεὺς δὲ δίκαιά τε Τζαμπλάκωνα ἐπεψηφίζετο ἀξιοῦν, καὶ προσέταττεν οὕτω πράττειν. Ἀξιοῦντος δὲ καὶ Συργιάννη προσκαλεῖσθαί τινας οἳ ἀδικούμενον αὐτὸν καὶ συκοφαντούμενον ἀποφανοῦσιν, ἐπέτρεπε καὶ αὐτῷ πᾶν ὅπερ ἂν ᾖ πρὸς ἀπόδειξιν τῆς ἀληθείας ἐξεῖναι πράττειν. Τοὺς μὲν οὖν συμμαρτυρήσοντας αὐτοῖς ἐπὶ τῆς δίκης αὐτίκα ἔπεμψαν τοὺς κομιοῦντας· αὐτοὶ δὲ συνόντες βασιλεῖ, παρεσκευάζοντο ὡς ἐπὶ δίκην.

A testes in judicio utrique adfuturos adducerent; ipsi interea apud imperatorem hærentes, ad actionem se comparabant.

CAPUT XXIII.

In discrimine suo magni domestici opem salutarem Syrgiannes implorat, culpamque confitens, meliora pollicetur. Domesticus enumerans sua in illum merita, ingratissimum fuisse convincit, et cum conditione promittit auxilium. Præterea quid fecerit Syrgiannes, et quid nunc facere debeat, eleganti apologo docetur.

Τῆς ἡμέρας δὲ ἐκείνης παρελθούσης, ἐπεὶ ἐπεγένετο ἡ νὺξ περὶ μέσην, ὁ Συργιάννης εἰς τὴν οἰκίαν τὴν μεγάλου δομεστίκου ἀπελθών, ἐδεῖτο μὴ περιΐδεῖν ὑπὸ συκοφαντίας τὰ ἔσχατα προσδοκῶντα πείσεσθαι δεινὰ, ἀλλὰ χεῖρα σώζουσαν παρασχεῖν· καὶ μὴ διὰ τὸ προσκεκρουκέναι ἀφειδῆσαι κινδυνεύοντος, ἀλλὰ πρόνοιάν τινα ποιήσασθαι αὐτοῦ. Αὐτῷ μὲν γὰρ ὁμολογεῖν προσκεκρουκέναι, πεισθέντα φαύλοις ἀνθρώποις καὶ διεφθορόσι, καὶ ψευδομένοις ὡς τὰ πολλά· καὶ διὰ τοῦτο αὐτόν τε ἑαυτοῦ κατηγορεῖν πολλὴν ἀγνωμοσύνην, καὶ αὐτῷ ἐφιέναι ἣν ἂν ἐθέλοι δίκην λαμβάνειν παρ' αὐτοῦ. Περὶ βασιλέα δὲ μηδὲν ἑαυτῷ κακῷ γενομένῳ συνειδέναι, ἀλλ' ἄκρατον εἶναι τὴν διαβολήν. Οὗ δὴ ἕνεκα αὐτοῦ δεῖσθαι συγγνῶναί τε αὐτῷ τῆς περὶ αὐτὸν ἀδικίας καὶ ἀγνωμοσύνης, καὶ τὴν προσδοκωμένην λύειν συμφοράν· αὐτὸν δὲ ὅρκοις οἷς ἂν ἐθέλοι τὸ μὴ διὰ βίου παντὸς κακὸν ὀφθῆναι περὶ αὐτὸν, ἀλλὰ πάντα αὐτῷ πιστώσασθαι ὑπείκειν. Συργιάννης μὲν οὖν τοιαῦτα ἐδεῖτο. Ὁ μέγας δὲ δομέστικος αὐτῷ ὑπετίθετο, θαρρεῖν ὡς οὐκ ἀποστερήσοιτο τῶν δικαίων· οὐδὲ διὰ συκοφαντίαν αὐτῷ ἀπαντήσει δυσχερὲς οὐδέν· οὔτε γὰρ βασιλέα ἀνασχέσθαι ἂν ποτε καταψηφίσασθαι συκοφαντουμένου, μήτ' αὐτὸν περιΐδεῖν. Τὸ δ' ὅρκους παρασχέσθαι ἐπηγγέλθαι, ἂν σοι νῦν περὶ τὰς προσδοκωμένας τύχας χήσιμος ὀφθῶ, ὥστε διὰ βίου παντὸς ἐμοὶ ὑπείκειν καὶ μηδέποτε ἀγνωμονῆσαι, μηδὲ εἰς λήθην τῶν εὐεργεσιῶν ἐλθεῖν, ἐν ἴσῳ μοι δοκεῖς καὶ ἀδύνατα ἀξιοῦν. Ὁ γὰρ μήτε πρότερον μήθ' ὕστερον ἀγαθὸς γενόμενος περὶ τοὺς φίλους, ἀλλὰ μικρᾶς καὶ φαύλης τινὸς ἕνεκα αἰτίας ἢ οὐδὲ μικρᾶς, Εὐρίπου δίκην μεταφερόμενος καὶ ἀστατῶν, πῶς ἂν εἴης δίκαιος πιστεύεσθαι περὶ τοῦ μέλλοντος παρεχόμενος τὰς πίστεις; Οἶσθα γὰρ ὡς φιλίας ἡμῖν ἄνωθεν ἐκ παίδων προσγεγενημένης, ἐγὼ μὲν ἐσπούδασα ἀεὶ μηδεμίαν πρόφασιν δικαίαν σοι διαστάσεως παρασχεῖν ταραχῆς, καὶ διετήρησά γε ἐμαυτὸν ἄχρι νῦν ἐπὶ τῆς ὁμοίας προαιρέσεως καὶ τοῦ Θεοῦ συναιρομένου· σὺ δὲ καὶ ἅπαξ καὶ δὶς μηδὲν ἔχων ἐγκαλεῖν, ἀντὶ φίλου καὶ συνήθους πολέμιος ἐξαίφνης ἀνεφάνης· καὶ οὐδενὸς, τό γε εἰς σὲ ἦκον, τῶν λυπεῖν ἀπέσχου δυναμένων· ἃ νῦν ἔροιγε

B Sub medium noctis sequentis, Syrgiannes in ædes magni domestici adventans, orat ne se ob falsam criminationem atrocissima pertimescentem supplicia despiciat, sed salutarem sibi manum porrigat: neve propter offensionem animi sui periculo 270 jactatum aspernetur, sed aliqua sui cura tangatur. Fateri, se nequam et perditis hominibus, et ut plurimum mentientibus nimis credulum, in eum deliquisse. Ideo semet magnæ improbitatis condemnare, et æstimationem pœnæ in ejus arbitratu ponere. Ast in imperatorem nullius facinoris sibi conscium, nieramque calumniam esse. Quamobrem rogare ut injustitiæ et ingratitudinis suæ gratiam sibi faciat, imminentemque cervicibus suis calamitatem avertat, per omnem deinceps ætatem nihil in eum mali attentaturum, ejus auctoritati in omnibus obsecuturum, atque hujus promissi fidem, si velit, dicto sacramento facturum. Hæc Syrgiannes. Quem magnus domesticus admonet bonum habere animum, salva illi esse jura sua: nec propter sycophantiam quidquam incommodorum ei nasciturum. Neque enim imperatorem, ut calumniis tantummodo oppugnatus damnetur, unquam passurum, neque ejus res neglecturum. Quod autem juraturum promittis, inquit, si nunc afflicto tibi succurrero, te in omni reliqua vita in auctoritate mea permansurum, nihil adversum me improbe admissurum, neque beneficiorum immemorem futurum, videris eadem oratione impossibilia petere. Qui enim amicis nunquam fidus, sed ob causam modicam et inanem, imo ne modicam quidem, ut Euripus variabilis et inconstans fuit, quomodo hic, quamvis fidem dederit, de cætero fidem mereatur? Certe nosti, quo pacto, cum inde usque a pueris inter nos amaverimus, ego semper studuerim, ne tibi justam dissidii, ac perturbationis occasionem darem: et in hunc usque diem, Deo adjuvante, in suscepto consilio perstiti. Quid tu? Cum semel atque iterum non haberes, quod nos accusares, pro amico et familiari repente hostis evasisti: et quantum in te fuit, nihil ad dolorem nobis ingenerandum omisisti, quæ nunc exprobrandi tempus non est, cum ea semel condonarim.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Denique cum imperante seniore in custodia vinculis constrictus tenerere, nulla spe evadendi, sceleris tui immemor, et amicitiæ nostræ consuetudinisque, ut soleo, recordatus, quæ tu nec speravisses, nec ab alio narrata credidisses, ea ego tua causa et cogitavi, et feci : nec solum e carcere et vinculis te eripui (quanquam imperatoris mater eam tui curam in me reprehenderet, et imperator non ob aliud, **271** quam quod ego ita vellem, hanc licentiam daret), verum etiam de publico haud parum tibi profui, annuos tibi reditus e locis certis suppeditans, urbiumque præfectum te constituens; nec minus de meis facultatibus tibi consulens, quæ nunc sigillatim recensere, nec ingenuum, et moribus meis alienum esset. Res enim ipsæ docere te possunt, qualem amicum cum tuo vitio perdidisses, ipsius bonitate recuperaveris. Postremo e tenui ignobilique præfectura ad totius Occidentis procurationem te provexi. At tu, pro istis omnibus admirabilem quamdam et ingenio tuo convenientem in primis gratiam rependisti. Cum enim me bene merentem, servatoremque, ac tutorem tuum dictis et factis profiteri debuisses, prorsus contra egisti, tanquam in hostem nocentissimum te instruens, et multos in sodalitium aggregans, ut si iterum vexare te vellem, posses te comparatis ad id viribus tueri atque defendere. Unde, ut accusatores tui dictitant, in barathrum longe deterius atque exitiosius temet deturbasti. Jam vero intelligens, quo miseriarum tua te amentia adegerit, quæ sola ad levandam præsentem calamitatem suffectura judicasti, hæc ut diceres, meditatus advenisti. Atqui ego nihil te celans, quo sim in te animo, et quid decreverim, enuntiabo. Neque ita affectus sum, ut aliquando te in amicos referre, tuaque causa quid de officiis amantium præstare cogitem, neque hostis loco te habere, quantaque possim detrimenta tibi injungere velim. Sed cum te in judicio stiteris, et ad capita accusationis responderis, ego longum silebo. Et si quidem confutatis accusatoribus absolveris, placebit id mihi quoque : nec tibi jus tuum adepto invidebo. Sin multo adversariis inferior, causa cecidisse videbere : et aut imperitia dicendi, aut iniquitate calumniatorum, aut alio quodam modo jure tuo excidere contigerit, patrocinium tui perlibens arripiam, et injusta te feriri sententia non sinam : neque id tibi magis, quam æquitati dabo. Sin jure damnaberis, nullam a me defensionem exspectabis. Ex quo enim tu amicitiam meam projecisti, hostesque imitari maluisti, ex eo ego quoque te amicum agnoscere desii, et vetus quoddam vitæ institutum mihi custodiens, ut nemini scilicet inimicus sim, neque tibi hactenus fui, neque in posterum ero; et quomodo inique læsum, ut promisi, non deseram, sic inique lædentem discrimine haud expediam. **272** Igitur cum prudentia, et rerum verborumque exercitatione valeas, quemadmodum tibi videtur, sic age. Syrgiannem illico non parum hæc contur-

A ὀνειδίζειν οὐ κατὰ καιρὸν δοκεῖ, περὶ οὗτος ἅπας συνεγνωκότι· τὰ τελευταῖα δὲ νῦν ταῦτα ὑπὸ κλοιοῖς ἐν δεσμωτηρίῳ ὑπὸ τοῦ πρεσβυτέρου βασιλέως κατεχομένῳ, καὶ μηδεμίαν ἐλπίδα ἔχοντι τῆς τῶν δεινῶν ἀπαλλαγῆς, τῆς μὲν σῆς ἀγνωμοσύνης οὐδὲ ἐπεμνήσθην· τῆς δὲ ἐμῆς πρὸς σὲ φιλίας καὶ συνηθείας, ὥσπερ εἰωθα, μεμνημένος, ἅπερ οὐδ' ἂν ποτε αὐτὸς ἠλπισας, οὐδ' ἂν ἑτέρου λέγοντος ἐπείθου ὡς εἴη ἀληθῆ, τοιαῦτα καὶ διενοήθην καὶ εἰργασάμην ὑπὲρ σοῦ· καὶ οὐ μόνον τοῦ δεσμωτηρίου ἀπήλλαξα καὶ τῶν κλοιῶν, καίτοιγε πολλὰ καὶ βασιλίδος τῆς βασιλέως μητρὸς τῆς εἰς σὲ προνοίας ἕνεκα αἰτιωμένης, καὶ βασιλέως αὐτοῦ δι' οὐδὲν ἕτερον ἢ διὰ τὸ μὲ βούλεσθαι μόνον τὴν ἄδειαν παρεσχημένου, ἀλλὰ καὶ ἔκ τε τῶν κοινῶν ὠφέλησα πολλὰ,

B προσόδους τε παρέχων ἐτησίους ἐκ χωρίων, καὶ ἄρχοντα πόλεων καθιστὰς, καὶ ἐκ τῶν ἰδίων οὐδὲν ἔλαττον· ἃ νῦν ἕκαστα ἀπαριθμεῖν, ἀγενὲς ἂν εἴη, καὶ οὐδαμῶς ἐγγὺς τοῦ ἡμετέρου τρόπου· ἐκεῖνο ἐννοῶν, ὡς αὐτὰ τὰ πράγματα δηλῶσαι δυνατὰ οἷον φίλον ἰδίᾳ φαυλότητι τρόπων ἀπολωλεκότι, τῇ σφετέρᾳ αὐτοῦ καλοκαγαθίᾳ πάλιν ὑπῆρξεν ἀνασώσασθαι· καὶ τελευταῖον ἀπὸ μικρᾶς τινος καὶ εὐτελοῦς ἀρχῆς ἐπὶ πᾶσαν τῆς ἑσπέρας ἀνῆγον τὴν ἡγεμονίαν. Σὺ δ', ἀντὶ πάντων τούτων θαυμασίαν τινὰ καὶ μάλιστα σοὶ προσήκουσαν ἀπεδίδους τὴν ἀντιμισθίαν. Δέον γὰρ ἔργοις τε καὶ λόγοις εὐεργέτην ἀναγράφεσθαι καὶ σωτῆρα καὶ κηδεμόνα, πᾶν ἐποίεις τοὐναντίον· ὡς ἐπὶ πολέμιον καὶ πολλὰ δεινὰ εἰργασμένον παρασκευαζόμενος, καὶ προσεταιριζόμενος πολλοὺς, ὡς ἂν εἰ βουληθείην ὥσπερ δὴ καὶ πρότερον ἀδικεῖν καὶ κακῶς ποιεῖν, αὐτὸς εἷς δυνατὸς ἀμύνεσθαι τῇ προπαρεσκευασμένῃ χρώμενος δυνάμει. Ἐξ ὧν, ὥσπερ αὐτοὶ λέγουσιν οἱ κατηγοροῦντες, εἰς πολλῷ χαλεπώτερον καὶ χεῖρον βάραθρον κατεκρημνίσθης· σὺ δὲ ἤδη συνορῶν οἱ κακῶν ὑπ' ἀδουλίας συνηλάθης, ἃ σοι ἔδοξε μόνα δυνατὰ πρὸς τὴν παροῦσαν ἀνάγκην ἀποχρήσειν, ταῦτα ἥκεις ἐσκεμμένος λέγειν. Ἐγὼ δὲ μηδὲν ἀποκρυψάμενος, ὅπως τε διάκειμαι πρὸς σὲ, καὶ οἷα ποιήσω, ἐρῶ. Οὔθ' οὕτως ἔχω ὥστε ποτὲ τοῖς φίλοις σε συντάττειν τοῖς ἐμοῖς, καὶ ὑπὲρ σοῦ τῶν προσηκόντων τοῖς φιλοῦσι πράττειν τι, οὔθ' ὡς πολεμίῳ χρῆσθαι βλάπτων ὅσα δυνατά· ἀλλ' ἐπὶ τῆς

D δίκης γενομένου, καὶ ὑπὲρ ὧν κατηγορῇ τὰς ἀπολογίας ποιουμένου, αὐτὸς μακρὰν ἐξασκήσω σιωπὴν, φθεγγόμενος μηδέν· κἂν μὲν τῶν κατηγόρων περιγένῃ καὶ τὴν δίκην διαφύγῃς, ἀγαπήσω καὶ αὐτὸς, καὶ οὐ φθονήσω τυχόντι τῶν δικαίων· ἂν δ' ἥττων φαίνῃ παρὰ πολὺ καὶ ἀλίσκῃ ἀδικῶν, ἂν μὲν ἀπειρίᾳ λόγων ἢ ἀδικίᾳ τῶν συκοφαντῶν, ἢ τρόπῳ δή τινι ἑτέρῳ ἀποστερεῖσθαι συμβαίη τῶν δικαίων, προστήσομαι προθύμως, καὶ οὐ περιόψομαι ἄδικον ψῆφον ἐνεχθεῖσαν κατὰ σοῦ, οὐ σοῦ γε ἕνεκα μᾶλλον, ἢ αὐτοῦ δικαίου· ἂν δὲ προσῇ τὸ δικαίως τῇ κατὰ σοῦ ἐξαγομένῃ ψήφῳ, μηδεμίαν ἐπικουρίαν προσδόκα παρ' ἐμοῦ. Ἐξ ὅτου γὰρ αὐτὸς ἀπώσω τὴν φιλίαν τὴν ἐμὴν, καὶ πολεμίου ἔργα εἶλου πράττειν, καὶ αὐτὸς τοῦ νομίζειν φίλον ἀπεσχόμην·

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἑαυτῷ δ' ὥσπερ πολιτείαν ἀρχαίαν τὸ μηδενὶ πολέμιος εἶναι συντηρῶν, οὔτε σοι μέχρι νῦν, οὔθ' ὕστερον γενήσομαι· ἀλλ' οὔτ' ἀδικούμενον περιόψομαι, ὥσπερ ἔφην, οὔτ' ἀδικοῦντα ἐξαρπάσω τῶν κινδύνων. Πρὸς δὴ ταῦτα ὅπῃ ἄν σοι δοκῇ τοῖς πράγμασι χρῆσθαι, συνετός τε ὢν καὶ πεῖραν ἔχων καὶ λόγων καὶ πραγμάτων. Συργιάννην μὲν οὖν εὐθὺς οὐκ ὀλίγον ἐθορύβησαν οἱ λόγοι, νομίσαντα ἤδη ἐν χρῷ κινδύνου καθεστάναι. Ὅμως δὲ ἔτι πειρώμενος αὐτοῦ, εἰ δύναιτο ἀποθέμενος τὴν πρὸς αὐτὸν ὀργὴν στῆσαι τὴν προσδοκωμένην συμφοράν, Ἐγὼ μὲν ὦμην, εἶπε, μέχρι λόγων μοί σε τὴν τιμωρίαν τῶν ἡμαρτημένων στήσειν, καὶ μὴ διὰ μικροψυχίαν ἐφ' ᾗ μοι καὶ πρότερον πολλὰ πολλάκις συνέγνως, προήσεσθαί τοί; συκοφαντοῦσι νῦν. Ὁρῶ δὲ ἤδη τὸν ὅλεθρον κατ' οὐδὲν ἐλλείποντα ἐμοί. Ἐὰν γὰρ πείσθῃ σαφῶς ὅτι σε οὐ πείσω δυνατὸν δεηθεί; ὑφεῖναί μοι τὴν ὀργὴν καὶ ὁμοίας ὥσπερ πρότερον κηδεμονίας ἀξιοῦν, οὐδὲν λοιπὸν ἢ κακοῖς τοῖς ἐσχάτοις περιπεσεῖσθαι προσδοκᾷν. Ὁ δ' ἔφασκεν, οὐ χρείαν εἶναι λόγων περιττῶν· αὐτὸς δὲ πρότερόν τε λόγοις ὀλίγοις τὴν διάνοιαν δεδηλωκέναι, καὶ νῦν οὐδὲν ἧττον τὸ αὐτὸ ποιήσειν· ἀνεπίφθονον δὲ εἶναι, εἰ διὰ παραδειγμάτων τὴν ἀπόδειξιν ποιήσομαι τοῦ λόγου. Ἐοικέναι γὰρ νομίζειν, ἐμὲ μὲν γαληνῷ τινι λιμένι προσερηρεισμένῃ πέτρᾳ, σὲ δὲ νηΐ, κάλων ἐξ αὐτῆς ἀναψαμένῃ, καὶ πολλῆς ἀπολαυούσῃ τῆς εὐδίας, νομίσαντα δὲ ἂν αὐτῆς ἀπολυθήσῃ, πλέον τι καὶ κερδαλεώτερον εὑρήσειν, ἀφεῖναι ἐπὶ τοῦ πελάγους ἀποστάντα· κλυδωνίῳ δὲ περιπεσόντα, καὶ σαφῶς τὴν ἀδουλίαν ἐγνωκότα τῆς πέτρας δεῖσθαι τοῦ κλύδωνος ἐπὶ τοῦ πελάγους ἐλθοῦσαν ἐξαρπάσαι· τὴν δὲ ἀποκρίνασθαι, οὐ δυνατὰ αἰτεῖσθαι· ἀλλ' εἴ τι δέοιτο τῆς παρ' αὐτῆς γαλήνης, αὐτὸν μᾶλλον ἐλθόντα πρὸς αὐτήν, τὰ πρυμνήσια ἀνάψαι. Τοῦτο δὲ οὐ λόγοις, ἀλλὰ μᾶλλον ἔργοις ἐπιδείκνυσθαι· οὐδεμία γὰρ ἔσται τις ὠφέλεια ἀπὸ τῶν λόγων ἐὰν μὴ αὐτὸς ἔργῳ προσορμήσῃ τῷ λιμένι. Τὸ νῦν μὲν οὖν ἔχον, μηδένα παρ' αὐτοῦ μήτε κίνδυνον ὑφορᾶσθαι, μήτ' ἐπικουρίας τυχεῖν ἐλπίζειν. Ἐὰν δὲ ἔργοις εἰς τὸ ἐπιὸν ἐπιδείξηται τὴν πρὸς αὐτὸν στοργήν (λόγοις γὰρ οὐ πιστεύειν, ἤδη δίς καὶ τρὶς ἀποδεδειγμένοις ἔχειν ὑγιὲς οὐδέν), τότ' ἤδη τὰ παρ' ἑαυτοῦ καὶ αὐτὸν προσθήσειν. Συργιάννης μὲν οὖν τοσαῦτα εἰπὼν καὶ ἀκούσας ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν, οὐκ ὀλίγα ἀνιώμενος ὅτι μὴ δυνηθείη πεῖσαι τὸν μέγαν αὐτῷ δομέστικον προσέχειν.

quæ prius habuerat per deditionem recepit: Anchialum autem adhuc Mœsi præsidiarii tuebantur. Alexander siquidem Mœsorum, rex imperatoris impressionem sentiens, cum exercitu quantus erat ad arcendum accurrit, jux aque Actum, non procul ab imperatore, qui apud Rhosocastrum tendebat, castra locat, angusto quodam et aspero transitu ambos exercitus dirimente: quem Alexander peditibus aliquot ibi dispositis custodire occuparat. Imperator Alexandrum in vicino castrametari intelligens, postridie diluculo suos capere arma jussit. Armatos deinde veluti pugnaturos, et per acies digestos, ad transitum illum deduxit, ac Mœsos ad manum conserendam provocavit. Nam quia transitus ille salebrosus et arctus erat, et ab ipsis servabatur, in castra irrumpere commode nequibat. Toto igitur die ibi transacto, quia nemo hostium contra exibat, in sua castra pedem retulit: paucisque diebus, instructis ad prælium militibus, rediit, ac eodem modo ad introitum angustiarum die quam longa est constitit, cum Mœsi ne tum quidem in planitiem se dare foras, et æquo campo lacessere Martem auderent. **282** Imperator itaque perterrefactis audacia sua Barbaris, ut antea, castra subiit. Alexander cernens, si acie congrederetur, fore imparem, per legatos oravit ut facta pace sua uterque retineret. Respondit imperator, neque se priorem arma movisse, neque quidquam Mœsis abstulisse: verum ab ipsis prius lacessitum, compelli resistere, et ablata recuperare. Insuper Anchialum sibi eripi, qua reddita, pacem fœdere firmaturum. Atqui oportuisse, si in rebus suis pertinax et implacabilis esset, nervos omnes ad par pari referendum intendere, et armis sibi vicissim quædam de illorum rebus vindicare. Quoniam vero utrique eamdem religionis sanctitatem colant, et pax cuilibet bello præponderet (32), ipsam se bello huic anteponere: modo sua sibi restituantur. At Alexander, nec se injuste agere; Anchialum enim, cæteraque oppidula, quæ adempta sibi quereretur, non Romanis potius quam Mœsis deberi; nam regibus antecedentibus perdiu subdita fuisse. Idcirco imperatorem esse injurium, qui præter ea quæ abstulerit, etiam Anchialum postulet. Tum imperator, injustitiæ non imponendum nomen justitiæ: neque quia ad tempus alios spoliaverunt, ideo existimandum licere perpetuo spoliare. Has urbes non solum ex antiquo tempore Romanorum ditione contineri, sed etiam complures earum ab ipsis esse conditas, deductasque colonias. Mœsos vix heri et nudius tertius eas sub imperium suum redegisse, a regno Sphentisthlabi sororis suæ mariti videlicet, dum Romanis cum Persis et Catalanis bellum esset (33), qui rex Romanos vehementer afflixerit:

φιλοφρονήσας ἐπιῤῥώσας, τόν τε σῖτον παρασχών, ἠνύσατο ἐκεῖ ἐπὶ δυσὶν ἡμέραις. Ἅμα δὲ ἕῳ εἰς τὴν τρίτην παντὶ τῷ στόλῳ ἐπανέπλευσεν εἰς Κωνσταντίνου. Καὶ διατρίψας ἐν αὐτῇ ἡμέρας οὐ πολλὰς, ἐπεὶ καὶ ἡ στρατιὰ πᾶσα ἤδη παρῆν, καὶ ὅσα ἔδει ἐπεπόριστο, ἅρας ἐκ Βυζαντίου, οὐ πολλαῖς ὕστερον ἡμέραις ἐσέβαλεν εἰς τὴν Μυσίαν, καὶ ἐδῄωσέ τινα αὐτῆς· ὑπερβάς τε τὸν Αἷμον, τὰ μὲν ἄλλα πολίσματα ὅσα ἦν καὶ πρότερον ἔχων, παρεστήσατο ὁμολογίᾳ πάλιν· Ἀγχίαλος δὲ ἔτι ἐῤῥουρεῖτο παρὰ τῶν Μυσῶν. Ἀλέξανδρος γὰρ ὁ τῶν Μυσῶν βασιλεὺς, αἰσθόμενος τὴν βασιλέως εἰσβολὴν, ἐβοήθει κατατάχος πανστρατιᾷ ἄγων τοὺς Μυσούς· καὶ ἐλθὼν ἐστρατοπεδεύσατο παρὰ τὸ Ἀετὸν, οὐ πολὺ ἀπέχων βασιλέως, παρὰ τὸ Ῥωσόκαστρον ἐστρατοπεδευμένου, πλὴν ὅτι στενή τις καὶ ἀπόκροτος δίοδος τὰ στρατεύματα ἀμφότερα διεῖργεν· ἣν φθάσας ὁ Ἀλέξανδρος, ἐφρούρει πεζῇ ἐπιστήσας στρατιάν. Βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ ἐπύθετο Ἀλέξανδρον ἐγγὺς ἐστρατοπεδευκέναι, ἐς τὴν ὑστεραίαν ἅμα ἕῳ ἐκέλευεν ὁπλίζεσθαι τὴν στρατιάν· καὶ ἐπειδὴ ἦσαν ὡπλισμένοι, παραλαβὼν αὐτοὺς ὡς μάχην παρατεταγμένους, ἐγγὺς τῆς διόδου ἦλθεν, ἣ παρὰ Ἀλεξάνδρου ἐφρουρεῖτο· καὶ προυκαλεῖτο ὡς ἐς μάχην τοὺς Μυσούς. Προσβάλλειν γὰρ αὐτῶν τῷ στρατοπέδῳ οὐκ ἐνῆν διὰ τὴν δίοδον οὖσαν τραχεῖαν καὶ στενὴν καὶ φρουρουμένην ὑπ' αὐτῶν. Διημερεύσας δὲ ἐκεῖ ἐν ὅπλοις, ἐπεὶ οὐδεὶς ἀντεπῆξεν, εἰς τὸ οἰκεῖον στρατόπεδον πάλιν ἐπανῆλθε. Καὶ ὕστερον ἡμέραις οὐ πολλαῖς, πάλιν ἦκεν ἄγων ὡπλισμένην τὴν στρατιὰν ἐπὶ τὴν μάχην, καὶ διημέρευσεν ὥσπερ καὶ πρότερον πρὸς τῶν στενῶν τὰς εἰσβολάς. Μυσοὶ δὲ οὐδ' οὕτως ἐτόλμησαν εἰς τὴν εὐρυχωρίαν ἐξελθόντες ἐκ τοῦ ἴσου διαγωνίσασθαι πρὸς βασιλέα. Ὁ δὲ εἰς τὸ στρατόπεδον τὸ οἰκεῖον πάλιν ἐπανέζευξε, καταπλήξας τῇ τόλμῃ τοὺς βαρβάρους. Ἀλέξανδρος δὲ ὁρῶν ἤδη ἀδύνατος ὢν ἐκ παρατάξεως ἀντιστῆναι βασιλεῖ, πρεσβείαν πέμψας διελέγετο περὶ εἰρήνης. Ἧξίου τε ἔχοντας ἑκάτερον ἃ ἔχουσι, πολέμου ἀποσχέσθαι. Βασιλεὺς δὲ, οὔτε πολέμου ἔφασκεν αὐτὸς ἄρξαι, οὔτε ἀποστερῆσαί τινα τῶν Μυσοῖς διαφερόντων· ἀλλ' ἀδικούμενος ὑπ' αὐτῶν πολέμου ὑπαρχόντων, ἀμύνεσθαί τε ἀναγκαίως, καὶ τὰ ὑπ' αὐτῶν ἁρπαγμένα ἀνασώζεσθαι. Ἀποστερεῖσθαι δὲ ἔτι Ἀγχιάλου· ἦν εἰ ἀπολήψεται, σπονδὰς θέσθαι ἕτοιμος εἶναι πρὸς αὐτοὺς εἰρηνικάς. Καίτοιγε ἐχρῆν εἰ φιλόνεικος ἦν καὶ ἀπαραίτητος πρὸς τὰς ἀντιδόσεις, πᾶσαν ἐπιδείξασθαι σπουδὴν, ὥστε καὶ αὐτὸν ἐκ τῶν αὐτοῖς διαφερόντων τινὰ κτήσασθαι πολέμῳ· διὰ δὲ τὸ τὰ στρατεύματα ἀμφότερα τῆς αὐτῆς ἔχεσθαι θρησκείας, ἄλλως δ' ὅτι καὶ ἡ εἰρήνη παντὸς πολέμου εἶναι δοκεῖ αἱρετωτέρα, μᾶλλον αὐτὴν αἱρεῖσθαι εἰ τὰ οἰκεῖα μόνον ἀπολήψεται. Ἀλέξανδρος δὲ ἰσχυ-

Jacobi Pontani notæ.

(32) Pulchre M. Tullius, quod hanc sententiam, ut verissimam, confirmat, ad Atticum epist. 14, lib. VII: *Equidem ad pacem hortari non desino, quæ vel injusta utilior est, quam justissimum bellum.*

(33) Sub Andronico seniore; de quo bello Gregoras in septimo. Obiit autem Sphantistlabus, qui Sphendosthlabus, eodem anno quo in juniorem Andronicum anathema pronuntiatum est.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ρίζετο ἀδικεῖν οὐδὲ αὐτός· Ἀγχιάλόν τε γὰρ καὶ τὰ ἄλλα πολίσματα, ἃ ἦν ἀφῃρημένος, οὐ Ῥωμαίοις προσήκειν μᾶλλον ἢ Μυσοῖς. Τοῖς γὰρ πρὸ αὐτοῦ βεβασιλευκόσιν ἐξικανοῦ εἶναι ὑποχείρια τοῦ χρόνου. Διὸ καὶ μᾶλλον βασιλέα ἀδικεῖν πρὸς οἵς ἀφῄρηται ἀπαιτοῦντα καὶ Ἀγχίαλον. Βασιλέως δὲ ἀποκριναμένου μὴ δεῖν τὴν ἀδικίαν ἐν δικαιώμασι ποιεῖσθαι λόγῳ, μηδὲ ὅτι ἐπὶ χρόνον ἀπεστέρησαν, οἴεσθαι διὰ τοῦτο δίκαιον εἶναι καὶ διηνεκῶς ἀποστερεῖν· τὰς γὰρ τοιαύτας πόλεις οὐ μόνον ἄνωθεν ἐκ παλαιοῦ ὑπηκόους Ῥωμαίοις εἶναι, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τὰς πλείους ὑπ' αὐτῶν τε ἐκτίσθαι καὶ κατῳκίσθαι ἀποικίας πεπομφότων· οὕπω δὲ χθὲς καὶ πρώην ὑφ' ἑαυτοὺς πεποιῆσθαι Μυσοὺς ἐκ τῶν Σφεντισθλάβου τοῦ βασιλέως χρόνων, ὃς ἦν τὴν αὐτοῦ ἀδελφὴν γεγαμηκὼς, τοῦ πρὸς Κατελάνους καὶ Πέρσας τοῖς Ῥωμαίοις πολέμου κεκινημένου· ὃς πλεῖστα δὴ ἐκάκωσε τὰ πράγματα αὐτοῖς, ὅτι' ὃν οὐδὲ ταῦτα ἀνασώσεσθαι ἠδυνήθησαν ἐξ αὐτῶν. Νυνί τε αὐτὸν ἀδικεῖν οὐδὲν, ἀλλὰ τά τε ὄντα ἔχειν καὶ τὰ ἐλλείποντα ἀπαιτεῖν, ἃ εἰ μὲν εἰρήνης ἐπιθυμοίη ἀποδιδόναι· εἰ δὲ μή, ἀλλ' αὐτόν γε μὴ δύνασθαι προῖεσθαι τρόπῳ δὲ παντὶ, πειράσεσθαι διασώζειν τὴν ἀρχὴν, ὁ Ἀλέξανδρος (ἐπεὶ ἐγγὺς ἐστρατοπεδεύοντο ἀλλήλων καὶ δι' ἐλαχίστου τὰς ἀποκρίσεις ἐποιοῦντο) οὐκ ἔφατο δεῖν περὶ ἀρχῆς τινα διαλεγόμενον ἀποδείξεσι χρῆσθαι καὶ λόγοις πιθανοῖς, ἀλλ' ὅπλοις καὶ χειρὶ βιαιοτέρᾳ τὰ δίκαια βραβεύειν. Οἷς καὶ αὐτὸν ἐκ τοῦ ὑπερέχοντος χρώμενον νυνὶ, περὶ γῆς ὅρων διαλέγεσθαι ἀσφαλῶς· ἐγὼ δὲ παρεχώρησα ἂν καὶ Ἀγχιάλου ἐκ τοῦ ῥᾴστου, εἰ μὴ πολλήν ἐμοί τε καὶ στρατιᾷ τὴν ἀτολμίαν καὶ τὴν μέμψιν ἐπῆγε. Πρὸς γὰρ τῷ μὴ ἀντιστῆναι τολμῆσαι μηδὲ ἐκ παρατάξεως διαγωνίσασθαι ὑμῖν, καίτοιγε ἅπαξ καὶ δὶς πρώτοις ἐπελθοῦσιν, εἰ καὶ Ἀγχιάλου ἐπ' οὐδεμιᾷ παραχωρήσομεν ἀντιδόσει, σαφέστατα δὴ ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμολογήσομεν τὴν ἧτταν. Ἀλλά τινος ἕνεκα αἰσχύνης προκλύμματος, εἰ βούλοιτο, Διάμπολιν ἀποδόντα, τὴν Ἀγχίαλον ἀπολαμβάνειν. Πάντως δὲ εἰδέναι ἀκριβῶς, ὡς, ὅ φασι, χάλκεα χρυσείων ἀνταλλάττεται. Τούτου δὲ γενομένου, αὐτόν τε ἔχειν ἃ συμβήσεται αἰτεῖ καὶ αὐτὸν αἰσχύνης ἀπηλλάχθαι, ἴσ' ἀντ' ἴσων δοκοῦντα ἔχειν. Βασιλεῖς δ' ἐπεὶ ἐδόκουν οἱ λόγοι προσηνεῖς τε εἶναι καὶ ἄξιοι παραδέχεσθαι, τοῦτο μὲν Ἀγχιάλου Διαμπόλεως οὐδὲν εἰπεῖν διαφερούσης, τοῦτο δ' εἴτι καὶ πρόοιτο τῆς εἰρήνης ἕνεκα, οὐδεμίαν αὐτῷ μέμψιν ἂν οἴεσθαι ἐπαγαγεῖν· ἄλλως τε καὶ σιτίων τῇ στρατιᾷ ἐπιλιπόντων, καὶ ἐνδείας οὔσης ἤδη λαμπρᾶς τῷ στρατοπέδῳ καὶ δεομένων ἢ διαγωνίζεσθαι πρὸς τοὺς πολεμίους, ἢ ἀναχωρεῖν, ὥστε καὶ αὐτὸν τὴν ἔνδειαν συνορῶντα πολλοῖς τὴν ἐς τὰ οἰκεῖα ἐπιτρέψαι ἀναχώρησιν, προσδέξατό τε τὴν πρεσβείαν, καὶ ἐγένοντο αἱ συνθῆκαι ἐπὶ τούτοις. Ὥστε Ῥωμαίους καὶ Μυσοὺς ποιήσασθαι σπονδὰς, καὶ μηδὲν ἀλλήλους ἀδικεῖν· ἀλλ' Ἀγχίαλον μὲν ἀπολαβεῖν Ῥωμαίους· ἀποδοῦναι δὲ Διάμπολιν, καὶ τοῦ λοιποῦ εἰρήνην ἄγειν ἔχοντας ἃ ἔχουσιν ἑκατέρους. Τοιαῦτα μὲν ἀμφοτέροις τοῖς βασιλεῦσιν ἐγεγένητο αἱ σπονδαὶ ἑβδόμῃ καὶ δεκάτῃ μηνὸς Ἰουλίου ἱσταμένου· καὶ οἱ ἀπολῃψόμενοι τὰς πόλεις καὶ τοὺς ὅρκους παρῆσαν ἑκατέροις παρ' ἀλλήλων.

propter quem hæc ipsis tum extorquere non potuerint. Nunc se citra cujusquam injuriam et sua tenere. et quæ suis desunt repetere; quæ, si pacem cupiat, restituat, sin minus, se ea non posse relinquere, moturumque omnem lapidem, uti principatum tueatur atque conservet. Alexander (castris erant propinqui, et per minimum intervallum responsabant) non oportere dixit quemquam de imperio litigantem demonstrationibus et probabilibus conclusionibus, sed ferro et manu fortiore de jure statuere (34) : quibus cum ipse nunc plus satis polleat, de imperiorum finibus secure disserat : se porro et Anchialo non gravate cessurum fuisse, ni ea res et sibi, et exercitui magnæ timiditatis reprehensionem pareret. Nam si præter **283** hoc, quod resistere et acie contra certare, quanquam semel iterumque ab ipsis accedentibus provocati, non fuissent ausi, etiam Anchialo absque compensatione cederent, apertissime omnibus mortalibus sese victos ostensuros. Verumtamen pro tegumento quodam dedecoris sui, si velit, traditurum Anchialum, et Diampolin recepturum; quamvis certissimo sciat se, ut est in proverbio, aurea æreis permutare. Ita futurum ut et imperator habeat quod petit, et ipse probri expers sit, cum æqualia pro æqualibus possidere videbitur. Imperator, quoniam orationem non inhumanam, et admittendam censebat, et quia Anchialus Diampoli præstat, quantum dici non potest; deinde quia si quid etiam pacis gratia de suo jure remitteret, non id sibi vitio datum iri opinabatur : cum præsertim et commeatus exercitum defecisset, et luculenta penuria in castris laboraretur, militesque aut cum hoste committi, aut reduci obsecrarent; ut et ipse misericordia impulsus, multis missionem daret, legationi locum reliquit, pacemque in has conditiones fecit, ut Romanis et Mœsis fœdus esset, ac nihil vicissim injuriarum inferrent, illi Anchialum reciperent, et pro ea Diampolin reponerent, ac de cætero utrique suum sibi habentes, pacem concordiamque colerent. His legibus fœdus inter reges sexdecim kalendas sextiles junctum est, cum uterque et urbi, et sacramento pro se recipiendis vicarios dedisset.

Jacobi Pontani notæ.

(34) Atqui *sapientem omnia prius, quam armis experiri decet*, ut ait Terentius. Et Cicero I Offic. : *Cum sint duo genera decertandi, unum per disceptationem, alterum per vim, cumque illud proprium sit hominis, hoc belluarum, confugiendum est ad posterius, si uti non licet superiore.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

CAPUT XXVII.

Scythæ veniunt Alexandro contra patruum suppetias, quos per fraudem in imperatorem immittit; quibuscum et una cum Mœsis prælio acerrimo contenditur. Mœsi superiores sunt. Alexander fœdus et filiam imperatoris filio suo uxorem petit. Differtur affinitas, fœdus vatratur. Compranditur, et a Mœsis Romani egregie prædicantur.

Ea porro nocte, cui dies jurisjurandi illuxit, Scythæ Alexandro suppetias venerunt, contra patruum Belaorum ab eo invitati, qui seditione concitata, parteque regni ad se avulsa, et reliqua divexanda importunus erat. Existimans autem se ista commoditate opportune usurum, si eos fallacia quadam in imperatorem immitteret, patruum prope adesse dixit, et eum improviso aggrediendum: quem rei totius ignarum, acriter pugnaturum sit verisimile, **284** sed a multo pluribus facillime superatum et interfectum iri: et ita ipsos a labore longi itineris adhuc emetiendi fore liberos. Isto modo Barbaris fucum fecit; nam si scissent, propter fœdus recenter cum imperatore initum, nunquam in eum se intuli sent. Die igitur exoriente, armis induti, angusto calle in Romanos procedunt. Speculatores ibi collocati celeriter hostium adventum in castra nuntiant. Imperator arma expedire jubet, et cum sedecim dispositis phalangibus occurrit. Dextrum cornu protostrator, Zamplaco magnus pappias sinistrum tenebat; medio agmine imperator ipse emicabat. Senæ phalanges frontem totam implebant; post eas reliquæ decem, singulæ cum ducibus suis erant dispositæ. Imperator vero delusum se ideo dolebat, quod bonæ parti militum propter spem fœderis missionem concesserat. Veruntamen cum solis Mœsis sibi pugnandum ratus, fidenter in eos gradiebatur. Et ecce dum incedunt, tubam Scythicam exaudiunt, quæ non instar aliarum tubarum, sed horridum quiddam et absonum sonat: quale Barbaris ad Martem accendendum sufficit. Quare quamvis procul audiatur illud tubæ genus, statim agnoscitur. Putans tamen imperator, non esse Scythas (neque enim pacem secum pactam dissolvisse), sed trans Istrum Getas, qui iisdem quibus Scythæ armis utentes, plerique omnes sunt sagittarii, Getas, inquam, qui Mœsis ad auxilium adessent, et ad terrorem incutiendum Scythica tuba clangerent, quorum virtute nixus Alexander, hilariter ad certamen prodiret, ipse quoque bona spe plenus contra ingreditur. Postquam autem inter se conspexerunt, et sol altius supra finitorem elatus, rerum discrimina clarius ostendit, tum liquido apparuit, adventantium agmen Scythas esse; nam Mœsis non intermisti, suos ordines obtinebant. Cum jam facienda esset impressio, Scythæ imperatorem, cum iis qui erant in fronte, paulum declinantes, succenturiatos invadere; quos parum resistentes in fugam dederunt, et usque Rhosocastrum fugientibus inhæserunt. Ibi conversi Romani facto cuneo Barbaros a muris abstinuerunt. Imperator licet posteriores fugæ se mandassent, cum sex primis phalangibus nihilo magis se abducens, recta

Τῇ αὐτῇ δὲ νυκτὸς καθ' ἣν ἔμελλον εἰς τὴν ὑστεραίαν τελεσθήσεσθαι οἱ ὅρκοι, ἦκον πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον κατὰ συμμαχίαν στρατιὰ ἀπὸ Σκυθῶν. Ἦν γὰρ ὃς αὐτοὺς προσκεκλημένος ἐπὶ Μπελαοῦρον τὸν θεῖον, ὃς διαστασιάσας πρὸς αὐτὸν καὶ μέρος τῆς ἀρχῆς παρασπασάμενος, λυπηρὸς ἦν, καὶ κακῶς ποιῶν τὴν χώραν. Νομίσας δὲ εἰς δέον χρήσεσθαι τῷ καιρῷ, εἰ τούτους ἐξαπατήσας ἐπαγάγοι βασιλεῖ, τὸν θεῖον ἔλεγεν αὐτοῖς ἐγγὺς παρεῖναι· ᾧ δέον πρὶν αἰσθέσθαι ἐπελθεῖν· ἐκεῖνον δὲ μηδὲν εἰδότα τῶν γεγενημένων προθύμως καταστῆναι εἰς τὸν πόλεμον εἰκός· τούτου δὲ γενομένου, ἐκεῖνόν τε διαφθαρήσεσθαι ῥᾷστα κρατηθέντα ὑφ' ἡμῶν ὄντων πολλαπλασιόνων καὶ ἡμᾶς πόνων ἀπαλλάξεσθαι μακρὰν ἀνύειν μέλλοντας ὁδόν. Καὶ ἔπεισέ γε τοὺς βαρβάρους μὴ συνιδόντας τὴν ἀπάτην· βασιλεῖ γὰρ οὐκ ἂν ἐπῆλθον εἴπερ ἔγνωσαν, διὰ τοὺς ὅρκους καὶ τὰς σπονδὰς οὓς ἦσαν νεωστὶ πρὸς αὐτὸν πεποιημένοι· ἅμα δὲ ὄρθρῳ ὁπλισάμενοι, ἐχώρουν διὰ τῶν στενῶν ἐπὶ Ῥωμαίους. Αἰσθόμενοι δὲ οἱ βασιλέως σκοποὶ (αὐτόθι γὰρ ἦσαν τεταγμένοι), ἀπήγγελλον τὴν ἔφοδον κατὰ τάχος· καὶ ὁ βασιλεὺς ἐκέλευεν ὁπλίζεσθαι τὴν στρατιάν. Ἐπεὶ δὲ ὡπλίσαντο, ἐξῆσαν τεταγμένοι κατὰ φάλαγγας ἓξ οὔσας πρὸς ταῖς δέκα. Ἦρχε δὲ τοῦ μὲν δοξιοῦ κέρως ὁ πρωτοστράτωρ, τοῦ δὲ ἀριστεροῦ Τζαμπλάκων ὁ μέγας παπίας· τὸ μέσον δὲ αὐτὸς ἐπεῖχεν ὁ βασιλεύς. Ἓξ δὲ φάλαγγες τὸ μέτωπον ἐπλήρουν ἅπαν· καὶ μετ' αὐτοὺς ἦσαν αἱ δέκα τεταγμέναι ὡς ἕκαστοι μετὰ τῶν στρατηγῶν. Βασιλεὺς δὲ ἡνιᾶτο μὲν ἡπατημένος ὡς πολὺ τῆς στρατιᾶς διὰ τὴν τῶν συνθηκῶν ἐλπίδα ἐπιτρέψας οἴκαδε ἀναχωρεῖν· ὅμως δὲ πρὸς μόνους τοὺς Μυσοὺς τὸν ἀγῶνα ἔσεσθαι νομίζων, ἐπῄει θαρρῶν αὐτοῖς. Ἀπιοῦσι δὲ ἠκούετο σάλπιγξ ἠχοῦσα Σκυθική. Ἦχεῖ γὰρ οὐ κατὰ τὰς ἄλλας, ἀλλ' ἀγριόν τι καὶ ἀπηχὲς, ὁποῖον ἱκανὸν εἶναι τοὺς βαρβάρους ἐρεθίζειν πρὸς θυμόν. Διὸ καὶ γνώριμός ἐστι καὶ πόρρωθεν ἀκουομένη. Νομίσας δὲ ὁ βασιλεὺς οὐ Σκύθας εἶναι (οὐδὲ γὰρ ἂν ἠθετηκέναι τὰς σπονδὰς τὰς πρὸς αὐτὸν), ἀλλὰ τοὺς πέραν Ἴστρου Γέτας, οἱ ὁμόσκευοι τοῖς Σκύθαις ὡς τὰ πολλὰ εἰσιν ἱπποτοξόται, κατὰ συμμαχίαν παρόντας πρὸς ἔκπληξιν τῇ Σκυθικῇ σάλπιγγι χρῆσθαι, οἷς θαῤῥοῦντα καὶ Ἀλέξανδρον προθύμως πρὸς τὸν πόλεμον χωρεῖν, ἀντεπῄει καὶ αὐτὸς θαῤῥῶν. Ἐπεὶ δὲ ἐγγὺς ἀλλήλων ἦσαν ὅσον ὁρᾶσθαι, ὅ τε ἥλιος τὸν ὁρίζοντα ὑπερβάς, ἐνεργεστέραν ταῖς ὄψεσι τὴν δύναμιν παρεῖχε, τότ' ἤδη καθαρῶς ἐφαίνετο Σκυθικὴ εἶναι ἡ ἐποιοῦσα στρατιά· οὐ γὰρ ἦσαν τεταγμένοι μετὰ τῶν Μυσῶν, ἀλλ' ἰδίαν αὐτοὶ ἐπεῖχον τάξιν. Ἐπεὶ δὲ ἐγγὺς ἦσαν ὅσον ἐμβαλεῖν, οἱ Σκύθαι τὸν μὲν βασιλέα μετὰ τῶν προτάκτων παρεξέκλιναν, ἐπὶ δὲ τοὺς ἐπιτάκτους ἐχώρουν· καὶ ἐτρέψαντο ἀντισχόντας ἐπ' ὀλίγον· καὶ τὴν δίωξιν ἐποιήσαντο ἄχρι Ῥωσοκάστρου. Ἐκεῖ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δὲ συστραφέντες οἱ Ῥωμαῖοι, ἠμύνοντο τοὺς βαρβάρους ἔξω τῶν τειχῶν. Βασιλεὺς δὲ ἅμα ταῖς προτεταγμέναις ἔξ φάλαγξι, καίτοι τῶν ὀπίσω τετραμμένων εἰς φυγήν, οὐδὲν μᾶλλον ὑπεχώρησεν. Ἀλλ' ἦει κατευθὺ Μυσῶν, καὶ συνέβαλον ὀλίγοι πρὸς πολλαπλασίους. Μάχης δὲ καρτερωτάτης ἐφ' ἱκανὸν γεγενημένης, καὶ χειρὸς ἔργα καὶ τόλμης ἄξια πολλὰ τῶν Ῥωμαίων ἐπιδειξαμένων, τέλος ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν Μυσῶν ἐκβιαζόμενοι καὶ ἐν κινδύνῳ ἤδη καθεστῶτες, ὑπεχώρησαν ὀπίσω. Βασιλεὺς δ' ἅμα τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ καὶ Ἀσάνῃ τῷ Μανουὴλ τῷ τῆς μεγάλου δομεστίκου γυναικὸς ἀδελφῷ (ὃς τῆς βασιλικῆς τάξεων ἦρχε, καὶ ἑτέρους ἄγων πεντήκοντα ἐκ τῶν ἐπιφανῶν λογάδας) πρῶτα μὲν ἐτρέψαντο τοὺς κατ' αὐτούς. Ἔπειτα σφοδροῦ προσερρυηκότος τοῦ πολέμου καὶ πολλῶν περιχυθέντων, οὐκ ἠδυνήθησαν τηρῆσαι τὸν συνασπισμὸν, ἀλλὰ διαλυθέντες ὡς ἠδύναντο ἕκαστος, ἀνεχώρουν· τῶν δύο μόνων ὑπολελειμμένων, βασιλέως καὶ μεγάλου δομεστίκου ἐν ταὐτῷ· κἀκεῖνοι δὲ διαιρεθέντες ἐπ' ὀλίγου, πάλιν τάχιστα εἰς ἓν συνῆλθον, ὡς καὶ τὸν μέγαν δομέστικον εἰπεῖν πρὸς βασιλέα· Καιρὸς εὐψυχίας καὶ τόλμης, ὦ βασιλεῦ· χρῶ τοίνυν τῇ χειρὶ, καὶ ἄξια ἔργα ἐπιδείκνυσο σαυτοῦ· τὸν δ' ἀποκρίνασθαι, Μηδὲν ὄφελος εἶναι τῆς ἀνδρίας καὶ τῆς τόλμης τῆς αὐτοῦ, τῶν ἄλλων ἁπάντων τετραμμένων εἰς φυγήν· ὅμως βασιλεύς τε καὶ ὅσοι εἰς χεῖρας ἦλθον τοῖς Μυσοῖς, καίτοι καὶ γενομένης τῆς τροπῆς οὐ νῶτα βάλλεσθαι παρέσχον φεύγοντες ἀμεταστρεπτί· ἀλλ' ἀμυνόμενοι καὶ περισώζοντες ἑαυτοὺς, ἦλθον ἄχρι Ῥωσοκάστρου· ἐκεῖ δὲ τῇ λοιπῇ στρατιᾷ γενόμενοι εἰς ἓν, ἠμύνοντο ὁμοῦ προθύμως πρός τε Σκύθας καὶ Μυσοὺς ἄχρι τρίτης τῆς ἡμέρας ὥρας· μηδὲν δὲ πλέον οἱ βάρβαροι δυνάμενοι ἀνῦσαι, οὐδὲ γὰρ αὐτὸς Ῥωσοκράστου ἴσχυσαν βιάσασθαι ἐλθεῖν, διαλυθέντες εἰς στρατόπεδον τὸ οἰκεῖον ἐπανῆλθον. Ἔπεσον δὲ παρὰ τὴν μάχην καὶ ἐζωγρήθησαν, Ῥωμαίων, ἀπὸ μὲν τῶν ἱππέων, ἑπτὰ καὶ τριάκοντα, ὧν ἦσαν ἐξ τῆς τάξεως τῆς βασιλικῆς· πεζοὶ δὲ, πέντε πρὸς τοῖς ἑξήκοντα· καὶ τούτων οἱ πλείους, ἢ σύμπαντες σχεδὸν ὑπὸ τῶν Σκυθῶν ἑάλωσαν ἢ ἀπέθανον. Ἀπέθανον δὲ καὶ ἀπὸ τῶν Μυσῶν ὀλίγῳ πλείους τῶν Ῥωμαίων. Πλὴν ἡ νίκη φανερῶς προσεγένετο τοῖς Μυσοῖς διὰ τὸ μὴ τοὺς Ῥωμαίους ἀντισχεῖν, ἀλλὰ τραπέντας ἀτάκτως εἰς Ῥωσόκαστρον ἐλθεῖν. Περὶ δὲ μεσημβρίαν τῆς αὐτῆς ἡμέρας, Ἀλέξανδρος ὁ τῶν Μυσῶν βασιλεὺς, τῶν παρ' αὐτῷ ἐπιφανῶν τὸν Ἰβάνην πέμψας πρὸς βασιλέα πρεσβευτὴν, ἠξίου τὰς γεγενημένας τῇ προτεραίᾳ

A in Mœsos ibat, confligebantque pauci cum multo pluribus. Cum in longa et acerrima pugna Romani strenue dimicassent, multaque virilia facinora edidissent, postremo Mœsorum multitudine vehementius instante, et præsenti periculo cogente, **285** retrocesserunt. Ast imperator cum magno domestico, et Manuele Asane fratre uxoris domestici (qui imperatoriam regebat aciem, et alios de nobilibus quinquaginta sejectos ducebat) primum quidem in se irruentes fugaverunt. Post ingravescente certamine, multis circumfusis, cum testudinem servare amplius nequirent (35), dispersi, quisque ut potuit fugerunt, imperatore et magno domestico simul relictis, qui paulum disjuncti, rursus et celerrime coierunt, ut domesticos impe-

B ratorem sic compellaret : Nunc tempus est audendi viriliter ; nunc utere dextra, imperator, et quæ tua persona digna sunt, perpetra. Qui virtutis suæ nullum fore fructum respondit, quandoquidem cæteri omnes in fugam se dedissent. Nihilominus et ipse, et quotquot cum Mœsis manus contulerant, quanquam fugerent, non tamen sine ulla conversione terga ad vulnera insequentibus præbebant : verum a fronte nihilo minus se tuentes (36), Rhosocastrumque pervenientes, conjuncti cum reliquis, simul contra Scythas atque Mœsos usque ad horam tertiam prœliabantur alacriter. Barbari quia nihil agebant (nec enim per vim Rhosocastrum irrumpere poterant) palantes in tentoria sua

C reverterunt. Ceciderunt captique sunt de Romanis equites quidem septem et triginta, et hi ex turma imperatoria : pedites quini et sexageni, paucis occisis, pene omnes a Scythis capti sunt. E Mœsis paulo plures Romanis occubuerunt. Cæterum victoria sine controversia penes Mœsos stetit, propterea quod Romani non resistentes, vage et sparsim Rhosocastrum fugerunt. Circa meridiem Alexander Mœsorum rex de proceribus suæ gentis Ibanem seu Joannem ad imperatorem legat, et ut fœdus pridie susceptum valeat, atque ad amicitiam securitatemque augendam filiam suam ipsius filio

D despondeat, precatur. Cui imperator, manere fœdus sibi quoque non displicere, siquidem et prius non necessitatis, sed utilitatis causa compositam pacem existimaret, affinitatis conjunctionem in præsentia nolle ; neminem enim aliter judicaturum, quam vel necessitate, vel timore, quia ab illo victus sit, conciliatam : etsi non ob aliud fu-

Jacobi Pontani notæ.

(35) Συνασπισμὸς, quasi dicas, *consculatio*, est, quam nos testudinem appellamus in oppugnationibus urbium. Interpretatur idem Turneb. 7, cap. 8, his verbis : *Faciebat eam exercitus, se tegumentis scutorum undique operiens, at testudo est suo obducta tutamine, eaque specie referebat tectum ædificiorum : sic autem se operiebant crate perpetua clypeorum adversus sagittas Parthorum, et adversus omnia missilia superne cadentia, cum urbem oppugnabant.* Plura in symbolis nostris ad illud II Æneid.

.....obsessumque acta testudine limen.

(36) Genus fugæ, retrocedere, interimque contra hostem insequentem se defendere, in qua fuga plus animi quam timoris inest. Sic Trojanis instantibus fugit Turnus, IX *Æneid.* et in eo leonem imitatur.

Acrius hoc Teucri clamore incumbere magno,
Et glomerare manum, ceu sævum turba leonem
Cum telis premit infensis ; at territus ille,
Asper, acerba tuens, retro redit ; et neque terga
Ira dare, aut virtus patitur, nec tendere contra
Ille quidem, hoc cupiens, potis est, per tela virosque :
Haud aliter retro dubius vestigia Turnus
Improperata refert, et mens exæstuat ira.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

gerint, quam quod pauci pluribus pares esse non potuerint. In amissione autem suorum nullum esse discrimen ; imo ipsos plures amisisse. Sed ne victus ab illis habeatur, nolle nunc affinitatem contrahere ; pacem 286 duntaxat et fœdus non recusare ; ubi domum redierit, legationem super matrimonio missurum, et quod sibi re discussa expedire visum fuerit, in tranquillitate et requie facturum. Ibanes cum hoc responso ad regem suum reversus, paulo post cum socio, Alexandri patruo Synadeno rediit. Caput legationis idem quod ante, disseruerunt que de affinitate ista multa probabiliter, quibus se imperatorem flexuros opinabantur. Verum is denuo in eamdem sententiam respondet, pacem quidem se amplecti, eamque fœdere interposito confirmaturum, affinitatem autem non modo, sed cum sibi placuerit ingressurum. Si igitur eadem sit illorum voluntas, quærendum de Scythis, cur illi videlicet pacem ruperint. Sin alia quædam cogitent, eant, et se quatenus libuerit comparent. Legati ut imperatorem nihil a primo immutatum animadverterunt, affinitatem ejus dixerunt regem ipsorum exoptare summopere, sibique imperasse, ut in ea concilianda nullam diligentiam prætermitterent. Sin iret in alia omnia, tum de ea sermonem in aliud tempus opportunius rejicerent, interim pacem fœdere sancirent. Paucis utrinque dictis, res convenit, eademque die inter reges fœdus jurejurando solemni more firmatum, et captivi Romanorum, ut in conditionibus expressum erat, absque pretio dimissi. Diem sequentem totum comprandendo, et de pugna pridiana confabulando exegerunt. Alexander et Mœsi Romanorum virtutem cum stupore prædicabant, qui non multi cum longe pluribus decertassent, et cum postremum agmen manus plane dedisset, nihil tamen animo fracti, quasi nihil contigisset novi, constantissimo spiritu cum hostibus concurrissent, compulsique postea ab instantium catervis, ita recessissent, ut non fugam spectarent, sed abeuntes se defenderent, quod illis ad salutem sane multum profuit. Et asseverabat Alexander, sacramento addito, si adhuc aliquantisper in eo statu res durasset, nec fugissent Romani, sustineri non potuisse, sed Mœsos eorum virtute ac tolerantia, D præcipueque imperatoris attonitos, fugam arrepturos fuisse. Hæc et alia toto die colloquiis agitantes, ad vesperam inter se valedixerunt. Et Alexander quidem in regnum suum discessit, imperator Rhosocastri diebus aliquot moratus, Didymotichum inde profectus, militem dimisit.

A συνθήκας ἀλύτους μένειν, καὶ πλείονος ἕνεκα φιλίας καὶ ἀσφαλείας τῆς πρὸς τὰς σπονδὰς τὴν θυγατέρα τὴν αὐτοῦ τῷ υἱῷ ἐκείνου κατεγγυῆσαι. Βασιλεὺς δὲ τὸ μὲν τελεσθῆναι τὰς γεγενημένας σπονδὰς καὶ αὐτῷ εἶναι ἀπεκρίνατο κατὰ γνώμην, ἐπεὶ καὶ πρότερον, οὐ πρὸς ἀνάγκην, ἀλλὰ διὰ τὸ λυσιτελεῖν νομίζειν τὴν εἰρήνην γεγενῆσθαι· τὴν δὲ συγγένειαν μὴ βούλεσθαι· δόξαι γὰρ ἂν πᾶσι δι' ἀνάγκην ἢ φόβον τοιαῦτα πράττειν οἷα δὴ νενικημένον ὑπὸ σοῦ· καίτοι τὸ μὲν τραπῆναι συμβέβηκεν ἡμῖν μόνοις ὑπὸ πλειόνων βιασθεῖσιν. Ἀποστερήσει δὲ τῶν οἰκείων οὐδὲν διενηνόχαμεν ἀλλήλων. Πλείους γὰρ ἀπεβάλετε ὑμεῖς· ὅμως αὐτοῦ γε ἕνεκα τοῦ ἠσσῆσθαι δοκεῖν ἡμᾶς, οὐ βούλομαι τὴν συγγένειαν ποιήσασθαι νυνὶ, ἀλλ' εἰρήνην μόνον καὶ σπονδάς· ἀναστρέψαντι δὲ B εἰς τὴν οἰκείαν, πρεσβείαν περὶ τῆς ἐπιγαμίας ποιεῖσθαι· καὶ σκεψαμένῳ ὅ τι ἂν λυσιτελεῖν δοκοίη καθ' ἡσυχίαν πράττειν. Ἰβάνης μὲν οὖν ἐπανῆλθεν ὡς βασιλέα τὸν οἰκεῖον, τὰς ἀποκρίσεις τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως ἄγων· καὶ μετὰ μικρὸν ἐπανῆλθε πάλιν ἄγων καὶ συμπρεσβευτὴν τὸν Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως θεῖον Συναζηνόν, τὰ ἴσα πρεσβεύοντα καὶ αὖθις, περί τε τοῦ κήδους πολλὰ διαλεγόμενοι ἐπαγωγὰ, ἐξ ὧν ᾤοντο τὸν βασιλέα πεῖσαι· ὁ βασιλεὺς δὲ τοῖς προτέροις καὶ αὖθις ἐχρῆτο λόγοις, καὶ τὴν μὲν εἰρήνην ἔφασκεν αἱρεῖσθαι, καὶ θέσθαι βούλεσθαι περὶ αὐτῆς σπονδὰς, τὴν συγγένειαν δέ οὐ νυνὶ ποιήσειν, ἀλλ' ἐς ὕστερον ἣν αὐτῷ δοκῇ. Ἂν μὲν οὖν καὶ αὐτοῖς τὰ τοιαῦτα κατὰ γνώμην ᾖ, διαλέ- C γεσθαι περὶ τῶν συνθηκῶν, ἂν δ' ἕτερά τινα διανοῶνται, ἀπελθόντας παρασκευάζεσθαι καθ ὅ τι ἂν δοκῇ. Οἱ δ' ἐπεὶ ἐώρων βασιλέα ἀμεταστρεπτὶ τῶν ἐξ ἀρχῆς ἐχόμενον λογισμῶν, τὴν μὲν συγγένειαν τὸν αὐτῶν ἔφασαν βασιλέα περὶ πλείστου ποιεῖσθαι, καὶ αὐτοῖς προστεταχέναι περὶ ἐκείνης πᾶσαν ἐπιδείξασθαι σπουδήν· ἂν δὲ μὴ προσχωροίη μηδὲ πείθοιτο ὁ βασιλεὺς, τότ' ἤδη τοὺς μὲν περὶ ἐκείνης λόγους εἰς τὸ μέλλον ὑπερθέσθαι ὡς καιρῷ τῷ προσήκοντι γενησομένους· αὐτοὺς δὲ περὶ τῆς εἰρήνης ποιεῖσθαι τὰς συνθήκας. Καὶ γενομένων παρ' ἀμφοτέρων λόγων οὐ πολλῶν, συνέβησάν τε, καὶ τὰς σπονδὰς ἐποιήσαντο αὐθημερόν· καὶ ὅρκους ἐποιήσαντο ἐπ' αὐταῖς οἱ βασιλεῖς κατὰ τὸ ἔθος, καὶ τοὺς περιόντας τῶν Ῥωμαίων δοριαλώτους ἔλυσαν D ἄνευ λύτρων· οὕτω γὰρ ἦν ταῖς συνθήκαις εἰρημένον. Εἰς τὴν ὑστεραίαν τε γενόμενοι ἐν ταὐτῷ συνηριστήσάν τε ἀλλήλοις καὶ συνδιέτριψαν διὰ πάσης τῆς ἡμέρας περὶ τῶν γεγενημένων τῇ προτεραίᾳ κατὰ τὴν μάχην ὁμιλοῦντες. Ἔκπληξις γὰρ εἶχεν Ἀλέξανδρόν τε καὶ Μυσοὺς τῆς Ῥωμαίων τόλμης καὶ τῆς εὐψυχίας, ὅτι ὀλίγοι πρὸς πολλαπλασίους ἀγωνιζόμενοι, καὶ τῶν μετ' αὐτοὺς τεταγμένων ἠττημένων ἤδη λαμπρῶς, οὐδὲν μᾶλλον ὑφῆκαν τῆς ἀνδρίας καὶ τῆς τόλμης· ἀλλ' ὥσπερ μηδενὸς καινοῦ γεγονότος, ἀτρέπτῳ φρονήματι συνέβαλον τοὺς πολεμίους· καὶ βιασθέντες ὑπὸ τοῦ πλήθους μετὰ ταῦτα ἐπεὶ ἀνεχώρουν, οὐ πρὸς φυγὴν παντάπασιν ἀπεῖδον, ἀλλ' ἡμύνοντο ἀπιόντες, ὅπερ καὶ μάλιστα διέσωσεν αὐτούς. Διεβεβαιοῦτό τε Ἀλέξανδρος καὶ ὅρκους προστιθείς, ὡς εἰ χρόνον τινὰ ἔτι ἐνέμειναν μικρὸν ἐπὶ τοῦ χρήματος, καὶ μὴ ἐγένετο ἡ τροπὴ, οὐκ ἂν ὑπέμειναν αὐτοί· ἀλλ' ᾤχοντο φεύγοντες, ἐκπεπληγμένοι τὴν τόλμαν αὐτῶν καὶ τὴν καρτερίαν καὶ μάλιστα βασιλέως. Τοιαῦτα καὶ ἕτερ' ἄττα διὰ πάσης τῆς ἡμέρας ὁμιλήσαντες, πρὸς ἑσπέραν συνταξάμενοι ἀλλή-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

λεις, Ἀλέξανδρος μὲν ἐπανέζευξεν εἰς τὴν οἰκείαν, βασιλεὺς δὲ Ῥωσοκάστρῳ ἡμέρας ἐνδιατρίψας οὐ πολλὰς, ἅρας ἐκεῖθεν, ἦλθεν εἰς Διδυμότειχον, καὶ διέλυσε τὴν στρατιάν.

287 CAPUT XXVIII.

Amurius satrapa Persicus in Thraciam irruit. Romanus occurrit; a neutris tamen pugnæ fit initium. Persæ domum abeunt. Andronicus senior, et Xena imperatoris mater vita decedunt. Monomachus Thessaliæ gubernator ad principatum grassatur. Thessali montani imperatori obedientiam deferunt. Ad Cralem, ut amicus, inopinato venit, quicum dies septem jucunde exigit.

Καὶ μετὰ πεντεκαιδεκάτην ἡμέραν ἠγγέλλετο αὐτῷ ὡς ὁ Σμύρνης καὶ Ἐφέσου καὶ ἄλλων τῶν κατὰ τὴν Ἰωνίαν πόλεων σατράπης Ἀμοὺρ, πέντε ἄγων καὶ ἑβδομήκοντα στόλον νεῶν, τὸν Αἰγαῖον διαβαλὼν Σαμοθρᾴκῃ προσέσχε πρῶτον· κἀκεῖθεν πρὸς τὴν ἀντιπέρας ἠπειρον περαιωθεὶς, τὰ ἐκεῖ παράλια τῆς Θρᾴκης παραπλεῖ, ἄδηλος ὢν ὅποι ἀποβήσεται. Αὐτίκα τε ἐκ τῶν παρόντων ὅσους ἐνῆν συναγαγὼν, πρὸς τὰ παράλια ἐχώρει τῆς Θρᾴκης, ὡς τῷ Περσικῷ στόλῳ κώλυμα ἐσόμενος τοῦ μὴ ἀποβάντας κακοῦν τὴν χώραν. Συμβέβηκε δὲ βασιλέα τε κατὰ τὰ Κουμουτζηνὰ πόλισμα τῆς Θρᾴκης οὐ πολὺ ἀπῳκισμένον τῆς θαλάσσης αὐλίσασθαι τὴν νύκτα, καὶ Ἀμοὺρ κατὰ τὴν Πορουῦν παράλιον τῆς Θρᾴκης χώραν καταντικρὺ Κουμουτζηνῶν τὴν ἀπόβασιν ποιήσασθαι. Ἐξελθόντα τε αὐτὸν παντρατιᾷ ὡς ἐπὶ λείαν καὶ βασιλέα ἐπὶ τὸ κωλῦσαι προελθεῖν, συντυχεῖν ἀλλήλοις κατά τι χωρίον ὠνομασμένον Παναγίαν, ὃ ὕπτιον μὲν ἦν καὶ ὁμαλὸν, καὶ μάλιστα ἐπικαιρότατον ἱππεῦσι πρὸς πεζοὺς διαγωνίζεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο βασιλεῖ παρεῖχε προθυμίαν συμπλέκεσθαι τοῖς βαρβάροις. Ἀπέτρεπε δὲ αὖθις τὸ πλῆθος τῶν Περσῶν, οὐ τρὶς καὶ τετράκις οὐδὲ δεκάκις, ἀλλὰ καὶ πλεονάκις τοσούτων ὄντων ἢ ὅσους ἦγεν αὐτὸς, καὶ διὰ τοῦτο οὔτε ἀφίστασθαι αὐτῶν ἠδύνατο ὁρῶν οὐκ ἀνέλπιστον τὴν ἐπιχείρησιν αὐτῶν· τό τε συμπλέκεσθαι ἐποιεῖτο ἐν δεινῷ, εἰ ὀλίγους ἄγων πρὸς τοσούτους διακινδυνεύοι. Ἐλπίζων δὲ ἀφίξεσθαι καὶ ἄλλην στρατιὰν ἣ ἦν προστεταγμένη πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν, περιέμενεν ἐκεῖ, ὡς εἰ ἀφίξοιτο τοῖς βαρβάροις συμβαλών. Οὕτω γὰρ ὁ τε μέγας δομέστικος καὶ ὁ τούτου πενθερὸς Ἀσάνης συνεβούλευεν ἐκεῖ παρών· οἵ τε βάρβαροι τῇ φύσει μὲν τοῦ τόπου οὐκ ἐθάρρουν διὰ τὸ μηδεμίαν εἶναι ἀναχώρησιν πρός τι καρτερὸν εἰ βιάζοιντο ὑπὸ τῶν ἱππέων· τῷ πλήθει δὲ ὁρῶντες ἑαυτοὺς ὑπερέχοντας πολὺ τῶν πολεμίων, ἐκαρτέρουν, μήτε ἄρχοντες αὐτοὶ πολέμου, μήτε ἀναχωροῦντες, ἵνα μὴ θάρσος παρέχωσι Ῥωμαίοις ἐπιφέρεσθαι αὐτοῖς. Οὕτω μὲν οὖν ἀμφότερα τὰ στρατεύματα εἱστήκει ἀλλήλοις ἀντιπαρατεταγμένοι, γνώμην ἔχοντες ἑκάτεροι μὴ προεπιχειρεῖν, ἀλλ' ἀμύνεσθαι τοὺς ἐπιόντας. Ἐπεὶ δὲ ἤδη περὶ δείλην ἡ ἡμέρα ἦν, οἱ βάρβαροι πρότερον Ἑλληνιστὶ πρὸς Ῥωμαίους εἶπον· Ὡς οὐ δέον ἀργοὺς οὕτω διὰ πάσης ἑστάναι τῆς ἡμέρας, ἀλλ' ἢ μάχην συνάπτειν, ἢ ἀναχωρεῖν σπονδὰς θεμένους. Μηδὲν δὲ ἀποκρινομένων τῶν Ῥωμαίων, οἱ βάρβαροι μικρὸν διαλιπόντες, ἐπυνθάνοντο πάλιν, ὅθεν εἴη τε ἡ στρατιὰ, καὶ τίς ὁ ἐξηγούμενος αὐτῆς. Κελεύσαντος δὲ βασιλέως, ἀπεκρίναντο, τὴν μὲν στρατιὰν ἐκ τῶν παρακειμένων πόλεων ἐγχωρίων εἶναι συνειλεγμένην, στρατη-

A Post diem quintum decimum nuntius venit, Amurium Smyrnæ, Ephesi, aliarumque urbium Ioniæ satrapam cum classe quinque et septuaginta navium Ægæo pelago transmisso, primum ad Samothracen appulsum, deinde ad oppositam continentem advectum, illic oram Thraciæ legere, esseque incertum, ubi descensurus sit. Extemplo igitur cum præsenti copia quanta quanta erat, ad Thraciæ littora, Persas populatione prohibiturus imperator contendit: quem Cumutzenis oppido non procul a mari pernoctare contigit, et Amurius apud Porum, locum maritimum e regione Cumutzenorum descendit. Dumque is ad prædas agendas cum omnibus suis, et imperator ad prædones cohibendos procedunt, in loco Panagia appellato, sibi occurrunt, regione plana et æquali, equitique contra peditem aptissima: id quod imperatori cupiditatem cum barbaris depræliandi injiciebat. Sed rursum ab ea mente eorumdem multitudo, non ter, quater, sed decies, imo pluries sua major, ipsum revocabat. Atque idcirco abscedere non poterat, cum in abscedentes impetum facturos credibile fieret: et confligere haud æquum judicabat, quod exiguos numero tam multis periculose objiceret. Aliam vero manum, quam venire jusserat, exspectans, illic manebat, ut ubi ea adfuisset, cum Barbaris congrederetur; id enim et magnus domesticus, et ejusdem domestici socer Asanes illic præsentes suadebant, Barbarique naturæ loci non fidebant, quod nihil erat munitum, quo se reciperent, si ab equitibus urgerentur. Cum porro se hostibus longe numerosiores viderent, durabant, neque pugnam auspicantes, neque discedentes: ne Romanis in tergis hærendi ansam porrigerent. Sic igitur ambo exercitus sibi stabant oppositi, et utrique mens eadem non prius invadere, sed invadentes repellere. Sole in occasum vergente, **288** Barbari Romanos Græce compellant: non oportere ita inertes totum diem stare, sed vel manum miscere, vel icto fœdere abire. Quibus tacentibus, Barbari parvo interjecto spatio rursum percunctantur: Unde exercitus, et quis ejus ductor. Imperatoris jussu responsum est, indigenam esse, ex oppidis in circuitu collectum. Duci autem ab eo quem imperator earumdem urbium præfectum creavisset. Tum illi, ducem se approbe nosse, quem ipsorum satrapa Amurius certiorem faciat, eos illuc sua lucra quæsitum venisse, putasseque nihil sibi ad explendum desiderium impedimento fore. Et quoniam ab ipsis impediantur, eapropter ibi totum diem consistentes re docere se

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

illos non timere, sed si vellnt initium facere, se pugnaturos. Jam autem, quia lucis extremum esset, ad naves et ad castra redeundum. Si ipsis præstare videatur pugna abstinere, idem sensuros; si pugnam velint, pro viribus concertaturos. His dictis composito agmine ad naves recesserunt. Imperatori et comitibus visum sufficere tanta vastitate regionem prohibere : nec per æmulationem dum pauci cum multis dimicant, sese in discrimen conjicere, sed cum Barbari vacuis manibus discedant, amicis etiam de suis aliquot, quos Romani per agros dispersis occurrentes interemerant, ipsos quoque incruenta victoria contentos esse debere. Quocirca tanquam ex fœdere a pugna se repressserunt; et Amurius Pecis (37) naves conscendens, in Asiam, imperator Didymotichum revertit, annoque integro neque ab occidentalibus, neque ab orientalibus bello petitus est.

Post hæc mense Februario, indictione quinta decima, anno quadragesimo supra sexies millesimum et octingentesimum, Antonius imperator avus diem clausit ultimum (38), natus annos septuaginta duos (39). Deinde anno et dimidio post Xena mater Andronici junioris vitam explevit. Sub idem tempus Thessaliæ qua Botiææ confinis est, despota Gabriel Stephanus sebastocrator mortem obiit. Thessalonicæ autem tum præfecturam gerens Monomachus, vir prudentia et usu rerum insignis, in armis exercitatus, et dux egregius, occasionem Thessaliæ invadendæ et imperatori subducendæ oblatam videns, Thessalonica cum delectu quam maximo in eam principis obitu perturbatam incursavit; **289** ejus oppidula Golum, Castrin, Lycostomum cepit. Stagos vero, Tricala, Phanarium, Damasin, Elasonem, quæ in ditione Gabrielis erant, et alia quædam castella, Acarnaniæ despota Joannes dux antea per deditionem occuparat, iisque præsidio firmatis in Acarnaniam reverterat. Imperator rerum Thessalicarum nuntiis excitus eo proficiscendum statuit; pauloque post veniens omnia quæ dux subegerat recepit, ejectosque præsidiarios inoffen-

καὶ μὴ διὰ φιλονεικίαν ἑαυτοὺς εἰς κίνδυνον ἐμβάλλειν, ὀλίγους συμπλεκομένους πρὸς πολλούς. Ἀλλ' ἐπεὶ κεναῖς χερσὶν οἱ βάρβαροι ἀπήλλαξαν καὶ τῶν ἰδίων τινὰς ἀποβαλόντες (τινὰς γὰρ αὐτῶν ἀπέκτειναν οἱ Ῥωμαῖοι, περί τι χωρίον ἐσκεδασμένους ἐντυχόντες), ἀγαπᾷν καὶ αὐτοὺς ἀναιμωτὶ τὴν νίκην καρπουμένους. Διὸ καὶ ὥσπερ ἀπὸ συνθήκης ἀπέσχοντο τῆς μάχης. Καὶ Ἀμούρπεκις μὲν ταῖς ναυσὶν ἐμβὰς, ἀπέπλει πρὸς Ἀσίαν· βασιλεὺς δὲ εἰς Διδυμότειχον ἐπανῆκε, καὶ διήγαγεν ἐνιαυτὸν, μήτε ἀπὸ τῶν ἑσπερίων, μήτε τῶν ἑῴων βαρβάρων πόλεμον μηδένα ἔχων.

Μετὰ δὲ τοῦτο, μηνὶ Φεβρουαρίῳ ἰνδικτιῶνι πέμπτῃ ἐπὶ δέκα, ἔτει τεσσαρακοστῷ ἐπὶ ὀκτακοσίοις καὶ ἑξακισχιλίοις, Ἀντώνιος ἐτελεύτησεν ὁ βασιλεὺς, δύο καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονώς. Καὶ μετὰ ἥμισυν καὶ ἕνα ἐνιαυτὸν ἀπὸ τῆς βασιλέως τελευτῆς, ἡ Ἀνδρονίκου τοῦ βασιλέως μήτηρ βασιλὶς ἡ Ξένη ἐτελεύτησεν. Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους μετὰ μικρὸν καὶ ὁ Θετταλίας δεσπόζων τῆς ὁμόρου τῇ Βοτιαίᾳ Γαβριηλόπουλος Στέφανος ὁ σεβαστοκράτωρ ἐτεθνήκει. Θεσσαλονίκης δὲ ἐπιτροπεύων ἐν τῷ τότε ὕπαρχος ὁ Μονομάχος, συνέσει τε ἀγαθὸς καὶ πράγμασιν εἰδὼς χρῆσθαι, τά τε κατὰ τὰς στρατείας ἐξησκημένος, καὶ στρατηγεῖν ἱκανὸς, συνιδὼν καιρὸν εἶναι ἐπιθέσθαι Θετταλίᾳ, ὡς ἂν ὑπαγάγοι βασιλεῖ, στρατιὰν ὅσην ἐνῆν ἀθροίσας ἐκ Θεσσαλονίκης, ἐσέβαλεν εἰς αὐτὴν, οὖσαν τεταραγμένην διὰ τὴν τοῦ δεσπόζοντος τελευτήν. Καὶ εἷλε τόν τε Γόλον, καὶ Καστρίν, καὶ Λυκόστομον πολίσματα αὐτῆς. Σταγοὺς δὲ, καὶ Τρίκαλα, καὶ Φανάριον καὶ Δαμάσιν, καὶ Ἐλασῶνα, ἃ ὑπὸ Γαβριηλόπουλον ἐτέλουν, καὶ ἕτερα φρούριά τινα, ὁ τῆς Ἀκαρνανίας ἄρχων ὁ δεσπότης Ἰωάννης ὁ δοὺξ φθάσας παρεστήσατο ὁμολογίᾳ· καὶ κατασχὼν φρου-

Jacobi Pontani notæ.

(37) In Græco est Ἀμούρπεκις unico verbo.

(38) Anno Domini, ut vult Onuphrius, 1332. De morte ejusdem multa Gregoras. Etiam prodigia non pauca quæ antecesserint recenset, ex quibus minime omnium fidem meretur, quod de solis defectione narrat, tot dierum, quot annos vixerit, id est, septuaginta duorum, nam tot annos habet noster historicus : Gregoras quatuor supra septuaginta. Quis non putaret tanto prodigio mundum interiturum? Annos imperii ejus quidam 50, alii 60 numerant, noster 62. Næniam in obitum senioris lege, si placet, apud eumdem Gregoram. Xena autem Thessalonicæ defuncta, ibique sepulta est, cui declamatorius ille historicus similiter næniam texit.

(39) In ms. sequentia annotarat quispiam studiosus : Τρισκαιδεκάτῃ Φεβρουαρίου περὶ ὥραν ιβ' τῆς νυκτὸς, ἐν μοναχῶν σχήματι διαγαγὼν ἐνιαυτοὺς δύο παρ' ὀλίγον, προαπεσβηκὼς καὶ τὰς κόρας ἀπὸ φυσικοῦ τινος πάθους· Id est, *Decimo tertio Februarii, circa horam noctis duodecimam [obiit] peractis duobus circiter annis in veste monastica, oculisque morbo quodam ante corruptis.* Vide Gregoram, lib. IX.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ραῖς, ἐπανῆλθεν εἰς Ἀκαρνανίαν. Βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ ἐπύθετο τὰ κατὰ Θετταλίαν, ἔγνω δεῖν ἐκεῖ παραγενέσθαι. Καὶ ὀλίγῳ ὕστερον ἧλθων, εἶλε πάντα ὅσα ὑπεποιήσατο ὁ δούξ. Καὶ τοὺς φρουροὺς ἐκβαλὼν, ἠδίκησεν οὐδὲν, ἀλλ' εὖ ποιήσας, ἀπέπεμψεν εἰς τὴν οἰκείαν. Διατρίβοντα δὲ ἐν Θετταλίᾳ βασιλέα οἱ τὰ ὀρεινὰ τῆς Θετταλίας νεμόμενοι Ἀλβανοὶ ἀβασίλευτοι Μαλακάσιοι καὶ Μπούϊοι καὶ Μεσαρῖται ἀπὸ τῶν φυλάρχων προσαγορευόμεναι περὶ δισχιλίους καὶ μυρίους ὄντες, προσεκύνησαν ἐλθόντες καὶ ὑπέσχοντο δουλεύσειν. Ἐδεδοίκεσαν γὰρ μὴ χειμῶνος ἐπελθόντος διαφθαρῶσιν ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων, ἅτε πόλιν οἰκοῦντες οὐδεμίαν, ἀλλ' ὄρεσιν ἐνδιατρίβοντες καὶ χωρίοις δυσπροσόδοις, ὧν ἀναχωροῦντες τοῦ χειμῶνος διὰ τὸ κρύος καὶ τὴν χιόνα ἄπιστόν τινα ἐν τοῖς ὄρεσιν ἐκείνοις νιφομένην, εὐεπιχείρητοι ἔσεσθαι ἐδόκουν. Βασιλεὺς δὲ ἐκεῖθεν ἀναζεύξας ἦλθεν εἰς Θεσσαλονίκην. Καὶ μετ' οὐ πολλὰς ἡμέρας πρεσβείαν πρὸς αὐτὸν ὁ Κράλης πεπομφὼς, ἠξίου καθ' ὃν ἂν δοκοίη τόπον γενομένους ἐν ταὐτῷ φιλίας ἕνεκα, ἀλλήλοις τε συνησθῆναι καὶ ὁμιλίας τῆς ἀλλήλων καὶ συντυχίας ἀπολαῦσαι. Ἐπεὶ δὲ καὶ βασιλεῖ τοῦτο ἐδόκει κατὰ γνώμην, καὶ ἐπένευε πρὸς τὴν ἀξίωσιν, συνέθεντο μετὰ τῶν πρέσβεων ἐν Βαΐμι τὴν ἕνωσιν γενέσθαι χωρίῳ Μακεδονικῷ. Ὁ Κράλης μὲν οὖν, ἐπεὶ ἐπύθετο τὸ σύνθημα, ἐκ τῆς οἰκείας ὁρμηθεὶς πρὸς τὸ συντεθειμένον χωρίον ἦει. Βασιλεὺς δ' ὥσπερ ἔκπληξίν τινα βουληθεὶς τῷ Κράλῃ ἐμποιῆσαι, ἢ μᾶλλον ἀδόλου καὶ καθαρᾶς φιλίας πίστεις παρασχεῖν, τὸ μετὰ παρασκευῆς καὶ ἀντιῤῥόπου στρατιᾶς εἰς τὸν ὡρισμένον τόπον ἐλθεῖν καταλιπὼν, τριακοσίους τῶν ἰδίων ἀπολεξάμενος, καὶ ἐκ τῶν ἐπιφανῶν τινας ὀλίγους χωρὶς τῶν πρὸς ὑπηρεσίας τεταγμένων, ἔτι περὶ μέσην τὴν οἰκείαν διατρίβοντι τῷ Κράλῃ κατὰ τὸ Ῥαδοβόσδιον προσαγορευόμενον, ἠγγέλλετο ὁ βασιλεὺς ἐξαίφνης προσιών. Πρῶτα μὲν οὖν ἐθορυβήθη δείσας τὴν βασιλέως ἔφοδον μὴ οὐ κατὰ φιλίαν εἴη· ὡς δὲ ἐπύθετο τὸν ἀριθμὸν τῶν ἑπομένων, καὶ τὴν γνώμην βασιλέως ἣν ἔχων μετὰ τοσούτων ἥκει, ὑπερηγάσθη τε τὸν βασιλέα τῆς ἀδόλου γνώμης καὶ τῆς πρὸς τοὺς φίλους ἐλευθερίας, καὶ συνήδετο ἑαυτῷ τοιοῦτον κτησαμένῳ φίλον. Εἰστιασέ τε αὐτὸν φιλοτίμως μάλα καὶ βασιλικῶς, καὶ παρακατέσχεν ἑαυτῷ ἐφ' ἡμέραις ἑπτά. Πολλήν τε ἐπιδειξάμενος φιλοφροσύνην, καὶ μετρίως ἐς τὰ μάλιστα καὶ οἷα δεσπότῃ προσενεχθεὶς τῷ βασιλεῖ μετὰ τὴν ἑβδόμην, αὐτὸς μὲν ὑπελείπετο εἰς τὴν οἰκείαν, βασιλέα δὲ χαίρων χαίροντα οἴκαδε ἀπέπεμπε. Κατὰ ταύτην δὲ τὴν συντυχίαν καὶ μεγάλῳ δομεστίκῳ ἐγένετο πρὸς Κράλην φιλία ἰσχυρὰ πεῖραν ἑαυτοῦ παρασχομένῳ.

sos, et recte quidem, domum remisit. Versantem in Thessalia imperatorem, qui montana ejus nullo rege incolunt Albani (40), Malacasii, Bovii, et Mesaritæ a tribunis sic cognominati, ad duodecim millia, salutatum venerunt, et sua eidem obsequia detulerunt; timebant enim ne per hiemem præsentem a Romanis delerentur, utpote urbem nullam habitantes, sed in montosis et inviis victitantes, a quibus per hiberna propter frigus et nives in montibus illis altissimas digressi, facile opprimi se posse arbitrabantur. Imperator inde Thessalonicam repetivit. Brevi intervallo Crales per legatos petit, ut in quo placeret loco, amicitiæ, hilaritatis, et commercii, collocutionumque causa convenirent. Cum idem optaret imperator, petitioni annuit, et cum legatis Baimam (41) castellum Macedoniæ nominavit. Ita convenisse intelligens Crales, eodem e sua provincia proficisci maturavit. Imperator velut terrefacere Cralem, seu potius germanæ ac sincerae amicitiæ argumentum exhibere volens, in locum definitum cum apparatu et comitatu se digno venire omittens, delectis trecentis, et paucis de nobilitate (præter ministros et caculas videlicet) adhuc prope in medio regionis, Rhadobosdii repentino adventu suo eum oppressit. Crales hujus inexspectati adventus nuntio primum conterritus timuit ne fide non bona secum ageretur. Ut autem de numero qui sequeretur, et quo fine cum tam paucis advenisset, cognovit, imperatorem de candore et libertate erga amicos magnopere admiratus, sibique de tali amico gratulatus est; epulisque splendide et regaliter acceptum dies septem apud se detinuit, humanissimeque, et summa cum submissione, ac tanquam dominum suum tractatum, **290** ipse domi manens a se gaudens gaudentem dimisit. In hoc conventu etiam magnus domesticus cum specimen ingenii ac morum suorum præbuisset, firma cum Crale amicitia copulatus est.

CAPUT XXIX.

Dominicus quidam Genuensis Lesbum insulam occupat. Facinus Galatensibus imperator exprobrans cum classe eo contendit. Delii a Dominico deficiunt: reliqui confligere cum Romanis pertimescunt. Pincerna ad Mitylenen oppugnandam relinquitur; cætera oppida se Romanis dedunt. A Sarchane Satrapa ad Phocæam et Mitylenen obsidendas petitur auxilium, cum promissione liberandorum obsidum. Phocæenses acerrime se defendunt. Cheter, Amur et Sulaimasas filii satrapæ Ioniæ fidem ei suam pollicentur. Nobilium Romanorum clandestina perfidia.

Βασιλεὺς δὲ ἐκεῖθεν εἰς Θεσσαλονίκην ἐλθὼν, καὶ οὐ πολὺ ἐνδιατρίψας, ἦκεν εἰς Βυζάντιον. Καὶ οὐ πολλαῖς ἡμέραις ὕστερον ἠγγέλλετο, ὡς Δομένι-

Imperator Thessalonicam, et paucis diebus Byzantium venit: ubi audit Dominicum Andreæ Cattaniæ (42) filium, qui suo beneficio Phocæam

Jacobi Pontani notæ.

(40) De his Albanis et aliis inferioribus Chalcocondylas, lib. VII.

(41) *In hoc ms. est* Baimi.

(42) Gregoræ dicitur *Cutanes*.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

novam obtinebat (43), patre divite mortuo hæreditatem crevisse ; et opibus inflatum, Lesbo Romanis erepta, proprium sibi principatum instituere meditatum (44). Is Genua undecim triremibus sumptu suo adornatis (45), e Sicilia una sibi adjuncta, et a Deliis quinque impetratis, bello non indicto, Lesbum adnavigabat. Ac Mitylenæos quidem, utpote imparatos insperatoque casu perterritos expugnavit, et reliqua quotquot erant per insulam oppidula in potestatem redegit. Eressum et Methymnam tentavit ille quidem, sed perspecta suarum imbecillitate virium abstinuit ; hodieque hæc sola oppida in fide et subjectione imperatoris manent. His itaque de Lesbo ad se perlatis, imperator Galatæis Genuensium colonis improbissimum facinus et rerum novarum molitionem exprobrat : Deum hominesque testes appellans, eos pacta inter Romanos et ipsorum populum ac senatum privata nequitia calliditateque violare : unde non detrimenta solum, sed etiam labores et pericula Romanorum imperatoribus creent. Quibus ne ipsi quidem, quasi immerito accusarentur, habebant quod opponerent. Ipse vero totis viginti diebus, quatuor et octoginta navium classem instruxit, quarum quatuor et viginti biremes et trimeres, cæteræ unir mes erant ; onerariæ item, peditem, commeatum, et alia exercitui necessaria portantes sequebantur. Paratis plane omnibus, Byzantio Lesbum solvunt. **291** Ubi Callipolin juxta Hellespontum delati sunt, præsentes ibidem e Lesbo Latinorum speculatores, longa et celeri nave imperatoris adventu explorato, per eam celeritatem et summam in navigando festinationem primi adfuturum nuntiarunt. Genuensibus navium numerum nescientibus, placuit cum imperatoria classe fortunam experiri ; jamque se ad nauticum certamen accingebant. Id aspicientes Delii, navarcho suo sensum suum aperiunt, affirmantique, contra quemvis mortalem potius, quam contra Romanorum imperatorem arma ferre posse. Quare ante pugnam se illi voluntatem suam detegere, ut quamprimum quæ in rem sint decernat, et ne turpiter atque

κος ὁ Ἀνδρέου τοῦ Κατάνια, ὃς τῆς νέας Φωκαίας ἦρχε, βασιλέως παραδόντος κατὰ χάριν, τοῦ πατρὸς αὐτῷ ἀποθανόντος, κληρονόμος τῆς οὐσίας καταστάς, πλούτιος δὲ ἦν, τοῖς χρήμασι φυσηθείς, Λέσβον διανοηθεὶς Ῥωμαίων ἀφελόμενος, ἰδίαν ἑαυτῷ περιποιήσασθαι ἡγεμονίαν. Μίαν καὶ δέκα ἐκ Γενούας οἰκείοις χρήμασι πληρώσας τριήρεις, καὶ ἐκ Σικελίας μίαν προσεταιρισάμενος, Δηλίους τε πείσας πέντε παρασχεῖν, ἀκηρύκτως ἐπέπλευσε Λεσβίοις, καὶ Μιτυληναίους μὲν εἶλε τειχομαχίᾳ, ἀπαρασκεύοις προσπεσών, καὶ καταπλήξας τῷ ἀπροσδοκήτῳ· ἐκράτησε δὲ καὶ τῶν ἄλλων φρουρίων συμπάντων ὅσα ἦν κατὰ τὴν νῆσον· Ἐρεσσοῦ δὲ καὶ Μηθύμνης ἀπεπείρασαν μὲν, ἧττους δὲ ὀφθέντες τῶν τειχῶν, ἀπέσχοντο, καὶ νῦν ταῦτα μόνα τὴν πρὸς βασιλέα εὔνοιαν καὶ δουλείαν ἀποσώζει. Τοιαῦτα περὶ Λέσβου πυθόμενος ὁ βασιλεὺς, Λατίνοις μὲν τοῖς κατὰ Γαλατᾶν ἀποίκοις οὖσι Γενουϊτῶν πολλὴν ὠνείδισε τὴν πονηρίαν καὶ τὴν νεωτεροποιΐαν, καὶ διεμαρτύρατο ὅτι παρὰ τὰ συγκείμενα Ῥωμαίοις καὶ αὐτῶν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, οἰκείᾳ χρώμενοι μοχθηρίᾳ καὶ πανουργίᾳ πράττουσιν, ἐξ ὧν οὐ ζημίας μόνον, ἀλλὰ καὶ πόνους καὶ κινδύνους τοῖς Ῥωμαίων βασιλεῦσι προξενοῦσιν. Οἷς οὐδὲ αὐτοὶ εἶχον ἀντειπεῖν ὡς δικαίως οὐ κατηγοροῦνται· αὐτὸς δὲ ἐν ἡμέραις εἴκοσι ταῖς πάσαις τεττάρων καὶ ὀγδοήκοντα νεῶν στόλον ἐξηρτύετο, ὧν ἦσαν αἱ τέτταρες καὶ τετταράκοντα διήρεις καὶ τριήρεις· αἱ λοιπαὶ δὲ μονήρεις ἦσαν. Εἵποντο δὲ καὶ νῆες φορτηγοὶ ἄγουσαί τε στρατιώτας πεζομάχους, καὶ σῖτον καὶ τὰ ἄλλα ἐπιτήδεια τῇ στρατιᾷ. Καὶ ἐπεὶ πάντα παρεσκευασμένα ἦν, καὶ οὐδὲν ἐνέδει ἔτι, ἅπαντες ἐκ Βυζαντίου ἔπλεον ἐπὶ Λέσβον. Γενομένοις δὲ αὐτοῖς κατὰ τὴν Καλλιούπολιν τὴν πρὸς Ἑλλήσποντον, οἱ ἀπὸ τῆς Λέσβου τῶν Λατίνων σκοποὶ οἳ παρῆσαν αὐτόθι μακρᾷ νηῒ ταχυναυτούσῃ, φυλάσσοντες τὴν βασιλέως ἔφοδον, πρότεροι ἐλθόντες, διά τε ταχυτῆτα τῆς νηὸς καὶ τὸ μάλιστα ἐπισπεύδειν τὸν πλοῦν, ἐμήνυον βασιλέως τὸν ἐπίπλουν ὡς οὐ πολὺ ὕστερον ἐσόμενον. Ἐκείνοις δὲ τὸ πλῆθος μὴ εἰδόσι τῶν βασιλικῶν νεῶν, ἐδόκει μαχητέα πρὸς βασιλέα εἶναι, καὶ παρεσκευάζοντο ὡς ναυμαχήσοντες. Οἱ Δήλιοι δὲ ὁρῶντες αὐτοὺς παρασκευα-

Jacobi Pontani notæ.

(43) *Phocæam hæreditario jure a majoribus acceperant, ab avo imperatore eis datam, procurationis et reditus cujusdam ergo. Quamobrem certis temporibus, qui procurationem ejus accipiebant, perpetuo imperatoris litteris confirmabantur, ne qui temporis diuturnitate imperatorium dominatum detrectarent.* Ita Gregoras. Intelligis igitur, quomodo obtinuerit Phocæam Dominicus.

(44) Hanc insulam diserte describit Bizarus, historiæ Genuensis lib. XVII, qui, quod Francisco Catalusio propter fidelem sibi adversus Cantacuzenum navatam operam ab imperatore donatam Lesbum, et sororem ab eodem in matrimonium illi datam scribit, ab Ænea Sylvio hausit. Duas sorores habuit, Annam et Theodoram, quorum illa Sphentisthlabo Mœsorum regi nupta, patre Michaele adhuc vivo exstincta est ; altera prius Nicephoro Acarnaniæ despotæ uxor, postea Michaeli æque Mœsorum regi nupsit, ut ex nostra historia patet, in qua de auxilio Francisci Catalusii adversus Cantacuzenum nec verbum reperitur.

(45) Gregoras lib. X, initio : *Rhodii vero, et maritimæ Phocææ non procul a Smyrna accolæ, et Cycladum insularum princeps, consilio fraude mutato pepigerant, se Romanas insulas clam oppressuros, et ipsas imperatoris copias : veriti fortasse, ne is aliis rebus omissis, se invaderet. Itaque cum navibus quindecim Lesbum profecti, tota insula potiri non potuerunt : sed subito Mitylenes portum ingressi, urbem proditione ceperunt. Cum autem Rhodii, et Cycladum princeps, et opes diripere, et insulæ ditionem partiri vellent, Phocæensium princeps Catanes, per astum et dolum, suum præsidium in urbem induxit, illisque deceptis, eam sibi vindicavit ; inde enim totius insulæ vel sine sociis facile se potiturum esse putabat : quippe qui solus illos ambos copiis vinceret. Is enim solus octo triremes adduxerat, quas Genuæ compleverat, Rhodii vero quatuor, reliquas tres Cycladum princeps.* Vide reliqua.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ζομένους, ναυάρχῳ τῷ σφετέρῳ τὴν γνώμην κατάδηλον ἐποίουν, φάσκοντες ὡς πᾶσι μᾶλλον ἀνθρώποις ἢ βασιλεῖ τῷ Ῥωμαίων ὅπλα ἀνταίρειν εἶεν δυνατοί. Οὗ δὴ ἕνεκα καὶ πρὶν καταστῆναι ἐς τὴν μάχην, φανερὰν αὐτῷ τὴν βουλὴν ποιεῖν ὅπως τάχιστα τὰ δέοντα βουλεύσηται καὶ μὴ ἀναγκασθῇ φεύγειν αἰσχρῶς καὶ ἀγεννῶς, μήτε ὅπλα ἀνταιρόντων αὐτῶν μήτε ἀμυνομένων. Ὁ δὲ αὐτοὺς μὲν τῆς ἀληθείας ἕνεκα ἐπῄνεσε, καὶ χάριν ὡμολόγησε πολλήν. Δομηνίκῳ δὲ τῷ παντὸς ἄρχοντι τοῦ στόλου, καὶ τοῖς ἄλλοις ναυάρχοις τῶν Λατίνων προσελθών, οὐκ ἔφασκε δεόντως βεβουλεῦσθαι πρὶν ἀκριβῶς ἐκμαθεῖν ὁπόσας ἄγοι τριήρεις ὁ βασιλεύς, ἀπερισκέπτως πρὸς τὴν ναυμαχίαν οὕτω καὶ θρασέως χωρεῖν. Ἐὰν γὰρ συμβαίη ἡττηθῆναι, οὐδὲν ἄλλο λείπεται ἢ παντάπασι διαφθαρῆναι, πάντων τῶν ἐνθάδε πολεμίων ὄντων καὶ συνεπιθησομένων. Οὗ δὴ ἕνεκα ἐχρῆν πρότερον τὴν δύναμιν βασιλέως ἐρευνᾶν ὁπόσην ἄγει, κἂν μὲν οἷοί τε ἦτε διαναυμαχεῖν, ἂν δὲ μὴ, καταφυγήν τινα ὅπῃ σωθήσεσθε ζητεῖν. Ἐγὼ δὲ προθύμως μὲν ἂν πρὸς τὴν ναυμαχίαν συνηγωνισάμην παρὼν ὑμῖν. Δηλίους δὲ οὐδέν ἐστι τὸ πεῖσον ὅπλα ἀνταίρειν βασιλεῖ, ἀλλὰ πάντα μᾶλλον αἱρετέα, ἢ πρὸς βασιλέα αὐτοῖς πολεμητέα εἶναι λέγουσι. Διάζεσθαι μὲν οὖν οὐκ ἔξεστιν αὐτοὺς πάντας ἐπίσης τὴν ὁμοίαν γνώμην ἔχοντας. Ἔδοξε δέ μοι βέλτιον σκεψαμένῳ, πρὶν βασιλέα ἥκειν, ἀναχωρεῖν. Ἐὰν γὰρ ὀφθέντος φεύγωμεν, αἰσχύνην οὐ τὴν τυχοῦσαν προστριψόμεθα Σπιταλιώταις. Μελήσει δὲ ὑμῖν ὅπως ἂν βέλτιστα διάθησθε τὰ καθ' αὑτούς. Ὁ μὲν οὖν τῶν Δηλίων ναύαρχος, τοιαῦτα εἰπὼν καὶ συνταξάμενος αὐτοῖς, ἀπέπλευσεν εἰς Δῆλον. Δομενίκῳ δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ὑπολειφθεῖσιν, οὐκέτι ἐδόκει ναυμαχεῖν· ἀλλὰ πέντε μὲν τῶν τριήρεων ἔπεμψαν εἰς Καλλονὴν φρούριόν τι κατὰ τὴν Λέσβον ἐπὶ τῷ σῖτόν τε εἰσαγαγεῖν καὶ φρουράν. Ἐδεδίεσαν γὰρ περὶ αὐτοῦ μὴ ὑπὸ βασιλέως ἐξ ἐπιδρομῆς ἁλῷ· αὐτοὶ δὲ ταῖς λοιπαῖς ἐφρούρουν Μιτυλήνην. Βασιλεὺς δὲ ἅμα παντὶ τῷ στόλῳ ἦλθεν εἰς Ἔρεσόν· ἐπαινέσας δὲ Ἐρεσσίους τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας ἕνεκα, καὶ προνοίας ὅσης ἐδέοντο ἀξιώσας, ἅρας ἐκεῖθεν ἔπλει ἐπὶ Χίον. Ἀπὸ σκοπιᾶς δέ τις μέγα βοῶν, ἐπυνθάνετο περὶ στόλου ὅτων εἴη. Ἀποκριναμένων δὲ, ὡς εἴη βασιλέως, αὐτός τε πάρεστιν ὁ βασιλεύς· Αἱ δὲ ἐν τῷ κόλπῳ τῆς Καλλονῆς, ἔφη, τριήρεις τίνος; Ἐκ τοῦ λόγου δὲ συνεὶς ὁ βασιλεὺς ἐκ τῶν εἰς Μιτυλήνην οὐσῶν εἶναι φρουρούσας Καλλονὴν, ἀναστρέψας ἤλαυνεν ἐπ' ἐκείνους. Ἤδη δὲ ἐπελάβετο ἡ νύξ. Λατῖνοι δὲ ὡς εἶδον βασιλέα προσελαύνοντα, τό τε φεύγειν ἄπορον ὁρῶντες, καὶ τὸ διαγωνίζεσθαι ἀδύνατον, ἐξῶσαν εἰς τὴν γῆν τὰς ναῦς, καὶ αὐτοὶ κατεκρύβησαν ὑπὸ τὴν ὕλην, συνηρεφοῦς τοῦ τόπου πεφυκότος, ἅμα δὲ συνεργοῦντος καὶ τοῦ σκότους. Καὶ τὰς μὲν τριήρεις εἷλκυσαν κενὰς οἱ βασιλικοί. Ἀποβάντες τε καὶ διερευνησάμενοι τὴν λόχμην, ὑπὲρ ἡμίσεις αὐτῶν τοὺς μὲν ἀπέκτειναν, τοὺς δὲ καὶ εἷλον ζῶντας. Ὅσοι δὲ ὑπὸ σκότος ἠδυνήθησαν διαφυγεῖν, εἰς Μιτυλήνην διεσώθησαν πρὸς τοὺς οἰκείους. Βασιλεὺς δὲ ἐκεῖ πιγκέρ-

A ignaviter cogatur fugere, ipsis nec vim illaturis, nec illatam repulsuris. Navarchus eos de confessione veri collaudat, gratias magnas agit, ad Dominicum totius classis imperatorem cæterosque Latinorum navarchos accedit; non eos bonum cepisse consilium dicit, priusquam exacte didicerint, cum quot triremibus Romanus adveniat, ita improvide confidenterque navale cum ipso prælium committere. Nam si vinci contigerit, nihil superesse quam disperire funditus, cum omnes qui in insula sint, ipsorum hostes sint, unaque cum Romanis ad eorum exitium incubituri videantur. Quare imperatoris vires et potentiam prius indagandam: et si se contra non infirmos sentiant, tum demum confligendum: sin minus, salutis
B aliquod perfugium quærendum. Quod ad me attinet, inquit, cupide vobiscum ad hanc navalem pugnam aggrederer: Delios autem, ut imperatori armis resistant, nemo adducet: qui citius omnia sibi perpetienda, quam adversus eum pugnandum testantur. Cogere igitur illos fas non est, quando ex æquo omnes ita sentiunt. Mihi porro re considerata conducibilius apparet, antequam adsit imperator, recedere. Si enim ante ejus conspectum fugerimus, non qualemcunque labem Hospitalensibus inuremus. Vobis curæ erit, ut illis optime consulatur. Hæc postquam dicta dedit, eos valere jussit, ac Delum cucurrit. Dominico cæterisque ducibus non amplius fuit sententia navibus de-
C certare, sed triremes quinas quidem in castellum quoddam Lesbi, Callonem vocabulo, ad commeatum et præsidium importandum mittunt, quod ab imperatore per incursionem capium iri metuebant: ipsi cum reliquis Mitylenen tuebantur. **292** Imperator cum tota classe Eressum tenens, civium erga se studium commendavit, et eorum rebus pro necessitate prospexit: inde Chium navigavit. E specula porro quidam altum vociferans, quæsivit, cujusnam classis esset; responsum, imperatoris esse, et eum præsentem adesse. At enim quæ in sinu Callones sunt triremes, inquit, cujus sunt? E quibus verbis colligens imperator de iis esse, quæ apud Mitylenen erant, ad Callonem tuendam missæ videlicet, reversus in
D ipsas ferebatur. Jam nox rebus incubuerat, cum Latini illi imperatorem allabi cognoscentes, quia fuga nusquam patebat, et contra pugnare non dabatur, naves ad terram appellunt, et ipsi se in silva proxima, loco natura umbroso et opaco, tenebris etiam eos adjuvantibus abscondunt. Ac triremes quidem vacuas Romani trahentes, descendunt: locaque insidiosa perscrutati, supra dimidium eorum partim trucidant, partim capiunt. Qui per tenebras effugere potuerunt, Mitylenen ad suos salvi pervenerunt. Imperator, pincerna Philanthropeno ad Mitylenen pedestri et equestri manu obsidendam relicto, Phocæam cursum intendit, cui tunc Odoardus præerat. In Lesbo igitur relicti, oppida cætera ad unum in deditionem recipiunt: Mitylene

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

terra marique obsidetur ; imperator missis legatis ad Sarchanem (46) orienti circum Phocæam imperantem, fœdus et societatem cum eo pepigit, ut ipse pedestri et navali subsidio se ad Phocæam et Mitylenen obsidendas adjuvaret; imperator vicissim Sulimanum Sarchanis, et reliquos Persarum filios, qui nomine obsidum apud Phocæam tenerentur, libertate donaret. Nam qui erant Phocææ Genuates, cum Sulimanum atque alios quatuor et viginti nobilium Persarum filios dolo cepissent, non se illos servitutis causa, sed ut pacis obsides haberent, cepisse aiebant. Sarchanes cum aliud non posset, ingratis pacem accepit, propter charitatem filiorum videlicet. Cum autem imperatoris promissio de libertate illis reddenda accederet, si se in bello contra Latinos prompte adjuvaret, spe libertatis id fecit, ac Phocæam per se cum pedestri et equestri copia veniens, imperatorem venerabundus salutavit, et cum eo urbem obsedit, subjectisque sibi urbibus et locis mandans, ut cibaria Phocæam adveherent, imperatoris exercitui forum uberrimum præbuit. **293** Jam quintum mensem Phocæensium ac Mitylenæorum obsidio duraverat, et Phocææ præsertim tormentis muralibus machinisque oppugnatoriis crebra erat et valida mœnium adhibita oppugnatio : nec tamen propter soliditatem, et quod Latini fortiter constanterque se tuerentur, expugnari poterat. Sed cum obsidio produceretur longius, quoniam eos commeatus jam destituebat, et hostes ab oppugnatione non ante desituros suspicabantur, quam ipsi fame, aut armis subigerentur, quiddam machinati sunt, quo se tueri diutius possent. Romanos quotquot Phocæam incolebant, unumquemque tota cum domo exegerunt : annonam corporique sustentando requisita, in arcem, præsidio a se munitam collegerunt et comportarunt : quibus victitantes, obsidionem tolerarent. Ad imperatorem apud Phocæam filii Aitinis Ioniæ (47) satrapæ, Cheterus et Armurius (quem supra in Thraciam classe devectum docuimus) et tertius Sulaimasas appellatus, amicitiæ ergo veniunt, eumque venerati, benevolentiam ac fidem pollicentur. Quos ille donis ac muneribus affectos domum remisit. In hoc rerum statu Byzantio nuntiatur, Genua sexdecim triremes alia quadam de causa Galatam appelli; quorum cum navarcho et trierarchis quidam nobiles Romani clam collocuti, donis et promissis multis eos pellexerent, ut adjunctis etiam sex aliis, quas Galatæ reperirent, et illis item sex apud Mitylenen, Phocææ ipsum imperatorem adorirentur. Talia Romanos struxisse, non ut Genuensibus consulerent, sed insidiatores et proditores factos, et imperium affectantes, unde

A νην τὸν Φιλανθρωπηνὸν καταλιπὼν ἅμα στρατιᾷ πεζῇ τε καὶ ἱππικῇ τὴν Μιτυλήνην πολιορκεῖν ἀπέπλευσεν εἰς Φώκαιαν ἧς ἦρχε τῷ τότε Ντουνάρδος. Οἱ μὲν οὖν εἰς Λέσβον καταλειφθέντες, τὰ μὲν λοιπὰ φρούρια πάντα παρεστήσαντο ὁμολογίᾳ, Μιτυλήνην δὲ ναυσί τε καὶ πεζῷ περικαθήμενοι ἐπολιόρκουν. Βασιλεὺς δὲ πρεσβείαν πρὸς Σαρχάνην πέμψας, ὃς ἦρχε τῆς ἔω τῆς κατὰ τὴν Φώκαιαν, σπονδὰς ἔθετο πρὸς αὐτὸν καὶ συμμαχίαν, ὥστε Σαρχάνην μὲν ἐπικουρίαν βασιλεῖ παρασχεῖν πεζήν τε καὶ ναυτικὴν πρὸς τὴν τῆς Φωκαΐας καὶ Μιτυλήνης πολιορκίαν, βασιλέα δὲ τὸν παῖδα Σαρχάνη Σουλιμᾶν καὶ τοὺς λοιποὺς παῖδας τῶν Περσῶν, οἳ κατὰ Φώκαιαν ἐν προσχήματι ὁμήρων ἐφρουροῦντο, ἐλευθεροῦν. Οἱ γὰρ εἰς Φώκαιαν ἐκ Γεννούας Λατῖνοι δόλῳ Σουλιμὰν τὸν παῖδα Σαρχάνη καὶ τέτταρας B καὶ εἴκοσιν ἑτέρους τῶν παρὰ Πέρσαις εὐγενῶν κρατήσαντες παῖδας, ἔφασαν οὐκ ἐπὶ δουλείᾳ κεκρατηκέναι, ἀλλ' ὥστε ὁμήρους ἔχειν βεβαίας ἕνεκα εἰρήνης. Σαρχάνης δὲ μὴ ἔχων ὅ τι δράσῃ, ἠσπάζετο καὶ ἄκων τὴν εἰρήνην διὰ τὸ πρὸς τοὺς παῖδας φίλτρον. Τότε δὲ ἐπαγγειλαμένου βασιλέως ἐλευθεροῦν, ἂν συναγωνίσηται προθύμως πρὸς τὸν πόλεμον τὸν κατὰ τῶν Λατίνων, ἐλπίδι τῆς τῶν παίδων ἐλευθερίας συνήρατο πρὸς τὸν πόλεμον τῷ βασιλεῖ, καὶ εἰς Φώκαιαν καὶ αὐτὸς ἐλθὼν ἅμα στρατιᾷ πεζῇ τε καὶ ἱππικῇ, προσεκύνησέ τε καὶ ἠσπάσατο βασιλέα, καὶ συνδιῆγεν αὐτῷ Φώκαιαν πολιορκῶν, παρεῖχέ τε ἀφθονον ἀγορὰν τῇ βασιλέως στρατιᾷ ταῖς ὑπ' αὐτὸν κε- C λεύσας πόλεσι καὶ χώραις τὰ ἐπιτήδεια εἰς Φώκαιαν κομίζειν. Πέμπτος μὲν οὖν ἠνύετο μὴν Φωκαέων καὶ Μιτυληναίων πολιορκουμένων· μάλιστα δὲ κατὰ τὴν Φώκαιαν συχναί τε καὶ καρτεραὶ ἐγίνοντο τειχομαχίαι, καὶ ἑλεπόλεις προσήγοντο καὶ ἄλλαι μηχαναὶ πρὸς ἅλωσιν πόλεων ἐξευρημέναι. Ἐκπολιορκῆσαι δὲ οὐκ ἠδύναντο αὐτοὺς διά τε καρτερότητα τειχῶν, καὶ τὸ εὐρώστως ἀμύνεσθαι Λατίνους καὶ μὴ ἐνδιδόναι. Μηκυνομένης δὲ τῆς πολιορκίας ἐπὶ πλέον, ἐπεὶ ὅ τε σῖτος αὐτοῖς ἐνέδει ἤδη, καὶ τὴν πολιορκίαν ὑπώπτευον οὐ ταχέως λύσειν βασιλέα πρὶν ἢ λιμῷ ἢ τειχομαχίᾳ παραστήσεται αὐτοὺς, μηχανώμενοι τὸ ἐπὶ πλείονα χρόνον ἀντισχήσειν, τοὺς μὲν Ῥωμαίους ὅσοι Φώκαιαν κατῴκουν ἐξῆλασαν πανοικεσίᾳ, αὐτοὶ δὲ τὸν σῖτον καὶ ὅσα ἕτερα ἦν D ἐπιτήδεια συναγαγόντες, εἰσήγαγον εἰς τὴν ἀκρόπολιν ἣν αὐτοὶ ἐφρούρουν, καὶ χρώμενοι αὐτοῖς ὑπέμενον τὴν πολιορκίαν. Διατρίβοντί τε κατὰ τὴν Φώκαιαν βασιλεῖ οἱ τοῦ Αἰτίνη παῖδες, ὃς ἦν σατράπης Ἰωνίας, Χετὴρ καὶ Ἀμοὺρ, ὃν φθάσαντες πρότερον εἰρήκαμεν στόλῳ καταπεπλευκέναι εἰς Θρᾴκην, καὶ τρίτος Σουλαϊμάσας ὠνομασμένος, προσῆλθόν τε κατὰ φιλίαν, καὶ προσεκύνησαν, καὶ ἐπηγγείλαντο εὔνοι ἔσεσθαι καὶ φίλοι βασιλεῖ· βασιλεύς τε αὐτοὺς τῆς εὐνοίας ἕνεκα δώροις ἀμειψά-

Jacobi Pontani notæ

(46) Fuit hic satrapa Turca, cui obtigerunt quæ a Philadelphia et Antiochia Mæandri per maritimam Ioniæ oram patent. Gregoras, lib. VII incunte.

(47) Eam infestarat Aladino etiamnum vivente.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μενος καὶ εὐεργεσίαις, οἵκαδε ἀπέστειλεν. Ἐν τούτοις δὲ ὄντων τῶν πραγμάτων ἠγγέλλετο ἐκ Βυζαντίου βασιλεῖ ὡς ἐκ Γεννούας κατά τινα ἑτέραν χρείαν τριήρεις ἑκκαίδεκα προσέσχον Γαλατᾷ. Ὧν τῷ ναυάρχῳ καὶ τοῖς τριηράρχαις τινὲς τῶν παρὰ Ῥωμαίοις ἐπιφανῶν κρύφα διαλεχθέντες, ἔπεισαν δώροις καὶ ὑποσχέσεσι πολλαῖς προσεταιρισαμένους καὶ τὰς λοιπὰς ἐξ αἷ εἰσιν ἐγχώριοι, ἔπειτα καὶ τὰς κατὰ τὴν Μιτυλήνην ἐξ παραλαβόντας, ἐπιθέσθαι αὐτῷ κατὰ τὴν Φώκαιαν. Ταῦτα δὲ τοὺς Ῥωμαίους συνεσκευακέναι, οὐ τῆς τῶν Γεννουϊτῶν προνοίας ἕνεκα, ἀλλ' ἐπίβουλοι καὶ προβόται βασιλέως γεγενημένοι, καὶ τῆς ἀρχῆς κρατῆσαι βουληθέντες ἐξ ὧν ᾤοντο δυνήσεσθαι διαφθεῖραι ἔπραττον.

A se ipsum imperatorem vita spoliare posse arbitrarentur, id agere ac moliri.

CAPUT XXX.

Ingens Persarum auxilium. Magni domestici et Amurii Persæ satrapæ colloquium et amicitia, et illius apud hunc auctoritas. Domesticus invitatum in tabernaculum suum quemdam nobilem, Joannem Spinulam Latinum, longiore oratione allocutus, deditionem urbis suadere conatur.

Βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ ἐπύθετο τοιαῦτα, τήν τε οὖσαν παρεσκεύαζε δύναμιν ὡς ἦν δέῃ ναυμαχήσων, καὶ ἑτέραν ἀπὸ τῶν κατὰ τὴν Ἰωνίαν βαρβάρων προσεπορίζετο ὅση δυνατή. Καὶ Σαρχάνης μὲν τέτταρας καὶ εἴκοσι παρέσχετο ναῦς, καὶ στρατιὰν πολλὴν πεζήν τε καὶ ἱππικήν· ἡ ἐλθοῦσα, ἐστρατοπεδεύετο παρὰ τὴν Φώκαιαν· Ἀμοὺρ δὲ ὁ τοῦ Ἀϊτίνη, τοῦ μεγάλου δομεστίκου πείσαντος, τριάκοντα ναυσὶ συνεμάχει βασιλεῖ. Ὁ γὰρ μέγας δομέστικος καὶ πρότερον μὲν εἶχε πρὸς Ἀμοὺρ φιλίως, καὶ γράμμασιν αὐτῷ ὡμίλει καὶ τὴν εὔνοιαν ἐπεδείκνυτο, συνεγένετό τε καὶ ἐπὶ μικρὸν ὀλίγῳ πρότερον ὅτε κατὰ Φώκαιαν πρὸς βασιλέα ἦκε. Τότε δὲ τῆς χρείας καλούσης, πρεσβείαν πέμψας πρὸς αὐτὸν, οὐ δίκαιον ἔφασκεν εἶναι οὐδὲ καθ' ἡδονὴν αὐτῷ γράμμασι καὶ ἀγγελίαις ὥσπερ πρότερον καὶ αὖθις ὁμιλεῖν· πρότερον γὰρ αἰτίαν εἶναι τῆς τοιαύτης συντυχίας τὸ πολὺ ἀλλήλων διεστάναι. Νυνὶ δὲ ἐγγὺς διατριβόντων δίκαιον εἶναι εἴ γε καὶ αὐτῷ κατὰ γνώμην εἴη ἐν ὡρισμένῳ τινὶ τόπῳ συγγενέσθαι καὶ τῆς ἀλλήλων ὁμιλίας ἀπολαῦσαι καὶ τὴν οὖσαν ἐπιβεβαιώσασθαι φιλίαν. Ὁ μέγας μὲν οὖν δομέστικος τοιαῦτα ἐπρεσβεύετο. Ἀμοὺρ δὲ, ὡς ἤκουσεν, εὐτυχίας οὐδεμιᾶς ἐνόμισε δευτέραν τὴν περὶ τῶν τοιούτων ἀγγελίαν· ἀλλὰ τὰ μέγιστα οἰόμενος εὐεργετεῖσθαι, τῶν ἄλλων πάντων ἀμελήσας κατὰ τὰς Κλαζομενὰς γενόμενος, συνεγένετο αὐτῷ, καὶ ἀποβάντα τῶν νεῶν εἰστιασέ τε φιλοτίμως, καὶ πολλὴν ἐπεδείξατο φιλοφροσύνην. Ἐπὶ τέσσαρσι δὲ ἡμέραις ὁ μέγας δομέστικος αὐτῷ συνδιατρίψας, βασιλεῖ τε ἔπεισε προσέχειν ὡς δεσπότῃ, καὶ τῶν ὑπ' ἐκείνῳ τελούντων ἐπιφανῶν Ῥωμαίων νομίζειν ἕνα, καὶ ἑαυτῷ συνέδησεν ἀῤῥήκτοις φιλίας δεσμοῖς· τάς τε ναῦς παρῆνει πέμπειν ὡς τάχιστα βασιλεῖ δεομένῳ συμμαχίας, αἳ καὶ ἐπέμφθησαν μετ' οὐ πολύ. Καὶ Φιλαδελφεινοῖς ἐκέλευσε φίλον εἶναι καὶ σύμμαχον ἀντὶ πολεμίου, καὶ μηδένα φόρον λαμβάνειν ὃν παρεῖχοντο αὐτῷ ὅτε ἦσαν ἐν σπονδαῖς, καὶ οὐδὲν ἦν ὃ κελεύσαντος τοῦ μεγάλου δομεστίκου μὴ καθ' ἡδονὴν αὐτῷ πράττειν ἦν πρὸς τῷ καὶ χάριν εἰδέναι, καὶ τὰ μέγιστα οἴεσθαι εὐεργετεῖσθαι. Ἐκεῖθεν δὲ ὁ μέγας δομέστικος συνταξάμενος Ἀμοὺρ, ἦκεν ὡς βασιλέα. Καὶ ἐπεὶ καὶ αἱ παρὰ τοῦ Σαρχάνη παρῆσαν νῆες, παρεσκευάσαντό τε πρὸς τὴν ναυμαχίαν, καὶ ἠνιῶντο ὅτι οὐ παρῆσαν οἷς ναυμαχοῦνται. Λατῖνοι δὲ, εἴτε τὴν παρασκευὴν βασιλέως δείσαντες, εἴτε καὶ διὰ τὸ

His auditis imperator et quas secum habebat copias ut ad pugnam navalem instruebat, si opus foret, et alias insuper a Barbaris ex Ionia quantas poterat conquirebat. Ac Sarchanes quidem naves quaternas et **294** vicenas, peditumque et equitum magnam vim subministravit, qui prope Phocæam tetenderunt. Amurius vero Aitinis filius, impulsu magni domestici, cum triginta navibus imperatori auxiliatum venit. Domesticus enim et ante Amurium diligebat, amoremque suum crebris ei litteris declarabat, et cum eodem ad imperatorem Phocæam veniente paulo ante familiariter congressus fuerat. Tum autem re ita jubente, legatos ad eum misit, qui dicerent, nec justum, nec sibi jucundum esse, rursum nuntiis et litteris cum eo velut ante colloqui. Nam hujuscemodi colloquiorum causam prius fuisse, quod inter se longius distarent. Nunc quoniam viciniores sint, æquum esse, si idem illi probetur, in loco aliquo certo convenire, mutuaque consuetudine frui, et susceptam confirmare amicitiam. Hæc fuit legatio magni domestici. Amurius hosce nuntios summam felicitatem interpretari, et in maximo beneficio ducere: relictisque cæteris omnibus, Clazomenis cum eo miscere colloquium, ubi de navi descendentem convivio delicatissimo adhibuit, et perhumaniter habuit. Quatriduo cum illo versatus magnus domesticus, persuasit ut imperatori non secus ac domino deditus, se unum de nobilibus Romanis ei subjectis duceret, et sibi vinculis insolubilibus hominem astrinxit. Naves autem ut quamprimum mitteret hortabatur, quod imperator suppetiis indigeret; quæ brevi missæ sunt; præterea ut Philadelphiensibus amicus et pro hoste socius esset, nullumque ab iis tributum acciperet, quod illi pendebant, cum fœderati essent. Demum nihil erat, quod hortante magno domestico non cum voluptate præstaret; quin etiam gratias habebat, et se beneficiis ornari putabat. Amurio igitur valedicens domesticus, ad imperatorem se recepit. Cum naves a Sarchane jam venissent, ad naumachiam se comparabant, dolebantque, quod quibuscum pugnarent nondum adessent. Latini vero an quod apparatu imperatoris terrerentur, an quod Romanis, a quibus incitabantur deprehensis, pavore tenerentur (magni quippe domestici mater.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

et imperatrix (48) præcipientes insidias, quam maxime poterant palatium reliquumque imperium communiverant), depositis cogitationibus illis, dissipati sunt. Quod ut accepit imperator, submissos ab Amurio cum donativo dimisit, ipse obsidioni contentius instare cœpit; jam enim et dies urgebat, autumno appetente scilicet. **295** Dum ita per obsidionem tempus labitur, forte magnus domesticus propter portam quamdam Joannem Spinulam (49) sibi antea notum ac familiarem stare videt, hominem inter Latinos nobilem, et Romanis tinctum litteris. Hunc uti ad se nihil metuens accedat, invitat. Ille fidem habens accedit. Salutat eum domesticus, factumque inhumanum exprobrat, quod ad veterem amicum et familiarem, et tanto tempore ad portas eorum commoratum, ne semel quidem adiisset, nec pro amicitia salutare voluisset. Alia demum tempori accommodata subjungens, in præsentia domum (jam enim diei serum erat) remittit. Postridie ut redeat, si placuerit, hortatur, quo per otium de hoc bello quæ justa censuerint colloquantur. Joannes reversionem pollicitus abit.

A τοὺς ἐνάγοντας Ῥωμαίους καταφώρους γενομένους ὑποπτῆξαι (ἡ γὰρ τοῦ μεγάλου δομεστίκου μήτηρ ἅμα βασιλίδι αἰσθόμεναι τὴν ἐπιβουλήν, ὡς μάλιστα ἐνῆν ἠσφαλίσαντο τά τε βασίλεια καὶ τὴν ἄλλην ἀρχήν), ἀποσχόμενοι ὧν διενοοῦντο, διελύθησαν. Βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ ἐπύθετο διαλυθέντας, τοὺς μὲν παρὰ τοῦ Ἀμοὺρ παρόντας κατὰ συμμαχίαν ἀπέστειλεν εὐεργετήσας· αὐτὸς δὲ συντονώτερον εἶχετο τῆς πολιορκίας· ἤδη γὰρ καὶ ὁ καιρὸς ἤπειγε, περὶ φθινόπωρον ὤν. Τριβομένου δὲ τοῦ χρόνου κατὰ τὴν πολιορκίαν, συμβέβηκε τὸν μέγαν δομέστικον παρὰ τὴν τῆς Φωκαΐας πύλην ἰδεῖν ἑστῶτα Ντζουάν ντὲ Σπινιά τινα ὠνομασμένον, ὃς ἦν αὐτῷ γνώριμος πρότερον καὶ συνήθης, ἔκ τε τῶν παρὰ Λατίνοις ἐπιφανῶν ὄντα, καὶ παιδείας τῆς παρὰ Ῥωμαίοις B ἱκανῶς μετεσχηκότα. Καὶ πέμψας αὐτὸν μετεκαλεῖτο, κελεύων ἥκειν πρὸς αὐτὸν μηδὲν ὑποπτεύοντα δεινόν. Ὁ δ' ἦκεν εὐθὺς πεισθείς. Προσαγορεύσας δὲ ὁ μέγας δομέστικος αὐτὸν, καὶ ἀγνωμοσύνην ἐγκαλέσας, ὅτι φίλον ἀρχαῖον ὄντα καὶ συνήθη, καὶ τοσοῦτον ἤδη χρόνον διατρίβοντα πρὸς ταῖς πύλαις ταῖς αὐτῶν οὐδὲ ἅπαξ πρὸς αὐτὸν ἠθέλησεν ἐλθεῖν, οὐδὲ ἀσπάσασθαι οἷα φίλον, καὶ ἕτερ' ἄττα ὅσα ἦν ἁρμόζοντα προσθεὶς τῷ χρόνῳ· ἤδη γὰρ ὀψὲ τῆς ἡμέρας ἦν· τὸ νῦν μὲν ἔχον οἴκαδε ἀπέπεμπεν, εἰς τὴν ὑστεραίαν δὲ ἐκέλευσεν, εἴ γε καὶ αὐτῷ καθ' ἡδονὴν εἴη, πρὸς αὐτὸν πάλιν ἐλθεῖν, ὡς ἂν κατὰ σχολὴν καὶ περὶ τοῦ παρόντος πολέμου διαλεχθῶσιν ἄττα ἂν ἑκάστῳ δοκοίη δίκαια ἔχειν πρὸς αὐτόν. Ντζουὰν μὲν οὖν ἀποδεξάμενος τοὺς λόγους, οἴκαδε ἀπῆλθεν.

Altera luce mane in magni domestici tabernaculum venit. Facta consalutatione, solum domesticus sic aggreditur: Quavis occasione bellum gerere, aut in pace vivere, nemo sanæ mentis commendaverit, cum utriusque laus et vituperatio ex causis merito spectanda sit. Quod si quis bellum ordiens viribus suis majora suscipit, præterquam quod injustus est, prudentium judicio etiam stultus habebitur. Consideremus igitur et istuc bellum, quod contra imperatorem nulla in re ab eo læsi suscepistis, num honeste et utiliter a vobis geratur. Primum enim nullam passi injuriam Lesbum ei subjectam invasistis, vexastis, ac diripuistis; quod nec ipsimet negare poteritis. Deinde temeritatis et vecordiæ modum nullum tenuistis. Nam qui bellum incipit, non hoc solum providere

Εἰς τὴν ὑστεραίαν δὲ ἅμα πρωῒ εἰς τὴν μεγάλου C δομεστίκου ἦκεν σκηνὴν καὶ προσηγόρευεν αὐτόν. Ἀντιπροσειπὼν δὲ καὶ αὐτὸς αὐτὸν, καὶ μόνον παραλαβὼν, λόγου ἦρχε πρὸς αὐτὸν τοιοῦδε· Οὔτε τὸ ἐπὶ προφάσει πάσῃ πολεμεῖν τῶν ἐπαινετῶν ἄν τις τιθείη σωφρονῶν, οὔτε τὸ εἰρήνην ἄγειν· ἀλλ' ἑκάτερα βελτίω ἢ χείρω παρὰ τὰς αἰτίας νομίζοιτ' ἂν δικαίως. Ἐὰν δέ τις πολέμου ἄρχων μείζοσιν ἢ καθ' ἑαυτὸν πράγμασιν ἐπιχειροίη, πρὸς τῷ ἀδικεῖν καὶ ἄνοιαν προσοφλήσειεν ἂν παρ' εὖ φρονοῦσι κριταῖς. Σκεψώμεθα δὴ καὶ περὶ τοῦ νυνὶ παρόντος πολέμου ὃν ἤρασθε πρὸς μηδὲν ἀδικοῦντα βασιλέα, εἰ μετὰ βελτίονος τοῦ σχήματος προσγενήσεται ὑμῖν. Πρῶτον μὲν γὰρ μηδὲν ὑπὸ βασιλέως ἀδικούμενοι, πρῶτοι ἐπήλθετε τῇ Λέσβῳ οὔσῃ ὑπηκόῳ, βασιλεῖα [*f.* βασιλέα] ἀδικοῦντες καὶ πλεονεκτοῦντες, οὔπερ οὐδὲ

Jacobi Pontani notæ.

(48) Gregoras: *Cæterum cum imperator cum classe diutius abesset, et in palatio magna impunitas et licentia vigeret, adolescentes aliquot seditionem moverunt, se Latinos quoque, ob intercedentes simultates, socios esse habituros rati. Scopus autem seditionis fuit, ut postea cognitum est, imperatoria potestas, si dominam imprimis, et filium ejus Joannem imperatorem, et eos denique omnes, qui adversari possent, occidissent. Sed dum id facinus adhuc parturiunt, et seditiosi rem clanculum vehementer urgent, Cantacuzena magni domestici mater, quid ageretur animadvertit, quam imperator assistricem conjugi suæ discessurus reliquerat; quippe senatoriam matronam et gravitate morum conspicuam, et singulari prudentia ornatam, et in rebus dubiis præsenti consilio instructam. Ea ergo una cum domina, priusquam scelus auctum erumperet, motum illum prudentissime* D *compescuit*, etc. De insidiatoribus autem istis quid actum sit, idem Gregoras sic exponit: *Paulo post* (ubi Byzantium rediit) *comprehensis insidiatoribus, singulis seorsum interrogatis, verum ab omnibus perquisivit. Mox toto senatu convocato, et episcopis qui tum in urbe agebant, una cum patriarcha accersitis, populique Byzantini proceribus, seditionis auctores, et eorum conjuratos, et testes in medium produxit. Hi vero inter sese jurgantes, et alii alios arguentes, certissimis argumentis conjurationem, et immania ac perniciosa consilia demonstrabant, ut et ipsi absque ulla tergiversatione parricidium suum fateri cogerentur. Ac discerpti statim essent a populo, nisi excellens imperatoris humanitas et clementia impetum illum repressisset.*

(49) In Græco, *Joannem de Spinia.*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

αὐτοὺς οἴμαι ἐξάρνους δυνήσεσθαι γενέσθαι· ἔπειτα δὲ οὐδὲ ἀνοίας καὶ ἀβουλίας κατελίπετε ὑπερβολήν. Τὸν γὰρ ἄρχοντα πολέμου οὐ χρὴ τοῦτο μόνον σκοπεῖν ὅπως ἀδικήσῃ, ἀλλὰ πρῶτον μὲν εἴ γε μάλιστα αὐτῷ τοῦτο δυνατὸν, ἔπειτα δὲ, εἰ καὶ ἀρκοῦσαν δύναμιν ἔχει πρὸς τὸ τὰ ἀδικηθέντα διασώζειν. Ὑμῖν δὲ πρός τε τὸ τὰ ἀλλότρια ἁρπάζειν ἡ δύναμις ἐνδεὴς, καὶ πρὸς τὸ τὰ ἡρπασμένα διασώζειν ἐλαχίστη. Λέσβῳ μὲν γὰρ ἐπιόντες, Δηλίους ἐπείσατε καὶ Σικελιώτας συμμαχεῖν· βασιλέως δὲ ἐπιστρατεύσαντος ὑμῖν, οἱ σύμμαχοι ᾠχοντο ὑμᾶς ἀπολιπόντες, οὐδὲ ὅπλα ἀνταίρειν δυνηθέντες. Ὑμῶν δὲ μόνον ὑπολελειμμένων, οἱ μὲν ἀπώλοντο κατὰ τὴν Καλλονὴν ἐν πέντε τριήρεσι διαφθαρέντες, οἱ δὲ κατὰ τὴν Μιτυλήνην καὶ Φώκαιαν ἀπεκλεισμένοι πολιορκεῖσθε, οὐδεμίαν ἔχοντες ἐλπίδα βεβαίαν σωτηρίας. Μὴ θαυμάσῃς δὲ εἰ μηδεμίαν εἶπον ἐλπίδα βεβαίαν σωτηρίας ὑμᾶς ἔχειν, καίτοι καρτερώτατα ἀμυνομένους ἀπὸ τῶν τειχῶν, καὶ μηδεμίαν ἢ ὀλίγην βλάβην ὑπομένοντας ἀπό τε τῶν ἐκπιπτόντων τῆς μηχανῆς λίθων, καὶ τῶν κλιμάκων, καὶ τῶν ἄλλων μηχανῶν τῶν κατὰ τὰς συχνὰς τειχομαχίας προσαγομένων. Ἀποδείξω γὰρ σαφέστατα ὑμᾶς οὐ πολὺ ἀπέχοντας τοῦ ἐν ἐσχάτοις κινδύνοις εἶναι. Τριῶν γὰρ ὄντων ἃ ἂν μάλιστα διασώζειν δύναιτο τοὺς πολιορκουμένους, τοῦ τέ ποθεν ἔξωθεν ἐπελθοῦσαν δύναμιν τοὺς πολιορκοῦντας ἀνιστᾶν, καὶ τοῦ ἀφθονίαν σίτου καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων ἔχοντας, μετὰ ῥᾳστώνης τὴν πολιορκίαν διαφέρειν, καὶ τρίτου τοῦ τὸν πολιορκοῦντα ἀδύνατον εἶναι προσκαθέζεσθαι ἢ δι' ἀπορίαν ἀναλωμάτων, ἢ διὰ μικροψυχίαν, ἢ τινα αἰτίαν ἄλλην, ἐγὼ ὑμῖν προσὸν ἀποδείξω τούτων οὐδὲ ἕν. Τὴν μὲν οὖν ἴσως ἂν ἐπελθοῦσαν ἔξωθεν βοήθειαν ὑμῖν οὐδαμόθεν ἄλλοθεν ἂν τις οἰηθείη ἢ ἐκ Γενούας οἷα δὴ ὁμοφύλων ὄντων ὑμῖν καὶ συγγενῶν. Τοῦτο δὲ τοσοῦτον ἀπέχει τοῦ εἶναι ἀληθὲς, ἢ ὑμᾶς οἴεσθαι ἐλπίζειν, ὥστε τοὐναντίον μᾶλλον ἐφ' ὑμᾶς ἐλεύσονται ἐκεῖνοι ἐκπολιορκήσοντες ὡς πολεμίους τῷ κοινῷ, ἂν κελεύῃ βασιλεύς. Ἴστε γὰρ δὴ σαφέστατα ὑμεῖς ὡς ἐν ταῖς συνθήκαις καὶ τοῖς ὅρκοις, οὓς πρὸς τὴν βασιλείαν Ῥωμαίων ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος ἔθετο Γενούας ἐπὶ τῇ εἰρήνῃ, πρὸς τοῖς ἄλλοις περιείληπται καὶ τοῦτο, τὸ μὴ μόνον τὸ κοινὸν αὐτῶν μηδεμίαν βλάβην ἢ ζημίαν ἐπάγειν τῇ Ῥωμαίων βασιλείᾳ πρόφασιν πολέμου οὐ παρεχομένῃ, ἀλλὰ καὶ ἐάν τις ἰδιώτης Ῥωμαῖον ἀδικήσῃ, ἀπὸ τῶν προσόντων αὐτῷ κτημάτων ἢ πραγμάτων τὴν ζημίαν ὁπολαμβάνειν τὸν Ῥωμαῖον. Ἂν δὲ καὶ τῇ βασιλείᾳ Ῥωμαίων τὴν ζημίαν προξενῇ, ἢ νῆσον διαρπάζων, ἢ πόλιν τινὰ παράλιον ἤ τι ἕτερον, τὸν ἴσον τρόπον ἀπὸ τῶν ἐκείνων κτημάτων καὶ πραγμάτων, εἰ πολλοὶ εἶεν ἢ εἷς, τὴν ζημίαν ἀποτίννυσθαι βασιλεῖ, αὐτὸν δὲ ψηφίζεσθαι πολέμιον τῷ δήμῳ καὶ τῇ βουλῇ, καὶ στρατεύειν ἐπ' ἐκεῖνον ὡς ἄπιστον καὶ προδότην τοῦ κοινοῦ. Οὗ δὴ ἕνεκα καὶ βασιλέα πρεσβείαν πρὸς Γέννουαν ἀπεσταλκέναι, ὥστε μὴ μόνον τὰ κτήματα ὑμῶν τῶν χρημάτων ἕνεκα ὧν ἀνάλωσε πολεμῶν ὑμῖν παραλαβεῖν, ἀλλὰ καὶ τριήρεις καλεῦσαι πέμψαι καθ' ὑμῶν κατὰ τὰ

A debet, quomodo per nefas aliena occupet: sed primum quidem, satisne istuc commode possit; tum an ad ea quæ per vim occupavit conservanda sufficiens ei facultas adsit. Vobis autem et ad aliena rapienda vires sunt parvæ, et ad rapta conservanda parvissimæ. Etenim Lesbum invasuri, Deliorum Siculorumque auxiliis indigetis; et imperatoria classe adventante, socii imbelles diffugerunt; et alii quidem vestrum apud Callonem in quinque triremibus perierunt; alii intra Mitylenen et Phocæam conclusi cum incerta spe salutis obsidemini. Ac nolim te mirari quod dixerim nullam vos salutis certam spem **296** fovere, tametsi vos e mœnibus fortissime defendatis; nec ullam aut leve damnum accipiatis a saxis quæ e tormentis
B jaciuntur, a scalis, cæterisque machinis, quæ in tam crebris oppugnationibus ad muros admoventur; demonstrabo enim luculentissime vos ab extremo discrimine haud longe abesse; nam cum tria sint quæ obsessos servare tuerique potissimum queant: primum aliunde superveniens auxilium, quo obsessi erigant animos; alterum frumenti ac reliqui commeatus abundantia, unde facile perfertur obsidio; tertium, quando hostis diutius assidere aut sumptibus defectus, aut animo fractus, aut alia de causa non potest: ego docebo nihil horum vobis adesse. Forsitan igitur auxilium vobis submissum, et non aliunde quam Genua (utpote a civibus cognatisque vestris) submissum
C quis existimaverit. Atqui hoc tam remotum est a veritate, tantumque abest ut id sperandum vobis sit, ut timendum potius ne contra vos illi venturi, et hortante imperatore ut inimicos reipublicæ obsessuri sint. Scitis enim planissime pactis et fœderibus, quæ cum Romano imperio senatus populusque Genuatium pacis causa fecit, præter alia hoc etiam contineri, ut commune ipsorum non modo nullum Romano imperio detrimentum damnumve importet (si nullam belli occasionem dederit), sed si quis etiam privatus Romanum quempiam læserit, ut de possessionibus aut facultatibus ejus Romano multa solvatur. Sin imperio Romano detrimentosus exstiterit, aut insulam, aut maritimam urbem, aut aliud diripiens, ut eadem
D ratione de eorum possessionibus, aut facultatibus, seu plures, seu unus duntaxat fuerit, imperatori satisfiat, ipseque a senatu populoque Genuensi hostis judicetur, et arma in illum ut perfidum ac reipublicæ proditorem capiantur. Cujus rei gratia et imperatorem ad Genuenses legationem misisse nostis, non solum ut fundos et villas vestras ad reficiendos sumptus, dum vobiscum belligerat, toleratos recipiat, sed eos insuper ad triremes secundum conventa et juramenta contra vos mittendas impulisse. Quamobrem non subsidium Genua, sed bellum et hostilis adnavigatio magis exspectanda vobis est. Porro et victus inopia vos laborare, pauloque post quod hæsitetis non habituros, ex re ipsa duci argumentum certissimum potest. Quos enim urbe

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

exegistis Romani, **297** quorumque alimentis fruimini, mensuram alimoniæ cum obsessorum multitudine contendentes, intra breve tempus omnimodis commeatu vos caritatis affirmant. Ergo hæc una spes salutis restat, si imperator deses factus, aut propter impensæ magnitudinem, aut propter attritum laboribusque confectum exercitum, aut propter imminentem hiemem obsidionem solvat. Ego vero et in his nostri ipsorum factus proditor, omnem rei veritatem gratuito expromam : quanquam vos vel talentum fuisse numeraturos sciam, si quæ de vobis taciti cogitamus, vere cognoscere licuisset. Sed enim vobis hoc gratis dabo. Imperator, nos, exercitusque magnam partem domum discedemus, ne hic temere ac frustra maceremur : præsertim cum et illic respublica officium industriamque nostram desideret, quam ei nisi præsentes præstare non possumus. Hic ad continuandam obsidionem triremes denas et uniremes vicenas relinquemus : præterea de navibus Sarchanis quatuor et viginti, adnumerato quantum usque ad vernam tempestatem sufficit stipendio. Atque hi vos et Mytilenæos, a mari facto impetu, certo oppugnabunt : a continente Sarchanis copiæ auxiliares satis prement. Mytilenæis vero Romanorum conductitii ingressum in insulam intercludent, ut ambo terra marique victum invehere prohibeamini. Vere novo magna classe revertemur, eo animo, ut tandiu vos oppugnemus, quoad vel fame, vel armis domitos, in servitutem redigamus. Præter hæc alias adhuc imperatoris cogitationes occultas non habebo. Vult enim vobis obsessis omnibus alterius optionem esse juratis, aut intra mœnia manentes, ipsi et Genuensium reipublicæ hostes haberi, aut egressos, et a vobis secedentes, non ab imperatore duntaxat commissorum veniam et ἀμνηστίαν, sed etiam apud commune Genuensium impunitatem ejus auctoritate consequi. Quod quam multis inter obsessos ad defectionem incitamento futurum sit, non te fugit. Quando igitur et ab initio præter fas hoc bellum suscitastis, et nunc rebus contra spem cadentibus non insipientiæ solum audaciæque culpam sustinetis, verum etiam in gravissimum discrimen devenistis, qui tandem conducet, aut quomodo mente sua constantium erit, mala consilia non permutare melioribus, et aliquid inde ad salutem idoneum elicere, **298** sed per stolidam contentionem et arrogantiam semetipsos ire perditum, et propinquis ac necessariis non inopiam et amissionem facultatum tantummodo parere, verum etiam ignominiam perpetuam inurere ? Adhuc præter isthæc omnia cum imperatore bellum ducere, nequaquam vobis prodesse ostendam. Etsi enim neque armis, neque fame, neque alia quadam via ad deditionem vos compellere poterimus, tamen ne sic quidem vobis conducet obsideri. Primum, non ut semper obsideremini, et penuria victus cæterisque bellorum incommodis premeremini, Lesbi tanto cum

A συγχείμενα καὶ τοὺς ὅρκους. Ὥστε ἐκ Γενουάς οὐ μόνον ἐπικουρίαν οὐδεμίαν, ἀλλὰ καὶ πόλεμον καὶ ἐπίπλουν προσδοκᾶν χρή. Ὅτι δὲ καὶ τῶν ἐπιτηδείων νῦν τε ἐνδεεῖς ἐστε, καὶ μετ' ὀλίγον ἐπιλείψει παντελῶς ὑμᾶς, ἐξ αὐτῶν ἂν τις τῶν πραγμάτων ἀληθέστατα τεκμήραιτο. Οἱ γὰρ ἐξελαθέντες τοῦ ἄστεος ὑφ' ὑμῶν Ῥωμαῖοι, ὧν αὐτοὶ τὰ ἐπιτήδεια λαβόντες χρῆσθε, τὸ μέτρον τῆς τροφῆς πρὸς τὸ τῶν πολιορκουμένων πλῆθος λογιζόμενοι, ἐντὸς ὀλίγου χρόνου παντάπασί φασιν ὑμᾶς τὰ σιτία ἐπιλείψειν. Λείπεται δὴ μίαν ὑπολείπεσθαι ἐλπίδα σωτηρίας, τὸ βασιλέα ῥαθυμήσαντα ἢ διὰ τὸ τῶν ἀναλισκομένων πλῆθος χρημάτων, ἢ διὰ τὴν κατὰ τὴν στρατείαν κακοπάθειαν λύσειν τὴν πολιορκίαν, ἢ διὰ

B τὸ χειμῶνα ἐπιγίνεσθαι ἤδη προσδοκᾶν. Ἐγὼ δὲ καὶ περὶ τούτου προδότης γενήσομαι ἡμῶν αὐτῶν, καὶ μηνύσω προῖκα ἅπαν τἀληθές. Καίτοι γε πολλοῦ ἂν ἐπρίασθε αὐτοί, εὖ οἶδα, εἰ ἃ διανοούμεθα περὶ ὑμῶν ἀληθῶς ἐξεγένετο μαθεῖν. Ἐγὼ δὲ ὑμῖν καὶ τοῦτο χαριοῦμαι. Βασιλεὺς μὲν γὰρ καὶ ἡμεῖς καὶ τὸ πολὺ τῆς στρατιᾶς οἱκαδε ἀπελευσόμεθα, ἵνα μὴ εἰκῇ καὶ μάτην κατατριβώμεθα ἐνταῦθα, ἄλλως τε καὶ τῶν ἐκεῖσε πραγμάτων ἐπιμελείας δεομένων, ἣν οὐκ ἐξὸν ποιεῖσθαι μὴ ἐκεῖ ἐπιδημοῦντας.

C Ἐνταυθοῖ δὲ πρὸς τὴν πολιορκίαν δέκα καταλείψομεν τριήρεις, καὶ μονήρεις εἴκοσι, καὶ ἑτέρας τέτταρας καὶ εἴκοσι τὰς τοῦ Σαρχάνη ναῦς, μισθὸν παρασχόντες διαρκέσοντα ἄχρι ἥρος. Οἱ ὑμᾶς τε καὶ Μιτυληναίους ἀσφαλῶς πολιορκήσουσιν ἐφορμοῦντες ἐκ θαλάσσης· ἐκ δὲ ἠπείρου ὑμῖν μὲν ἀρκέσουσιν ἡ τοῦ Σαρχάνη παρακειμένη στρατιά. Μιτυληναίοις δὲ οἱ Ῥωμαίων μισθοφόροι τὴν εἰς τὴν Λέσβον ἔξοδον ἀπείρξουσιν, ὥστε καὶ ἀμφοτέρους ἑκατέρωθεν ἀπείργεσθαι ἔκ τε γῆς καὶ θαλάττης τοῦ μηδὲν εἰσάγειν τῶν ἐπιτηδείων. Ἅμα δὲ ἦρι ἀρχομένῳ, στόλῳ μεγάλῳ αὖθις ἐφ' ὑμᾶς πλευσούμεθα, γνώμην ἔχοντες μέχρι παντὸς διακαρτερεῖν, ἄχρις ἂν ἢ λιμῷ ἢ ὅπλοις παραστησάμενοι, ἐξανδραποδισώμεθα ὑμᾶς. Πρὸς τούτοις δὲ καὶ ἑτέραν βασιλέως ἐπίνοιαν οὐκ ἀποκρύψω. Βούλεται γὰρ τοῖς συμπολιορκουμένοις ὑμῖν πᾶσι δι' ὅρκων αἱρεσιν προθεῖναι ἢ μένοντας ἐντὸς τειχῶν πολεμίους αὐτῷ τε εἶναι καὶ τῷ κοινῷ

D Γενουάς, ἢ ἔξω γενομένους καὶ καταλιπόντας ὑμᾶς, μὴ μόνον παρὰ βασιλέως τυχεῖν συγγνώμης καὶ ἀμνηστίας ὧν ἐξημαρτήκασιν, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῷ κοινῷ Γενουάς ἀζημίους εἶναι, βασιλέως τὴν δδειαν παρασχομένου. Ὅπερ ὅτι πολλοὺς τῶν ὑμῖν συμπολιορκουμένων πείσει ἀποστῆναι, οὐδ' αὐτὸς ἀγνοεῖς. Ὅτε τοίνυν ἐξ ἀρχῆς τε οὐ δίκαια ποιοῦντες τὸν πόλεμον κεκινήκατε τουτονί, νῦν τε τῶν πραγμάτων ἐναντίως ἢ αὐτοὶ προσεδοκᾶτε χωρησάντων, οὐ μόνον ἀβουλίας καὶ ἀσυνεσίας ὄφλετε κατηγορίαν, ἀλλὰ καὶ ἐν ἐσχάτοις κατέστητε κινδύνοις, ποῦ λυσιτελὲς ἢ σωφρονούντων ὅλως ἀνθρώπων μὴ μεταβουλεύεσθαι περὶ τῶν κακῶς βεβουλευμένων, καὶ σωτηρίαν τινὰ αὐτοῖς ἐκ τῶν ἐνόντων ἐκπορίζειν, ἀλλὰ διὰ φιλονεικίαν καὶ ἀλαζονείαν νοῦν οὐκ ἔχουσαν, αὐτούς τε ἀπόλλυσθαι κακῶς, καὶ τοῖς οἰκείοις οὐ πενίαν μόνον καὶ ἀποστέρησιν τῶν ὄντων, ἀλλὰ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

καὶ ἀδ ξίαν προστρίβεσθαι διὰ βίου; Ἐγὼ δὲ καὶ τούτων ἁπάντων χωρὶς, οὐδαμῶς λυσιτελοῦντα τὸν πρὸς βασιλέα πόλεμον ὑμῖν ἀποφανῶ. Εἰ γὰρ καὶ μήτε ὅπλοις, μήτε λιμῷ, μήθ' ἑτέρᾳ μηχανῇ τινι πραστήσασθαι δυνησόμεθα ὑμᾶς, οὐδ' οὕτω τὸ πολιορκεῖσθαι λυσιτελήσειεν ἂν ὑμῖν. Πρῶτον μὲν γὰρ οὐκ ἐπὶ τῷ διηνεκῶς πολιορκεῖσθαι καὶ ἐνδεΐᾳ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐκ τοῦ πολέμου κακοῖς πιέζεσθαι Λέσβου κρατῆσαι ὑμῖν ἐπῆλθε τοσαῦτα χρήματα ἀναλωκόσιν, ἀλλ' ἐπὶ τῷ πολλαπλασίῳ τῶν ἀναλωμένων κτησαμένους, καὶ τῆς νήσου ἔχειν τὴν ἀρχήν. Τοῦτο δ' ἐναντίως ἢ αὐτοὶ συμβέβηκε προσδοκᾶτε. Τά τε γὰρ χρήματα ἀνάλωνται εἰς τὰς τριήρεις· καὶ ἡ νῆσος ὑπὸ βασιλέα αὖθις τελεῖ πλὴν Μιτυλήνης, ἣν δεῖ καὶ Φώκαιαν φρουρεῖν μισθοφόρους τρέφοντας χιλίων οὐκ ἐλάσσους. Πόθεν οὖν περιεῖσθε τὴν τροφὴν αὐτοῖς; Οὔτε γὰρ χρήματα εἴχετε ἐν ταῖς ναυσὶν ἃ διαρκέσει πρὸς τὴν πολιορκίαν, οὔτε ἐκ Γεννούας ἐλπὶς ἐλθεῖν. Τὰ γὰρ ἐκεῖσε κτήματα ὑμῶν ἃ παρεῖχε τὰς προσόδους, ὑπὸ βασιλέα ἔσται· αἵ τε ἐκ Φωκαίας προσγινόμεναι πρότερον πρόσοδοι ὑμῖν ἀφῄρηνται διὰ τὸν πόλεμον. Ἐμπορία τε γὰρ ἐκλέλοιπε πᾶσα, θαλασσοκρατούντων ἡμῶν, καὶ γεωργίας ἀπείργομεν, οὐδὲ τὸ πυλῶν προβαίνειν ἀκίνδυνον ὂν ὑμῖν. Ὥστε πάντοθεν συμβαίνει περιίστασθαι τὸν κίνδυνον, ἄν τε κρατῆσθε τοῖς ὅπλοις, ἄν τε μή· ὡς οὖν περὶ σωτηρίας ὑμῖν βουλευσομένοις οὐκ ἐν παρέργῳ χρὴ ποιεῖσθαι τὴν βουλήν, ἀλλὰ μετὰ τῶν φίλων σκεψαμένους τὰ δέοντα ἑλέσθαι.

A impendio potiundæ cupido vobis incessit, sed ut impensas multo majoribus divitiis consolantes, insulæ quoque dominatum obtineretis: in quo multum plane vestra vos delusit opinio. Nam pecuniam in triremes absumpsistis, et insula (Mitylene excepta) imperatorem rursus principem suum agnoscit, quam (sicut et Phocæam) præsidiarios mercede conductos non pauciores mille oportet alere. Unde igitur alimenta illis suppeditabitis? Neque enim in navibus tantum pecuniæ habebatis, quantum obsidioni tolerandæ sufficeret; neque Genua missum iri sperandum est. Nam quæ illic possidetis, et unde vectigalia capiebatis, imperatori adjudicabuntur; et quæ prius Phocæa vobis pendebat bellum sustulit. Etenim mercatura B omnis, nobis mare tenentibus, conquievit; et agricultura per nos usque adeo arcemini, ut ne porta quidem urbis secure pedem efferre possitis. Quare sive armis subjugemini, sive non, unde unde periculis cingimini. Ergo quoniam salus vestra agitur, non obiter et velut per transennam, sed cum amicis res perpendenda, et utilitati consulendum est.

CAPUT XXXI.

Spinula culpam fatetur, consilium a domestico petit. Suadet, veniam ab imperatore petendam, et obsides Persas ei condonandos; Mytilenen et Phocæam restituendas. Quam multis bonis eos remuneraturus sit imperator docet, et, ut maturent, hortatur. Phocæa et Mytilene redduntur. Filios obsides Persæ læti accipiunt: Lesbos tota recuperatur.

Τοιαῦτα τοῦ μεγάλου δομεστίκου εἰρηκότος, C Ντζιουὰν ἐπιπολὺ μὲν ἦν σιωπῶν, ἐκπεπληγμένος ὅτι δὴ σαφέστατα περὶ τῶν κατ' αὐτοὺς πραγμάτων διειλέχθη, συνεώρα τε ἤδη καὶ αὐτὸς τὸν κίνδυνον ὡς ἐν χρῷ. Ἔπειτα ἀνενεγκών, Ὡς μὲν ἀδικοῦμεν πολέμου ἄρχοντες, ἔφη, οὐδὲ αὐτοὶ δυνάμεθα ἀντειπεῖν. Πλὴν ἐλπίδι ἐπαρθέντες τοῦ τε ἐγκρατεῖς γενήσεσθαι τῆς Λέσβου, τοῦ τε ἀμυνεῖσθαι βασιλέα ἂν ἐπίῃ (οὐ γὰρ τοσαύτην γε ᾠόμεθα δύναμιν ἀθροίσειν ναυτικὴν) ἠράμεθα· νυνὶ δὲ ἤδη τά τε χρήματα ἀνάλωται ἡμῖν, καὶ αὐτοὶ πολιορκούμεθα, οὐκ ἀγαθὰς ἔχοντες ἐλπίδας περὶ τῶν μελλόντων. Ἐπεὶ δὲ, ὡς ὁρῶ, τοῦ Θεοῦ κεκινηκότος εἰς τοὺς περὶ τούτων προήχθης λόγους, δέομαί σ λυσιτελῆ δοκεῖ καὶ δέοντα βουλεύσασθαι περὶ τοῦ μέλλοντος. Τὰ γὰρ παρελθόντα οὐκ ἔστιν ἄλλως διαθέσθαι ἢ ὡς ἔτυχε γεγενημένα. Ὁ μέγας δὲ δομέστικος, Εἰ μὲν καθ' ἑαυτοὺς αὐτοὶ περὶ τῶν ὑμετέρων, ἔφη, ἐβουλεύεσθε πραγμάτων, οὐδὲν ἂν ἐκώλυεν εἰρήνην ἢ τὸν πόλεμον ἑλέσθαι. Ἐπεὶ δὲ ἐμοὶ περὶ τῶν ὑμετέρων ἐπιτρέπετε βουλεύεσθαι πραγμάτων, ἃ μοι δοκῶ ὑμῖν συμφέροντα ἐρῶ· ὑμῖν δὲ ἐξέσται ἢ αἱρεῖσθαι τὰ βεβουλευμένα ἢ διωθεῖσθαι. Οἶμαι δὲ οὐδὲ πολλῶν δεήσεσθαι λόγων περὶ τῶν ὑμῖν πειθόντα δοκούντων λυσιτελεῖν. Ἃ γὰρ διειλέχθην πρότερον, πολλῶν κακῶν ὑμῖν τὸν πόλεμον αἰτιώτατον γεγενημένον ἀποφαίνων καὶ ἔτι μέλλοντα, τούτοις ἔξεστι κατασκευάζειν ὡς D Hactenus maguus domesticus; cujus sermone perculsus Joannes, diu siluit, quod suorum conditionem disertissime explicatam videbat, et jam ipse quoque periculum esse in cervicibus intelligebat. Postquam se deinde collegit, ita fari exorsus est: Perperam nos agere, dum ad arma priores prosilimus, nemo vel nostrum inficias **299** ire potest. Cæterum Lesbi insulæ adipiscendæ, et imperatorem, si impedire conaretur, depellendi fiducia elati (haud enim tantam classem comparaturum credebamus) bellum hanc ausi sumus. Nunc et pecuniis exhausti, et insuper ipsi obsessi, bonas spes omnes perdidimus. Quia vero divino, ut arbitror, afflatu de his rebus disseruisti, te oro, ut quæ utilia nobis in posterum et necessaria duxeris, ea consulas, quando præterita corrigere non licet. Ad hæc magnus domesticus: Si, inquit, vobiscum ipsi de re vestra consuluissetis, nihil ad pacem bello præferendam obstitisset. Sed quia mihi in causa vestra judicium omne permittitis, quæ profutura opinor, non tacebo: vobis aut parere consilio meo, aut id repudiare integrum erit. Existimo autem explicationem consilii mei longa oratione haud egere. Nam quæque prius a me dicta sunt, quibus bellum hocce præcipuum et solum complurium malorum vestrorum fontem fuisse probavi, quæque adhuc dicturus sum, ita-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dem pacem complectendam esse, confirmari potest. Modum porro, quo id fructuosissime faciatis, exponam. Antequam eo necessitatis compellamini, ut etiam inviti ad imperatorem vos adjungere videamini, præsenti benevolentia præteritam injuriam exæquate, ac per legatos bellicarum istarum offensarum veniam flagitate. Qui cum sit mitis ingenio, et in se peccantibus promptus ignoscere, si ejus iram fuerint deprecati, etiam vobis, meo insuper accedente impulsu, libenter ignoscet. Ubi eum placaveritis, Sarchanis Persarumque aliorum filios, quos obsidum nomine custoditis, eidem in muneris loco offertote: Mitylenen præterea et Phocæam restituite. Ille vero vestrum hoc erga se studium compensans, una cum venia, qua vos impertiet, etiam sumptus a se in hoc bellum collocatos, et Lesbiis per vos damna irrogata, quæ respublica Genuensis ex fœdere de facultatibus et bonis vestris resarcire debet, benigne remittet. Neque hoc tantum, sed et tanquam hostibus reipublicæ declaratis, ac proscriptis, et perfidiæ pœnam commeritis, impunitatem impetrabit, senatum ad veniam tribuendam cohortatus: quo nulla re spoliatis, denuo in republica libere negotium suum agere liceat. Adde quod Phocææ Romanorum propriæ principatum, et usumfructum sicut prius, quandiu voluerit, vobis permittet. **300** Quin et vestra causa cum Sarchane fœdus feriet, ut ex ejus provincia pristinos fructus percipiatis: perque omnes insulas ac civitates Romanorum mercaturæ faciendæ licentiam dabit. Dispicite igitur, quot infortuniis hoc bellum vos mactaverit, ac forsitan deterioribus mactabit: et quot vicissim bona vobis pax suppeditatura sit, si me audiveritis. Quod autem suadeo, id vel hodie, vel cras exsequi poteritis. Etenim si quasi non necessarium distuleritis, imperatorem deinde ad reconciliationem non perinde promptum invenietis. Nam si stipendia remigibus et aliis mercenariis, qui vos per hiemem obsidebunt, numerata fuerint, quæ jam quæstoribus imperavit, ego vero propter ea quæ dixi, ne darent prohibui, timeo ne postea legationem non admittat, illud secum reputans, ut est credibile, posse vos ad conditionem mancipiorum redigere, dum tempus merendi exeat, et cum modo, tum alias impensam pecuniam recipere. Itaque ut de necessariis deliberaturi, et tempore moras non ferente, quam primum concilium celebrate, et nobis quid statueritis significatote. Sic magnus domesticus Latinos admonuit. Joannes tam sero se cum illo in collocutionem venisse doluit; multis enim profecto malis carere, et aliis carendi auctorem esse potuisse. Verumtamen præterita non revocari: oportere autem se postridie in urbem reversum aliis quoque hoc indicare consilium, et omnium sententias communiter exquirere. Annuente magno domestico, Phocæam regressus, Odoardo et cæteris quid is consuleret exposuit. Quod cum et ipsis ut optimum, atque

A αἱρετέα ἡ εἰρήνη· τὸν τρόπον δὲ ὃν ἂν ὑμῖν μάλιστα λυσιτελήσειεν ὑφηγήσομαι ἐγώ. Πρὶν εἰς τοσοῦτον κινδύνου ἥκειν ὥστε δοκεῖν καὶ ἄκοντας προσιέναι βασιλεῖ, ἐνδείξασθε εὐνοιάν τινα ἀντίρροπον πρὸς τὴν προτέραν ἀδικίαν, καὶ πρεσβείαν πέμψαντες πρὸς βασιλέα, συγγνώμην αἰτήσατε ἐφ' οἷς προσκεκρούκατε κατὰ τὸν πόλεμον. Φύσει δὲ ὢν ἐκεῖνος πρᾶος, καὶ τοῖς ἀδικοῦσιν ἕτοιμος παρέχειν συγγνώμην, ἂν παραιτῶνται τὴν ὀργήν, καὶ ὑμῖν συγγνώσεται ῥᾳδίως, καὶ ἐμοῦ πρὸς τοῦτο μάλιστα ἐνάγοντος. Ἐπειδὰν δὲ τὴν βασιλέως ἐκμειλίξησθε ὀργήν, τὸν παῖδα Σαρχάνη καὶ τῶν ἄλλων Περσῶν οἳ ἐν ὁμήρων προσχήματι φρουροῦνται παρ' ὑμῖν, λαβόντες ὥσπερ δῶρα, προσκομίσατε τῷ βασιλεῖ, καὶ Μιτυλήνην καὶ Φώκαιαν παράδοτε. Κἀκεῖνος ἀμειB βόμενος ὑμᾶς τῆς εὐνοίας ἕνεκα τῆς πρὸς αὐτὸν, μετὰ τῆς συγγνώμης ἣν παρέξεται, καὶ τά τε ἀναλωθέντα χρήματα εἰς τὸν πόλεμον τὸν καθ' ὑμῶν καὶ ἃ ἐζημιώσατε Λεσβίους, ἃ τὸ κοινὸν Γενουάς ἐκ τῶν ὑμετέρων κτημάτων κατὰ τὰς συνθήκας ὀφείλει ἀποτίνειν χαριεῖται. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πολεμίους ἀναγεγραμμένους τῷ κοινῷ, καὶ δίκας ὀφείλοντας τῆς ἀπιστίας, ἀπάθειαν κακῶν καταπράξεται ὑμῖν, τῇ βουλῇ συγγνώμην κελεύσας πρασσεῖν, ὥστε ἀδεῶς πάλιν ἐμπολιτεύεσθαι αὐτοῖς ἀποστερηθέντας τῶν οἰκείων μηδενός. Πρὸς τούτοις δὲ καὶ Φωκαίας ὥσπερ πρότερον καὶ αὖθις ἄρχειν ἐπιτρέψει, ὡς ὑπηκόου μὲν Ῥωμαίοις οὔσης, ὑμῖν δὲ παρέχοντος βασιλέως τὴν ἀρχὴν, ἄχρις ἂν αὐτὸς ἐθέλῃ. Καὶ σπονδὰς ὑμῖν πρὸς Σαρχάνην θήσει, C ὥστε καὶ αὖθις τὰς προσόδους ἃς καὶ πρότερον εἴχετε, ἐκ τῆς χώρας τῆς αὐτοῦ καρποῦσθαι. Καὶ κατὰ πάσας νήσους καὶ τὰς πόλεις, αἳ ὑπήκοοί εἰσι Ῥωμαίοις, ἀκώλυτον ὑμῖν τὴν ἐμπορίαν κελεύσει εἶναι. Σκοπεῖτε οὖν ὁπόσα μὲν ὑμῖν ὁ πόλεμος ἐπήνεγκε κακὰ, ἴσως δὲ καὶ χείρονα ἐπάξει, ὁπόσων δὲ ἀγαθῶν ἡ εἰρήνη γενήσεται ἄξια, ἂν πείθησθε ἐμοί. Ταῦτα δὲ ὑμῖν ἢ σήμερον πράττειν ἢ εἰς τὴν ὑστεραίαν ἐξέσται. Ἐὰν γὰρ οὐκ ἀναγκαῖα λογιζόμενοι ὑπέρθησθε, οὐκέθ' ὁμοίως εὑρήσετε βασιλέα ῥᾴδιον πρὸς τὰς καταλλαγάς. Ἐὰν γὰρ τὰ χρήματα διαδοθῇ τοῖς τριηρίταις καὶ τοῖς ἄλλοις μισθοφόροις οἳ μέλλουσι τοῦ χειμῶνος ὑμᾶς πολιορκεῖν, ἃ νυνὶ βασιλεὺς μὲν ἐκέλευσε διαδιδόναι τοῖς ταμίαις, ἐγὼ δὲ D ἐκώλυσα τουτωνὶ τῶν λόγων ἕνεκα, δέδοικα μὴ οὐ προσδέξηται τὴν πρεσβείαν μετὰ ταῦτα, λογιζόμενος· ὥσπερ εἰκὸς, ὡς παραστήσεται ὑμᾶς ἐν ἀνδραπόδων μοίρᾳ, ἄχρις ἂν ὁ χρόνος τῆς μισθοφορᾶς ἀναλωθῇ, καὶ τὰ χρήματα ἀπολήψεται πρὸς τοῖς νῦν καὶ τὰ πρότερον ἀναλωμένα. Ὡς οὖν ἀναγκαίων πέρι ἐσομένης τῆς βουλῆς, καὶ τριδὴν τοῦ χρόνου οὐκ ἐνδεχομένου, παχέως τε αὐτοὶ βουλεύεσθε καὶ ἡμῖν τὰ βεβουλευμένα γνώριμα ποιεῖτε. Τοιαῦτα μὲν Λατίνοις ὁ μέγας δομέστικος ὑπετίθετο ποιεῖν. Ντζιωὰν δὲ ὡς ἤκουσε περὶ τοῦ παρελθόντος ἠνιᾶτο χρόνου, ὅτι μὴ πρότερον μεγάλῳ δομεστίκῳ συνεγένετο· ἢ γὰρ ἂν αὐτός τε πολλῶν ἀπήλλακτο, κακῶν, καὶ τοῖς ἄλλοις αἴτιος κατέστη. Ὅμως μέντοι ἔφασκε, τὰ μὲν γεγενημένα ἀναλῦσαι οὐκ εἶναι δυνατὸν, δεῖν δὲ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

οἴεσθαι εἰς Φώκαιαν ἐλθόντα καὶ τοῖς ἄλλοις δῆλην τὴν βουλὴν ποιεῖν, καὶ ἐς τὴν ὑστεραίαν ἐλθόντα, ἃ πᾶσιν ἂν κοινῇ δόξειεν ἀπαγγέλλειν. Καὶ ἐπεὶ ἐπετέθραπτο, εἰς Φώκαιαν ἐλθὼν, Ντεάρδῳ (50) τε καὶ τοῖς λοιποῖς ὅσα ὑπόθοιτο ὁ μέγας δομέστικος ἀπαγγείλας, ἐπειδὴ κἀκείνοις ἄριστα καὶ λυσιτελοῦντα ἑαυτοῖς ἐδόκει τὰ βεβουλευμένα, καὶ ἕτοιμοι ἦσαν πράττειν, αὖθις πρὸς τὸν μέγαν δομέστικον ἐλθὼν, Ντεάρδῳ μὲν καὶ τοῖς λοιποῖς ὅσοι κατὰ Φώκαιαν πολιορκοῦνται, ἀρέσκειν ἔφασκε τὰ βεβουλευμένα, καὶ μάλιστα ἐθέλειν ὡς βασιλέα ἐλθόντας, ὑπὲρ τῶν ἡμαρτημένων δεῖσθαι συγγνώμην παρασχεῖν. Δεῖν δὲ καὶ Δομενίκῳ τῷ κατὰ τὴν Μιτυλήνην πολιορκουμένῳ τὰ πρῶτα μάλιστα φερομένῳ παρ' αὐτοῖς, κοινὴν ποιήσασθαι τὴν γνώμην· μηδὲ γὰρ ἂν δύνασθαι πράττειν μηδὲν, ἐκείνου μὴ συνεπιψηφιζομένου. Καὶ παρασχεθείσης αὐτῷ νεὼς, εἰς Μιτυλήνην ἦλθε· συγγενόμενός τε Δομενίκῳ, καὶ περὶ τῆς εἰρήνης διαλεχθεὶς, ἐπεὶ κἀκείνῳ ἀσμένως ἐγίνοντο οἱ λόγοι, καὶ πολλὰς χάριτας ὡμολόγει βασιλεῖ τῆς ἀνεξικακίας, ἀναστρέψας ἐκεῖθεν, εἰς Φώκαιαν ἐπεραιώθη ἄγων καὶ ἕτερόν τινα ὃς ἔμελλεν ἐκ προσώπου Δομενίκου βασιλέα προσκυνήσειν. Ὅσοι δὲ τῶν ἐπιφανεστέρων ἦσαν ἐν Φωκαίᾳ πολιορκούμενοι, καὶ τὸν υἱὸν Σαρχάνη καὶ τοὺς ἄλλους ὅσοι ἦσαν σὺν αὐτῷ, ὥσπερ δῶρον ἐπαγόμενοι, ἦκουσιν εἰς βασιλέα προσκυνήσαντές τε, καὶ περὶ ὧν κατὰ τὸν πόλεμον ἐξήμαρτον τυχεῖν συγγνώμης δεηθέντες. Βασιλεὺς μὲν ἡμέρως προσεδέξατο καὶ προσηνῶς, συγγνώμην τε παρέσχετο εὐθὺς, καὶ ὅσα πρότερον ἐπηγγείλατο αὐτοῖς ὁ μέγας δομέστικος ἔργῳ ἐπληροῦτο, καὶ αὐτῶν Μιτυλήνην παραδόντων βασιλεῖ, ἐκβληθέντων τῶν φρουρῶν, Σαρχάνῃ τε ὁ βασιλεὺς τὸν παῖδα ἀποδοὺς, καὶ τοῖς ἄλλοις Πέρσαις χάριτας αὐτῷ πολλὰς τῆς ἐλευθερίας τῶν παίδων ἕνεκα ὁμολογοῦσιν, αὐτὸς εἰς Βυζάντιον ἀπέπλευσε, Λέσβον ὑπὸ Λατίνοις ἤδη γεγενημένην Ῥωμαίοις ἀνασώσας.

A utilissimum probaretur, seseque obsecuturos ostenderent, ad magnum domesticum rediens narrat, Odoardo et obsessis omnibus placere sententiam, et omnino ad imperatorem accedere, ab eoque admissorum veniam petere constituisse. Tamen cum Dominico nihilominus qui Mitylenæ obsideretur, et inter eos principis locum dignitatemque obtineret, rem communicandam; nihil enim citra ejus assensum confici posse. Itaque data sibi nave Mitylenen volavit, congressusque cum Dominico, et apud eum de pace locutus, et suffragantem atque etiam imperatori de patientia gratias agentem nactus, Phocæam revertit alio secum adducto, qui pro Dominico imperatorem venerabundus salutaret. **301** Quotquot autem nobilitate clari (50*) inter Phocæenses obsidebantur, filium Sarchanis, aliosque obsides, velut donum secum adducentes, ad imperatorem adeunt, eumque adorantes, veniam super bello male sumpto comprecantur. Eos ille placide ac leniter accepit, venia statim donavit, et promissa magni domestici re complevit. Cumque educto præsidio Mitylenen reddidissent, Sarchani aliisque Persis filios, gratias pro eorum libertate amplissimas agentibus restituit; et Lesbo a Latinis recepta atque ad imperium Romanum denuo adjuncta, Byzantium navigavit.

B

CAPUT XXXII.

Albanorum rebellio et incursiones. Spes Acarnaniæ recuperandæ. In Albanos cum Persico supplemento expeditio; victoria et prædæ immensitas. Civitates ante ab Albanis vexatæ, diem festum agunt. Persæ domum redeunt. Acarnanum procerum de imperatore admittendo pugnantes sententiæ; ipsius reginæ consilium.

Ὀλίγου δὲ παρελθόντος χρόνου, ἠγγέλλετο ἐκ τῆς ἑσπέρας παρὰ τῶν ἐπιτροπευόντων ἐκεῖ, ὅτι οἱ περὶ Βαλάγριτα καὶ Κάνινα νεμόμενοι Ἀλβανοὶ, εὐχερεῖς ὄντες πρὸς μεταβολὰς καὶ φύσει νεωτεροποιοὶ, ἃς πρὸς βασιλέα ἐποιήσαντο συνθήκας παραβαίνοντες, ταῖς ἐκεῖσε πόλεσιν ἐξ ἐφόδου ἐπιόντες, κακῶς διατιθέασι καὶ λεηλατοῦσιν. Οἳ καὶ πρότερον τοιαῦτά τινα ἐτόλμων, καὶ συνιστάμενοι πολλοὶ καὶ ἄποροι, τὰς πόλεις κακῶς ἐποίουν, ἄχρις ἂν στρατιὰν ἐπ' ἐκείνους πέμψας βασιλεὺς, ἀναγκάσειεν εἰρήνην ἄγειν, καὶ τοὺς ἑσπερίους ἀδικεῖν μηδέν. Ἐπειδὰν

C Brevi post tempore a præfectis ex occidente adest nuntius, Albanos ad Balagrita et Canina habitantes, instabiles animis, et natura rerum novarum cupidos, facto fœdere urbes illas ex itinere adorientes male multasse ac diripuisse. Qui et alias hujusmodi facinus ausi, magno numero homines egestate perditi coiverant, civitatesque attriverant, donec imperator misso contra eos exercitu, a vexandis occidentalibus desistere cogeret. Quo exercitu domum regresso, in ipsa jam æstate quiescere amplius non poterant, sed populationibus et incursionibus

Jacobi Pontani notæ.

(50) Idem qui supra Ντουνάρδος.

(50*) De deditione Phocææ sic Gregoras: *Sub brumam autem, cum Phocæenses Latini perseverantia imperatoris neque hiemis rigore frangi, præsertim cum omnes navales copiæ oppugnationem noctu atque interdiu sub dio continenter urgerent, nec longa absentia a suis, nec ulla penuria urgeri cernerent, præsertim cum ipsos jam commeatus deficere inciperet; desperatis rebus, legatos Rhodum mittunt, petentes, ut in tanto discrimine subvenirent. Rhodii ergo apud imperatorem pro eis intercedentes, obsidionem*

(61) Tres urbes defecerant, Arta, Rhogus, Thomocastrum : singulis obsidendis partem copiarum destinat.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

CAPUT XXXV.

Magnus domesticus ægre colloquium Cabasilæ impetrat. Defectionem urbium illi exprobrat. Tertio die reversus, ad deditionem flectere frustra conatur. Demum persuadet, ac lætum nuntium imperatori Artam allaturus, in itinere ad fontem prandet. Eo venit Cabasilas, consilium quærens. Quem edoctum dimittit, et postridie nomine imperatoris urbem accipit. Cabasilas cum primoribus ad imperatorem a magno domestico adducitur, fidem constantem promittit. Imperator illum, cæterosque collaudat et muneratur. Artæi Rhogios maledictis proscindunt, et obdurant.

Ὁ μὲγας δὲ δομέστικος μεμνημένος ὡς Καβασί- A λας οὑτοσὶ, ὅτε πρῶτον Ἀκαρνανίαν ποιήσατο αὐτῷ ὁ βασιλεὺς, πολλὰ αὐτοῦ πολλάκις ἐδεήθη τοῖς φίλοις συναριθμηθῆναι αὐτοῦ καὶ τοῖς οἰκείοις, καὶ πολλῆς ἀπέλαυσε προνοίας τῆς αὐτοῦ πεισθέντος πρὸς τὴν αἴτησιν, ἐλπίσας τέ τι ἐκ τῆς πρὸς αὐτὸν ἀνύσειν Καβασίλα φιλίας, τῶν οἰκείων ὀλίγους παραλαβὼν, ἦλθεν εἰς Ῥωγώ. Καβασίλας δ' ἐπεὶ ἀπὸ τοῦ τείχους ἑώρα προσιόντα, πέμψας ἐδεῖτο, μὴ ἐγγὺς τειχῶν γενέσθαι. Ἦ γὰρ ἀνάγκη συντυγχάνειν παρὰ γνώμην. Πεπεικέναι γὰρ ἑαυτὸν καθάπαξ ἀφίστασθαι Ῥωμαίων, ἢ ἀποθανεῖσθαι· ὃ καὶ αὐτὸ παντὸς ἐπαχθέστερον κακοῦ, καὶ οὐχ ἥκιστα παντὸς ἀνιαρώτερον. Ὁ μέγας δὲ δομέστικος οὐδὲν ἔφασκε τοὺς λόγους εἶναι πρὸς αὐτόν. Αὐτὸς γὰρ ἐπαγγειλάμενος Καβασίλᾳ εἶναι φίλος, τὰ προσήκοντα φίλοις μὴ B κατοκνεῖν ποιεῖν. Ἂν δ' αὐτὸς διωθῆται προσιόντα, τῇ σφετέρᾳ δόξῃ λυμανεῖσθαι, ἀγνώμονα περὶ τοὺς φίλους, καὶ τὴν γνώμην εὐμετάβολον ἀποδεικνύντα ἑαυτὸν, καὶ ταῦτα πρότερον αὐτὸν δεηθέντα, καὶ πείσαντα τοῖς φίλοις τοῖς ἐμοῖς καταγραφῆναι. Καβασίλας δὲ καὶ αὐτὸς διϊσχυρίζετο, μήτε βούλεσθαι, μήτε δύνασθαι τὴν πρὸς αὐτὸν φιλίαν ἀπειπεῖν, καὶ δεινὰ πάσχειν, καὶ τῇ πρὸς αὐτὸν φιλίᾳ τυραννεῖσθαι, οὐ μετρίως ἀνιώμενον, ὅτι μὴ δι' ἑαυτοῦ αὐτὸς, ἀλλὰ δι' ἑτέρων τὸν παρόντα χρόνον ὁμιλεῖ. Δεδοικέναι δὲ μὴ οὐχ οἷός τε ᾖ κρατεῖν ἑαυτοῦ, συγγενόμενος ἐκείνῳ, ἀλλὰ ταὐτὸν τοῖς μαινομένοις πάθῃ, οἳ ἥδονται κατακόπτοντες ἑαυτοὺς, ἀγνοοῦντες ὅτι πάσχουσι διὰ τὴν νόσον. Τούτου μὲν οὖν C ἕνεκα, ὁ μέγας δομέστικος εἶπεν. Ἐπαινῶ, ὅτι φιλίας ἥττησαι τοσοῦτον, ἧς ἥδεται ἡττώμενος πᾶς τις σωφρονῶν. Εἰ δέ σοι φορτικὸν καὶ ἐπαχθὲς τὸ τελείως ἐμοὶ συνελθεῖν, ἀλλὰ τόγε δεύτερον, παρὰ τὴν γέφυραν ἐλθὲ τοῦ ποταμοῦ, ὡς ἂν ἐξ ἑκατέρου μέρους ὁμιλήσαντες ἀλλήλοις, ἐμοί τε τὸ σοὶ ὁμιληκέναι, καὶ σοὶ τὸ μὴ ἐγγὺς ἐμοῦ γενέσθαι, ὃ μάλιστα δέδοικας, περισώζοιτο. Ἐπεὶ δὲ ἦκε παρὰ τὴν γέφυραν πεισθείς, ἄλλα τε διειλέχθησαν ὅσα τις ἂν εἴποι πρὸς ἄνδρα φίλον, καὶ περὶ τῆς ἀποστασίας τῶν πόλεων ὁ μέγας δομέστικος αὐτοῦ κατηγόρει ὡς αἰτιωτάτου μάλιστα γεγενημένου. Ἐφ' οἷς ἀπελογεῖτο καὶ αὐτὸς ὡς λυσιτελοῦντα δράσειεν ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς ἄλλοις Ἀκαρνάσι τῆς δουλείας αὐτοὺς ἐλευθερῶν Ῥωμαίων, καὶ τὴν πάτριον αὐτοῖς τῶν Ἀγγέλων ἀρχὴν ἐπανασώζων. Τοιαῦτα καὶ ἕτερά τινα διαλεχθέντες, ὁ μὲν εἰς τὸ στρατόπεδον, ἐς τρίτην ἡμέραν αὖθις ἥξειν D

Magnus autem domesticus, memor quomodo hic Cabasilas, cum primum Acarnaniam reciperet imperator, sæpe multumque rogasset, uti eum amicis ac familiaribus suis allegeret, et quo pacto ejus petitioni annuens, sua cura ac providentia singulari **312** magnum homini fructum attulisset, conceptaque spe, propter eam amicitiam aliquid effecturum, paucis comitatus familiaribus Rhogum adit. Cabasilas accedentem de muro conspicatus, misit oratum, ne propius mœnia veniret: nolle enim cum eo colloqui. Nam induxisse in animum semel, cum Romanis nil habere negotii, aut emori: quod omnium malorum odiosissimum erat atque tristissimum. Tum magnus domesticus, nihil ad se ista verba pertinere: nam cum se Cabasilæ amicum fore spopondisset, non pigrari officium amici præstare. Si ipse se convenientem repelleret, gloriam suam corrupturum, dum semet in amicos inconstantem atque improbum ostenderet: cum tamen petivisset prius et impetrasset, ut ab eo in amicorum numerum referretur. Cabasilas affirmare, nec velle, nec posse initam cum eo amicitiam retractare. Et ob eam excruciari, et quasi tyrannidem quamdam experiri, contristarique non mediocriter, quod non ipse per se, sed per alios hoc tempore cum eo colloquatur. Timuisse vero, si cum illo sit, ne se continere nequeat; sed idem sibi quod furiosis usu veniat, qui corpora sua cum voluptate dilaniant, propter morbum quid faciant ignorantes. Ergo se illum laudare, inquit magnus domesticus, cum tantopere ab amicitia victus sit, qua se victum prudens quilibet lætatur. Quod si onerosum ac molestum sit, proxime secum congredi, certe ad pontem fluminis accedat, ut ex intervallo se appellent, et sibi detur cum eo collocutum esse et illi (quod maxime timeat) non appropinquasse. Ubi morem gerens ad pontem accessit, cum alia, quæ inter amicos solent, ultro citroque dicta sunt, tum magnus domesticus de urbium defectione questus est, cui rei ipse puppis et prora fuisset. Ille defendendi sui gratia refert, se Acarnanibus e Romanorum servitute asserendis, et patrio Angelorum principatu (62) ipsis recuperando, sibi aliisque commodare voluisse. Ilis aliisque inter se dictis, domesticus ad exercitum, tertio die reversionem pollicitus, Cabasilas in oppidum, secunda congressione recusat, digressi sunt. Tertia luce magnus domesticus

Jacobi Pontani notæ.

(62) A temporibus Angeli Alexii abrupta est a Romano imperio Acarnania. Sed cap. sequenti historicus noster explicabit, quomodo ex præfectura facta sit propria provincia. Ex prætore Græciæ Leunclavius hæc verba recitat: *Qui duces aliis in locis alii fuerant hactenus (nondum occupata a Flandris Constantinopoli, et toto fere imperio) singuli regionem administrationi suæ commissam tunc sui juris efficiebant: vel ad hoc impulsi motu proprio, vel ab incolis ad defendendam regionem arcessiti.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Rhogum, cum Cabasila acturus redit. Qui paulum cunctatus, postquam vidit eum nolle discedere, rursum egressus, ponte transito ad eum accessit; quem, licet longa oratione, domesticus flectere non potuit, ut se urbemque imperatori dederet, tamen animum ejus terruit, ne existimaret sub imperatore vivere plane desperatorum, **313** nec obsessum mori, subjectione optabilius esse, dictaque salute, cum paulo post tertium se adfuturum prædixisset, uterque quo ante se receperunt. Lapsis diebus aliquot adest, et cum eo extra muros die consumpto, persuadet tandem, ut in fidem imperatoris urbe tradita veniat. Ita persuasum Rhogi relinquit : ipse ad imperatorem ad Artam castra habentem, Cabasilam Rhogum traditurum nuntiaturus ire pergit. In itinere ubi ad fontem quemdam aqua frigida ac pellucida, haustuque dulcissima manantem venit, placuit ab equis descendere, et corpus cibo reficere. Descendunt, ac recumbunt : nec mora longa, et Cabasilam propere adequitantem conspicantur. Quo jam vicino, priusquam verbum ederet, Opinor, ait magnus domesticus, te aliis quiritantibus, ac nimiam facilitatem tuam accusantibus, quod ad me, qui hostis esse videor, nullo securitatis pignore tam inconsulto, ut apparet, adeas, volentem facto ipso docere, quod non imperite, neque confidenter, sed probe sciens, cui te credideris, et cui officium præstes, illos quidem cum stultis cogitationibus relinquere, et ad nos, quos aliis fideliores judicasti, advenire. Respondit Cabasilas, nisi primus ipse post sermones Rhogi habitos advenisset, difficile crediturum fuisse, neminem eos ibidem dictorum nuntium accepisse. His enim ipsis inter nos prolatis, inquit, relictis illis ad te advolo. Tu noveris quid me facere melius sit : tecumne ad imperatorem progrediar, an hic, quandiu jusseris subsistam? Ego enim, scias velim, nunquam imperatori me dedidissem : sed quemadmodum illi dixeram, mori, quam ei subjici maluissem. In amore autem tui prorsus me expugnatum confiteor, propterea que me ipsum cum civibus tradidisse, ut integrum tibi sit de nobis statuere quod voles. Magnus domesticus tam benevolæ voluntati actis gratiis ingentibus, Rhogum Cabasilam remittit; se crastina luce cum donis regalibus venturum, ipsumque et cæteros pro imperatore in potestatem accepturum. Inde ad imperatorem tendit, de Cabasila et Rhogo quemadmodum se tradidissent, commemorat : nactusque auctoritatem quæcunque justa et commoda duceret in illos beneficentiæ causa conferendi, die sequenti Rhogum init; quem Rhogii urbe transdita accipiunt; ipse dona imperatoris, ut quoque dignum erat, distribuit, assumptisque quorum inter eos præcipua vigebat existimatio, simulque Cabasila **314** imperatorem adit; quibus se adorantibus subjectionemque profitentibus mansueta ac leni oratione respondit, et pro mutatione in melius laudatos, ad se diligen-

A ἐπαγγειλάμενος, ὁ δ' εἰς τὴν πόλιν, τὴν δευτέραν συντυχίαν ἀπειπάμενος, διελύοντο. Ἐς τρίτην δὲ ἡμέραν ὁ μέγας δομέστικος αὖθις ἦλθεν εἰς Ῥωγὼ, ἐπὶ τῷ Καβασίλᾳ αὖθις συγγενέσθαι. Ὁ δ' ἀναβαλλόμενος ἐπὶ μικρὸν, ἐπεὶ οὐκ ἀφιστάμενον ἑώρα, ἐξελθὼν καὶ αὖθις, τήν τε γέφυραν διαβὰς, εἰς ἓν αὐτῷ συνῆλθεν. Ἐφ' ἱκανόν τε ὁ μέγας δομέστικος αὐτῷ διαλεχθεὶς, πεῖσαι μὲν οὐκ ἴσχυσε προσχωρῆσαι βασιλεῖ καὶ τὴν πόλιν παραδοῦναι· ὅμως δὲ διέσεισεν αὐτοῦ τοὺς λογισμοὺς, τοῦ μὴ τῶν ἀπηγορευμένων παντάπασι τὸ ὑπὸ βασιλέα εἶεσθαι τελεῖν, μηδ' αἱρετώτερον ἡγεῖσθαι τῆς δουλείας τὸ ἀποθνήσκειν πολιορκουμένους. Συνταξάμενος δὲ αὐτῷ, καὶ αὖθις ἥξειν προειπὼν μετ' οὐ πολὺ, ὁ μὲν εἰς τὸ στρατόπεδον, ὁ δὲ εἰς τὴν πόλιν ἀνεχώρησαν. Μεθ' ἡμέρας

B δέ τινας καὶ αὖθις προσελθὼν καὶ συνδιημερεύσας αὐτῷ ἔξω γενομένῳ τῶν τειχῶν, ἔπεισε προσχωρῆσαι βασιλεῖ, καὶ τὴν πόλιν παραδοῦναι. Ἐπεὶ δὲ εἶχε πεπεισμένον, αὐτὸν μὲν ἐν Ῥωγοῖ κατέλιπεν αὖθις· αὐτὸς δὲ πρὸς βασιλέα παρὰ τὴν Ἄρταν ἐστρατοπεδευμένῳ ὅτι παραδίδοίη Καβασίλας Ῥωγὼ ἀπαγγελῶν ἐχώρει· ὁδεύοντι δὲ αὐτῷ, ἐπεὶ ἐγένετο κατά τινα πηγὴν ψυχρὸν ἅμα ῥέουσαν καὶ διειδὲς καὶ ἡδιστον πιεῖν, ἐδόκει δεῖν τῶν ἵππων ἀποβάντας, ἄριστον ἑλέσθαι, καὶ ἀποβάντες κατεκλίνοντο. Μετὰ μικρὸν δὲ καὶ ὁ Καβασίλας σπουδῇ ὡρᾶτο προσελαύνων, καὶ ἐπειδὴ ἐγγὺς ἦν, πρίν τι φθέγξασθαι αὐτὸν, Οἶομαι, ὁ μέγας δομέστικος εἶπε, σοὶ τῶν ἑταίρων μεμφομένων, καὶ πολλὴν κατηγορούντων εὐκολίαν ὅτι

C πρὸς ἐμὲ πολέμιον δοκοῦντα εἶναι, μηδὲν ἔχων ἐνέχυρον ἀσφαλείας, ἀπερισκέπτως οὕτω τὸ δοκοῦν ποιεῖς, βουληθεὶς ἔργοις ἀποδεῖξαι ὡς οὐκ ἀμαθῶς, οὐδὲ θρασέως, ἀλλ' εὖ εἰδὼς ᾧτινι πιστεύεις σεαυτὸν, τὰ δέοντα ποιεῖς, ἐκείνους μὲν καταλιπεῖν ἀνόητα ἐνθυμουμένους, παρ' ἡμᾶς δὲ ἥκειν, οὓς κέκρικας τῶν ἄλλων μᾶλλον πιστοτέρους. Ὁ δ' εἰ μὴ πρῶτος, ἔφασκεν, αὐτὸς ἀφῖκτο μετὰ τοὺς ἐκεῖ ῥηθέντας λόγους, οὐ πιστεῦσαι ἂν ῥᾳδίως μή τινα τῶν λόγων

D ἐκείνων ἄγγελον ἐλθεῖν. Τούτων γὰρ αὐτῶν ἡμῖν πρὸς ἀλλήλους εἰρημένων, καταλιπὼν αὐτοὺς, ἦκω παρὰ σέ· αὐτὸς δ' ἂν εἰδείης ὅ τι πράττειν βέλτιον ἐμέ· καὶ ἢ πρὸς βασιλέα ἥκειν ἅμα σοὶ, ἢ ἐνταῦθα μένειν, ἄχρις ἂν αὐτὸς κελεύῃς. Ἐγὼ γὰρ, εὖ ἴσθι, βασιλεῖ μὲν οὐκ ἄν ποτε προσεχώρησα, ἀλλ', ὅπερ ἔφην πρὸς ἐκεῖνον, μᾶλλον ἂν ἀποθανεῖν εἱλόμην, ἢ ἐκείνῳ ὑποχείριος γενέσθαι· τῆς σῆς δὲ φιλίας ἡττῆσθαι παρὰ πολὺ ὁμολογῶ· καὶ τούτου γε ἕνεκα ἐμαυτόν τε καὶ πολίτας ἐγχειρικέναι τοὺς ἐμοὺς, ὥστ' ἃ σοι κατὰ γνώμην, ἐξεῖναι πράττειν περὶ ἡμᾶς. Ὁ μέγας δὲ δομέστικος πολλὴν αὐτῷ τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας χάριν ὁμολογήσας, εἰς Ῥωγὼ ἐκέλευσεν αὖθις ἐπιέναι, ὡς τὴν ὑστεραίαν αὐτοῦ μετὰ τῶν βασιλικῶν ἀφιξομένου δωρεῶν, καὶ αὐτόν τε καὶ τοὺς ἄλλους παραληψομένου· ὁ δὲ πεισθεὶς, αὖθις ἐπανῆλθεν εἰς Ῥωγώ. Ἐκεῖθεν δὲ ὁ μέγας δομέστικος εἰς βασιλέα ἐλθὼν, καὶ περὶ Καβασίλα καὶ Ῥωγοῦς ὡς προσεχώρησαν ἀπαγγείλας, ἐπιτραπείς τε παρ' ἐκείνου ὅσα ἂν ᾖ δίκαια καὶ συμφέροντα εὐποιΐας ἕνεκα πράσσειν πρὸς αὐτούς, εἰς τὴν ὑστεραίαν αὖθις εἰς Ῥωγὼ ἐλ-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

θὼν, εἰσεδέχθη τε παρὰ τῶν Ῥωγίων τὴν πόλιν παραδόντων· καὶ αὐτὸς ἑκάστῳ καταξίαν τὰς βασιλέως παρέσχετο εὐεργεσίας· συμπαραλαβών τε αὐτῶν τοὺς μάλιστα ἐν λόγῳ, Καβασίλαν τε σὺν αὐτοῖς ὡς βασιλέα ἦκε, προσκυνήσασί τε αὐτοῖς καὶ ὡμολογηκόσι τὴν δουλείαν· καὶ ὁ βασιλεὺς ἠμείβετο λόγοις ἡμέροις καὶ προσηνέσι· καὶ τῆς πρὸς τὰ βελτίω μεταβολῆς ἐπῆνει, καὶ πρὸς εὔνοιαν μάλιστα προσήγετο. Καβασίλας δὲ τοῖς μὲν ἄλλοις ἔφασκε προσήκειν τοὺς πρὸς βασιλέως εἰρημένους λόγους, αὐτῷ δὲ μή. Εἰ γάρ τι καὶ εἴργασται τῶν κατὰ γνώμην βασιλεῖ, οὐκ ἐκείνῳ μᾶλλον ἢ μεγάλῳ δομεστίκῳ λογίζεσθαι τὴν χάριν. Ἐκεῖνον μὲν γὰρ ὥσπερ ἔπεισέ τε ἐξ ἀρχῆς αὐτὸν καὶ πρὸς βασιλέα εἰς Ῥωγὼ ἐλθόντα εἶπεν ὡς μᾶλλον ἂν ἕλοιτο ἀποθανεῖν, ἢ ὑπὸ βασιλέα γενέσθαι, αὖθις τὴν ἴσην καὶ ὁμοίαν γνώμην ἐσχηκέναι ἄχρι προτεραίας· ἀγνοεῖν δὲ ὅπως τοῖς μεγάλου δομεστίκου λόγοις κατάκρας ἡττηθεὶς, τἀναντία πρᾶξαι ὧν προείλετο. Ἐκεῖνο δὲ εἰδέναι μόνον σαφῶς, ὡς δεσμώτης ἀχθείη τοῖς ἐκείνου λόγοις· γνώμην τε ἀντὶ τῆς προτέρας ἐσχηκέναι νῦν ὡς οὐδ' ἂν εἴ τι καὶ γένοιτο ἕως ἂν περιῇ τῆς πρὸς αὐτόν τε βασιλέα καὶ τὸν μέγαν δομέστικον εὐνοίας ἀποσταίη. Τοιαῦτα Καβασίλα εἰπόντος, τοὺς λόγους ἐπαινέσας ὁ βασιλεὺς, λόγοις τε ἠμείβετο πολλοῖς, τὴν πραότητα ἐπιδεικνύμενος καὶ τὴν εὐμένειαν τὴν πρὸς αὐτὸν, καὶ τὸ μεγάλου κονοσταύλου ἀξιώματι ἐτίμα, καὶ τοὺς ἄλλους ἀναλόγως. Οἱ πολιορκούμενοι δὲ κατὰ τὴν Ἄρταν, Καβασίλαν καὶ Ῥωγίους ὁρῶντες προσκεχωρηκότας βασιλεῖ, ὕβριζόν τε εἰς αὐτοὺς ὡς προδότας τῶν κοινῇ συμφέροντα προϊεμένους, καὶ πολλὴν κατεγίνωσκον τὴν μοχθηρίαν καὶ τὴν φαυλότητα αὐτοῖς τῶν τρόπων. Ἦσάν τε οὕτω παρεσκευασμένοι ὡς οὐκ ἐνδώσοντες πρὸς τὴν πολιορκίαν οὔτε φόβῳ τῶν ἐκ τοῦ πολέμου κακῶν, οὔθ' ὑποσχέσεσι μυρίων ἀγαθῶν.

dum mirifice illexit. Cabasilas ejus verba in alios, in se minime quadrare autumavit. Quanquam enim gratum aliquid ipsi fecerit, non sibi magis, quam magno domestico ob id gratiam deberi. Se enim, quod ab initio statuisset, et imperatori Rhogum venienti affirmasset, malle mori, quam denuo illi subesse, id ipsum eodem plane modo usque ad diem hesternum in animo fixum habuisse. Nescire autem, quomodo sermone magni domestici omnino devictus, decretum suum fregerit. Illud solum pulchre scire, verbis magni domestici injecta sibi vincula, quibus duceretur quo is vellet; et nunc priori contrariam induisse mentem, ut quicunque casus exstiterit, quandiu spiritus suppeditaverit, ab imperatoris et magni domestici amicitia nunquam desciscat. Hæc locutum Cabasilam laudibus ornavit imperator, et multis respondens, humanitatem ac propensionem illi suam ostendit: ac ipsum quidem magni Contostauli honore, alios pro portione aliis ornamentis cohonestavit. Artæi obsessi Cabasilam et Rhogios ad imperatoris auctoritatem rediisse cognoscentes, maledictis eos, ut communis emolumenti proditores, et qui propter compendia propria communes utilitates in postremis ducerent, incessebant, ac pro nequissimis ignavissimisque mortalibus damnabant: eruntque sic animati, ut quamvis obsiderentur, nec tantillum tamen vel timore malorum bellicorum, vel promissione millium bonorum vellent cedere.

CAPUT XXXVI.

Artæorum pertinaciam castigat magnus domesticus: quæ bona perdiderint, quæ mala passuri sint, ostendit. Eorum in Rhogios contumelias æyre fert. Quam iniqne resistant, et quomodo Acarnania Romanis debeatur, docet. Hortatur, ut se illius fidei permittant. Artæi deditionem decernunt; præteritam pertinaciam excusant. Laudat eos, et gratias agit magnus domesticus. Imperatoris et exercitus invaletudo.

Οὐ πολλαῖς δὲ ὕστερον ἡμέραις μετὰ τὸ Ῥωγίους προσχωρῆσαι, παρὰ τὰς πύλας Ἄρτας ὁ μέγας δομέστικος προσελθών, εἰς λόγους ἐλθεῖν ἠτεῖτο Βασιλίτζῃ ἐπιτροπεύοντι αὐτῆς. Ἐλθόντι δὲ καὶ αὐτῷ πρὸ τῶν πυλῶν, Οὐ δίον, ἔφασκεν, αὐτοὺς νοῦν ἔχοντας καὶ λογισμοῖς χρωμένους, οὕτω φέρεσθαι ἀλόγως, ὥστε μήτε πρότερον βουλεύσασθαί τι τῶν δέοντων, καίτοι παραινοῦντος καὶ ἐμοῦ, μήθ' ὕστερον μεταβάλλεσθαι μετὰ τὴν πεῖραν τῶν δεινῶν. Εἰ γὰρ ὅτε πρῶτον πρὸς ὑμᾶς ἥκομεν πρὶν ἄρξασθαι πολιορκίας, ἐμοὶ παραινοῦντι τὰ δέοντα ἐπείθεσθε, αὐτοί τε ἂν ἦτε τῶν ἐκ τῆς πολιορκίας κακῶν ἀπηλλαγμένοι, ἥ τε χώρα ἄτμητος ἔτι οὖσα διεσώζετο ἂν ὑμῖν ἀφ' ἧς αὐτοί τε οἱ δυνατοὶ εἴχετε πολλὰς προσόδους, καὶ ὁ δῆμος ἀφθόνων ἀπέλαυε τῶν ἐπιτηδείων. Νυνὶ δὲ ὑμᾶς τε αἱ πρόσοδοι ἐκλελοίπασι διεφθαρμένων τῶν κτημάτων, καὶ ὁ δῆμος ἐνδείᾳ κινδυνεύει ἀπολέσθαι. Ταῖς γὰρ ἠπειρώτισι ταύταις πόλεσιν, ἂν τὴν χώραν ὑπὸ τοῦ πολέμου ἢ ἑτέρου ὁτουοῦν συμβαίη ἀπολέσθαι, ἑτέρωθέν πο-

Non diu post Rhogiorum deditionem, magnus domesticus ad portas Artæ gradum ferens, Basilitzis præfecti alloquendi copiam petit. Quo ante portam exeunte, domesticus ita cœpit: Non oportebat vos intelligentia consilioque præditos, usque eo cæco raptari impetu 315 ut neque antea, quanquam hortante me, quidquam ex usu deliberaveritis, neque postea, suadente malorum experientia, sententiam mutaveritis. Si enim, quando primo adventu nostro priusquam obsideremini, mihi recta monenti paruissetis: et ipsi nullum ex obsidione detrimentum pertulissetis, et ager vester, ex quo et vos optimates largos reditus, et plebs rerum victui opportunarum ubertatem percipiebat, integer vobis intactusque servaretur. Nunc et vos propter illatam possessionibus vestris calamitatem vectigalia defecerunt, et plebs ob egestatem proxima est interitui. Nam urbium mediterranearum inopiæ aliunde succurrere, si agrum bellum aut alia quæcunque clades afflixerit, non est facile.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Quanquam si maxime liceret, nobis aliquo modo obsidione depulsis secure vivere, ne ita quidem, ob accepta damna videlicet, vobis ipsis utiliter consuluisse, a sapientibus videremini. Atqui graviora prioribus in posterum exspectanda sunt. Non enim est, non est, inquam, nisi quid præter opinionem de cœlo ad salutem vestram expediendam impetretis, quod nos ab oppugnatione revocaverit : ut vos cum agro urbem quoque amissuros verisimile fiat. Miror autem quod, cum iisdem, vel gravioribus etiam malis quam Rhogii exerceamini, et velitis nolitis propediem in imperatoris jus ac potestatem venturi sitis, non solum eos (ut qui suis rationibus bene honesteque prospexerint, dum antequam in extremum delaberentur discrimen, salutem et commodum consilii mutatione sibi quæsierunt) non commendetis, sed multas potius contumelias in ipsos effuderitis, quia temeritatis ac stultitiæ vestræ socii esse noluerunt. At enim intuemini paulisper, quam iniqui, quam damnosi et vobismet ipsis, et reliquis Acarnanibus sitis, dum in hac cogitatione persistitis. Ipsi quippe bello consumpti periistis, et aliis oppidis, tametsi defectionis vestræ haud participibus, nocumenta non vulgaria invexistis. Exercitus enim (63), ac præsertim tantus, in extera regione hærens, hostium agros inclementer depopulatur. Sin autem e sociorum suaque provincia alimoniam capiat, repentinam illi famem inducit. Agitis porro iniquissime, qui pro Romanorum imperio, quod a Julii Cæsaris ferme temporibus ipsis patrium est (64), Tarentinorum, hominum barbarorum dominationem introducitis. Nicephorus enim, cujus potissimum causa hoc bellum vos militare profitemini, ad libertatem **316** neque vobis, neque sibimet pariundam satis habet virium : verum ad Tarentinos cum perfugerit, inde adjutus ex Acarnania imperatorem se expulsurum opinatur. Hoc autem se posse, nec illos fas est opinari nec, si poterunt, sine magnis laboribus, periculisque poterunt. Qui igitur tale bellum pro vobis adversus imperatorem gerendum suscipient, si superiores evadere quiverint, nonne provinciam vestram, tanquam virtutis, certaminumque multorum præmium habituros arbitramini? Non recte sapitis, si hoc non creditis. Ego vero, etiamsi per vos Nicephoro Acarnaniæ principatum acquirere possetis, in imperatorem injuriosissimos esse pronuntiarem. Angeli enim non a Barbaris Acarnania asserta, principatum consecuti sunt, sed jam tum subjectam Romanorum imperatoribus, cum ab eis annuam ejus procurationem haberent, propter bellum, quod Latini Romanis intulerunt, eam sibi ut propriam vindicarunt. Quibus, Latinis inquam, con-

Θεν οὐ ῥᾴδιόν ἐστιν ἰάσασθαι τὴν ἔνδειαν, καίτοι εἴ γε μάλιστα ἐνῆν τρόπῳ δή τινι ἀναστήσαντας ἡμᾶς ἐκ τῆς πολιορκίας διάγειν ἐν ἀδείᾳ, οὐδ' οὕτω λυσιτελούντως σφίσιν αὐτοῖς ἂν ἐδοκεῖτε βεβουλεῦσθαι παρὰ σωφρονοῦσι διὰ τὴν γεγενημένην βλάβην· νονὶ δὲ συμβαίνει δεινότερα πείσεσθαι προσδοκᾷν ὑπαρξάντων. Οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστιν οὐδέν, εἰ μή τι παράλογον ἐξ οὐρανοῦ πρὸς σωτηρίαν ὑμῖν πραχθείη, ὃ τοῦ πολιορκεῖν ἡμᾶς πείσει ἀποσχέσθαι· ὥστε εἰκὸς πρὸς τῇ χώρᾳ καὶ τὴν πόλιν ὑμᾶς προσαπολεῖν. Θαυμάζω δὲ ὑμῶν εἰ τοῖς αὐτοῖς ἢ καὶ μείζοσι κακοῖς ἐνεχόμενοι Ῥωγίοις, καὶ μέλλοντες ὑπ' ἀνάγκης ὅσον οὐδέπω βασιλεῖ προσχωρεῖν αὐτοὶ οὐ μόνον οὐκ ἐπαινεῖτε ὡς καλῶς καὶ συμφερόντως ἑαυτοῖς βεβουλευμένους, ὅτι πρὶν εἰς ἔσχατον κινδύνου ἥκειν, σωτηρίαν καὶ ὠφέλειαν ἐπορίσαντο ἑαυτοῖς ἐκ τῆς μεταβολῆς, ἀλλὰ καὶ ὕβρεις καταχέετε αὐτῶν πολλάς, ὅτι οὐ τῆς αὐτῆς ὑμῖν ἀβουλίας εἵλοντο εἶναι κοινωνοί· καίτοι σκέψασθε ὡς οὔτε δίκαια οὔτε συμφέροντα οὔθ' ἑαυτοῖς, οὔτε τοῖς ἄλλοις Ἀκαρνάσιν αὐτοὶ ποιεῖτε τῆς αὐτῆς ἐχόμενοι ἐννοίας. Αὐτοί τε γὰρ ἀπολώλατε διαφθαρέντες ὑπὸ τοῦ πολέμου, καὶ ταῖς ἄλλαις πόλεσι βλάβης οὐ μετρίας αἴτιοι κατέστητε, καίτοιγε ὑμῖν βασιλέως οὐ συναποστάσαις. Στρατιὰ γὰρ ἐπὶ ξένης διατρίβουσα καὶ μάλιστα τοσαύτη, τὴν μὲν πολεμίαν κείρει ἀφειδῶς· ἐν δὲ τῆς συμμαχίδος καὶ οἰκείας τρεφομένη, λιμὸν αὐτῇ αἰφνίδιον ἐπάγει· ἀδικεῖτε δὲ τὰ ἔσχατα, ἀντὶ τῆς Ῥωμαίων βασιλείας, ἣ σχεδὸν αὐτοῖς ἐκ τῶν Καίσαρος χρόνων πάτριός ἐστι, τὴν Ταραντίνων αὐτοῖς ἀνθρώπων βαρβάρων ἐπάγοντες ἀρχήν. Νικηφόρος γὰρ, ὑπὲρ οὗ μάλιστα αὐτοὶ οἴεσθε τὸν πόλεμον αἱρεῖσθαι, οὔθ' ὑμῖν οὔθ' ἑαυτῷ οἷός τέ ἐστιν ἐξαρκεῖν πρὸς τὴν ἐλευθερίαν· ἀλλὰ Ταραντίνοις προσφυγὼν, τῇ ἐκεῖθεν οἴεται δυνάμει Ἀκαρνανίας βασιλέα ἐξελάσειν. Τοῦτο δὲ οὔτε δυνήσεσθαι οἴεσθαι αὐτὸν εἰκὸς, οὔτ' εἰ δυνήσεται ἄνευ πόνων μεγάλων καὶ κινδύνων. Τοὺς οὖν πόλεμον τοιοῦτον ὑπὲρ ὑμῶν πρὸς βασιλέα ἀναδεξαμένους, εἰ κρείττους δυνήσονται γενέσθαι, οὐκ οἴεσθε ὑμᾶς τῆς ἀρετῆς ἆθλον καὶ τῶν ἀγώνων σχήσειν τῶν πολλῶν; οὐκ ἄρα δόξετε ὀρθῶς φρονεῖν. Ἐγὼ δὲ εἰ καὶ καθ' ἑαυτοὺς ὑμεῖς Ἀκαρνανίας τὴν ἀρχὴν Νικηφόρῳ ἡδύνασθε περιποιεῖν, ἀδικοῦντας ἂν τὰ μέγιστα βασιλέα ἀπέφηνα ὑμᾶς. Ἀγγέλους γὰρ οὐκ ἀπὸ βαρβάρων Ἀκαρνανίαν ἐλευθερώσαντας κτήσασθαι συνέβη τὴν ἀρχήν· ἀλλ' ὑποχειρίους ὄντας Ῥωμαίων βασιλεῦσι, καὶ παρ' ἐκείνων ἐτήσιον ἀρχὴν τῆς χώρας ἐπιτετραμμένους, σφετερίσασθαι τὴν ἀρχὴν διὰ τὸν ἐπενεχθέντα τότε παρὰ Λατίνων Ῥωμαίοις πόλεμον· ὧν δὴ τοῦ κρείττονος συγχωρήσει Βυζαντίου κρατησάντων καὶ Θρᾴκης ἁπάσης, καὶ τῶν κατὰ Μακεδονίαν πόλεων πολλῶν, βασιλέα μὲν ἡ Ῥωμαίων ὑπέθορε πρὸς ἕω· Ἀκαρνανίας

Jacobi Pontani notæ

(63) Demosthenis sententia est in Olynthiacis, quibus orationibus Athenienses ad auxilium Olynthiis contra Philippum ferendum cohortatur, ne in sua regione hostem habeant, si illos deseruerint.

(64) Inde usque a Julio Cæsare Romani tenent Acarnaniam.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δὲ τὴν ἀρχὴν Ἄγγελοι προσεποιήσαντο ἑαυτοῖς· καὶ ἄλλοι ἄλλας τῶν ἑσπερίων ἐπαρχιῶν ὧν ἕκαστοι ἔτυχον ἐπιτροπεύοντες, διὰ τὸ βασιλεῦσι Ῥωμαίων δίοδον οὐκ εἶναι πρὸς αὐτοὺς διὰ Θράκης καὶ Μακεδονίας οὐσῶν ὑπὸ Λατίνοις. Ὕστερον δὲ ἔτεσι πολλοῖς ὑπὸ τῶν Παλαιολόγων ἰθυνομένης τῆς Ῥωμαίων βασιλείας, Λατίνους μὲν αὖθις τοῦ Θεοῦ συναιρομένου, τῆς Ῥωμαίων ἐξήλασαν ἡγεμονίας· καὶ Ἀσίαν καὶ Εὐρώπην ὅσης ἦρχον εἰς ἓν συνῆψαν· Ἀκαρνανίαν δὲ Ἀγγέλους ἀπαιτοῦντες, οὐκ ἠδύναντο ἀπολαβεῖν· ἀλλ' ἄδικα καὶ βίαια ποιοῦντες, ἀπεστέρουν· καὶ στρατιὰν πολλάκις ἐπ' ἐκείνους πέμψασιν, ὅπλα ἀντῆροντο, καὶ τοὺς περιοίκους συμμάχους ἐπήγοντο βαρβάρους. Τὸν βασιλεύοντα δὲ νυνὶ ἐπιστρατεύοντα ὑμῖν, καὶ τῇ ἄνωθεν ἐπικουρίᾳ δουλωσάμενον, οὐκ ἀδικεῖν ἄν τις φαίη τὴν ἑτέρων παραιρούμενον ἀρχήν· ἀλλὰ μάλιστα τὰ δίκαια ποιεῖν ἀπολαμβάνοντα τὴν πατρῴαν. Εἰ γὰρ Νικηφόρῳ δίκαιον τὸ ἐκ προγόνων οὐ πολλῶν ὄντων τὴν ἀρχὴν κατάγεσθαι, πολλῷ μᾶλλον βασιλεῖ τῶν ἐξ ἀρχῆς βασιλευσάντων Ῥωμαίων ὄντι ἀπογόνῳ κατὰ τὸν λόγον τῆς διαδοχῆς. Εἰ δὲ τὸ τοῦ χρόνου μῆκος ἀξιόχρεων δοκεῖ πρὸς δικαίωσιν ὑμῖν, ἴστε τἀναντία λογιζόμενοι τῶν ὄντων· μᾶλλον γὰρ διὰ τοῦτο δίκης ἄξιοι, ὅτι τοσοῦτον χρόνον ἠδικεῖτε. Εἰ οὖν μηχανῇ τε οὐδεμιᾷ τὸ ἁλῶναι οὐ δύνασθε διαφυγεῖν, εἴ τε καὶ δύναμις ὑμῖν παρῆν Ἀκαρνανίας βασιλέα ἐξελαύνειν, τὸ ἀδικεῖν οὐκ ἂν ἦν διαφυγεῖν, τί δεῖ ἀνήνυτα πονοῦντας τὴν κακοπραγίαν ἐπιτείνειν ἑαυτοῖς, καὶ μὴ πειθομένους ἐμοὶ τὰ βελτίω συμβουλεύοντι, σφίσι μὲν αὐτοῖς αἰτίους γενέσθαι μεγάλων ἀγαθῶν, ἡμᾶς δὲ ὀλίγου πόνου ἀπαλλάξαι ὃν ὑπομενοῦμεν ὑμᾶς καταστρεφόμενοι; Ὅτι δὲ ἡ ἐμὴ παραίνεσις συμφέρουσα ὑμῖν, ἔξεστι χρήσασθαι συμβούλοις τοῖς συγγενέσι καὶ ἑταίροις ὑμῶν Ῥωγίοις, οἳ ἐμοὶ πάντα ἀναθέμενοι τὰ κατ' αὐτούς, ὅσης ἀπήλαυσαν εὐνοίας καὶ προνοίας τῆς πρὸς βασιλέως, μαρτυρήσουσιν αὐτοί. Εἰ οὖν καὶ ὑμεῖς τὰ ὑμέτερα ἀνάθησθε ἐμοί, εἴσεσθε καλῶς ὡς ἀληθεῖ καὶ δικαίῳ καὶ δυναμένῳ εὖ ποιεῖν ἐπιστεύσατε ἀνδρί. Ἀπολογίαν μὲν οὖν ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις ἀπαιτεῖν οὐ δίκαιον νυνί, τῶν πλειόνων τε ἀπόντων, καὶ ὑμῶν ἀμελετήτων πρὸς τοὺς λόγους ὄντων· ἐκκλησίαν δὲ ἀθροίσαντες καὶ βουλευσάμενοι περὶ τῶν δεόντων, ἐς τὴν ὑστεραίαν, εἰ δοκεῖ, ἀπόδοτε τὸν λόγον. Ὁ μὲν οὖν εἰπὼν τοιαῦτα πρὸς Ἀρταίους, ἀνεχώρησεν εἰς τὸ στρατόπεδον, Καβασίλαν καὶ τοὺς ἄλλους Ῥωγίους διαλέγεσθαι αὐτοῖς καταλιπών,

A cessu Numinis Byzantio, universa Thracia, multisque urbibus Macedoniæ potitis, Romanorum quidem imperium in Orientem sese contraxit (65). Acarnaniam autem Angeli, aliique alias occidentales provincias, quarum prætores erant, sibi subdiderunt : propterea quod Romanis imperatoribus, Thraciam et Macedoniam Latinis tenentibus (66), ad illas transitus non patebat. Tandem post annos plurimos, cum imperium Romanorum a Palæologis regeretur, Latinos Deo opitulante principatu depulerunt et Asiam atque Europam quousque imperabant, iterum conjunxerunt : Acarnaniam ab Angelis frustra repetiverunt, qui per vim et scelus eam retinentes, sæpius contra se missis exercitibus, cum vicinis barbaris ad auxilium invocatis restiterunt. Imperatorem porro hunc, qui nunc vos cœlesti fultus ope armis subegit, nemo injustum esse dixerit, dum alios imperare non patitur, sed justissimum, qui paternam hæreditatem reposcat. Si enim æquum est, Nicephorum a majoribus haud ita multis principatum deducere, quanto æquius imperatorem, imperatorum qui ab initio Acarnaniam tenuerunt nepotem successoremque legitimum? Quod si longinquitatem temporis causæ vestræ satis patrocinari censetis, scitote vos falsum ratiocinari (67); nam ob id magis supplicio digni estis, qui tandiu in facienda injuria perseveraveritis. Ergo si nulla fraude evadere potestis, quin convincamini, **317** et si viribus ad imperatorem Acarnania ejiciendum valeretis, non possetis tamen injuriæ opinionem effugere, quid, quæso, inaniter laborantes, miseriam vobis producitis? Quin mihi salutaria monenti obsequentes, et vobis uberrimum fructum adipiscimini; et nos a tantillo labore, quem vobis edomandis sustinebimus, liberos esse sinitis? Cæterum cohortationem meam ut non inutilem rebus vestris, Rhogii cognati ac socii vestri testabuntur, si eos adhibere consiliarios volueritis : qui cum in arbitrio meo sua posuissent, quanta cura benevolentiaque ab imperatore dignati sint, ipsi loquentur. Si item vos vestra mihi permiseritis, efficiam ut ea homini veraci et justo, et qui benefacere possit, permisisse præclare intelligatis. Responsionem in præsens non postulo, quando major pars abest; et vos ad respondendum non estis meditati. Ubi acto conventu de summa rerum deliberaveritis, crastino die, si libebit, respondete. Ilis

A

B

C

D

Jacobi Pontani notæ.

(65) Theodoro Lascari imperatore designato circa Nicæam Bithyniæ.

(66) Per annos fere 63. Interea Nicomediæ in Bithynia sedem habuerunt Constantinopolitani imperatores. Primus autem ex Latinis imperavit Constantinopoli, anno Domini 1206, Balduinus Flander mensibus II. Quo a Mœsis et Bulgaris capto atque interfecto, interregnum fuit anno uno et mensibus quatuor. Secundus, Henricus, Balduini filius, qui sine liberis obiit. Tertius, Petrus, comes Altisiodorensis. Quartus, Robertus. Petri filius. Quintus, Balduinus secundus, Roberti filius. Donec Michael Palæologus imperium Latinis ereptum Græcis restituit, anno Domini 1258. Quomodo præclaram illam urbem Latini occuparint, et quam horribilia scelera designarint, fuse docet Nicetas in Alexio Comneno, lib. III, in imperio Alexii Ducæ, cognomento Murtzuphli.

(67) Non vult dari præscriptionem in regnis et provinciis : et qui vel centum annis possederit regnum non suum, quod inique occuparit, eo ab hærede legitimo depelli posse; de quo jureconsulti viderint.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Artæos allocutus, in castra rediit, Cabasila et Rhogiis quibusdam relictis, quorum imprimis sermonibus ad imperatoris obedientiam reducerentur. Artæi a porta digressi, concilium convocant, in quo, ut res ad finem non bonum spectare visa est, placuit sequestre magno domestico ad imperatorem transire. Itaque die altero pro porta urbis stantes, domestico præsente, et responsum poscente : Nos, inquiunt, ut putamus, non ita magnis in rebus imperatorem offendimus : nec quæ illum in nos tantum efferare debeant, ut extremam nobis perniciem intentet. Nam cum sciremus Acarnaniam a Romano imperio penitus abjunctam, plurimis annis in Angelorum potestate fuisse ; et videremus modo imperatorem eam sibi subjecisse, Nicephorumque puerum paterno principatu exuisse, statueremus autem nos illi facere injuriam, et nefandi sceleris reos fore, nisi eidem in patrimonio suo tuendo totis viribus daremus operam, hoc facinus suscepimus, et urbes ab imperatore alienavimus : ne ipsum quidem adeo indignaturum rati, si provincia, quæ a multis jam imperatoribus sub ditione Romanorum non fuisset, etiam sub ipso ab alio regeretur, cui successionis nomine in primis deberetur. At nunc animadvertentes eum nobis summopere iratum, tandiu obsidionem continuare : adhæc, heri abs te et **318** aliis quibusdam amicis nostris edocti, illum defectionem nostram pro re injuriosa habere haberique velle, nec obsidione destiturum, donec aut fame, aut vi subactos expugnaverit, nobis stat sententia mutare factum ; nec imperatori, et vobis adeo multis continenter armis resistere, timentibus ne vastationem pro libertate in patriam inferamus, et cum ipsa simul dispereamus. Ideo bello cum imperatore jam supersedentes, nos ipsos urbemque per te dedimus. Tu quo pacto res nostras administres, nobisque et patriæ subjectionem istam ipsa libertate jucundiorem reddas, haud nescies. Probata responsione magnus domesticus : Si, inquit, dicta vestra prudenti clausula terminata non fuissent, poteram, ut etiam hesterno die, copiose docere imperatorem nihil contra æquitatem committere, sed et prius sub Angelis, longo jam tempore Acarnaniam per nefas possidentibus, injuriam pertulisse : et nunc a vobis, qui improbe defecistis, cum quidvis pati potius merito debuissetis, tantarumque illi impensarum ac molestiarum causa fuistis. Quia vero, ut decuit, ab importuna contentione et insipienti pertinacia discessistis, voluntariaque deditione imperatori vos obtulistis, gratias ego vobis, et vestra causa ingentes ago. Primum, quod ad imperatorem vos adjunxistis, nec in pristina obstinatione perdurastis, quæ pestem forsitan vobis peperisset. Deinde quod id per me fieri cupistis, ut liquida voluptate perfundar, quoniam et vos servaverim, et ad imperatoris auctoritatem fidemque revocarim. Postremo, quia honesta et patriæ frugifera constituentes, et

A ὡς ἂν ὑπ' ἐκείνων μάλιστα ἀνάγοιντο προσχωρεῖν τῷ βασιλεῖ. Ἀρταῖοι δὲ ἐκ τῶν πυλῶν ἀναχωφήσαντες, ἐκκλησίαν ἐποιοῦντο· καὶ ἐπεὶ ἐφαίνετο αὐτοῖς τὰ πράγματα εἰς τέλος ἥξοντα οὐκ ἀγαθόν, ἐδέδοκτο διὰ μεγάλου δομεστίκου προσχωρεῖν τῷ βασιλεῖ. Καὶ ἐς τὴν ὑστεραίαν πρὸς τῇ πόλεως γενόμενοι τὰς πύλας, ἐπεὶ καὶ ὁ μέγας δομέστικος παρῆν τὸν λόγον ἀπαιτῶν, Ἡμεῖς, ἔφασαν, οὐ μεγάλα τινὰ ᾠόμεθα βασιλεῖ προσκεκρουμέναι, οὐδ' οἷα αὐτὸν πρὸς ὀργὴν ἐκκαλέσασθαι τοσαύτην, ὥστε καταψηφίσασθαι ἡμῶν πανωλεθρίαν. Ἀκαρνανίαν γὰρ εἰδότες πολὺν ἤδη χρόνον ὑπὸ τοῖς Ἀγγέλοις ἀγομένην, καὶ τῆς Ῥωμαίων παντάπασιν ἡγεμονίας ἀποτετμημένην, νυνὶ δὲ ὁρῶντες βασιλέα καταδουλωσάμενον αὐτὴν, Νικηφόρον τε τὸν παῖδα παντάπασι τὴν ἀρχὴν ἀποστερήσαντα πατρόθεν προσήκουσαν αὐτῷ, ἐκείνόν τε ἀδικεῖν οἰόμενοι καὶ αὐτοὺς ἀγνωμοσύνην ὄφλειν τὴν ἰσχύουσαν, εἰ μὴ πάσῃ δυνάμει συναιρόμεθα Νικηφόρῳ πρὸς τὴν κληρονομίαν τοῦ πατρῴου κλήρου, τὸ ἔργον ὑπέστημεν τουτί, καὶ τὰς πόλεις βασιλέως ἀπεστήσαμεν, οὐδὲ αὐτὸν οἰόμενοι ποιήσεσθαι τοσοῦτον ἐν δεινῷ εἰ τὴν ἐκ πολλῶν ἤδη βασιλέων μὴ προσοῦσαν τῇ Ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ γῆν, καὶ ὑπ' αὐτοῦ ὑφ' ἑτέρου ἄγοιτο, ᾧ μάλιστα προσήκει κατὰ τὴν διαδοχήν. Νυνὶ δὲ αὐτὸν ὁρῶντες σφόδρα καθ' ἡμῶν ἐξωργισμένον καὶ πολιορκοῦντα χρόνον ἤδη συχνόν· ἄλλως τε καὶ τῇ προτεραίᾳ παρὰ σοῦ, καί τινων ἑτέρων τῶν φιλίως πρὸς ἡμᾶς διακειμένων δεδιδαγμένοι ὡς ἐν δεινῷ βασιλεὺς τὴν

C ἀποστασίαν ἡμῶν ποιεῖται, καὶ οὐ παύσεται πολιορκῶν, εἰ μὴ προσχωρήσαιμεν ἑκόντες, ἄχρις ἂν ἢ λιμῷ ἢ ὅπλοις παραστησάμενος ἐκπορθήσῃ· οὐκέτι μένειν ἔγνωμεν ἐπὶ τῶν προτέρων λογισμῶν· οὐδὲ βασιλεῖ καὶ πᾶσιν ὑμῖν οὖσι τηλικούτοις ὅπλα διηνεκῶς ἀνταίρειν· δείσαντες μὴ καὶ ἀνάστατον ἀντὶ ἐλευθέρας θήσομεν τὴν πατρίδα καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς διαφθεροῦμεν σὺν αὐτῇ. Διὸ καὶ τοῦ πρὸς βασιλέα ἤδη ἀποστάντες πολεμεῖν, σφᾶς αὐτούς τε καὶ τὴν πόλιν παραδιδοῦμεν διὰ σοῦ· αὐτὸς δ' ἂν εἰδείης ὅτῳ τρόπῳ διοικησάμενος τὰ καθ' ἡμᾶς ἡμῖν τε καὶ

D πατρίδι τῆς ἐλευθερίας ἡδίω τὴν πρὸς βασιλέα δουλείαν ἀποδείξεις. Ἐπαινέσας δὲ αὐτοὺς ὁ μέγας δομέστικος ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις, Εἰ μὲν μὴ πρὸς τέλος, ἔφη, συνετὸν ἡ ἀπολογία κατέλιγεν ὑμῖν, εἶχον ἂν αὐτὸς ὥσπερ καὶ τῇ προτεραίᾳ διὰ πολλῶν οὐκ ἀδικοῦντα ἀποφαίνειν βασιλέα· ἀλλὰ πρότερόν τε ὑπὸ τῶν Ἀγγέλων ἀδικούμενον πολὺν ἤδη χρόνον Ἀκαρνανίας ἀπεστερηκότων καὶ νῦν ὑφ' ἡμῶν ἀφισταμένων οὐ δικαίως, ἀλλὰ πᾶν ὅτιοῦν ὑφίστασθαι δικαίων ὄντων· ὅτι τοσούτων ἀναλωμάτων καὶ πόνων αἴτιοι κατέστητε αὐτῷ. Ἐπεὶ δὲ εὖ ποιοῦντες τῆς ἀκαίρου φιλονεικίας καὶ τῆς οὐδένα νοῦν ἐχούσης ἐνστάσεως ἀπέστητε καὶ προσκεχωρήκατε βασιλεῖ ἑκόντες ὄντες, χάριτας ὑμῖν ἐγὼ καὶ ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν ὁμολογῶ πολλάς· ἑνὸς μέν, ὅτι βασιλεῖ προσεχωρήσατε καὶ οὐ τῇ ἀρχαίᾳ ἐνεμείνατε ἐνστάσει ὑφ' ἧς ἴσως κἂν ἀπώλεσθε, δευτέρου δὲ, ὅτι δι' ἐμοῦ, ὡς ἂν ἔχω καθαρὰν τὴν ἡδονὴν καὶ σώσας αὐτοὺς, καὶ βασιλεῖ πορισαμένων, τρίτου δὲ, ὅτι τὰ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δέοντα καὶ σφίσιν αὐτοῖς καὶ πατρίδι βουλευσάμενοι λυσιτελοῦντα, καὶ ἑαυτοὺς σεσώκατε καὶ πατρίδα· ὧν τὰ σῶστρα ὑμῖν ὀφείλειν αὐτὸς ὁμολογῶ, διὰ τὴν εὐμένειαν τὴν πρὸς ὑμᾶς, πάνυ' ὅσα πρὸς ὑμᾶς ἥκει ἀγαθὰ λογιζόμενος διαφέρειν ἐμαυτῷ. Τοιαῦτα καὶ ἕτερ' ἄττα πολλῆς γέμοντα πραότητος καὶ χάριτος πρὸς αὐτοὺς διαλεχθείς, ἅμα Βασιλίτζῃ τῷ τῆς πόλεως ἄρχοντι καὶ τοὺς ἄλλους ὅσοι ἦσαν ἐν λόγῳ παραλαβών, ἤγαγεν ὡς βασιλέα· συγγνώμης τε ἐφ' οἷς ἀπέστησαν τυχόντες καὶ πολλῶν ἑτέρων εὐεργεσιῶν, ἐπανελθόντες καὶ ἀναπετάσαντες τὰς πύλας, εἰσεδέξαντο βασιλέα καὶ τὴν ἄλλην στρατιάν, τὴν πόλιν παραδόντες. Βασιλεὺς δὲ καὶ πρότερον μὲν ἐκεκάκωτο τὰ σπλάγχνα, καὶ διέκειτο πονηρῶς ὑπ' αὐτῶν· τότε δὲ ἐκ τῆς κακοπαθείας τῆς κατὰ τὴν στρατείαν, μάλιστα δὲ καὶ διὰ τῶν ἀέρων τὴν ἀήθειαν, παρὰ πάντα τὸν τῆς πολιορκίας χρόνον ἐνόσει· καὶ ἡ ἄλλη δὲ πᾶσα στρατιὰ διαῤῥοίαις κατεχόμενοι καὶ πυρετοῖς καὶ κεφαλῶν ἀλγήμασιν ἔπασχον κακῶς· καὶ ὀλίγοι ἦσαν οἱ διαφυγόντες τὸ κακόν. Ἐτεθνήκει δὲ οὐδεὶς ὑπὸ νόσου, εἰ μὴ Σφραντζῆς ὁ μέγας στρατοπεδάρχης· ἐπὶ χρόνον δὲ συχνὸν παλαίοντες τῇ νόσῳ, ἀπηλλάττοντο· ἵπποι δὲ καὶ ἡμίονοι, καὶ εἴ τι τῶν ἀλόγων ἕτερον ἦν, χαλεπῶς διέφευγε τὸ ἀποθνήσκειν. Διὸ καὶ ἐκ πολλῶν ὀλίγοι ἵππους ἔχοντες ἀνέζευξαν· τότε δὲ ἐπεὶ ἡ Ἄρτα προσεχώρησε, βασιλεὺς μὲν διὰ τὴν νόσον καταλέλειπτο ἐκεῖ.

A vos, et patriam conservatum vistis : quorum vobis sōstra [id est, libertatis ac salutis conservatæ pretium] deberi confiteor, qui amore quodam vestri, omnia ad vos bona confluentia, mea bona judico. Talia et plura suavitatis gratiarumque plena cum disseruisset, Basilitzem præfectum et alios civitatis principes ad imperatorem adducit : qui venia ac donis insuper affecti redeuntes, portis reclusis cum exercitu eum intromiserunt, urbemque dediderunt. Imperator cum antea quoque intestinorum dolere torqueretur, et ex eis vehementer laboraret, tunc ex incommodis expeditionis, et præsertim ex cœli insolentia toto obsidionis tempore ægrotabat. Exercitum præterea totum alvus citata exercebat, febresque et dolor capitis B divexabant, ac pauci hujus mali expertes manebant. **319** Nemo tamen præter Sphrantzem magnum stratopedarcham, interiit, sed diutius cum morbo colluctati convalescebant. Equi, muli, et si quid aliud animalium erat, difficulter vitam retinebant. Quare de multis haud multi cum equis redierunt. Arta recepta, imperator ibidem ob afflictam valetudinem mansit.

CAPUT XXXVII.

Thomocastrenses a magno domestico obsidentur. Quare essent tam superbi et refractarii. Ad deditionem exstimulantur. Eodem scopo et cum pædagogo Nicephori multis agitur. Ille rem ad primores refert, et renuntiat; concilio visum deditionem imperatori faciendam. Laudat factum domesticus; pædagogum cum Nicephoro et optimatibus ad se redire jubet.

Ὁ μέγας δὲ δομέστικος στρατιὰν ἀναλαβὼν ἦλθεν C εἰς Θωμόκαστρον καὶ πρότερον πολιορκούμενον· ἔνθα καὶ Νικηφόρος ὁ δεσπότου παῖς ἐκ Τάραντος ἐλθὼν μετὰ τῶν ἄλλων τῶν φυγάδων ἔτι νήπιος ὢν ἐπολιορκεῖτο· οὗτοι δὲ ἅτε καὶ ἐν ἀφθόναις ὄντες διὰ τὸ θαλασσοκρατεῖν, τριήρεων μὲν παρουσῶν βασιλικῶν, καὶ δυσπειθέστεροι τῶν ἄλλων μᾶλλον ἦσαν, καὶ οὐδὲ λόγου γοῦν ψιλοῦ ἠξίουν τοὺς πολιορκοῦντας. Καὶ γὰρ καὶ τοῦ μεγάλου δομεστίκου ἐν δύο καὶ εἴκοσιν ἡμέραις, αἳ μετὰ τὴν ἄφιξιν αὐτοῦ παρῆλθον προσπέμποντος ἀεί τινας αὐταῖς καὶ τὴν αἰτίαν ἐρομένου δι' ἣν οὕτως ἀσυμβάτως ἔχουσι πρὸς βασιλέα, καὶ πάντα μᾶλλον αἳ (68) ὑπομένειν ἢ ὑπ' αὐτὸν τελεῖν, οὐδεμίαν παρέσχον ἀπολογίαν· ἅμα μὲν καὶ διὰ τὸ μὴ ἐκατέρωθεν γῆς πολιορκεῖσθαι καὶ θαλάσσης, ἅμα δὲ καὶ συμμαχίαν ἐκδεχόμενοι D ἐκ Τραντίνων [γ. Τάραντος] ἥξειν ἣν ὤφοντο αὐτοῖς λύσειν τὴν πολιορκίαν τοὺς Ῥωμαίους ἐκφοβήσαντας· μετὰ δὲ τὴν δευτέραν καὶ εἰκοστὴν ἡμέραν, ἧκον ἐκ τοῦ Τάραντος αἱ προσδοκώμεναι δέκα τριήρεις, καὶ πεντηκόντοροι τρεῖς· ἃς ἰδόντες οἱ πολιορκούμενοι ἐν Θωμοκάστρῳ, ἡδονῆς τε ἦσαν ἔμπλεω, καὶ σωτήρια ἐώρταζον, καὶ ἐπαιάνιζον ἀπὸ τοῦ τείχους, ὡς ἤδη τῶν κακῶν ἀπηλλαγμένοι· οἱ δὲ ἦσαν

Magnus domesticus exercitum Thomocastro ante jam obsesso admovet, ubi puer Nicephorus (69), despotæ filius, Tarento cum aliis fugitivis reversus, obsidebatur. Thomocastrii velut copiis omnibus circumfluentes, quod mare obtinerent, ubi imperatoriæ triremes nullæ erant, multo plus cæteris calcitrabant, nec verbis saltem nudis obsessores dignabantur. Etenim cum magnus domesticus per dies duos et vicenos ab adventu suo ad eos quotidie mitteret, et causam exquireret cur adeo nullam cum imperatore compositionem paterentur, et quidvis, quam ei parere mallent, nihil responsi dabant, simul quia non utrinque, terra marique oppugnabantur, simul quia Tarento auxilium exspectabant, quod Romanis perterritis obsidione eos liberaret. Post secundum autem et vicesimum diem Tarento venerunt exspectatæ triremes decem, et tres aliæ, quarum singulæ quinquaginta remis agebantur. Earum conspectu obsessi plurimum exhilarati, σωτήρια [id est, diem festum salutis] agebant, ac de muro divinas laudes, ut jam malis defuncti, concinebant; qui tamen nihilo magis minoribus erant in malis. Magnus siquidem domesticus, etsi propter mare castra posuisset,

Jacobi Pontani notæ.

(68) Nihil ad rem istud αἳ. Legendum videtur αἱροῦνται.

(69) Miror, cum paulo post dicat, fuisse duodenem : qua certe ætate non sunt infantes. Nisi forte per μείωσιν aut contemptum vocet νήπιον.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nec tantillum se commovit, obsidionemque perpetuavit. Tarentini stantes in anchoris, ad terram ut hostilem naves appellere, ac prope urbem descendere non audebant. Tertio post die suspicatus magnus domesticus, Thomocastriis spiritus paullatim comprimi, quandoquidem Tarentino subsidio non fruerentur, per internuntium eos in hanc sententiam verbis est aggressus. **320** Se illos non posse satis admirari, quod cum viri prudentes, ac rerum usu triti sint, ut quidem fama prædicentur (nam adhuc recenti adventu suo paucos eorum vidisse), nunc existimationi suæ minime servire, ac neutiquam ea facere, unde se omni crimine prorsus liberent. Ipso enim circiter quinque et viginti dies ad muros sedente, et avente causam noscere, ob quam subesse imperatori prorsus intolerabile videatur, eos nihil plane respondere, neque ex his, quæ faciant, suspicionem afferre, quasi aut hostibus incommodum, aut sibimet ipsis molestiarum vacuitatem prudenter meditentur : sed idem illis, quod polypis accidere, qui egressi e latibulo (70), si quid apprehenderint, non facile dimittunt, donec aut per se, aut vi abstracti, quod constrinxerant, dimiserint. Sic ipsos, cum semel imperatorem se nolle principem agnoscere testati sint, idem semper et præfracte testari. Quanquam si de rebus immutabilibus ita meditato loquerentur, haberent rationem aliquam, cur in iis perseverarent, quæ a principio statuissent. Nunc palam esse, eos de iis loqui, quæ nec unum diem sunt eadem, sed varie commutantur. Quare et verba cum rebus ad eorum utilitatem oportuisse congruere : admonebatque, ut e prudentioribus aliquem mitterent, quem, quid ipsis expediret, docere posset. Et si quidem is sibi assentiretur, bene ; sin autem, rursum eis integrum fore, ea persequi, quæ profectura ducerent. Sic ille verbis quodammodo cum ipsis velitabatur. Qui cum respondissent, missuros aliquem, si concilio placuisset, postridie Richardum, Nicephori pædagogum, cæteris nobiliorem ac prudentiorem mittunt. Congressus cum eo magnus domesticus, sic ait : Neminem ego mortalium, nisi a mente desertissimum, non ad finem aliquem, in quibuscunque actionibus suis respicere judico. Quod igitur primum fidem prodidistis, et nunc in obsidione istam animi, quæ videtur, altitudinem adhibetis, non alia de causa id facere vos autumo, quam ut Nicephoro despotæ filio ad principatum, et vobis ipsis aliquid ad felicitatem adjumenti afferatis. Ergo age, utrumque consideremus : ita, ut si quidem ex iis quæ facta sunt, aut ex iis quæ speratis, invenerimus quidpiam, quo consulta vestra finem suum sortiantur, id ne omittatis : sin contra invenerimus, quam vos suspicamini, ut non **321** so-

A οὐδὲν μᾶλλον ἐν ἐλάττοσι κακοῖς. Ὁ μέγας μὲν γὰρ δομέστικος καίτοι ἐγγὺς ἐστρατοπεδευμένος τῆς θαλάσσης, οὐδὲν μᾶλλον ἐκινήθη· ἀλλ' ἀτρέμας τῆς πολιορκίας εἶχετο. Ταραντῖνοι δὲ ἐπ' ἀγκυρῶν ἐφώρμουν, τῆς τε γῆς ἀπεχόμενοι ὡς πολεμίας, καὶ πρὸς τῇ πόλει οὐδεμίαν ποιούμενοι ἀπόβασιν. Εἰς τρίτην δὲ ἡμέραν ὕστερον ὁ μέγας δομέστικος ὑποπτεύσας τοῖς ἐν Θωμοκάστρῳ τὸ φρόνημα ὑπενδοῦναι, ἐπεὶ οὐδὲν ἀπώναντο τῆς βοηθείας Ταραντίνων, προσῆγεν αὐτοῖς τοὺς λόγους προσπέμπων τοὺς διαλεξομένους. Ἔφασκέ τε θαυμάζειν μάλιστα αὐτῶν ὅτι συνετοί τε ὄντες, καὶ πράγμασιν εἰδότες χρῆσθαι, ὡς περὶ αὐτῶν ἀκούειν ἔξεστιν (ὀλίγοις γὰρ αὐτῶν ἐωρακέναι κατὰ τὴν πρώην τὴν ἔφοδον), νῦν οὐ

B προσήκοντα ποιοῦσιν ἑαυτοῖς, οὐδ' ἐξ ὧν μάλιστα ἂν ἀπολύοιντο αἰτίας. Αὐτοῦ γὰρ δὴ ἐπὶ πέντε καὶ εἴκοσιν ἡμέραις περικαθημένου, καὶ τὴν αἰτίαν ἐθέλοντος μαθεῖν ἧς ἕνεκα αὐτοῖς τὸ ὑπὸ βασιλεῖ τετάχθαι νομίζεται τῶν πάνυ ἀδυνάτων, μήτε παρέχεσθαι ἀπολογίαν μηδεμίαν, μήτε ἐξ ὧν πράττουσιν ὑποψίαν ἐνδιδόναι ὡς σωφρόνων ἀνθρώπων χρῶνται λογισμοῖς ὑφ' ὧν ἢ ἡμᾶς κακώσουσι τοὺς πολεμίους, ἢ σφίσι αὐτοῖς πορίσονταί τινα ἀπαλλαγὴν τῶν ἀλγεινῶν· ἀλλὰ ταὐτὸν πάσχειν οἷον τοὺς πολύποδας φασίν· οἳ ἐπειδὰν ἐξέλκωνται τῆς θαλάττης, ἂν συμβαίη τινὸς ἐπιλαβέσθαι, οὐ ῥᾳδίως μεθιᾶσιν, ἄχρις ἂν ἢ ἐπιλείψωσί τι ἑαυτῶν, ἢ παρασπάσωσι τῶν ἡμμένων, τοιοῦτόν δή τι συμβαίνειν καὶ περὶ αὐτούς. Ἅπαξ γὰρ ὡς οὐ βασιλεῖ προσθήσονται εἰπόντες τοῖς

C αὐτοῖς λόγοις χρῶνται διηνεκῶς, καὶ οὐδεμίαν ἐπιδέχονται μεταβολὴν καίτοι εἰ μὲν περὶ ἀκινήτων πραγμάτων ἦσαν, τοὺς λόγους ἐσκεμμένοι, εἶχεν ἄν τινα λόγον ἐμμένειν τοῖς βεβουλευμένοις ἐξ ἀρχῆς. Νῦν δ' ἔξεστι συνορᾶν ὡς οὐδ' ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας τῶν αὐτῶν μενόντων, ἀλλὰ ποικίλας δεχομένων τὰς μεταβολὰς ποιοῦνται. Ὥστε ἐχρῆν σὺτοῖς καὶ τοὺς περὶ ἐκείνων λόγους ὁμοίως τοῖς πράγμασι μεθαρμόζεσθαι πρὸς τὸ λυσιτελοῦν· παρῆνει τε αὐτοῖς τῶν συνετωτέρων παρ' αὐτοῖς τινα πέμψαι πρὸς αὐτόν, ὥστε ἃ αὐτοῖς οἴεται λυσιτελοῦντα ὑποθέσθαι. Κἂν μὲν καὶ αὐτῷ συμφέροντα δοκῇ· εἰ δὲ μή, ἀλλ' αὐτοῖς γε ἐξεῖναι πάλιν ἃ ὀνήσειν οἴεται ἐλέσθαι. Τοιούτους μὲν ὥσπερ διὰ προβολισμῶν πρὸς ἐκείνους ἐποιήσατο τοὺς λόγους· ἐκεῖνοι δὲ ἀποκρινάμενοι

D ὡς εἰ δοκεῖ αὐτοῖς συμβουλευσαμένοις πέμπουσί τινα εἰς τὴν ὑστεραίαν, πέμπουσι Ῥιτζαρδὸν τὸν Νικηφόρου παιδαγωγὸν ἐπιφανέστερόν τε καὶ συνετώτερον τῶν ἄλλων ὄντα· καταστάντων δὲ εἰς λόγους, τοιαῦτα πρὸς αὐτὸν ὁ μέγας δομέστικος διελέχθη· Οὐδένα οἶομαι τῶν πάντων εἰ μὴ παντάπασι ἀπεστέρηται φρενῶν, μὴ πρός τι τέλος ἀποβλέποντα ὁτιῳδήποτε ἐπιχειρεῖν. Διὸ τήν τε ἀποστασίαν πρῶτον καὶ τὴν ἐπὶ τῇ πολιορκίᾳ νῦν δοκοῦσαν μεγαλοψυχίαν οὐκ ἄλλου του ἕνεκα ἐλέσθαι ὑμᾶς νομίζω ἢ ὥστε Νικηφόρῳ τῷ τοῦ δεσπότου παιδὶ εἰς τὴν ἀρχὴν, καὶ ὑμῖν αὐτοῖς εἰς εὐπραγίαν ὠφέλειάν τινα ἐργάσασθαι· σκεψώμεθα

Jacobi Pontani notæ.

(70) De polypo hæc Plinius, lib. IX, cap. 29 : *Polyporum multa genera; terreni majores, quam pelagii, omnes brachiis ut pedibus ac manibus utuntur : cauda vero quæ est bisulca, et acuta, in coitu. Cæterum per brachia velut acetabulis dispersis haustu quodam adhærescunt, tenent supini, ut avelli non queant*, etc.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

δὴ ἐπ' ἀμφοτέρων· κἂν μέν τινα ἐκ τῶν εἰργασμέ- A
νων ἢ ἐξ ὧν αὐτοὶ ἐλπίζετε δυνώμεθα εὑρεῖν, τοῦτα
πράττειν ἐξ ων ἂν εἰς πέρας ἔλθοι τὰ βεβουλευμένα·
ἂν δ' ἐναντίως ἔχοντα ἢ αὐτοὶ ὑποπτεύητε, μὴ μόνον
ἀφίστασθαι τῶν μὴ ὀρθῶς ἐχόντων, ἀλλὰ καὶ
ἐμοὶ πείθεσθαι παραινοῦντι τὰ συνοίσοντα. Ὑμεῖς
τοίνυν βασιλέως ἀποστάντες οὐδὲν εἰς ὑμᾶς ἀγω-
μονήσαντος, προσεχωρήσατε τοῖς Ταραντίνοις, οὐχ
ἁπλῶς οὐδὲ ἀλόγως, ἀλλ' οἰόμενοι τῇ ἐκείνων συμ-
μαχίᾳ Ἀκαρνανίαν δυνήσεσθαι ὑπάγειν ἑαυτοῖς. Τοῦ-
το δὲ οὐδὲ ὀλίγου δεῖ τοῦ εἶναι δυνατόν· αὐτοὶ γὰρ ἀφ'
ἑαυτῶν ἰδίᾳ κινούμενοι πλεονεξίᾳ πολλάκις Ἀκαρνάσι
στρατῷ μεγάλῳ ἐπεστράτευσαν, καὶ τὴν χώραν ἐκάκω-
σαν ὅσα μάλιστα ἐξῆν. Πόλεως δὲ οὐδεμιᾶς ἠδυνήθησαν
κύριοι γενέσθαι, οὔτε ὅπλοις βιασάμενοι οὔτε πολιορ-
κίᾳ ἀναγκάσαντες ὁμολογίᾳ παραδοῦναι, ἀλλ' ἀνεχώ- B
ρησαν ὧν ἦγον ἀποβαλόντες οὐκ ὀλίγους, πλὴν εἰ μὴ
ὧν αὐτοῖς ἑκόντες οἱ Ἀκαρνανίας ἄρχοντες παρεχώ-
ρησαν, Βοντίτζης καὶ Ναυπάκτου καὶ Βοθρεντοῦ,
ὥστε ἔχειν αὐτοὺς συμμάχους πρὸς τὸν πρὸς βασι-
λέα Ῥωμαίων πόλεμον. Οἱ οὖν Ἀκαρνάσι μόνοις πο-
λεμοῦντες οὐδὲν ἠδυνήθησαν ἀνύσαι πλέον, τίς ἐλ-
πὶς περιγενέσθαι νῦν καὶ βασιλέως παρόντος ἅμα
στρατιᾷ, ὃς πρότερόν τε καὶ νῦν ῥᾷον ἐξαρκεῖ Ἀκαρ-
νάσιν ἁμοῦ καὶ Ταραντίνοις πολεμεῖν; Οὐ μὴν, ἀλλ'
οὐδὲ ὑμῖν ἐλπὶς Ἀκαρνάνων τινὰς συναποστῆναι·
καὶ οἱ γὰρ πρότερον, Ῥώγιοι καὶ Ἀρταῖοι, συνα-
πέστησαν, καλῶς περὶ σφῶν αὐτῶν βουλευσάμενοι
τὰ δέοντα, βασιλεῖ τὰς πόλεις παραδόντες προσεχώ-
ρησαν. καὶ σφίσι τε αὐτοῖς αἴτιοι ἐγένοντο εὐπραγίας·
πολλῶν γὰρ ἐπέτυχον τῶν βασιλέως εὐεργεσιῶν, καὶ C
τοῖς πολίταις τοῖς αὐτῶν. Ὡς μὲν οὖν εἰ καὶ ἤξουσι Τα-
ραντῖνοι, ὀλίγα ἢ οὐδὲν λυσιτελήσουσιν ὑμῖν, δέ-
δεικται ἡμῖν· ὅτι δὲ οὐδὲ ἥξουσι τὴν ἀρχὴν, αὐτόθεν
ἤδη πειράσομαι κατάδηλον ποιεῖν. Πᾶς γὰρ ὁστισοῦν
ἰδίων ἕνεκα ἐγκλημάτων ἢ ἑτέροις συμμαχῶν ἀπτό-
μενος πολέμου, ἐν ἀρχαῖς μὲν μάλιστα καὶ χρήμασι
καὶ ὅπλοις ἐῤῥωμένος ἔχεται προθύμως, ἐὰν δὲ
ἅπαξ καὶ δὶς ἐπιχειρήσας σφαλῇ, ἀμβλύνεται· πριγ-
κίπισσα τοιγαροῦν, ὡς αὐτοί τε οἴεσθε, καὶ ἡμεῖς
οὐκ ἂν ἕξαρνοι γενοίμεθα, προθύμως τοῦ ὑπὲρ ὑμῶν
πολέμου ἀπτομένη ἐν ἐνιαυτῷ μάλιστα ᾧ πολεμεῖσθε
ὑφ' ἡμῶν, παρασκευαζομένη νῦν τὰς δέκα ταύτας
πέπομφε τριήρεις· οἱ οὐχ ὅτιγε ὑμῖν, ἀλλ' οὐδὲ ἑαυ-
τοῖς ἀμύνειν οἷοί τέ εἰσιν. Ἐμοῦ γὰρ παρὰ θάλασσαν D
ἐστρατοπεδευμένου, οὔτε ἀπέβησαν, οὔτε ἀποβῆναι
οἷοί τέ εἰσιν· ἀλλ' ὀλίγον ἀπεοίκασιν ἀψύχων. Λεί-
πεται δὴ οὖν κεναῖς χερσὶ πρὸς τὴν πέμψασαν
ἐπανελθεῖν· ἐκείνη δὲ ὁρῶσα ὡς οὐκ ὀλίγων τινῶν
ἀναλωμάτων, οὐδὲ φαύλης πραγματείας ὁ πρὸς βα-
σιλέα δεῖται πόλεμος, ἀποσχήσεται ἐπιχειροῦσα
ἀδυνάτοις· ὑμῖν δὲ ἐρήμοις τῆς ἐκεῖθεν βοηθείας
λειπομένοις, οὐδὲν ἄλλο λείπεται ἢ σφᾶς αὐτοὺς ἐν
ἀνδραπόδων μοίρᾳ παραδοῦναι ἐνδείᾳ πιεσθέντας,
καὶ δούλους καὶ ἀναστάτους γενέσθαι, ἢ πολιορκου-
μένους ἐνταῦθα ἀπολέσθαι πανδημεὶ ἐν φρουρίῳ
πνιγηρῷ καὶ πλήρει δυσωδίας κατακεκλεισμένους.
Ἔξεστιν οὖν συνορᾶν τὴν ὠφέλειαν ἧς αὐτοί τε καὶ
Νικηφόρος ὁ ὑμῶν δεσπότης ἀπολαύσεται ἐκ τῆς

nefas erat) discessisset, primum quidem diu in monasteriis apud Atho montem vixit, deinde curatione morbi urgente, Thessalonicam venit. Hic ergo aliique monachi Barlaamo sacræ quietis instituto insultanti, multisque conviciis illud cumulanti succensentes, quibusdam amicis ad illum pro legatis usi, rogabant, ut talia et sentire, et loqui adversus quiescentes (sive solitarios) desineret, et ne propter unius imperitiam omnes damnaret, quodque ad ipsum attineret, supremo ac perfectissimo vitæ genere homines privatum iret, dum quæ non essent mentiretur, et calumniis ut nescio quorum malorum originem oppugnaret, abstinendumque ab eo persuadere conaretur. Sed si quid audisset indecentius, inscitiæ dicentis ascriberet : ipsam vitæ rationem sanctam et divinam duceret, et ei oblatrare desisteret. Si quid etiam adversus eamdem affectu non bono a recto detortus conscripsisset, ut perditione dignum, flammis aboleret. Nec enim esse fas, nec secundum rationem, quempiam geometrica, astronomica, et numerorum proportiones volentem percipere, nedum ad indoctissimum, sed ad doctissimum venitare, in vera autem philosophia et cognitione rerum cœlestium profanum ac non initiatum magistrum adhibere. Oportuisse enim illum ut philosophum, et intelligentia præstantem multis, siquidem talia discere cupiebat, aut prius quæsisse a Deo hujusmodi gratia dignatum (non enim humano intellectu studiove ista acquiruntur) et sincero animo, atque ab omni malignitate vacuo accedere, et de quibus vellet, rogare doceri (qui utique divinarum rerum gnarus, et quantum quisque hujus disciplinæ caperet, haud nescius, juxta divinæ purgationis modulum non statim ab initio aures flaccidas tonitrui sonitu imbuisset, sed vitæ prius accuratione, multaque scientia, **332** et omnium cogitationum terrenarum, ac rationi consentientium repugnantiumque depositione animum expurgare docuisset, et ita ad sacra vestibula hujus divinæ sapientiæ accedere, multa Deum, multa viros hac perfectione dignos habitos precantem, ut ad opus tam sublime, et humana facultate superius, adjumento sibi esse ne recusarent), aut postquam propter desidiam suam inconsulto ad proximum accessisset, auditum sermonem illius inscitiæ tribuere : nec velut dedita opera, et tanquam insperatum lucrum ea verba arripere, arroganterque et projecte in sacram quietem invadere, et ea fruentes maledictis conscindere, impostores, mendaces, Massalianos nuncupare, ex eo quod audisset sanctos lumine circumfundi, plurium contumeliarum ansa arrepta videlicet. Quanquam doctorem istum de aliis quidem merito forsitan, de hoc autem a nemine posse reprehendi. Nam et alios multos persecutionis temporibus pro Christo dimicantes, hoc divinum lumen convestisse (77), et sanctum Anto-

A τὰ βελτίω συμβουλεύουσι μὴ πείθεσθαι, πρῶτα μὲν ἐφ' ἱκανὸν ἐν τοῖς κατὰ τὸν Ἄθω διέτριψε φροντιστηρίοις. Ἔπειτα τῆς περὶ τὸ σῶμα νοσοκομίας ἐπειγούσης, ἦλθεν εἰς Θεσσαλονίκην. Οὗτος δὴ ἅμα τοῖς ἄλλοις οὐ μετρίως δυσχεράναντες κατὰ Βαρλαὰμ τὰ τῆς ἱερᾶς ἡσυχίας ἐξορχουμένου, καὶ πολλὰς αὐτῆς καταχέοντος τὰς λοιδορίας, τισὶ τῶν φίλων πρὸς αὐτὸν χρησάμενοι πρεσβευταῖς, ἐδέοντο παύεσθαι τοῦ τοιαῦτα καὶ φρονεῖν, καὶ λέγειν κατὰ τῶν ἡσυχαζόντων· καὶ μὴ διὰ τὴν ἀπειρίαν ἑνὸς τὰ ἴσα πάντων καταψηφίζεσθαι, καὶ τό γε εἰς αὐτὸν ἧκον, τοῦ ἀκροτάτου βίου καὶ τῆς τελεωτάτης πολιτείας τοὺς ἀνθρώπους ἀποστερεῖν τὰ οὐκ ὄντα καταψευδόμενον, καὶ ὡς κακῶν αἰτίαν διαβάλλοντα καὶ πείθοντα ἀπέχεσθαι αὐτῆς. Ἀλλ' εἰ μέν τι καὶ
B παρὰ τὸ προσῆκον ἤκουσται αὐτῷ, τῇ ἀπειρίᾳ τοῦ εἰπόντος προσλογίζεσθαι· αὐτὴν δὲ ἡγεῖσθαι θεῖόν τι χρῆμα καὶ ἱερὸν, καὶ τοῦ τε κατ' αὐτῆς παύεσθαι λέγειν. Ἀλλὰ καὶ εἴ τι συναρπασθεὶς συνέγραψε κατ' αὐτῆς, ὡς ἀπωλείας ἄξια παραδιδόναι πυρί. Οὐδὲ γὰρ ὅσιον, οὐδὲ ἄλλως νοῦν ἔχον, γεωμετρίαν μὲν καὶ ἀστρονομίαν, καὶ ἀριθμῶν ἀναλογίας βουλόμενόν τινα ἐκδιδάσκεσθαι μὴ τῷ ἀμαθεστάτῳ, ἀλλὰ τῷ δεινοτάτῳ περὶ ταῦτα φοιτᾷν· τῆς δὲ ὄντως φιλοσοφίας, καὶ τῆς περὶ οὐρανίων πραγμάτων γνώσεως τῷ περὶ ταῦτα ἀμυήτῳ χρῆσθαι διδασκάλῳ. Ἐχρῆν γὰρ αὐτὸν ὄντα φιλόσοφον, καὶ τῶν πολλῶν ὑπερέχοντα συνέσει, εἴγε περὶ τοιούτων ἐδεῖτο μαθεῖν πραγμάτων, ἢ πρότερον διερευνησάμενον, τῷ παρὰ Θεῷ τῆς τοιαύτης χάριτος ἠξιω-
C μένῳ (οὐ γὰρ δὴ ἀνθρωπίνῃ γε συνέσει ἢ σπουδῇ τὰ τοιαῦτα περιγίνεται) ἀδόλῳ γνώμῃ, καὶ πάσης ἀπηλλαγμένῃ κακουργίας προσελθεῖν, καὶ περὶ ὧν ἐβούλετο δεῖσθαι μαθεῖν (ἦ γὰρ ἂν ἐκεῖνος σοφὸς ὢν τὰ θεῖα καὶ μέτρα μαθημάτων ἑκάστῳ προσήκοντα εἰδὼς κατὰ τὴν τῆς καθάρσεως ἀναλογίαν, οὐκ ἂν ἐνεπίστευσεν ἀκοῇ σαθρᾷ βροντῆς ἦχον ἐκ προοιμίων εὐθὺς, ἀλλὰ βίου πρότερον ἀκριβείᾳ καὶ πολλῇ φιλοσοφίᾳ, καὶ πασῶν γηΐνων ἐννοιῶν εὐλόγων τε καὶ μὴ τοιούτων ἀποθέσει, τὴν ψυχὴν ἂν πρότερον ἐδίδαξεν ἐκκαθάραι, καὶ οὕτω τῶν ἱερῶν προθύρων τῆς θείας ταυτησὶ σοφίας ἐπιβαίνειν δέομένου, καὶ Θεοῦ πολλὰ καὶ ἀνδρῶν τῶν τὰ τοιαῦτα
D δύνασθαι ἠξιωμένων συνάρασθαι πρὸς τὸ ἔργον οὕτως ὂν ὑψηλὸν, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην ὑπερβαῖνον δύναμιν)· ἢ ἐπειδή γε διὰ ῥᾳθυμίαν ἀπερισκέπτως τῷ προστυχόντι προσεχώρησε, τῇ ἐκείνου ἀμαθίᾳ προσλογίσασθαι τοὺς λόγους, ἀλλὰ μὴ ὥσπερ ἐξεπίτηδες ὥσπερ τινὸς ἑρμαίου λαβόμενον τῶν λόγων, αὐθαδῶς καὶ θρασέως κατ' αὐτῆς τῆς ἱερᾶς χωρῆσαι ἡσυχίας, καὶ τοῖς ἡσυχάζουσι πολλὰ προστρίψασθαι ὀνείδη, ἀπατεῶνας καλοῦντα, καὶ ψευδομένους καλοῦντα καὶ Μασσαλιανοὺς, ἐκ τοῦ φῶς περιαστράπτειν τοὺς ἁγίους ἀκηκοέναι τὰς ἀφορμὰς εἰληφότα τῶν πολλῶν λοιδοριῶν· καίτοι γε τῷ διδάξαντι, περὶ ἄλλων μὲν ἄν τις μέμφοιτο

Jacobi Pontani notæ.

(77) Hoc ex historiis martyrum patet, in quibus persæpe legas, eos ante judicum tribunalia, et inter manus carnificum cœlesti quodam splendore circumfusos fuisse : quo signo Deus suos esse testes

δικαίως, περὶ τούτου δὲ οὐδεί;. Ἄλλους τε γὰρ περιήστραψε πολλοὺς τὸ θεῖον τοῦτο φῶς ἐν τοῖ; τοῦ διωγμοῦ καιροῖς ἀγωνιζομένους ὑπὲρ Χριστοῦ, καὶ Ἀντώνιον τὸν θεῖον, οὐ πρὸς τυράννους, ἀλλὰ τοὺς δεινοτέρους τυράννων δαίμονας παρστεταγμένον, ὡς ἐκ τῶν περὶ αὐτοῦ συγγεγραμμένων ἔξεστι μαθεῖν, οὐ μὴν ἀλλ' εἰ δεῖ καὶ ταῦτα πάντα παραδραμόντας πρὸς τὸ πρῶτον παράδειγμα ἀναδραμεῖν, σαφῶς ἐξέσται τοῦ δυνατὸν εἶναι τοῖς σωματικοῖ; ὀφθαλμοῖς θεῖον καὶ ἄκτιστον φῶς θεάσασθαι τὴν ἀπόδειξιν λαβεῖν. Παραλαβὼν γὰρ, φησὶν, ὁ Κύριος πρὸ τοῦ πάθους τοὺς προκρίτους τῶν μαθητῶν, καὶ ἀνελθὼν ἐπὶ Θαβὼρ, μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν καὶ ἔλαμψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡ; ὁ ἥλιος. Οὔ μὴ φέροντες τὴν λαμπρότητα ὁρᾷν οἱ μαθηταὶ, κατέπεσον ἐπὶ τὴν γῆν. Εἰ οὖν κἀκεῖνοι, ἄνθρωποί τε ὄντες, καὶ ἔτι ἀτελέστερον διακείμενοι, τὸ περιαστράψαν αὐτοὺς θεῖον καὶ ἄκτιστον φῶς ἠδυνήθησαν ἰδεῖν, τί θαυμαστὸν εἰ καὶ νῦν τοὺς ἁγίους φαίημεν φῶς ὁρᾷν ἄνωθεν ἐλλαμπομένους ἐκ Θεοῦ; Ἀ ὁ δή σου κ.ὶ δεόμεθα περὶ τῶν τοιούτων μήτε λέγειν, μήτε λογογραφεῖν, ὡ; ὀλίγα ἢ οὐδὲν περὶ αὐτῶν εἰδότα· ἀλλὰ καὶ τὰ γεγραμμένα ἀφανίζειν, ὡς πολλοῖ; αἴτια βλάβης παρεσόμενα οὐ τῆς τυχούσης. Τοιαῦτα μὲν Γρηγόριος καὶ οἱ περὶ αὐτὸν διεπρεσβεύοντο πρὸς Βαρλαάμ, οἰόμενοι τὴν παραίνεσιν αὐτῷ τὴν γλωσσαλγίαν στήσειν. Τὸ δ' ἐναντίως ἢ αὐτοὶ ᾠήθησαν ἀπέβη. Ὡς γὰρ τοὺς λόγους ὁ πρεσβεύων διῆει πρὸς αὐτὸν, ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις ἡσυχίαν ἦγε· τὸ ἐν Θαβωρίῳ δὲ λάμψαν φῶς ἄκτιστον ἀκούσας, Τῆς ἀτοπίας, ἀνεβόησε· καπνὸν γὰρ φεύγοντες, ἐμπεπτώκαμεν εἰς πῦρ· ἄκουε, οὐρανὲ, καὶ ἐνωτίζου, ἡ γῆ· τὸ ἐν Θαβὼρ φῶς ἄκτιστον, καὶ τί ἄλλο ἢ Θεὸς καθ' ὑμᾶς; Οὐδὲν γὰρ ἄκτιστον ὅτι μὴ Θεός· εἰ οὖν μήτε κτίσμα τὸ φῶς ἐκεῖνο, μήτε Θεοῦ οὐσία (*Θεὸν γὰρ οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε*). τί λοιπὸν ἢ δυσὶ λατρεύειν θεοῖς, ἑνὶ μὲν τῷ πάντων δημιουργῷ, ὃν καὶ ἀόρατον πᾶς τις ἂν ὁμολογήσειε, δευτέρῳ δὲ τῷ καθ' ὑμᾶς ὁρωμένῳ ἀκτίστῳ τούτῳ φωτί; ἐγὼ δὲ οὔτε πρότερον οὔθ' ὕστερόν ποτε ἀνασχοίμην ἂν ὁπωσοῦν τι διαφέρον τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ ἄκτιστον ἡγεῖσθαι. Ἐκ τούτων δὴ τῶν λόγων ὥσπερ ἀφετηρίας ὁρμηθεὶς, πολλὰ καὶ εἶπε καὶ συνεγράψατο κατὰ Γρηγορίου καὶ τῶν ἄλλων μοναχῶν, πρὸς τοῖς πρότερον καὶ διαβεβλημένοις ἐγκαλῶν. Οὐ μὴν οὐδὲ ἐκεῖνοί γε ἠμέλουν τοῦ μὴ ἀντιλέγειν φανερῶς καὶ διεφθαρμένα δόγματα εἰσάγοντα ἀποδεικνύναι καὶ τοῖς θεοσόφοις λόγοις ἐναντία. Βαρλαὰμ δὲ οἰόμενος καὶ τῶν ἀρχαίων

nium non contra tyrannos, sed contra dæmonas(78) tyrannis horribiliores in acie stantem, id quod ex historia ejus vitæ pateat. Verum enimvero, si his omnibus præteritis ad primum exemplar recurrendum sit, posse fieri ut oculis corporeis quispiam divinum et increatum lumen contempletur, perspicue demonstrare licere. Evangelistam enim scribere, Dominum ante mortem suam principes discipulos assumpsisse : et cum ascendisset in montem Thabor, transfiguratum esse ante eos, resplenduisseque faciem ejus sicut solem. Cujus fulgorem discipulos non sustinentes intueri, in terram cecidisse. Si igitur illi et homines, et adhuc imperfecti, circumfulgens ipsos divinum et increatum lumen videre potuerunt, quid mirum si et nunc sanctos superne a Deo collustratos dicamus lumen cernere? Quocirca se illum oratum velle ut de his rebus et loquendo et scribendo supersedeat; quippe qui de iis pauca, aut nihil noverit, imo vero etiam scripta jam, ut multis non vulgariter nocitura, disperdat. Hæc Gregorius et socii Barlaamo per oratorem,cum spe, admonitionem hanc petulantiam ejus linguæ coercituram. Quod secus evenit. Ut enim legatus Patrum verba ei recensuit, ad cætera quidem se continuit, lucem autem in Thabor increatam audiens, O rem absurdam, **333** exclamat, fumum enim fugientes, in ignem incidimus. Audi, cœlum, et auribus percipe, terra. Lux in Thabor increata ; quid ergo illa aliud, nisi Deus secundum vos? Nihil enim increatum, nisi Deus. Si autem lumen illud neque res condita, neque Dei natura est, *Deum enim nemo vidit unquam* [1], quid reliquum, nisi vos duobus diis servire, uni quidem omnium fabricatori, quem et inaspectabilem omnes confitemur; alteri vero ex sententia vestra sub aspectum cadenti, et increato lumini? Ego vero haud unquam, quidquid tandem sit, a divina essentia diversum ac discrepans, increatum arbitrabor. Ex his sermonibus, velut a carceribus effusus, contra Gregorium aliosque monachos multa verbo et scripto blateravit, præter cætera etiam διθεΐαν, [id est, divinitatem duplicatam] ipsis crimini dans. At enim nec Patres se palam tueri parcebant, et ostendere, illum corruptam doctrinam et divina sapientia eruditis theologis contrariam introducere. Barlaamus autem antiquos etiam theologos doctrina et vi persuadendi se superaturum confisus, Byzantium navigat, Joanni per id tempus patriarchæ commentarios suos contra monachos tradit (79),

[1] I Joan. IV, 12.

Jacobi Pontani notæ.

sibique acceptos testari voluit. Verum illud divinum lumen, creatum quoddam lumen fuit, non divinitatis ipsius, ut inepte et indocte ratiocinantur isti Græculi ; nam et quidam integros libros ea de re scripserunt.

(78) Post descriptam hujus sanctissimi viri pugnam cum dæmonibus, ita legimus in ejus Vita, cujus auctor est D. Athanasius : *Non oblitus Jesus colluctationis servi sui, eidem protector factus est. Denique cum elevaret oculos, vidit desuper cœlum aperiri, et diductis tenebris radium ad se lucis influere. Post ejus splendoris adventum, nec dæmonum aliquis apparuit, et corporis dolor extemplo deletus est.*

(79) Gregoras, lib. X : *Quare veritus Barlaam, ne monachorum manibus discerperetur, pluribus jam et e monte Atho, et Thessalonicæ ac Byzantii accolis confluentibus (putabant enim ignominiam illam ad omnes æque pertinere) Constantinopolitanum pa-*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

et synodum adversus eosdem congregari instat, ut cum rectis dogmatis pugnantia illos sentire ac docere probaturus : in quos verbosius invehens, de geminata deitate eos accusabat. Patriarchæ res visa minime negligenda ; quare monachos Thessalonica per litteras ad judicium citat. Illi causam dicturi adsunt. In his Ecclesiæ tumultibus ac motibus imperator ab expeditione in Acarnaniam Byzantium redit, certiorque factus de Barlaami et monachorum controversiis, primum quidem silentium eis imponere studuit, utrosque hortatus, uti altercationibus modum facerent, inimicitiasque cum pristina concordia mutarent, neve per rixas sibimet et aliis turbas concierent. Cum autem verba in ventum irent, et Barlaamus se docturum affirmaret, Gregorium cum monachis suis perverse sapere, et judicium urgeret, Gregorius contra cum suis injuriam sibi fieri contenderet, velletque in judicio crimina diluere, intelligens imperator contentionem citra probationes sedari non posse, synodo negotium commisit.

A θεολόγων σοφίᾳ λόγων καὶ πειθοῖ κρατήσει, εἰς Βυζάντιον ἐκπλεύσας, Ἰωάννῃ τῷ πατριαρχεύοντι τότε τὰ κατὰ τῶν μοναχῶν συγγράμματα ἐγχειρίζει· καὶ σύνοδον ἐδεῖτο συναθροίζειν κατ' αὐτῶν, ὡς τοῖς ὀρθοῖς δόγμασιν ἐναντία καὶ φρονοῦντας καὶ λέγοντας ἐλέγξων· καὶ πολὺς ἦν ῥέων κατ' ἐκείνων, καὶ τὴν διαθεῖαν ἐγκαλῶν. Πατριάρχῃ δὲ περιορᾶν οὐ δεῖν ἐδόκει τὰ τοιαῦτα· ἀλλὰ γράμμασιν ἐκάλει τοὺς μοναχοὺς ἐκ Θεσσαλονίκης ἅπαντᾶν ἐπὶ τὴν δίκην· καὶ παρῆσαν καὶ αὐτοί, τῶν λόγων ὑφέξοντες εὐθύνας· ἐν τούτοις δὲ αὐτοῖς τῶν πραγμάτων, καὶ θορύβου πολλοῦ καὶ ταραχῆς τὴν Ἐκκλησίαν κατεχούσης, καὶ ὁ βασιλεὺς ἐκ τῆς εἰς Ἀκαρνανίαν στρατείας εἰς Βυζάντιον ἐπανῆκε· καὶ πυθόμενος ὅσα Βαρλαὰμ διαφέροιτο καὶ οἱ μοναχοί, πρῶτα μὲν B κατασιγάζειν ἐπειρᾶτο, ἑκατέροις παραινῶν τῆς ἀντιλογίας ἀποσχέσθαι· καὶ τὴν ἔχθραν καταλύσαντας, ὥσπερ καὶ πρότερον ἀλλήλοις εἶναι φίλους· καὶ μὴ διὰ φιλονεικίαν σφίσι τε αὐτοῖς, καὶ τοῖς ἄλλοις ταραχὴν παρέχειν. Ὡς δὲ ἐπείθοντο οὐδέτεροι, ἀλλ' ὅ τε Βαρλαὰμ διεφθαρμένα ἰσχυρίζετο δοξάζοντας ἀποδείξειν Γρηγόριον καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν, καὶ ἐπέσπευδε τὴν δίκην, ὅ τε Γρηγόριος ἀδικεῖσθαι διετείνετο καὶ οἱ περὶ αὐτὸν, καὶ ἤθελον ἐπὶ τῆς δίκης ἑαυτοὺς ἐγκλημάτων ἀπολύειν, συνιδὼν καὶ ὁ βασιλεὺς ὡς ἐλέγχων χωρὶς οὐκ ἂν δύναιτο παύειν τὴν φιλονεικίαν, ἐπέτρεπε τὴν σύνοδον.

334 CAPUT XL.

Synodus in Sophiæ templo. Causam prior agit Barlaamus. Respondet ei pro omnibus Palamas et lumen in Thabor quid fuerit, docet. Barlaamus magni domestici opem supplex orat. Ejus prudens consilium. Oppositio Barlaami. Responsio domestici, qua motus ille, culpam suam confitetur in synodo. Datur amanter venia. Relabitur Barlaamus et in Italiam aufugiens, fit episcopus. De novis turbis quas Gregorius Acindynus Barlaami discipulus concitavit. Imperatoris morbus. Apocauchus magno domestico suadet imperii insignia sumere, sed rejicitur. Eumdem et mater rejicit. Consilium domestici ad imperatricem, et mors imperatoris.

Fit igitur in sacrosancto divinæ Sapientiæ templo synodus, imperatore cum Joanne patriarcha præsidentibus, reliquis episcopis multisque proceribus et senatoribus assidentibus. Prior dicendi locus Barlaamo datus est. Ille siquidem Gregorium et monachos propter adulterina dogmata in judicium vocaverat. Multa igitur præfatus, et causa, quæ illum huc impulisset, narrata, deinde libellum de iis rebus a se conscriptum porrexit : quo toto ab ipsis perlecto, adjecit alia, quæ ad rem propositam accommodata sentiebat. Postremo monachos criminatus est, quod neque precationem quam se celebrare dicerent, absque defectu et convenienter proferrent, sed egentem additamento aliquo, idque ipse adjiciebat, ut quod deesset suppleret ; sic enim aiebat. Post hæc monachis respondendi potestas facta. Qui cum Gregorio Palamæ hoc honoris detulissent (erat enim non in dicendo solum eximius, sed etiam theologicis litteris eruditissimus), is perspicue et firme probabat sententiam suam, non syllogismis et geometricis conclusionibus (neque enim poterat ex iis quæ sunt apud nos, demonstrare quæ supra nos), sed sanctorum et

C Καὶ γίνεται κατὰ τὸν θεῖον τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας νεών· καὶ προκαθημένου βασιλέως καὶ Ἰωάννου τοῦ πατριάρχου, καὶ τῶν λοιπῶν ἀρχιερέων καὶ τῶν ἐν τέλει πολλῶν καὶ συγκλητικῶν συνεδριαζόντων, λέγειν ὁ Βαρλαὰμ ἐπετράπη πρῶτος· ἐκεῖνος γὰρ ἦν ὁ Γρηγόριον καὶ τοὺς μοναχοὺς τὴν διαστροφὴν τῶν δογμάτων ἐγκαλῶν. Πολλὰ δὲ πρότερον διεξελθὼν, καὶ τὴν αἰτίαν ἀφ' ἧς πρὸς ταῦτα ὥρμητο διηγησάμενος, ἔπειτα καὶ τὸ βιβλίον ὃ περὶ τούτων ἦν συγγεγραφὼς, παρείχετο ἀναγινώσκεσθαι· ἐπεὶ δὲ ἀνεγνώσθη πᾶν, ἄλλα τε ἐπεῖπεν ὅσα αὐτῷ ἐδόκει πρὸς τὰ προκείμενα λυσιτελεῖν, καὶ τελευταῖον κατηγόρησε τῶν μοναχῶν ὡς οὐδὲ τὴν εὐχὴν ἣν αὐτοί φασιν εὔχεσθαι καθ' ἑαυτοὺς ἀνελλιπῶς προφέρουσι καὶ προσηκόντως, ἀλλά τινος προσθήκης δεομένην, D ἣν ἐκεῖνος προσετίθει, τὸ ἐνδέον, ὡς ἔφασκεν, ἀναπληρῶν. Μετὰ τοῦτον δὲ καὶ οἱ μοναχοὶ πρὸς τὰς κατηγορίας ἐπετράπησαν ἀπολογεῖσθαι. Ἐπεὶ δ' ἑαυτῶν ἐκεῖνοι Γρηγόριον προεστήσαντο τὸν Παλαμᾶν (ἦν γὰρ δὴ τῶν ἄλλων, οὐ λόγοις μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ τὰ τοῖς θεολόγοις περὶ Θεοῦ δεδογμένα ἐξηκριβωκέναι διαφέρων), καταστὰς πρὸς τοὺς λόγους καὶ αὐτὸς, σαφεῖς καὶ βεβαίας παρείχετο τὰς ἀπο-

Jacobi Pontani notæ.

triarcham, et cœtum episcoporum adit, nec omphalopsychiæ modo, et adulterinarum precum, sed etiam blasphemiæ theologiæ Palamam accusat; nam eum et novis vocibus in mystica Ecclesiæ theologia uti : et nescio quæ monstra cernere se profiteri, jactantiæ et arrogantiæ plena. Quare decretum est judicium in maximo divinæ Sapientiæ templo, etiam imperatore cum principibus senatus et doctissimis quibusdam viris præsente, etc.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

δείξεις τῶν λεγομένων, οὐ συλλογισμοῖς χρώμενος καὶ γεωμετρικαῖς ἀνάγκαις (οὐδὲ γὰρ οἷόν τε ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς ἀποδεικνύναι τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς), ἀλλὰ τοῖς λόγοις τῶν ἁγίων καὶ θεολόγων ἀνδρῶν, οὓς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐχρημάτισε δι' αὐτῶν, ᾧ πάντα ἐρευνᾶται, καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ· ἀπεδείκνυ τε ἐκ πολλῶν τῶν λεγομένων τὸ κατὰ τὸ Θαβώριον τοὺς μαθητὰς περιαστράψαν φῶς, δόξαν ἄναρχον τοῦ Θεοῦ, καὶ φῶς θεότητος, καὶ θεότητα, καὶ φυσικὸν καὶ ἄϊδιον τοῦ Θεοῦ φῶς, καὶ ὅσα τοιαῦτα παρὰ τοῖς θεολόγοις πιστευόμενόν τε καὶ προσαγορευόμενον. Εἶτα ἐκ τῶν ῥήσεων τῶν θεολογικῶν συνεπέραινε καὶ αὐτὸς, ὡς τὸ ἄϊδιον καὶ φυσικὸν τοῦ Θεοῦ οὐκ ἂν εἴη κτιστὸν, οὐδὲ ἡ ἄναρχος δόξα καὶ ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, οὐδ' ὅσα πρὸς τῶν θεολόγων τὸ φῶς ἐκεῖνο ὕμνηται. Ἐπὶ τούτοις δὲ καὶ τὸν ὑπὸ τῶν κατὰ τὸν Ἄθω ὁσίων ἀνδρῶν συντεθειμένον παρῆγε τόμον, ὃς αὐτῷ μὲν συνηγόρει ὡς τὰ ἴσα τοῖς ἁγίοις φθεγγομένῳ. Βαρλαὰμ δὲ βλασφημίαν καὶ κακοδοξίαν κατηγόρει πολλήν. Ἐπεὶ δὲ ἐκ πολλῶν τῶν λεγομένων ἡ νίκη πρὸς Γ' ρηγόριον ἀπέβλεπε καὶ τοὺς μοναχοὺς, πάντων ἤδη πεπεισμένων τοῖς ἁγίοις ἕπεσθαι καὶ θεολόγοις, καὶ μὴ τοῖς ἐκ κοιλίας εἰρημένοις Βαρλαὰμ, συνεώρα τε καὶ αὐτὸς ὡς οὐκ ἂν διαδράσειε τῆς γλωσσαλγίας καὶ τῆς βωμολοχίας ζοῦναι δίκην, τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ συνεδριάζοντι ἐκεῖ τῷ βασιλεῖ προσελθὼν, σύντομόν τινα ἠτεῖτο καὶ βοήθειαν καὶ βουλὴν ἐξ ἧς τὴν προσδοκωμένην διαφυγεῖν ἐξέσται δίκην· ὁ δὲ πρότερόν τε ἔφασκε τὰ δέοντα βεβουλεῦσθαι αὐτῷ, παραινῶν τῆς πολλῆς φιλονεικίας ἀποσχέσθαι, καὶ πείθεσθαι τοῖς μοναχοῖς ὡς τὰ τοιαῦτα σοφωτέροις· καὶ νῦν οὐδὲν ἧττον βουλεύσεσθαι καὶ πράξειν τὰ συνοίσοντα ὑπὲρ αὐτοῦ. Εἰ γὰρ μήτε ἀντιλέγειν ἔτι πρὸς τὰ προτεινόμενα ἔχει, πέπεικέ τε ἑαυτὸν ὡς βελτίω καὶ δικαιότερα καὶ τοῖς ἁγίοις συνῳδὰ φθέγγονται οἱ μοναχοὶ, τί δεῖ τὴν ψῆφον κατ' αὐτοῦ ἐξαγομένην περιμένειν κατιδεῖν, ἀλλὰ μὴ πρότερον ἐξαναστάντα, τήν τε προτέραν ἄγνοιαν ἐπὶ πάντων ὁμολογεῖν, καὶ τὴν νῦν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας, καὶ τοῖς τε ἁγίοις πείθεσθαι συνθέσθαι, καὶ τὴν ἔχθραν καταλύειν τὴν πρὸς τοὺς μοναχούς; Εἰ γὰρ ταῦτα πειθόμενος αὐτῷ ποιήσει, οὔτε βλάβη τις ἕψεται ἐκ τῶν λόγων οὐδεμία, βασιλεύς τε καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἐπαινέσονται τῆς πρὸς τὰ βελτίω μεταβολῆς. Οὐ γὰρ τοσοῦτον τὸ τῆς ἀληθείας ἀποπλανηθῆναι κατηγορίας ἄξιον, ὅσον τὸ πρὸς αὐτὴν ἐπανελθεῖν τοῖς ἁγίοις πειθόμενον καὶ θεολόγοις ἐπαινετόν· καὶ οἱ μοναχοὶ δὲ τοῖς πνευματικοῖς πειθόμενοι νόμοις, μείζονα ἐνδείξονται νυνὶ τὴν φιλίαν πρὸς σὲ καὶ τὴν εὐγνωμοσύνην, ἢ καθ' ὅσον πρότερον ἐνεδείκνυντο τὴν πικρίαν καὶ τὴν ἔχθραν, ὡς οὐ τῶν εἰς αὐτοὺς ἕνεκα λοιδοριῶν, ἀλλὰ τῆς τῶν δογμάτων ἀμυνόμενοι διαστροφῆς· ὧν καλῶς καὶ ὡς προσῆκεν ἀποδεδειγμένων εἰ καὶ σὺ πεισθείης, οὐδὲν οὐδ' αὐτοὶ ζητήσουσι περαιτέρω· ἀλλ' ἀξίαν ἀμοιβὴν τῶν πολλῶν πόνων καὶ κινδύνων νομιοῦσιν ἔχειν τὴν διόρθωσιν τὴν σήν. Βαρλαὰμ δὲ καὶ αὐτῷ μὲν ἔφασκεν ἀρίστην φαίνεσθαι ταύτην τὴν βουλήν· δεδοικέναι δὲ μὴ οὐκ ἐξαρκέσουσιν οἱ λόγοι πρὸς τὸ τῶν

A theologiæ peritorum hominum effatis, quæ illis Spiritus sanctus suggessit, quo omnia indagantur, etiam profunda Dei; docebatque copiose, lumen in Thabor, quod discipulos collustravit, esse gloriam Dei, principio carentem, et majestatem ejus, et lumen divinitatis, et deitatem, et naturale æternumque Dei lumen, et quæcunque talia a theologis de eo creduntur dicunturque. Postmodum ex pronuntiatis theologicis et ipse concludebat, æternum et naturale Dei non esse conditum, nec ejus gloriam et majestatem, nec quidquid a theologis illud lumen esse prædicatur ac laudatur.

B **335** Præterea tomum a sanctis viris apud Atho habitantibus compositum promebat, quo eum cum sanctis consentire docebatur, et Barlaami blasphemiæ perversaque doctrina redarguebantur. Cum jam post longam disputationem victoria ad Gregorium et monachos inclinaret, persuasisque universis, sanctorum et theologorum placita, non autem ex cerebro Barlaami profecta commenta amplectenda, videretque ipse, non effugiturum se, quin loquacem maledicentiam et scurrilitatem suam lueret, ad magnum domesticum imperatori assidentem accedens, compendiarium quoddam ab eo auxilium et consilium flagitabat, quo imminentem pœnam evaderet. Tum ille, et antea se opportuna suasisse, dum a longa eum digladiatione deterreret, et ad credendum monachis, utpote in his sapientioribus hortaretur: et nunc nihilominus suasurum, facturumque quod illi prodesse possit. Si enim nec ad allata in medium refellendi causa quidquam dicere haberet amplius, crederetque monachos meliora et justiora et sanctis consentanea disserere, quid opus esset exspectare, donec atro calculo se damnari videret? Quin potius exsurgeret, prioremque inscitiam et agnitam veritatem palam confiteretur, et sanctis assentiretur inimicitiasque cum monachis poneret. Si se audiret, neque detrimenti quidquam secuturum, et imperatorem cæterosque conversionem ejus laudaturos. Non enim tam dignum esse accusari qui a veritate aberraverit, quam commendari, qui ad eam sanctis viris et theologis credens redierit: et monachos secundum leges ipsorum spiritales majore in posterum charitate candoreque animi in eum futuros, quam prius amaritudine et simultate fuerint: quippe qui non convitiis in se effusis, verum perversitati doctrinæ ecclesiasticæ resistant: quibus bene, atque ut decet demonstratis, si ei facta sit fides, nihil amplius desideraturos, sed correctionem ipsius multorum laborum periculorumque suorum operæ pretium interpretaturos. Barlaamus affirmare, sibi quoque optimum videri istuc consilium, timere tamen, ne verba ad se periculo liberandum satis non sint, sed post confessionem quoque aliqua multetur ignominia, cum probatis et receptis dogmatis se opposuerit. Tum infamem fore, nec locum defensionis relictum iri quasi id injuste patiatur, quandoquidem se ipsum damnaverit:

C

D

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ut proinde si talia passurus sit, melius videatur silentio ferre judicium, ut et **336** in posterum sibi factam injuriam dicere queat, et judicium revocari possit. At magnus domesticus illum confirmare monereque, ne quid hujusmodi metuat : se præsente, nihil ei triste eventurum. Cui obtemperans Barlaamus, in medium prodit, præteritam ignorantiam confitetur, veniam ob stulte dicta petit : se non contentionis causa, neque quod theologorum de Deo decretis non crederet, ad hos sermones provectum, sed cum ipse errans alios errare opinaretur, ad eorum errorem emendandum omnem diligentiam impigre adhibuisse. Nunc plane credere, illos de controversia melius sapere, et in aliis nihil ab eis dissidere ; et quod in Thabor lumen discipulos circumfulsit, gloriam Dei principii expertem, et æternum esse lumen credere se atque confiteri. Mox Gregorius Palamas cum cœtu suo surgentes Barlaamumque complexi, veniam præteritis libenter dederunt, et præclaram istam mutationem prædicarunt, Deoque pacis et concordiæ gratias egerunt, profitentes, nec se terrenarum ac pereuntium rerum gratia tam acriter pugnasse, sed ne in plures malo propagato, aut perversorum dogmatum Ecclesia repleretur, aut factionibus et dissidiis in se ipsa divideretur, dum alii his, alii illis adhærent. Ac propterea immodice litigiosos se apparuisse, qui in aliis omnibus ad mansuetudinem et animi submissionem eruditi sint : ubi autem Deus in periculum vocatur, ibi promptos esse et inexorabiles, et neque ad opprobrium ægrescere, neque ad laudem humanam emollescere. Quoniam vero pacis et concordiæ Deus distantia copularit, et se prompte a contentione desistere, et illi gratias habere, qui pacis hujus auctor in primis fuerit. Postmodum imperator et patriarcha utrosque de pace, ut oportebat, allocuti synodum dimiserunt. Barlaamus haud longum tempus Byzantii moratus, imperatore brevi defuncto, æque ut prius de dogmatis litem movit, judicium valde claudicasse clamitans, et aufugiens in Italiam, cum Latinis, ut antea, sensit, ab eisque Hieracis episcopus creatus est. Non multo post alius quidam Gregorius monachus, Acindynus cognominatus, Barlaami in profana doctrina longo temporis spatio discipulus, dissensionem ejus et litem cum Palama ut successor arripuit, cui quiddam ridiculum contigit. **337** Barlaamum verbo repudiabat (*a*), et ut male sanctisque Patribus contraria sentientem accusabat : re autem vera prorsus eum sequebatur, nihilque omnino ab eo differebat. Rursum itaque seditione ac tumultu in Ecclesia exoriente, patriarcha iniquum ducens, propter quorumdam rixosa ingenia Ecclesiæ statum perturbari, synodum in idem Sophiæ templum cogit, assidente ipsi et magno domestico, et quotquot Byzantii erant senatoribus. Cum Gregorii diu controversati essent, ubi animadversum est Acin-

A κινδύνων ἐξαρπάσαι· ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν ὁμολογίαν, ἀτιμία τις αὐτοῦ καταψηφισθῇ, οἷα δὴ κατὰ τῶν ὀρθῶν δογμάτων ἐξενηνεγμένου. Καὶ τότε ἄτιμον εἶναι συμβήσεται αὐτῷ, καὶ μηδ' ἀπολογίαν τινὰ ὕστερον ἔχειν ὡς οὐ δικαίως τοιαῦτα πάθοι, οἷα δὴ καὶ αὐτὸν κατεψηφισμένον ἑαυτοῦ· ὡς εἴ γε τοιαῦτα πείσεσθαι μέλλοι, βέλτιον σιωπῇ τὴν δίκην ἐνεγκεῖν, ὥστε καὶ εἰσαῦθις ἠδικῆσθαι λέγειν δύνασθαι, καὶ τὴν δίκην ἀνακαλεῖσθαι. Ὁ μέγας δὲ δομέστικος παρεθάρρυνέ τε, καὶ μὴ τοιαῦτα παρῄνει δεδοικέναι, ὡς αὐτοῦ παρόντος, οὐδενὸς γενησομένου τοῦ λυπεῖν αὐτὸν δυνησομένου· ᾧ καὶ πειθόμενος ὁ Βαρλαὰμ, παρελθὼν εἰς μέσους, τήν τε προτέραν ἄγνοιαν ὡμολόγει, καὶ συγγνώμην ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις ᾔτειτο, ὡς οὐ φιλονεικίας ἕνεκα λέγων, οὐδὲ τοῦ μὴ πείθεσθαι τοῖς

B ὑπὸ τῶν θεολόγων εἰρημένοις περὶ Θεοῦ εἰς τοὺς τοιούτους τῶν λόγων ἐξενηνέχθαι, ἀλλ' ὑπ' ἀγνοίας οἰόμενος τοὺς ἄλλους ἁμαρτάνειν, ἕνεκα τοῦ διορθώσασθαι πᾶσαν εἰσῆγον σπουδὴν καὶ προθυμίαν. Νυνὶ δὲ ἤδη πεπεισμένος ἀκριβῶς ὡς αὐτοὶ βέλτιον ἐφρόνουν περὶ ὧν ἡμφισβητοῦμεν, περί τε τῶν ἄλλων οὐδενὸς διαφέρομαι πρὸς αὐτοὺς, καὶ τὸ ἐν Θαβωρίῳ τοὺς μαθητὰς περιλάμψαν φῶς ἀΐδιον καὶ πεπίστευκα καὶ εἶναι ὁμολογῶ. Ἐπὶ τούτοις καὶ Γρηγόριος ὁ Παλαμᾶς καὶ ὅσοι σὺν αὐτῷ ἦσαν, ἀναστάντες περιέβαλλόν τε Βαρλαὰμ, καὶ συγγνώμην ἐπὶ τοῖς προτέροις ἄσμενοι παρεῖχον· ἐπῄνουν τε τῆς καλῆς μεταβολῆς, καὶ τῷ Θεῷ τῆς ὁμονοίας· ὁμολόγουν χάριτας· φάσκοντες, οὐδ' αὐτοὶ γῆθεν ἕνεκα καὶ φθειρομένων πραγμάτων τοσοῦτον ἐνστήσασθαι ἀγῶνα,

C ἀλλ' ἵνα μὴ εἰς πλείους διανεμηθέντος τοῦ κακοῦ, ἡ διεφθαρμένων δογμάτων ἀνάπλεως γένηται ἡ Ἐκκλησία, ἢ διαστασιάσῃ πρὸς ἑαυτὴν, τῶν μὲν τούτοι, τῶν δὲ ἐκείνοις προστιθεμένων, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τοῦ μετρίου πέρα ὀφθῆναι φιλονείκους, ἅτε δὴ ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις ἅπασι πράους εἶναι δεδιδαγμένους καὶ ταπεινούς· ἐν οἷς δὲ Θεός ἐστι τὸ κινδυνευόμενον, ὀξεῖς εἶναι καὶ ἀπαραιτήτους, καὶ μήτε πρὸς τὴν ἀδοξίαν δυσχεραίνειν, μήτε πρὸς τὸν παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἔπαινον μαλακίζεσθαι. Ἐπεὶ δὲ ὁ τῆς εἰρήνης καὶ τῆς ὁμονοίας Θεὸς εἰς ἓν συνῆψε τὰ διεστῶτα, αὐτοί τε προθύμως ἀποστήσονται φιλονεικίας, καὶ αὐτῷ πολλὴν εἰδήσουσι τὴν χάριν, μάλιστα

D αἰτιωτάτῳ τῆς εἰρήνης νυνὶ γεγενημένῳ. Ἐπὶ τούτοις καὶ βασιλεύς τε καὶ πατριάρχης ὅσα ἔδει διαλεχθέντες περὶ εἰρήνης πρὸς ἑκάτερους, διελύσαντο τὴν σύνοδον. Βαρλαὰμ δὲ ὀλίγας Βυζαντίῳ ἐνδιατρίψας ἡμέρας, ἐπεὶ καὶ ὁ βασιλεὺς ἐτελεύτησε μετὰ μικρὸν, καὶ τὰς περὶ τὰ δόγματα ἀμφισβητήσεις οὐδὲν ἧττον ἐχόμενος ἢ πρότερον, τῆς δίκης ὡς ἐκδεδιητημένης πολλὰ καταβοῶν, ἀποδρὰς ᾤχετο πρὸς Ἰταλίαν, καὶ συμφρονήσας Λατίνοις, ὥσπερ καὶ πρότερον, ἐπίσκοπος ὑπ' αὐτῶν Ἱέρακος ἀνεδείχθη. Καὶ οὐ πολλῷ ὕστερον Γρηγόριός τις ἕτερος μοναχὸς Ἀκίνδυνος ἐπικεκλημένος, ὁμιλητὴς Βαρλαὰμ κατὰ τὴν ἔξω σοφίαν γεγενημένος, καὶ πολὺν αὐτῷ φοιτήσας χρόνον, τῶν ἐκείνου διαφορῶν ὧν διηνέχθη

(*a*) Deest hic aliquid in interpretatione Pontani. Locum sic ex Græco restitue : *Barlaamum verbo repudiabat, quasi quis eum hortaretur ut illius sententiam suam faceret, et repulsa consociatione, ut male*, etc. Edit. Patr.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

πρὸς Παλαμᾶν ἀντεποιήθη· συνέβαινε δέ τι γελοῖον περὶ αὐτόν. Βαρλαὰμ μὲν γὰρ ἀπεσείετο τῷ λόγῳ· κἂν τις πρὸς αὐτὸν ὡς τὰ ἐκείνου φρονοίη λέγοι, τὴν κοινωνίαν τε ἀπεωθεῖτο, καὶ κατηγόρει Βαρλαὰμ ὡς κακῶς φρονοῦντος καὶ ἀπεναντίως τοῖς ἁγίοις· τῇ δ' ἀληθείᾳ κατάκρας ἐκείνῳ ἠκολούθει, καὶ οὐδὲν ἢ μικρὸν ἢ μεῖζον διεφέρετο· αὖθις δὲ στάσεως κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν ἀναφυομένης, ἐν δεινῷ τιθέμενος ὁ πατριάρχης, εἰ διὰ τὴν τινῶν φιλονεικίαν νοσοίη καὶ

A dynum Barlaami cantilenam canere, ab episcopis et senatu communiter contra Barlaamum ejusque sectatores, ut hæreticos lata est sententia : et nisi resipiscerent, ab orthodoxorum communione uterque segregatus. Nec illi solum, sed et si quis alius de cætero talia auderet, et Palamæ aliisque quasi male de religione sentientibus crimen inferret. Præter hæc et tomo pro veteri synodorum more composito (*g*), Joannes patriarcha et præsentes tum

Jacobi Grelseri notæ.

(*g*) Quæ cap. 39 et 40, lib. II, Cantacuzenus scribit, ea ejusmodi sunt, ut non brevi adnotatione, sed integro propemodum et proprio libro egere videantur, cum gravissima fuerit apud Græcos hæc quæstio et controversia, Latinisque scriptoribus propemodum ignota, aut certe non satis cognita, quod testantur errores nec pauci nec parvi a doctis viris in hujus argumenti litisque explicatione et relatione commissi. Ne tamen nihil dicamus, quando omnia non licet, breviter et distincte nonnulla libabimus, quæ obscuræ historiæ lucem accendant. Ut ergo ab ipso Barlaamo incipiamus, monachus is fuit, ordinis divi Basilii, ut quidam tradunt, natione Calaber, utriusque linguæ, imo et philosophiæ, mathematicæ et theologiæ doctus, acri et subtili ingenio, vel ipsorum adversariorum Cantacuzeni et Philothei patriarchæ testimonio. Varia scripsit, de quibus consule epitomen bibliothecæ Gesnerianæ. Prodiit non ita pridem Parisiis logistica ejus sex libris comprehensa interprete quodam Anglo. In Latinorum ecclesia orthodoxe educatus, transiit ad schisma Græcorum seu vero, seu simulato animo, teste nostro Cantacuzeno, et Philotheo patriarcha Constantinopolitano, passim in libris, quos contra Nicephorum Gregoram de lumine Thaborio, deque distinctione essentiæ et operationis divinæ scripsit, maxime, lib. XII. Quare ab his, qui catalogos scriptorum ediderunt, referuntur Barlaami sermones de processione sancti Spiritus, primatuque pontificis contra Latinos, quos ut gratiam a Græcis iniret, evulgavit. Thessalonicam primo ex Italia delatus ; ubi cum versaretur, in monachorum Græcanicorum vitam et doctrinam curiosius inquisivit. In qua cum multa reperiret, quæ probanda et toleranda non viderentur, linguam publice in circulis et conventibus, calamumque in Musæo adversus monachos exserere cœpit, et non longo tempore omnia rixis et tumultibus implevit, Græcosque exemplo suo docuit, transfugas et apostatas plerumque turbas ciere etiam apud illos, ad quos transfugiunt, nec consultum esse, ut cuivis fores semper pateant.

Utrum autem, quod ad mores et vitam attinet, Barlaam monachis illis injuriam fecerit, id Cantacuzeno dictu perquam facile est, ut et Philotheo, qui monachos illos prolixa apologia tuetur, at non æque aliis ; qua enim vitæ sanctimonia enituissent illi, qui pernicioso schismate ab Ecclesia, una, sancta, catholica et apostolica abjuncti et segregati erant? Nulla sanctitas extra Ecclesiam sanctam, aut si quæ est, vera non est, fucata est. In quæ vitia non præcipitetur is, qui charitatis et concordiæ expers per avia et invia schismatum vagatur, relicta illa plana, trita et regia catholicæ Ecclesiæ via? Quibus dæmonum ludibriis et insidiis expositus non sit ille, quem unitas cum corpore Christi quod est Ecclesia, non munit et protegit, cui Christus non est caput, et quod hinc consequitur, nec tutamen, præsertim si ad schismatis crimen accedat disciplinarum divinarum et humanarum ignorantia, quæ monasticen in Græcia longe lateque hoc tempore occuparat; his enim, si simul concurrant, mens cuivis ludificationi habilis redditur. Quo

B

C

D

factum, ut et isti ἡσυχασταὶ, seu *quiescentes* ((ἡσυχίαν autem perfectius quoddam monasticæ vitæ genus censebant), cum aut suaviter dormirent, aut dormitarent, aut somniarent, cœlesti quodam et divino ipsisque corporeis oculis conspicuo lumine sese circumfundi crederent, angelo Satanæ in angelum lucis se transformante, plane Massalianorum ritu et instituto ; non enim paucis quibusdam, sed omnibus in hoc vitæ genere exercitatis id evenire tradebant. Quod Barlaamo plusquam mirum visum. Et hoc quidem merito, sive in aliis accusationibus a vero abierit, sive non ; sive etiam in reprehendendo tam lingua, quam stylo modum tenuerit, sive non. Certe monachorum agmen in se vehementissime concitavit, qui ducem belli sibi legerunt Gregorium Palamam tunc ejusdem professionis hominem, postea vero archiepiscopum Thessalonicensem, quem si æque veris ac magnis laudibus Cantacuzenus exornaret, vere magnus vir dicendus esset; sed cum, veteri verbo, *manus manum fricet et lavet*, facilis conjectura est, quid de his laudibus statuendum sit. Sunt nimirum æs sonans, et cymbalum tinniens, quia de ære sonante et cymbalo tinniente, ex Apostoli doctrina : *Si linguis hominum loquar et angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens.* Et, quod propius ad Palamam spectat : *Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas*, etc., *charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Quisquis ille est*, inquit sanctus Augustinus serm. 181 *De temp., et qualiscunque ille est, Christianus non est, qui in Christi Ecclesia non est. Sola quippe est, per quam sacrificium Dominus libenter accipiat; sola quæ pro errantibus fiducialiter intercedat; sola est, in qua opus bonum fructuose peragitur, unde mercedem denarii, non nisi qui intra vineam laboraverant, acceperunt.* Est autem Gregorius Palamas ille ipse, cujus exstant Græce et Latine duæ orationes ; altera, qua mens corpus accusat, altera qua corpus mentem, cum sententia judiciaria. Latina editio relata est in tom. IX Bibliothecæ sanctorum Patrum, ubi per collectoris et editoris ἀπεριβλεψίαν « sanctissimi » titulo Palamas honestatur, plane præter meritum : quomodo sanctissimus, si schismaticus? *Quisquis ab hac catholica Ecclesia fuerit separatus, quantumlibet laudabiliter se vivere existimet, hoc solo scelere, quod a Christi unitate disjunctus est, non habebit vitam ; sed ira Dei manet super eum*, inquit sanctus Augustinus, epist. 152.

Ergo Palamas monachorum advocatus constitutus, Barlaamo adversa fronte resistere, lumenque illud ἡσυχαστῶν objici solitum defendere instituit, etiam exemplo luminis in monte Thabor discipulis ostensi ; hoc enim increatum fuisse, et tamen corporis discipulorum oculis patuisse. Barlaamus hanc vere novam theologiam audiens magis in Palamam et socios excanduit. Itaque itinere sine mora Constantinopolim instituto, rem ad patriarcham detulit ; citantur monachi, synodus indicitur. Præsidet imperator Andronicus junior cum Joanne patriarcha, victoriam obtinet Palamas. Barlaam condemnatur, Thaborium lumen increatum æternumque fuisse et esse synodi decreto decernitur. Barlaamus

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

episcopi subscripserunt; postea et alii multi prioribus assensi subscripserunt: quem tomum Palamæ

A παράττοιτο τὰ τῆς Ἐκκλησίας, σύνοδον καὶ αὖθις δευτέραν συναθροίζει κατὰ τὸν αὐτὸν τῆς Θεοῦ Σο-

Jacobi Gretseri notæ.

paulo post in Italiam revertitur. Ejusdem synodi acta refert Nicephorus Gregoras, lib. II suæ *Historiæ*, sed aliter, quam Cantacuzenus; de dogmatis enim nihil actum tradit ob præsentiam imperitæ multitudinis, tum ne theologiæ mysteria profanis vulgi auribus ingererentur, tum ne Palamas, contra disputante Barlaamo, blasphemæ doctrinæ convinceretur: quo Gregoras insinuat id gratiæ Palamæ datum a synodi præsidibus et Patribus. Utcunque sit, hoc certum fixumque maneat sententiam illam synodi de lumine Thaborio, quasi increatum et ipsum naturale Dei lumen fuerit, penitus falsam esse, ne quid gravius dicam, rectequ a Barlaamo, Acindyno, Gregora, aliisque plurimis explosam, profligatam et acerrime refutatam, non obstante hujus schismatici conventiculi decreto. B Nam ut alia taceam, hæc duo argumenta Barlaami et Gregoræ aliorumque clara sunt et evidentia. Illud, quod oculis corporeis visum est, non est increatum; lumen Thaborium corporeis oculis a discipulis visum est, ergo increatum non est. II. Quidquid oculis corporeis visum est, creatum est; lumen Thaborium oculis corporeis visum est, ergo creatum est. Ad hæc argumenta exclamat Philotheus patriarcha libro decimo quarto contra Gregoram: Ἰοὺ, ἰοὺ, καὶ τίς ποτ' ἄρ' ἐκεῖνός ἐστιν ὁ καὶ νῦν τὰ καινὰ ταυτὶ λέγων, καὶ πρὸς τοὺς ἐπ' ὄρους ὑψηλοῦ, τῆς Ἐκκλησίας φημὶ λαμπρᾷ τῇ φωνῇ κηρυττομένους εὐαγγελικοὺς λόγους τοὺς εἰς πᾶσαν γῆν, ἀποστολικῶς λέγειν, ἐξελθόντας, καὶ τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης ἀστραπῆς δίκην, ἢ μᾶλλον ἀκτίνων ἡλιακῶν φάναι πάλαι διαδραμόντας ἀμφιβόλως οὕτωσὶ καὶ ἀμαθῶς διακείμενος· *Io, io, quis iste, qui hæc tam nova proferi: quique tam dubius imo imperitus est sermonum, qui* C *in excelso Ecclesiæ monte elata voce prædicati et annuntiati sunt: qui, ut evangelico dicto utar, in omnem terram exierunt, finesque terræ fulguris, vel potius solarium radiorum instar pervagati sunt.* Cæterum hæc mera verba sunt, ut et alia, quæ tribus libris de hoc lumine Thaborio Philotheus disserit: qui libri in bibliotheca Bavarica asservantur una cum aliis duodecim contra Gregoram de distinctione essentiæ et operationis divinæ. Nec quidquam ad solutionem argumentorum faciunt. Immotum enim stat illud fundamentum, et omni ex parte inconcussum: quidquid est, id aut Deus est, aut creatura. Si Deus, non ergo oculis corporeis conspicitur, si creatura, non ergo increatum.

Nec majoris pretii sunt ejusdem Philothei orationes duæ, quas legi in manuscripto codice bibliothecæ Augustanæ, oblatæ synodo contra Acindynum, de qua postea nomine τῶν ἁγιωριτῶν, mona- D chorum in monte sancto (sic enim montem Atho vocant) degentium, quas Philotheus cum adhuc inter monachos illos nomen suum profiteretur, composuerat, ut dicitur in Actis synodi quartæ sub Cantacuzeno. Alia de eodem argumento oratio exstat in eodem codice, auctore monacho quodam Thessalonicensi. Sed ejusdem prorsus notæ, hoc est, nullius, aut si alicujus, malæ. Citant isti, et denso agmine agglomerant dicta sanctorum Patrum, quæ non intelligunt, quia si intelligerent, non adducerent. Certum siquidem exploratumque est, vetustæ et eruditæ Græciæ hanc de lumine Thaborio opinionem ignotam fuisse, et auctores Græci eruditi, qui ante istos Palamas, Philotheos et similes vixerunt, illos ipsos Patres, illa ipsa ubique propemodum eorumdem Patrum testimonia proferunt pro sua et vera opinione, nempe, lumen Thaborium fuisse creatum, quæ isti objiciunt pro sua et falsa, videlicet, lumen Thaborium fuisse increatum. Testem laudo unum ex multis Joannem Cyparissiotum, scriptorem eruditissimum, quem Turrianus ex Græco in Latinum transtulit; qui postquam decade sexta, capite quarto et quinto exposuit, quid de lumine Thaborio sensisset sanctus Chrysostomus, quid Anastasius Sinaita, quid Theodorus ὁ γραπτὸς, quid Cyrillus Alexandrinus, quid Cyrillus Hierosolymitanus, quid sanctus Basilius, quid interpretes Evangelii Matthæi XVII, quid sanctus Maximus, quid Nazianzenus, tandem ex horum omnium sententia his verbis disputationem concludit: *Ex quibus patefit, quod lumen, quo splenduit Dominus in monte Thabor, neque divina substantia erat (illa enim nec ullo modo expromi,* B *neque cognosci, neque videri, neque cogitari potest); nec erat defluxio quædam et splendor ex illa manans (divina enim operatio æterna, vel potius per se operatio nullo modo secreta est a substantia ejus, imo quidquid est substantia divina, est energia, sive operatio ejus); quare quia nec hoc, nec illud est, relinquitur exemplum fuisse gloriæ et splendoris post resurrectionem glorificati, symbolumque illius naturæ occultæ et inaspectabilis in eo latentis, et imaginem tenuem futuræ gloriæ, et simulacrum regni cælorum*, etc.

Hæc Cyparissiotus ex sententia Græcorum Patrum, quibus imperitia Palamæ valide redarguitur, qui, ut refert David monachus, in relatione de dissidio Barlaami et Palamæ (quæ exstat in supradicto Augustanæ bibliothecæ codice) aiebat: Ὅτι θεῖον μέν ἐστι καὶ ἄκτιστον τὸ φῶς ἐκεῖνο, καὶ θεότης παρὰ τῶν ἁγίων ὀνομάζεται, οὐκ ἔστι δὲ οὐσία Θεοῦ, ἀλλ' ἐνέργεια, καὶ χάρις, καὶ δόξα, καὶ λαμπρότης ἐκ τῆς θείας οὐσίας εἰς τοὺς ἁγίους C πεμπομένη. Οἱ γὰρ ἅγιοι πάντες καὶ ἄνθρωποι καὶ ἄγγελοι δόξαν μὴ ἄχρονον ὁρῶσι τοῦ Θεοῦ, καὶ χάριν ἀΐδιον δέχονται καὶ δωρεὰν, οὐσίαν δὲ Θεοῦ οὐδεὶς ποτε ἄνθρωπος, οὔτε ἄγγελος οὔτε εἶδε, οὔτε ἰδεῖν δύναται· *Est quidem lumen illud divinum et increatum, et deitas a sanctis nominatur, sed non est substantia Dei, sed operatio, et gratia, et gloria, et splendor ex divina substantia in sanctos missus. Omnes enim sancti tam homines, quam angeli vident quidem Dei gloriam temporis expertem, substantiam vero Dei nullus neque homo, neque angelus vidit, aut videre potest.* Ubi fere quot verba, tot errata; inter cætera etiam illud insigne; Dei essentiam et quidditatem a beatis non videri; sed nescio quam claritatem; qui error apud Armenos quoque olim invaluisse fertur, ejusque meminit sanctus Gregorius libro decimo octavo *Moralium* capite tricesimo septimo. Hæc deliramenta merito D Barlaam exagitavit: merito et alii, qui licet hoc tempore, formidine forsan præpediti, tacuissent, postea tamen aperte contra Palamam pro Barlaamo stare cœperunt. Nec videtur in hac prima synodo de distinctione substantiæ et essentiæ divinæ disceptatum fuisse, sed de solo lumine Thaborio, licet Palamas jam semina alterius itidem controversiæ jecisset, ut constat ex verbis ejus, quæ paulo ante recitavimus.

Cæterum sive quæstio hæc agitata tum sit, sive non, haud longo post tempore exstiterunt, qui lumen Thaborium creatum esse ostenderent, Palamæque opinationem de distinctione substantiæ et operationis divinæ publice et privatim refellerent. Ex horum numero postremus non erat Gregorius Acindynus monachus. Contra hunc ergo, ut Barlaami sectatorem, altera synodus coacta est, de qua Cantacuzenus ultimo libri secundi capite, præsidente ipso Cantacuzeno, adhuc magno domestico, qui

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

φίας νεῶν, συνεδριάζοντος αὐτῷ καὶ μεγάλου δομεστίκου· καὶ ὅσοι ἐπεδήμουν Βυζαντίῳ τῶν συγκλητι- A et consortibus ejus quo se defenderent, tradiderunt. Sed hæc postea evenerunt. Tunc autem, ut

Jacobi Gretseri notæ.

cum patriarcha Joanne primæ itidem synodi præside In qua synodo Barlaam denuo damnatus est, ut et Acindynus, et quotquot horum partibus studebant, tomusque synodicus confectus; quo, ut ipsi credebant, recta et sana dogmata constabilita, contraria vero anathematis damnationi subjecta sunt: licet Cantacuzenus libro quarto, capite vicesimo tertio, significare videatur, primum tomum compositum fuisse in prima synodo, ἐπὶ τῇ διαγνώσει Ἀνδρονίκου βασιλέως τοῦ νέου. Sed codex Augustanus, in quo acta totius controversiæ hujus continentur, tomum primum ad secundam synodum diserte refert, et eo non incommode verba Cantacuzeni trahi possunt, ut et Philothei; qui, ut Cantacuzenus, tres tomos (sic enim ὅρους, seu definitiones et decreta synodi nominant) conscriptos B dicit: primum in prima vel secunda synodo; alterum, in synodo tertia, quando Joannes patriarcha e solio dejectus est; de qua synodo Cantacuzenus libro tertio, et nos postea; tertium, in quarta synodo, de qua historiæ hujus libro quarto, capite vicesimo quarto. Tot enim synodi coactæ sunt in causa Barlaami et Acindyni, et aliorum, qui inscitiæ Palamæ sese opponebant: qui ut de lumine Thaborio, ita et de distinctione substantiæ et actionis divinæ gravissime hallucinatus est, et cum illo hæc quadruplex synodus, veritas enim dicenda, non silentio tegenda. Sententiam Palamæ aperit nobis cum Philotheus, tum David monachus, cujus verba, utpote pauciora, ascribere placet: Ἀμέθεκτος μὲν ἔστιν ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀόρατος πάσῃ κτίσει, καὶ αὐτοῖς τοῖς ἀγγέλοις, μεθεκτὴ δὲ ἡ ἐνέργεια καὶ ἡ χάρις αὐτοῦ ἣ θεοποιὸς, ἧς μετέχουσι καὶ οἱ ἅγιοι, μετεχομένης ὑπὸ τούτων· ἀχώριστός ἐστι πάλιν τῆς θείας οὐσίας καὶ ἀδιαίρετος· C διὰ τοῦτο οὐκ εἰσὶ δύο Θεοὶ, ἢ δύο θεότητες· ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τοῦ αἰσθητοῦ ἡλίου ὁ μὲν δίσκος αὐτοῦ ἄφαυστός ἐστι παντελῶς καθ' ἑαυτὸν, καὶ ἀχώρητος τοῖς ὀφθαλμοῖς· ἂν γάρ τις ἐπλησίασεν αὐτῷ, ἔμελλεν ἀφαιρεθῆναί τε τὴν ὁρατικὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ὑπὸ τοῦ ἀπείρου φωτὸς, καὶ παντελῶς κατακαυθῆναι, αἱ δὲ ἀκτῖνες αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς ἔρχονται, καὶ καταλάμπουσι πάντα τὰ ἐν τῷ κόσμῳ. Λέγομεν δὲ ἡμεῖς ἥλιον καὶ τὸν δίσκον ἐκεῖνον, καὶ τὰς ἐκείνου ἀκτῖνας, καὶ οὐκ εἰσὶ διὰ τοῦτο δύο ἥλιοι, ἀλλὰ εἷς, οὐδὲ λέγομεν δύο ἡλίους, ἀλλὰ ἕνα, κἂν μυρίους ἔχῃ τὰς ἀκτῖνας· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ, ὃς ἐστι νοητὸς ἥλιος, κἂν λέγωμεν ἀμέθεκτον τὴν οὐσίαν αὐτοῦ καὶ ἀθέατον, μεθεκτὴν δὲ τὴν ἐνέργειαν αὐτοῦ, καὶ τὴν χάριν ἣν δέχονται πάντες οἱ ἅγιοι, ἀλλὰ εἷς ἐστι θεὸς, καὶ τὴν οὐσίαν ἔχων καὶ τὴν ἐνέργειαν. Καὶ ὥσπερ ἐάν τις εἴπῃ ὅτι πολλοὶ εἰσὶν ἥλιοι διὰ τὰς πολλὰς ἀκτῖνας τοῦ ἡλίου, πάντως οὐκ ἀληθῶς μέλλει εἰπεῖν, οὕτω καὶ ἐάν τις εἴπῃ, ὅτι πολλοὶ εἰσὶ Θεοὶ διὰ τὰς ἐνεργείας καὶ χάριτας τοῦ Θεοῦ, μέλλει καὶ αὐτὸς ὁμοίως εἶναι ἄδεκτος. Ὥσπερ γὰρ λέγομεν, καθάπερ διδάσκει ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία, ὅτι ἔχει ὁ Πατὴρ Υἱὸν, ἔχει καὶ Πνεῦμα ἅγιον, καὶ λέγομεν Θεὸν καὶ τὸν Πατέρα, Θεὸν καὶ τὸν Υἱὸν, Θεὸν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ οὐ λέγομεν ὅτι τρεῖς εἰσὶ Θεοὶ, ἀλλ' εἷς Θεὸς τὰ τρία, οὕτως ὁμοίως κἂν λέγωμεν ὅτι ἔχει ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ φυσικὰς ἐνεργείας καὶ χάριτας, καὶ καλεῖται θεότης καὶ οὐσία, καλεῖται δὲ καὶ ἡ θεοποιὸς ἐνέργεια καὶ χάρις αὐτῆς, ἀλλὰ μία ἐστὶ θεότης ἡ οὐσία μετὰ τῆς ἐνεργείας, ἀχώριστος οὖσα ταύτης καὶ ἀδιαίρετος· οὐ γὰρ χωρίζεται ἡ ἐνέργεια ἐκ τῆς οὐσίας, ὡς οὐδὲ ὁ Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἢ καὶ ἐκ τῶν αἰσθητῶν εἰπεῖν παραδειγμάτων, ὡς οὐδὲ ἡ ἀκτὶς ἀπὸ τοῦ ἡλίου, ἢ ἡ θέρμη ἀπὸ τοῦ πυρὸς, καὶ ὃν τρόπον λέγομεν, ὅτι ἡ οὐσία τοῦ ἡλίου ἢ ὁ δίσκος αὐτοῦ ὑπερ-

et consortibus ejus quo se defenderent, tradiderunt. Sed hæc postea evenerunt. Tunc autem, ut

ἔχει καὶ ὑπέρκειται ὡς ἀμέθεκτος τῶν ἀκτίνων καὶ τῆς ἐλλάμψεως τῆς πεμπομένης εἰς τοὺς ἡμετέρους ὀφθαλμούς· ἐκεῖνος γάρ ἐστιν ἡ πηγὴ καὶ ἡ ἀρχὴ καὶ ῥίζα, καὶ ὁ χορηγὸς τῆς ἐλλάμψεως· οὕτω λέγομεν, καθὼς διδάσκουσιν οἱ ἅγιοι, ὅτι καὶ ἡ θεία οὐσία, ὡς ἀμέθεκτος καὶ ἀόρατος ὑπέρκειται τῶν ἐξ αὐτῆς πεμπομένων ἐλλάμψεων, καὶ ἐνεργειῶν καὶ χαρισμάτων. *Substantia Dei participari et videri nequit ab ulla creatura, ne ab angelis quidem: participari vero potest operatio et gratia illius deifica, cujus participes sunt et angeli et sancti, et quamvis ab his participetur, inseparabilis tamen est et indivulsa a divina substantia. Quocirca non sunt duo Dii, aut duæ deitates. Quemadmodum enim in hoc sensibili sole, orbis ejus attingi secundum se, aut ab oculis capi non potest (si quis enim propius accedere tentet, et potentiam videndi amittet, ob immensitatem luminis, et penitus exuratur), radii autem ejus ad nos deferuntur, et omnia in hoc mundo illustrant: nos vero appellare solemus solem tam orbem illum, quam radios ejus, et tamen non sunt duo soles, sed unus; neque vocamus duos soles, sed unum, etiamsi infinitos habeat radios; sic et in Deo, qui sol intellectualis est, res sese habet. Licet enim dicam substantiam ejus participari non posse, posse autem operationem et gratiam, quam omnes sancti recipiunt, attamen unus Deus est, qui et substantiam et operationem habet. Et quemadmodum ille qui diceret, multos esse soles, eo quod multi sunt solis radii, a veritate prorsus aberraret: ita si quis dicat, plures esse Deos, propter plures operationes et gratias Dei, is pari modo audiendus non erit. Quemadmodum enim a sancta Dei Ecclesia edocti didicimus, Patrem habere Filium, habere et Spiritum sanctum, nec dicimus tamen tres Deos esse, sed tres unum Deum, eodem modo licet dicamus, substantiam Dei habere naturales operationes, et gratias; et licet substantia vocetur deitas, deitasque vocetur itidem deifica ejus operatio et gratia, nihilominus una deitas est substantia et operatio, quæ a substantia separari et avelli nequit. Non enim separatur operatio a substantia, quemadmodum nec Filius aut Spiritus sanctus a Patre: vel, ut ex rebus sub sensum cadentibus exempla petamus, quemadmodum nec radius a sole, nec calor ab igne. Et quemadmodum dicimus substantiam solis, vel orbitam ejus, excedere radios, et splendorem inde ad oculos nostros demissum, eo quod participari non valeat, quippe fons et origo, et radix et subministratrix omnis splendoris et illustrationis: sic a sanctis edocti dicimus divinam substantiam, ut eam quæ participari et conspici nequit, superiorem et eminentiorem esse illustrationibus, operationibus, et donis inde missis.* Hæc et hujus notæ plura D Palamas.

Ex quibus manifestum evadit Græcos eo ruditatis processisse, ut putarent, operationem Dei esse quid a substantia Dei diversum, sicut splendor et lux solis diversum quid est a substantia solis, et calor ignis a substantia ignis: licet nec splendor a sole, nec calor ab igne separetur. Et sicut a sole splendor quidam perpetuo emittitur, qui non est substantia solis, licet solis substantiam perpetuo comitetur, ita etiam ex divina essentia, similem splendorem exire et emicare non valde subtiliter sibi imaginabantur, qui sub hominum oculos et angelorum intelligentiam cadat, quique cum creatura non sit, non sit tamen Deus aut deitas, nisi forsan improprie, eo modo, quo calor dicitur ignis, aut radius solaris, sol; neque etiam sit Dei substantia, sed tertium quiddam. Quarum anilium delirationum non modo vestigia, sed et integra plaustra hac itidem tempestate in Græcia super-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dicere cœperamus, soluta synodo, et aliis singulis alio dispersis, imperator sibi in monasterio

κῶν· πολλὰ δὲ πρὸς ἀλλήλους τῶν Γρηγορίων ἀντειπόντων, ἐπεὶ ὁ Ἀκίνδυνος ἐφαίνετο τὰ ἴσα Βαρλαὰμ

Jacobi Gretseri notæ.

sunt; quod ex Jeremia patriarcha Constantinopolitano claret; nam in secundo suo ad Tubingenses responso, non longe a principio, reprehendit Lutheranos illos, quod dicerent, ταὐτὸν εἶναι οὐσίαν καὶ ἐνέργειαν ἐπὶ Θεοῦ· *idem esse substantiam et operationem Dei*: ὅπερ οὐκ ἔστιν, inquit Jeremias, *quod non est ita*: ὅτι δὲ Θεοῦ οὐσία καὶ ἐνέργεια οὐ ταὐτὸν, ἀλλὰ διαφέρουσιν, ἀκούσατε πρὸς Θεοῦ· *Quodque substantia et operatio Dei non sint idem, sed differant, audite, obsecro.* Et mox argumenta quatuor vel quinque profert, acuta sane et digna Palamæ discipulo, ex quorum numero agmen claudit hoc: Εἰ πᾶσα δύναμις πρὸς ἕτερον λέγεται, πρὸς γὰρ τὸ δυνατὸν ἀποδίδοται, ὡς καὶ τῷ Θωμᾷ δὲ Ἀκίνῳ δοκεῖ, ἕτερον ἄρα οὐσία Θεοῦ, καὶ ἕτερον ἐνέργεια, εἰ μὴ καὶ τὴν οὐσίαν φαίη τις εἶναι τῶν πρός τι· *Si omnis potentia ad aliud dicitur; nam ad possibile refertur, ut et Thomæ de Aquino videtur, oportet, ut aliud sit substantia Dei, et aliud operatio ejus: nisi quis ipsam etiam substantiam in numero eorum, quæ ad aliquid dicuntur, collocare velit.* Facilis solutio. Aliud enim est substantia Dei, et aliud operatio, non re, sed sola ratione; eadem enim res simplicissima quatenus per se exsistit, substantia est: quatenus vim agendi habet, potentia est: quatenus productrix effectus, operatio et energia est: et hæc omnia simul est, propter infinitatem et immensitatem essentiæ. Nec absurdum ut substantia relationem seu habitudinem rationis significet, non quidem quatenus est substantia, sed quatenus illa substantia simul etiam est potentia, et operatio, quamvis cur non et quatenus substantia fundare possit respectum rationis ad aliud? Sed nil opus hoc, satis absque isto appareret ineptia argumenti Græcanici: cui simile est et hoc: *Si operatio ex substantia Dei perpetuo procedit et promanat, id vero de nulla creatura affirmari potest, sequitur operationem non esse creaturam, nec tamen Dei substantiam.* Ex quo velut ex speculo elucet, quid istos fallat; concipiunt enim et cogitatione informant operationem Dei, quasi a Deo prodeat, ut lux prodit a sole, calor ab igne, aqua a fonte perenni. Quod pinguius quiddam est, quam ut in subtile beneque purgatum ingenium cadere possit: cui non ignotum, has locutiones de progressu et fluxu operationum divinarum esse metaphoricas et ad nostrum intelligendi modum adaptatas, qui operationes tanquam quid substantia et essentia posterius, et ab ea emanans concipimus; quod tamen in Deo reipsa locum non habet; ubi a parte rei substantia seu essentia, et operatio unum prorsus idemque sunt; nec magis operatio Dei ab essentia divina fluit, quam ipsa essentia ab essentia, cum essentia et operatio sint unum idemque ens simplicissimum, penitusque indivisum. Addamus et hanc Græcorum subtilitatem: *Si de multis substantia Dei non dicitur, una enim ejus est substantia; de multis vero et diversis operatio ejus dicitur, variæ enim sunt operationes ejus: sequitur aliud esse ejus substantiam, aliud ejus operationem.* In promptu est responsio. Variæ sunt operationes Dei, virtualiter, et ratione variorum effectuum; una autem est eaque simplicissima ratione suæ entitatis; quæ cum infinita sit, non est opus, ut multiplicetur, quippe quæ sufficiat ad omnes omnino effectus producendos, quos multiplicatæ in creaturis operationes producere queunt.

Alia Jeremiæ argumenta brevitatis causa prætereo, ut et Philothei, et aliorum, quæ copiose refutat Gregorius Acindynus libris duobus *De essentia et operatione Dei*, qui exstant in bibliotheca Bavarica, qui cum aliis recte et orthodoxe de hoc argumento sensit et scripsit, nimirum operationes Dei sola ratione ab ipsius essentia distingui, nihilque, operationum in Deo esse, quod non sit substantia et essentia Dei, idque ex simplicitate Dei prolee deducit: neque enim effugere possunt alii, quin compositionem in Deo statuant, si operatio Dei non est substantia Dei. Conatur quidem Philotheus libro octavo contra Gregoram, simplicitatem Dei etiam cum pravæ opinionis suæ hypothesi defendere; at conatur tantum, de cætero nec hilum proficit. Quia vero Acindyni libri lucem nunquam viderunt, placet saltem quorumdam capitum periochas ascribere, quæ lectori erudito perspicuum facient Acindynum de hac quæstione idem tradidisse, quod a scholasticæ theologiæ doctoribus tradi solet. Ergo capitis tertii libri primi inscriptio est ita: Ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ Θεῷ δύναμις παθητική· *In Deo non esse potentiam passivam.* Cap. 4: Ὅτι οὐσία τοῦ Θεοῦ ἐστι τὸ εἶναι αὐτοῦ· *Dei substantiam esse illius esse*: Cap. 5: Ὅτι Θεὸς οὐκ ἔστιν ὕλη· *Deum non esse materiam.* Libri secundi cap. 2: Ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ Θεῷ αἴσθησις· *Non esse in Deo sensum.* Cap. 3: Ὅτι ὁ Θεός ἐστι νοῦν· *Deum esse intelligentem.* Cap. 4: Ὅτι ὁ Θεός ἐστι θέλων· *Deum esse volentem.* Cap. 5: Ὅτι ἐστὶν ἐν τῷ Θεῷ νοερὰ καὶ θελητικὴ δύναμις· *In Deo esse intelligendi et volendi potentiam.* Cap. 6: Ὅτι αἱ κατὰ ταύτας τὰς ἐνεργείας ἕξεις ἀποδίδονται τῷ Θεῷ· *Habitudines secundum istas operationes in Deo statuendas esse.* Cap. 7: Ὅτι αἱ τοιαῦται ἐνέργειαι καὶ αἱ κατὰ ταύτας ἕξεις τε καὶ δυνάμεις εἰσὶν ἐν τῷ Θεῷ ἓν καὶ τὸ αὐτό· *Tales operationes et secundum illas habitudines et potentias in Deo unum et idem esse.* Cap. 8: Λογισμοὶ ἀπὸ τοῦ ἐναντίου καὶ λύσεις μετὰ προθεωρίας· *Objectiones adversariorum et solutiones cum protheoria.* Cap. 9: Ἔτι εἰς τὸ αὐτό· *Iterum de eodem argumento.* Cap. 10: Ὅτι ἡ νοερὰ τοῦ Θεοῦ δύναμίς ἐστι ἡ οὐσία αὐτοῦ· *Potentiam intellectualem Dei esse ejus substantiam.* Cap. 11: Ὅτι ἡ νοερὰ τοῦ Θεοῦ ἐνέργειά ἐστιν ἡ οὐσία αὐτοῦ· *Intellectualem Dei operationem esse ejus substantiam.* Cap. 12: Ὅτι ὁ Θεὸς οὐδενὶ ἄλλῳ νοητῷ εἶδει νοεῖ, ἢ τῇ ἑαυτοῦ οὐσίᾳ· *Deum nulla alia specie intelligibili intelligere, nisi sua substantia.* Cap. 13: Ὅτι τελείως ὁ Θεὸς αὐτὸς ἑαυτὸν γινώσκει· *Deum perfecte seipsum intelligere.* Cap. 14: Ὅτι ἐν τῷ Θεῷ οὐκ ἔστιν ἕξις ἐπιστημονική· *In Deo non esse habitum scientiæ.* Cap. 15: Ὅτι ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ ἐστιν ἡ οὐσία αὐτοῦ· *Sapientiam Dei esse ejus substantiam.* Cap. 16: Ὅτι ἡ ἀλήθεια αὐτοῦ ἐστιν ἡ οὐσία αὐτοῦ· *Veritatem ejus esse substantiam ejus.* Cap. 17: Ὅτι ἡ τοῦ Θεοῦ θέλησίς ἐστιν ἡ οὐσία αὐτοῦ· *Dei voluntatem esse substantiam ejus.* Cap. 18: Ὅτι τὸ πρῶτον τῇ θείᾳ θελήσει θελητόν ἐστιν ἡ οὐσία αὐτοῦ· *Primum objectum, quod sub Dei voluntatem cadit, esse ejus substantiam.* Cap. 19: Λογισμοὶ δ' ὧν ἂν δόξειε ταῦτα πρὸς ἄλληλα ἐναντιοῦσθαι, καὶ λύσεις αὐτῶν μετὰ προθεωρίας· *Rationes quibus hæc invicem dissidere videntur, et solutiones earum cum prævia inspectione.* Cap. 20: Τίνα τρόπον ἐστὶν ὁ Θεὸς ἑαυτῷ ὡς θελητὸν ἐν τῷ θέλοντι· *Quomodo Deus sit sibi ipsi, ut objectum sub voluntatem cadens in volente.* Cap. 21: Ὅτι ὁ Θεός ἐστιν ἡ ἑαυτοῦ ζωή· *Deum esse vitam suam.* Cap. 22: Λογισμοὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου, καὶ λύσεις· *Objectiones in contrarium, et solutiones.* Cap. 23: Ὅτι ὁ Θεός ἐστιν ἡ ἀγαθότης αὐτοῦ· *Deum esse suam bonitatem.* Cap. 24: Ὅτι ὁ Θεός ἐστι μακάριος· *Deum esse beatum.* Cap. 25: Ὅτι ὁ Θεός ἐστιν ἡ μακαριότης αὐτοῦ· *Deum esse suam beatitudinem.* Cap. 26: Ὅτι ταῦτα τὰ ὀνόματα οὐκ εἰσὶ συνώνυμα· *Nomina hæc non esse synonyma.*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

καὶ λέγων καὶ φρονῶν, ψῆφος μὲν ἐξενήνεκται κοινὴ ἐπισκόπων τε καὶ τῶν συγκλητικῶν κατὰ Ἀκινδύ- A Ὁδηγῶν, [viæ monstratorum] (80) requiescendum censuit, ubi postridie continenter febricitare cœ-

Jacobi Pontani notæ.

(80) De hoc et de morte ejus Gregoras his verbis : *Cæterum sub vesperam spectaculo illo absoluto, Barlaamus ignominiam illam gravissime ferens, plenis velis in Italiam abiit, et ad Latinorum instituta et decreta, in quibus erat educatus, rediit. At imperator in Hodegium monasterium, corpore admodum male affecto, tum e concione illa, tum e morbo splenis, reversus, cum sub noctem fere mediam accubuisset, et largius quam decebat, cœnatus esset, postridie in somnum, et χάρον stupori atque exanimationi pene similem incidit. Tertio demum die, paulatim apertis oculis, imperatricem hortatur ne ploret, simulque opem medicorum requirit, et in majorem stuporem relapsus, extremumque spiritum agens, in tertium fere diem jacuit, ac Junii die decimo quinto, ante solis ortum defunctus est, anno ab orbe condito sexies millesimo, octingentesimo, quadragesimo nono. Omne vero tempus ætatis ejus ad annos circiter quadraginta quinque fuit, cum ante viginti urbem imperatricem belli jure occupasset.* De morbo et tempore mortis aliter noster.

Jacobi Gretseri notæ.

Cap. 27 : Πότερον συνωνύμως λέγεται ταῦτα τὰ ὀνόματα τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν ὄντων· *Utrum hæc nomina univoce dicantur de Deo rebusque creatis.* Cap. 28 : Ὅτι ταῦτα ὀνόματα οὐχ ὁμωνύμως λέγονται ἐπὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν ὄντων· *Nomina hæc non dici æquivoce de Deo rebusque creatis.* Cap. 29 : Ὅτι ταῦτα τὰ ὀνόματα ἀναλογικῶς λέγονται ἐπί τε τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν ὄντων· *Nomina hæc prædicari analogice de Deo, rebusque creatis.* Hæc capita libri secundi Acindyniani, quæ auctor scholastice prorsus, hoc est theologice et philosophice persequitur. Et tamen damnatus est a synodo, Palamæ plus quam merebatur, studiosa. Verum ita evenire solet, ubi ignorantia præsidet et regnat. Recte enim de substantia et operatione Dei sensit Acindynus. Sola namque ratione distinxit : re tam operationem quam substantiam Dei conjunxit, nihil que in Deo esse statuit, quod cum essentia divina realiter unum et idem non esset.

Quapropter mera Græcorum convicia sunt, cum de Acindyno et Barlaamo ita scribunt : Λέγουσιν ὅτι ὁ Θεὸς οὐκ ἔχει ἐνέργειαν οὐσιώδη, τουτέστι φυσικήν· *Dicunt Deum non habere operationem essentialem, hoc est, naturalem.* Λέγουσιν ὅτι ἡ ἐνέργεια καὶ ἐνέργειαι οὐκ εἰσὶν ἄκτιστοι, οὐδὲ συναΐτιοι τῷ Θεῷ· *Dicunt operationem vel operationes Dei non esse increatas, neque simul cum Deo causas, sed creatas.* Λέγουσιν ὅτι αὐτὴ ἡ λεγομένη ἄκτιστος καὶ φυσικὴ ἐνέργεια τοῦ Θεοῦ αὐτή ἐστιν ἡ τοῦ Θεοῦ οὐσία, καὶ οὐδεμία τις διαφορὰ οὐδαμῶς ἐστιν οὐσίας καὶ ἐνεργείας, ἀλλ' ἓν καὶ τὸ αὐτό ἐστιν· *Dicunt eam, quæ appellatur increata et naturalis operatio Dei, esse substantiam Dei, neque ullam esse differentiam inter substantiam et operationem...* Et id genus alia, quæ ab incerto auctore collecta sunt, exstantque in Bavarica bibliotheca, cod. 115. Sed ut dixi pleraque imperitorum figmenta sunt, in quorum numero hoc ultimum; nunquam enim Acindynus, aut quisquam alius distinctionem rationis negavit, sed illam duntaxat, quam Palamas cum suis inducte commentus fuerat; neque enim tam insipientes erant, ut distinctionem rationis inter substantiam et operationem Dei non agnoscerent. Et secundus liber Acindyni facile se suo marte ab omnibus istis calumniis defendet, ut patrono non egeat. Hoc solo miser est, quod vinculis et carcere attinetur, liberatoremque exspectat, nec reperit; quippe non modo in vulgum (ut ait ille) hactenus non vulgatus, sed ne in eruditorum quidem cœtum, dignus certe auctor, cui adversus Cantacuzeni scita et decreta manus porrigatur.

Cæterum adeo Palamæ asseclarumque vanitas adversus veritatem non prævaluit, ut in dies doctissimi quique totius Græciæ ad Barlaami et Acindyni castra transfugerent, multa Palamæ salute dicta, inter quos ipse patriarcha Joannes erat, primæ et secundæ synodi contra Barlaamum et Acindynum præses, sed præses non præses, quia post imperatorem, et Nicephorus Gregoras omni litterarum cognitione ea tempestate apud Græcos B illustris, de quo postea dicemus. Nunc ad Joannem patriarcham, contra quem, ut Acindyni sectatorem congregata est synodus, Anna imperatrice, et filio ejus imperatore Joanne Palæologo præsidentibus : de qua synodo Cantacuzenus lib. III, cap. 98, et lib. IV, cap. 24. Damnatus est Joannes patriarcha, deque dignitatis gradu dejectus, tomus alter contra Acindynum ejusque discipulos conscriptus et subscriptus, ὑπογραφαῖς ἀρχιερέων τριάκοντα τὸ βέβαιον ἔχων, οἷς συνεῖπε δι' ὑπογραφῆς ὕστερον καὶ ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης Ἱεροσολύμων· *Triginta episcoporum subscriptionibus confirmatus, quibus postea per subscriptionem consensit quoque sanctissimus Hierosolymorum patriarcha,* inquit David monachus, seu quisquis ille collector est, in sua de controversia Barlaami et Acindyni relatione.

Necdum tamen Palamæ ejusque studiosis pacifice triumphare licebat, licet a tertia jam synodo victores pronuntiati fuissent. Plerique enim ex doctioribus C tomo seu definitioni et decreto synodi minime acquiescentes libere contradicebant, ex quorum numero metropolitæ duo, alter Ephesi, alter Gani, item Nicephorus Gregoras et Deixus. Coacta est ergo quarta synodus a Cantacuzeno, postquam Constantinopolim jam obtinuisset, præsidente ipso Cantacuzeno, et Callisto patriarcha Constantinopolitano, in locum dejecti Joannis suffecto : de qua synodo fuse Cantacuzenus libro quarto, capite vicesimo tertio, vicesimo quarto, vicesimo quinto, et David Monachus in sua Relatione; imo tota exstat in sæpius jam nominato codice Augustano, cum subscriptionibus utriusque imperatoris, Cantacuzeni videlicet, et Joannis Palæologi, metropolitarum et episcoporum, aliorumque ministrorum Ecclesiæ. Eidem synodo postea subscribere debuit Matthæus Cantacuzenus, Joannis filius, jam ad imperium evectus, et quidem non paucis, ut moris erat, sed prolixe admodum. Legimus subscriptio- D nem hanc in Augustano codice, quæ his verbis terminatur : Παρουσίᾳ τοῦ κρατατοῦ καὶ κυρίου μου, αὐθέντου καὶ βασιλέως τοῦ πατρὸς τῆς βασιλείας μου, καὶ τοῦ παναγιωτάτου μου δεσπότου τοῦ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου κυρίου Φιλοθέου, καὶ τῆς περὶ αὐτὸν θείας καὶ ἱερᾶς συνόδου, Ματθαῖος ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ πιστὸς βασιλεὺς καὶ αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων Ἀσάνης ὁ Καντακουζηνός· *In præsentia invictissimi domini mei, domini et imperatoris patris mei, et sanctissimi domini mei œcumenici patriarchæ, sanctæque cum ipso synodi, Matthæus in Christo Deo fidelis rex et imperator Romanorum Asanes Cantacuzenus.* Quibus verbis significari videtur, quintam synodum celebratam esse super controversia Palamæ cum Barlaamo et Acindyno eorumque sectatoribus; nam tempore quartæ synodi Philotheus non erat patriarcha, sed Callistus; hancque quintam synodum congregatam oportuit antequam Joannes Cantacuzenus imperio se abdicaret, cum Matthæus

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

pit, judicaruntque medici ex perturbatione in synodo et inedia febrim exstitisse. Die tertio malum

νου καὶ τῶν αὐτῷ φρονούντων ἴσως, ὡς τὰ αἱρετικῶν φρονούντων καὶ λεγόντων. Ἀφορίζονται δὲ καὶ

Jacobi Gretseri notæ.

in præsentia illius tanquam adhuc imperatoris subscripserit.

Porro contra tomum quartæ synodi tot subscriptionibus munitum libros decem scripsit Nicephorus Gregoras, qui licet prima synodo, vivente adhuc Andronico juniore, Barlaamo adversari videretur, cujus suæ mentis non obscura indicia dedit libro undecimo *Historiæ Byzantinæ* extremo; postea tamen aperte Barlaamum et Acindynum tueri cœpit. Gregoræ respondit libris quindecim Philotheus prius monachus; postea metropolita Heracleeusis, tandem patriarcha Constantinopolitanus, quorum tres postremi, potissimum agunt de lumine Thaborio; ut et undecimus, duodecimus apologiam continet pro monachis et ἡσυχασταῖς, cum alibi, tum in monte Atho. Reliqui consumuntur in enodanda quæstione de essentia et operatione Dei, quam Palamæ more tractat, hoc est imperite. Neque enim negavit Acindynus operationem Dei, sed negavit esse diversam a substantia Dei, nisi sola ratione et cogitatione, ut patet ex libris Acindyni. Quod autem, ut Græci dicunt, Filium et Spiritum sanctum nominavit *operationem increatam*, vocabulum operationis improprie sumpsit, nempe pro termino actionis. Est enim Filius terminus operationis divinæ non essentialis, sed notionalis, nimirum *generationis* activæ, quæ est in Patre, et Spiritus sanctus est terminus *actionis*, nempe spirationis activæ, quæ est in Patre et Filio, et huc respexit Acindynus, cum Filium et Spiritum sanctum operationes increatas vocavit. At præter has agnoscit alias essentiales toti Trinitati communes, sed cum essentia Dei prorsus unum et idem, ac proinde increatas, non autem tales quales statuebant Palamas, Philotheus et alii, quæ cum substantia quidem divina inseparabiliter cohæreant, non sint tamen ipsa Dei substantia, sed πρόοδοι quædam illius: sicut lux est πρόοδος, seu processio a substantia solis, etsi cum sole perpetim conjuncta. Ex his, quæ hactenus diximus, facile erit judicium facere de viris quibusdam eruditis, qui aliquid de controversia Palamæ et Barlaami litteris mandarunt. Ac primo omnium de Prateolo, qui hæc in catalogo hæreticorum: *Adversus Barlaamum et Acindynum nonum generale concilium coactum fuit, et celebratum in præsentia illius beati et celeberrimi imperatoris domini Michaelis Andronici cognomento Palæologi, imperatoris Græcorum, et Joannis ejus filii.* Ubi plura manifesta errata. Nullum enim ex quatuor vel quinque conciliis supradictis generale fuit. Nullum sub Michaele habitum, sed sub Andronico juniore, et Cantacuzeno, et quarto Joannes Palæologus subscripsit filius: non Michaelis Palæologi, sed Andronici junioris, quem beatum frustra nominat, cum in schismate vixerit et obierit. Addit Prateolus: *Censebant isti modo nullum esse discrimen in divina natura, substantia, et effectu, sed idem esse, nec diversum: modo differentiam esse profitebantur, substantiam tamen increatam. Ejus autem essentiales actiones et naturales sentiebant esse diversas, non tamen increatas, sed creatas.* Mirum unde hæc hauserit Prateolus, quorum Barlaamo et Acindyno nihil in mentem venit. Nam effectum a Dei substantia distingui tam probe norant, tamque libenter fatebantur, quam se non esse Deum, ut et operationem, quam scholæ appellant, *transeuntem*. Hæc enim ab effectu producto reipsa non distinguitur, ac proinde si effectus reipsa substantia Dei destinguitur, necesse est ut et operatio ista reipsa distinguatur: sed operationem Dei, quam vocant *immanentem*, negabant a Dei substantia distingui, ut actum intellectus aut voluntatis divinæ, nisi sola ratione; et cum non distinguatur ista actio a substantia, sequitur id quod ex vi hujus actionis producitur, produci etiam ex vi substantiæ divinæ; et aperta cavillatio est, cum Græci in quarta synodo sub Cantacuzeno ita argumentabantur: *Si operatio non esset diversa a substantia Dei, tunc omnia creata essent ex substantia Dei, quandoquidem sunt ex operatione Dei; sed hoc est impium, ergo et illud.* Respondeo, falsam esse majorem, si intelligatur omnia fore ex substantia Dei, tanquam ex parte constituente interna; quasi ex substantia Dei componerentur, aut ut partes ex ea decerperentur: veram autem si intelligatur, omnia fore ex substantia Dei, quatenus omnia vi et energia et efficacitate Dei, seu substantiæ divinæ operantis exsistunt. Nec verum est istos sensisse, operationes Dei essentiales et naturales esse creatas; cum enim asseruerint istas operationes, reipsa prorsus idem esse cum substantia divina, qua ratione, obsecro, affirmare potuerunt eas esse creatas? Adjungit Prateolus: *Id quod in Thaborio monte effulsit divinum lumen, dixerunt esse phasma, id est, spectrum duntaxat, et creaturam, quæ ortum habet et interitum, verum non divinæ naturæ naturalem splendorem, et ut ita dicam, deitatem, et lumen quod est, quodque inaccessum dicitur.* Remoto phasmatis non satis decente vocabulo, quo Græci istos interdum usos fuisse tradunt, nihil prorsus est in tota hac sententia, quod reprehensionem mereatur: vere enim lumen illud Thaborium res creata fuit, et cum transfiguratione cœpta incœpit, et cum finita desiit.

Ex his emendare itidem licebit, quæ auctor quidam doctissimus, et in Græcis scriptoribus versatissimus litteris prodidit. Dicit lumen divinum et increatum visum esse in monte Thaborio non in se, sic enim oculis conspicuum non esse, sed in lumine creato; sicut Spiritus sanctus descendens super Christum tempore baptismi visus est non in se, sed in specie columbæ: et hæc quidem recte et catholice. At quod addit, Barlaamum et Acindynum contendisse, ipsum lumen divinum (hoc est gloriam et majestatem Dei) in se et secundum se visam esse, non in sua imagine, ac propterea a synodo Constantinopolitana, sub Joanne Palæologo, et Joanne Cantacuzeno habita, damnatos fuisse, id pace eruditissimi viri dixerim, a vero longe abit. Nam Palamas et synodi illius patres dixerunt in se et secundum se divinum lumen et increatum visum esse, quibus Barlaam et Acindynus totis viribus restiterunt asserentes lumen divinum in se et secundum se oculo corporeo non patere, sed quidquid in monte Thaborio discipulorum oculis apparuit, id divinæ illius et increatæ, et inaspectabilis gloriæ creatam quandam imaginem fuisse. Neque id unquam affirmarunt eo consilio, ut Filium Dei cum Ario creaturam facerent. Neque ulla synodus hoc Barlaamo et Acindyno objecit: qui de hoc lumine tradiderunt, quod hodie theologi orthodoxe de eo sentiunt, fuisse nimirum invisibilis divinitatis et gloriæ increatæ visibile et creatum signum.

Ex his denique corrigere poterit Stapletonusque, quæ de Barlaamo scribit libro secundo de magnitudine Romanæ Ecclesiæ, videlicet Barlaamum monachum Constantinopolim profectum hæresin Græcanicam (de processione sancti Spiritus) *tribus totis annis publice exagitasse, nemine resistente, donec Palamam quemdam Græci illi opponerent.* Non enim disputavit Barlaam de processione sancti Spiritus pro Latinis contra Græcos, sed potius, quod argumentum attinet, pro Græcis contra Latinos disseruit, quod testantur libri ejus de hoc argu-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

τῆς κοινωνίας τῶν ὀρθοδόξων, εἰ μὴ ἐπιστρέφοιεν, ἀλλ' ἐπιμένοιεν τῇ κακίᾳ. Οὐ μὴν ἐκεῖνοι μόνοι, ἀλλὰ καὶ εἴ τις ἄλλος ὕστερον τοῖς ἴσοις ἐπιχειρήσοι, καὶ Παλαμᾷ καὶ τοῖς λοιποῖς ὡς οὐκ ὀρθῶς φρονοῦσιν αἰτίαν ἐπάγοι, ὑπὸ τὴν αὐτὴν ἐπιτιμίαν εἶναι, εἰ μὴ μεταβάλλοι καὶ αὐτός· ἐπὶ τούτοις δὲ καὶ τόμον συνθέντες κατὰ τὸ ἀρχαῖον τῶν συνόδων ἔθος, καὶ ὑπογράψαντες αὐτὸν ὅ τε πατριάρχης Ἰωάννης καὶ ἀρχιερέων ὅσοι τότε παρῆσαν, ὕστερον γὰρ καὶ ἕτεροι πολλοὶ τοῖς προτέροις ὑπογεγράφασι σύμψηφοι γεγενημένοι Παλαμᾷ καὶ τοῖς αὐτῷ συνοῦσιν, ἐγχειρίζουσιν εἰς δικαίωσιν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον. Τότε δὲ ἡ σύνοδος ἐπεὶ διελέλυτο, τῶν ἄλλων ἑκάστων διεσκεδασμένων, ὁ βασιλεὺς ἐκέλευσεν ἐν τῇ μονῇ τῶν Ὁδηγῶν ἀναπαύλης τινὸς τυχεῖν· καὶ γενόμενος ἐκεῖ, εἰς τὴν ὑστεραίαν ἤρξατο πυρέττειν ὁμαλῶς· καὶ ἐδόκει τοῖς τῶν ἰατρῶν παισὶ τὴν κατὰ τὴν σύνοδον ταραχὴν καὶ ἀσιτίαν τοῦ πυρετοῦ αἰτίαν γεγενῆσθαι. Δευτέρα δὲ ἡμέρα, πρὸς τῇ κεφαλῇ ἐνσκῆψαν τὸ κακὸν, πονηρὰς παρεῖχε τὰς ἐλπίδας. Ἐφαίνετο γὰρ τῶν ὀξυτάτων εἶναι. Τρίτῃ δὲ τῇ μετ' αὐτὴν, ἔωθεν μὲν ἐδόκει ἐνδιδόναι. καὶ τοῖς ἰατροῖς ὑπέφαινε χρηστὰς ἐλπίδας, ἐπεὶ δὲ ἤδη περὶ μεσημβρίαν ἦν, μετάβαλὸν ἐξαίφνης οὐ μετὰ πολὺ ἀποτεθνήξεσθαι ἐδήλου βασιλέα· καὶ ἰατροῖς οὐδεμία σωτηρίας ὑπελείπετο ἐλπίς. Ἐπεὶ δὲ τοιαῦτα διεθρυλλήθη, τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ Ἀπόκαυχος ὁ παρακοιμώμενος προσελθὼν, συνεβούλευεν ἔχεσθαι τῶν πραγμάτων, καὶ παρασήμοις κοσμεῖσθαι βασιλικοῖς μετὰ τὴν βασιλέως τελευτὴν, βασιλέα γὰρ ἐν ζῶσιν ἔτι μὴ εἶναι προσδοκᾷν· πάντως δὲ οὐδὲν καινὸν ποιήσειν, ἀλλ' ὅπερ αὐτός τε πολλάκις ἠνάγκασεν ὁ βασιλεὺς καὶ Ῥωμαίων οὐκ ὀλίγοι ἴσασιν οὐδαμῶς ἐλάττω τιμὴν ἀποδιδόντες βασιλέως. Οὐ μὴν οὐδὲ πολλοῦ δεήσεσθαι πόνου καὶ ἀγώνων· ἀλλ' ἀρκεῖ μόνον εἰπεῖν, καὶ πάντας ἕξειν ὑπακούοντας ἑτοίμως. Αὐτόν τε πρότερόν τε παρὰ πάντα τὸν βίον, καὶ νῦν οὐχ ἧττον ἕτοιμον εἶναι τὰ λυσιτελεῖν αὐτῷ ποιεῖν δοκοῦντα, οὐ μόνον χρημάτων καὶ καμάτων ἀφειδοῦντα, ἀλλὰ καὶ ψυχὴν προθύμως ὑπὲρ τῶν ἰδίᾳ τι αὐτῷ διαφερόντων προϊέμενον πάντων αὐτῷ μάλιστα ὄντα ὀφειλέτην· πολλῶν γὰρ ἀπολελαυκέναι τῶν εὐεργεσιῶν τῶν παρ' αὐτοῦ, οὐ βασιλεῖ μόνον τὴν ἀρχὴν καὶ προσαγαγόντα καὶ οἰκειώσαντα, ἀλλὰ καὶ ὕστερον βασιλέως ὠργισμένου παραιτησάμενον αὐτὸν, καὶ τοῦ δεσμωτηρίου ἀπαλλάξαντα, καὶ μέ-

A in caput invadens, quia dolor acutissimus videbatur, spem parum bonam afferebat. Rursum tertio post die a mane visus dolor remittere, et medicis bona spes affulsit. Circa meridiem repentina mutatio, imperatorem vita mox cariturum significat, et medici quoque salutem ejus desperant. Cum hæc vulgarentur, ad magnum domesticum adiens Apocauchus sacri cubiculi præfectus, hortatur, uti rempublicam capessat, et insignia imperatoria post ejus obitum (jam enim conclamatum esse) induat. Plane nihil facturum novi : sed quod ipse imperator eum cogere sæpius voluerit : quodque Romani non pauci norint, qui non minorem ei, quam imperatori honorem semper habuissent. Neque vero multo labore et certamine rem indigere; verbo tantum voluntatem suam declaret, statimque libenter se subdituros. Quod ad se attineret, et ante in omni vita, et hoc tempore non minus paratum esse ejus utilitatibus inservire; non solum non parcentem pecuniis et fortunis suis; sed et sanguinem cupide pro ejus rationibus effusurum, cum omnium ei plurimum debeat : multis enim beneficiis ejus usum, quando eum non modo a principio imperatori commendarit familiaremque reddiderit; sed etiam postea iram illius ab eo deprecatus sit et carcere liberarit, et in hanc conditionem, in qua hodie sit, perduxerit. Hactenus Apocauchus, magnus domesticus paulum silens : Non puto, inquit, talia de re aliquando occurrisse animo meo; nec eo me improbitatis processisse existimandum, ut imperatore adhuc vivo, aut etiam eo mortuo, vel abs te, vel ab alio quocunque inducar, ut amoris mei erga illum, sive, ut melius dicam, consensus atque conspirationis immemor sim : et neglectis quæ communiter ejus liberis, et Augustæ conducant, privata consecter commoda : teque summæ damno stultitiæ, si talia mihi te persuasurum speravisti. Illo denuo sententiam suam, ut utilem, urgente: Cessa, inquit : qui enim amico mortuo leges amicitiæ non servat, hic nec vivo vere amicus erat. Sic Apocauchus gravitate responsi deterritus, magno domestico molestus esse desiit. Sed matrem ejus conveniens, idem illi persuadere nitebatur : ratus, si id consequeretur, quod studuisset, perfectum habiturum : non enim filium matri contradicturum, si quid illa ut utile et ju-

B C D

Jacobi Gretseri notæ.

mento editi. Nec quæstio inter Barlaamum et Palamam fuit de processione sancti Spiritus, sed de lumine Thaborio, deque substantia et operatione divina. Verum hic hujus adnotationis finis sit, cujus non prolixitas, sed in historia tam obscura et ignota utilitas considerari a lectore debet; facem enim præportabit omnibus, quæ Cantacuzenus variis sui operis locis de Barlaamo, Acindyno, Gregora, eorumque opinionibus scripta reliquit.

Tomus in synodis libellus est, acta et decreta ejus, et totum illud, quod fidei professionem expositionemque continet complectens. Quocirca epistola sancti Leonis ad Flavianum contra Eutychen, qua exposuit sententiam Ecclesiæ catholicæ sæpissime in conciliis dicitur tomus : et ἑνωτικὸν Zenonis imperatoris typus et ἔκθεσις Heraclii, quibus fidei suæ seu perfidiæ potius rationem reddebant, tomi sunt; ut et constitutum Vigilii apud Baronium tomo VII. Hinc videlicet a continente transfertur ad ipsa dogmata, ut tomus Leonis contra Eutychen, sit ipsum dogma Ecclesiæ contra eumdem hæreticum. Hinc verbum Τομογραφεῖν, ὅπερ ἐστὶ τὸ συντετμημένως ἐκδιδόναι, καὶ οἷον ὁρίζεσθαι τὰ διὰ μακρῶν διαλαληθέντα, καὶ γραφέντα πολλάκις, ut ait Philotheus patriarcha Constantinopolitanus lib. 2, contra Nicephorum Gregoram, agens de hoc ipso tomo synodi Constantinopolitanæ adversus Barlaamum.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

stum prodavisset. Postquam ab illa simile, vel etiam severius responsum tulit, jubente, ne talia suaderet, quæ facere filio non conduceret, a tentatione prorsus abstinuit. Magnus porro domesticus imperatorem jam letho proximum cernens, et providendum maxime ejus liberis et imperio intelligens, ad Annam Augustam flentem ac lamentantem accedens: Non mihi jam luctus et lacrymarum tempus videtur, inquit: adhuc enim licebit (81), nisi Deus ab impendente calamitate nos liberet, ac propitius de cœlo respiciat, ejulatibus et ploratibus satis diu indulgere. In præsens æquum judico, pueros imperatores in tuto collocare (82). Me quidem vivo, et hic nunc præsente, neminem Romanorum nobis insidiaturum putandum est. Sin aliquid hujusmodi contigerit, quid præstabilius, te **339** solam (83) mihi curæ esse, an omnia simul, te, inquam, et filios, et imperium? Tum Augusta, sibi mirum accidere, ait, quod in tanta rerum necessitate oportere duxerit ipsam interrogare, num quid eum filiis imperatoris et imperio conducibile velit facere. Committit igitur illi, quæ in commune videantur prodesse, eorum nihil negligere. Qui confestim Joannem imperatorem et fratrem Manuelem in palatium duxit, jussitque illis adesse ministros et custodiri palatium a malitibus, quos puero imperatori benevolentissimos noverat. De suis quoque famulis fidelissimos ibi reliquit, et securigeros Barangos quotquot erant, omnes numero quingentos. Ibidem ipsemet pernoctans, filios imperatoris quantum poterat custodiebat. Ad vesperam autem die Mercurii decimo septimo Kalendas Quintiles, anno quadragesimo nono supra octingentos, et sex millia ab orbe condito, Indictione nona, morbi sævitia confectus, ex hac luce imperator migravit (84).

A χρι νῦν εἰς ὅπερ ἐστί σχῆμα δι' αὐτοῦ ἠγμένον. Ὁ μὲν οὖν τοιαῦτα εἶπε. Μικρὸν δὲ ὁ μέγας δομέστικος ἐπισχών, Οὐκ ἄν μοι δοκῶ τοιαῦτα, εἶπε, παραστῆναι περὶ σοῦ ποτε, μήδ' εἰς τοσοῦτον ἥκειν ἐμὲ φαυλότητος ἡγεῖσθαι τρόπων, ὥστε βασιλέως ἔτι ζῶντος, ἢ καὶ μετὰ τελευτὴν, ἢ σοὶ πεισθήσεσθαι, ἢ ἑτέρῳ ὁτῳοῦν, τῆς μὲν εἰς ἐμὲ βασιλέως φιλίας, ἢ, μᾶλλον εἰπεῖν, συμπνοίας ἀμνημονῆσαι· τῶν ἰδίᾳ δὲ τὶ ἐμοὶ ζητεῖν διαφερόντων ἀμελήσαντα τῶν κοινῇ τοῖς βασιλέως παισὶ καὶ βασιλίδι συμφερόντων. Διὸ καὶ μάλιστά σου κατεγνωκέναι εἰ τοιαῦτα παραινῶν ἤλπισας πείσειν. Τοῦ δ' αὖθις ἐπιχειροῦντος ὡς τὰ βελτίω πείθειν συμβουλεύει, Παῦσον, εἶπε, τοιαῦτα λέγειν. Ὅς γὰρ τοῦ φίλου τεθνεῶτος μὴ τοὺς φιλίας τηρεῖ θεσμοὺς, οὗτος οὐδὲ ζῶντος ἦν φίλος ἀληθής. Πρὸς μὲν οὖν τὸν μέγαν δομέστικον οὐδὲν ἔτι εἶπεν, οὕτως ἐμβριθῶς ἀποκρινάμενον.

B Τῇ μητρὶ δὲ αὐτοῦ προσελθών, τὰ ἴσα ἐπεχείρει πείθειν· οἰόμενος, ἂν ταύτην πεῖσαι δυνηθῇ, τὸ σπουδαζόμενον ἡνυκέναι· ὡς οὐκ ἄν ἀντειπόντος τοῦ υἱοῦ, ὅ τι ἂν τῇ μητρὶ δοκοίη καὶ λυσιτελὲς ὁμοῦ καὶ δίκαιον· ὡς δὲ καὶ παρ' ἐκείνης τῆς ἴσης ἔτυχεν ἀπολογίας ἢ καὶ αὐστηροτέρας, μὴ τοιαῦτα κελευούσης συμβουλεύειν, ἃ μὴ συμφέρει πράττειν τὸν υἱὸν, παντελῶς ἀπέσχετο τῆς πείρας. Ὁ μέγας δὲ δομέστικος ὁρῶν ἤδη βασιλέα ἐν χρῷ κινδύνου καθεστῶτα, καὶ συνιδὼν ὡς μάλιστα προσῆκον τῶν βασιλέως παίδων πρόνοιαν ποιήσασθαι, καὶ τῆς ἀρχῆς, Ἄννῃ τῇ βασιλίδι προσελθὼν θρηνούσῃ καὶ ὀδυρομένῃ, Ὁ μὲν παρὼν, εἶπε, καιρὸς οὐ πένθους οὐδὲ δακρύων εἶναί μοι δοκεῖ· ὕστερον γὰρ ἡμῖν ἐξέσται εἰ μὴ θεὸς ἀπαλλάξει τῆς προσδοκωμένης συμφορᾶς, πλεων ἡμῖν ἄνωθεν ἐπιβλέψας, ὀδυρμῶν καὶ δακρύων ἀναπίμπλασθαι, κατὰ σχολήν. Τὸ δὲ νῦν ἔχον εἶναί μοι δοκεῖ προσῆκον, ἀσφάλειαν ποιήσασθαι τῶν βασιλέως παίδων. Μάλιστα μὲν γὰρ οὐδένα Ῥωμαίων ἐπιβουλεύσειν οἴεσθαι ἡμῖν μάλιστα ζῶντος ἐμοῦ καὶ παρόντος ἐνθάδε νῦν· εἰ δ' ἄρα καὶ τοιοῦτον συμβαίη, τί βέλτιον περὶ σοῦ μόνην εἶναί μοι τὴν φροντίδα, καὶ μὴ πάντων ὁμοῦ καὶ παίδων καὶ τῆς ἀρχῆς; Ἡ βασιλὶς δὲ θαυμάζειν ἔφασκεν αὐτοῦ, εἰ τοσαύτης ἀνάγκης περιϊσταμένης, ἐνόμισεν εἶναι τῶν δεόντων καὶ αὐτῆς πυνθάνεσθαι, εἴ τι βούλοιτο τῶν συμφερόντων εἰς τοὺς βασιλέως παῖδας πράττειν καὶ τὴν ἀρχήν. Ἐπέτρεπέ τε ὃ ἂν αὐτῷ δοκοίη κοινῇ λυσιτελεῖν μηδενὸς ἀμελεῖν· ὁ δ' εὐθὺς Ἰωάννην τε βασιλέα τὸν βασιλέως υἱὸν, καὶ τὸν ἀδελφὸν Μιχαὴλ παραλαβὼν, ἦγεν εἰς τὰ βασίλεια· θεραπείαν τε αὐτοῖς τὴν γινομένην προστάξας εἶναι καὶ φρουρὰν τοῖς βασιλείοις ἔκ τε τῆς στρατιᾶς οὓς μάλιστα ἥδει εὐνουστάτους τῷ βασιλεῖ, καὶ τῶν οἰκετῶν τοὺς πιστοτάτους τῶν ἰδίων περὶ πεντακοσίους τὸν ἀριθμὸν καταλιπὼν, καὶ τοὺς τοὺς πελέκεις ἔχοντας Βαράγγους, ὅσοι ἦσαν· καὶ αὐτὸς διενυκτέρευσεν ἐκεῖ, τῶν βασιλέως παίδων τὴν δυνατὴν ἀσφάλειαν ποιούμενος· εἰς ἑσπέραν δὲ τῆς τετάρτης ἡμέρας, τῇ τοῦ νοσήματος ὀξύτητι κατεργασθείς, ἐτελεύτησεν ὁ βασιλεὺς, πεντεκαιδεκάτῃ μηνὸς Ἰουνίου ἱσταμένου, τοῦ ἐννάτου καὶ τεσσαρακοστοῦ ἔτους ἐπὶ τοῖς ὀκτακοσίοις καὶ ἑξακισχιλίοις, ἐννάτης οὔσης ἰνδικτιῶνος.

Jacobi Pontani notæ.

(81) Hæc augurium quoddam sunt futuræ tempestatis, quæ imperatricem, et imperium exagitatura est, bello illo quinquennali videlicet, quod paulo post secutum est, de quo libro sequenti.

(82) Duo erant, Joannes et Manuel; de neutrius ortu quidquam dictum. De priore Gregoras lib. x: *Sequente æstate imperatoris conjux Anna domina, quæ Didymotichi prægnans agebat, decimo octavo die Junii filium Joannem imperatorem peperit. Et huic quidem Cantacuzenus Helenam filiam despondit.*

(83) Locus hic in Græco impeditior est, propter voculas, καὶ μὴ πάντων, pro quibus lego, ἢ καὶ πάντων, et puto, sensum hunc esse, quem expressi.

(84) Miror, cum supra illo ægrotante, et moribundo adeo lamentatus sit magnus domesticus, hic revera moriente quomodo non prodat lamentis, et lacrymis amorem quo in eum ardebat incredibili. Sed arbitror pro magnitudine doloris recursantis non potuisse quod volebat scribere.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ARGUMENTUM LIBRI TERTII.

Hic liber cæteris multo major, cum proximo superiore connectitur. Causæ indicantur, cur narranda, quæ deinceps sequuntur; veritas promittitur. Magni domestici in palatio custodiendo diligens provisio; a quo et urbium, provinciarumque præfecti monentur, ne quid novi incipiant. Imperatoris Andronici magnifica sepultura, ac sacra funeralia. Patriarchæ ambitio. Anathematismus in eos, qui mortuo imperatori de filiis ejus male meruerint. Iterum de ambitione patriarchæ. De Sismano exsule reddendo consultatio. Chumni in domesticum contumeliæ. Binæ de transfuga sententiæ Domestici in defunctum imperatorem amor. Gubernationi nuntium mittere vult. Imperatricis lacrymatio, et de sua viduitate, filiorumque orbitate querimonia. Domesticum neglecti officii coarguit. Ea, et patriarcha præsentibus, disertissime suspicionem affectati imperii a se depellit. Aliter ad gubernacula rediturum negat, nisi imperatrix fidem dederit, calumniatoribus non creditura. Utrimque juratur. Jurat eidem patriarchæ. Sismanum Mœsorum regi repetenti abnuit magnus domesticus, cujus prudentia se ingenti metu liberatam, cum proceribus lætatur imperatrix. Quid militem segniorem fecerit. Patricius quidam tabellio ad usum reipublicæ grandem pecuniam offert. Stipendia, et reditus militum explentur. Ad pugnam ardent animi. Domesticus imperatricem de filio Joanne coronando monet, et contra ratiocinantes refutat. Lydiæ satrapæ Thraciam incursanti occurritur. Domesticus in occidentem ducturus, cum Orchane pacem jungit. Mentem imperatricis ex patriarcha explorat. Ab eadem laudatur, blandeque monetur, ne se conficiat tantis laboribus, neu de sumptu suo eroget. Eleganter respondet, ut viri virtutem cognoscas. Byzantio cum copiis discedit. Ex urbibus Thraciæ senatores et præsidia ad expeditionem evocantur. Mœsus fœdere innovato domum abit. Persæ prædabundi apud Chersonesum cæduntur, fugantur. Apocauchus tyrannidi studens, deprehenditur; in arcem suam Epibatas confugit. Domesticum de rerum humanarum mutabilitate admonet. Ejus pium ac solidum responsum. Latini Peloponnenses se subjiciunt cum conditionibus : quorum legati a domestico honorifice habiti. Apocaucho Sennacherim subrogatur. Conspiratio, et legatio præfectorum Occidentis. Crales Macedoniæ infestus. Magnus domesticus Peloponnesiacæ expeditioni antevertendum, ideoque Byzantium revertendum censet. Excipitur a Byzantinis; imperatricem **342** luctu, et morbo afflictam consolatur : quid egerit, quid acturus sit exponit. Ad palatium nobiles, et milites clamose cum patriarcha de honore domestici jurgantur. Imperatrix jurgantibus triplici eorum peccato demonstrato veniam dat. De pœna Apocauchi cum domestico deliberat; ejus natales et status pristinus. Quomodo idem Apocauchus Xenam imperatoris matrem adversus domesticum concitarit. Invitatus domesticus ad communionem purpuræ et imperii recusat. Metu mali obtrectatores domestici in ejus se gratiam restituere desiderant, et imprimis Apocauchus, cui supplici cum seria admonitione ignoscitur. Quo pacto ille idem propter præfecturam fisci non obtentam turbas fecerit, et in domesticum præsente imperatrice invectus sit. Eum et imperatricem placat, Epibatis egredi non audet. Domestici ad Byzantios de pace cohortatio. Filiam imperatori despondere differt. In itinere se Apocauchus ei permittit; cum matre domestici collocutus, ut se magis re quam verbis benevolum præstet, admonetur. Animum patriarchæ subit, domesticum falso accusat, imperatricem adversus domesticum irritandam suadet, et rationem proponit. Asanes pro filiis sexennium carcere detentis rogat. Domesticus operam pollicetur. Socerum contra generum Apocauchus inflammat. Conjurati sigillatim apud imperatricem domestici nomen deferunt. Singuli rejiciuntur. Postremo eo adigitur, ut judicio arcessendum putet, quem patriarcha indicta causa damnandum arbitrabatur. Idem imperatricem periculi gravitate deterret, vehementerque suspicionem auget. Asanes accusationem concludit. Dolet, et angitur imperatrix, atque in sententiam calumniatorum propendens, iis se cum liberis flens commendat. Mater domestici cum filio minimo natu, et uxore alterius filii domi velut in carcere clauditur. Apocauchus urbis præfectus creatus frustra militem ad diripiendas et evertendas domestici ædes mittit; cujus amici qui periculi vitandi ex urbe fugerant, imperatrici se excusant, redeundi veniam orant. Gabalas prævaricatur. Qui Byzantio fugerant, Didymotichi quæ acta sint narrant. Legatis missis judicium de se domesticus postulat; a ministris Apocauchi male accipiuntur. Idem domesticus hostis declaratur. Per litteras imperatricis vicariatu jubetur abire. Quid agendum sit militibus bellum flagitantibus, quæritur. Oratio longiuscula domestici; qua crimen occupandi regni refellit. Ad imperatricem profectus, ejus se arbitratui permittere cogitat. Proceres rectius rebus consulturum censent, si purpuram induat. Iis renitens, tandem reipublicæ causa eorum voluntati obsequitur. Didymotichi palam capit ornatum imperatorium cum faustis acclamationibus. Quædam futurorum præsagia. Episcopi Didymotichensis visum, et ejus viri laus. Imperator rursus ab se suspicionem tyrannidis removet. Militibus uxores, ac liberos habentibus missionem dat; retentos in agrum Byzantinum mittit; eodem brevi venturus, urbemque invasurus. Narratio longior de malis, quæ Adrianopoli ex seditione

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ob novum imperatorem exstiterint. Item calamitates per Romanum imperium propter eumdem. Adrianopolitani Alexandri Mœsorum regis opem invocant; cujus adventus Cantacuzeno multum obest. Mœsi prædones a Romanis partim cæduntur, partim capiuntur. Pacem cum Mœso dissuadent milites, quos imperator confutat. Legati violantur. Opes Cantacuzeni diripiuntur; earum immensitas explicatur. Contra eum socer Andronicus Asanes dux deligitur. Vastatur provincia. E Zernomiano prædatores apud Didymotichum trucidantur, Adrianopolim imperator tendit. Pincerna Pamphilo accersitur. Hebrus congelascit. Pamphilensium scelus. Byzantii Cantacuzenus contumeliose admodum per ora traducitur. A patriarcha anathematismo percellitur; imperatricem, et archontas honorat. Tribus præfectis se celatos moleste ferentibus, factum suum de habitu, et nomine imperatoris probare contendit. Syrges Pherarum præfectus ejus bona ad se avertit. Protostrator immutatus, Thessalonicam traditurum promittit. Chreles dynasta Triballus ad occidentem invitat, opem suam spondet. Vincunt qui in consilio prius occidentem, quam Byzantium petendum sentiunt. Cantacuzenus uxorem cum filiabus Didymotichi relinquit; urbi, et suburbio præfectos dat cum præsidiis. Bera castellum in gratiam monachorum intus degentium sine vi capitur. Batatzis timor in imperatore persequendo. Anastasiopolis **343** dicta ad Andronico Juniore Peritheorum obsidetur. Batatzis mendacium. Epistola Cantacuzeni ad patriarcham, qua se pacis cupidissimum demonstrat. Tabellarius carcere multatur. Imperatrix feminis suis Cantacuzenum excusat, ac defendit, deque eo honorifice loquitur. Resciscens id Apocauchus, conjuratos super imminente periculo monet. Imperatrici juramentum indicere statuunt, ipsis nolentibus de pace nihil tentaturam. Apud eam adversus Cantacuzenum agunt acriter, præsertim patriarcha. Jurat, et diu noctuque, per conjuratos, et famulos custoditur, quibus, ut dicta ejus referant, aurum datur. Cantacuzenus e monte Atho monachorum sanctissimos evocat, quorum existimatio imperatrici pacem persuadet, sed religione a compositione impeditur. Patriarcha, et socii monachis irascuntur; inter eos conflare discordias student; primores duriter habent. A protostratore nuntius. Peritheorium oppugnatur. De muro fiunt convicia Cantacuzeno; conviciator ab eodem Christiane accipitur. Oppidani consilio perversi hominis deditionem retractant Imp. Thessalonicam abit. Joannes Andronici filius adolescens Byzantii coronatur. Conjurati dignitatibus ornantur. Patriarchæ fastus. Apocauchus summum imperium sibi arrogat; propinquos Cantacuzeni jugulat; ejus matrem in carcere usque ad mortem sævissime affligit, quam miseratur imperatrix. Theodoræ sororis Andronici junioris viduæ, et monachæ in moribundam, et mortuam charitas. Inventæ pecuniæ magnitudo et distributio. Gravis in Cantacuzenum calumnia. Contra eumdem Apocauchus classem in occidentem parat. Syrges itinera Thessalonicam obsidens deluditur. Polystylus munitur. Protostratoris monitio, et Chrelis responsio. Imperatoris angustiæ. Syrges, Monomachus, et episcopus metropolitanus ad castra Cantacuzeni exploratores mittunt. Per litteras ad eos datas suam innocentiam tuetur; de juramenti causis disserit; eos improbitatis convincit. Melenicum Cantacuzenus occupat. Chrelis ex formidine cunctatio; cujus adventu exercitus lætatur. Protostratoris anceps animus. Thessalonicæ Zelotarum (ea erat factio Palæologi) nefanda scelera. Protostrator cum optimatibus fugatus, agrum populatur. Cantacuzeni afflictio. Byzantini Thessalonicam magnis copiis ingrediuntur. Cum exsulibus consultatio. In concione dicendæ sententiæ cuique fit potestas. Aliis tergiversantibus imperator Thessalonica recedendum, nec ad cætera desperandum pronuntiat; Rhentinæ præsidium augendum, Thessalonicam incursandam; quo facto Thessali, Acarnanes, reliqua item continens in potestatem veniat. Quidam Thessalonicenses deficiunt. Byzantini nobiles rebus suis metuentes, iter ejus conantur impedire. Axius fluvius exundat. Exercitus Gynæcocastrum redit. Apocauchus ad ostendendam potentiam insulas circumvectus, ob id ipsum Thessalonicam adnavigat. Protostrator ad eum desciscit. Imperator in desertores ut ignavos invehitur. Apelmenes ingratus et superbus. Protostrator objurgatur, cui puer Asanes commendatur. Ostendit imperator in quantis difficultatibus versetur : militum animos erigit : ad principem Triballorum pro auxilio eundum suadet. Discedentes Apocauchus insequitur, non tamen pugnatur. Transfugas imp. excipit. Equites ab Apocaucho Edessam obsidione Triballorum liberat. Zimpanus quidam pecuarius imperatoris legatos vinctos Apocaucho dedit. Quid passi sint. Munifice ac perhumaniter a duobus dynastis accipitur imperator. Scopiam venit. Eumdem Liberus Triballus Crali conciliat. Is cum uxore occurrens, magno illum honore suscipit, et regaliter tractat. Ab eo auxilium petit; ille societatis mercedem urbes occidentis usque a Christopoli postulat. Recusat Cantacuzenus, et quasi parum ingenuum, honorisque studiosum tangit. Prudens oratio Helenæ Cralænæ de adjuvando hospite, cum conditione tolerabiliore. Imp. suorum consilium de concedendis, quæ Crales petat, repudiat. Ambo præsente archiepiscopo in certas conditiones jurant. De Chrele Triballo inter utrumque contentio. Cur is ad Cralem reverti noluerit. Melenicus Chreli deditur. Rhentinam castellum Syrges occupat. In dedititios sævit. Apocauchus Polystyli quid egerit; quid Didymotichum scripserit; quid ei, et quam aculeate ac libere responsum sit. Byzantini redeuntem cum gratulationibus et plausibus excipiunt. Pro libidine imperat. Irene uxor Cantacuzeni cum fratre Manuele in timore est. Militum, et ducum fides explorat. Comitopulus constantiam suam profitetur. Juratur. Nuntius ab imperatore cum ejus cereo sigillo. Didymotichi suburbani in urbanos insurgunt **344**. Fugantur. In exsilium voluntarium concedunt; eorum domus destruuntur. Episcopi va-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ticinium eventus probat. Triballos principes promissi auxilii pœnitet; obsidem Cantacuzeni filium poscunt; Liberus filiam suam ejus filio desponsam cupit. Imperator cum auxiliaribus Triballis, quid apud Pheras egerit. Syrges ad sceptrum Armeniæ vocatur. Pheræorum obstinatio. Morbus in exercitu multos exstinguit. Christopolin præsidium ab Apocaucho mittitur. Ad Triballos abiturientes præclara imperatoris concio. Romani tumultuantes increpantur. Plurimi Christopolin se conferunt. Ducum ibidem perjurium. Redeuntes imperator suscipit. Eorumdem ducum impudens de Cantacuzeno mendacium; inde Byzantii publica lætitia. Quæ, et quanta multi illic propter Cantacuzenum pertulerint. Præfectorum sævitia. Factum humanissimum Persæ cujusdam in flagellis laceratos. Impostor quidam sacræ confessioni illudit. Ad falsos nuntios denuo Deiparæ aguntur gratiæ. Crales imperatori repetenti Edessam, statim restituit. Apocauchus frustra Didymotichum movet. Empythium obsidet: Scytharum incursu territus, obsessionem relinquit. In Scythas abeuntes Scopelenses stulte et infelici exitu se inferunt. Apocauchus belli administrationem genero tradit. Anna imperatrix a Crale Cantacuzenum petit; urbes in præmium spondet. Triballorum procerum commemorabilis in illum fides. Thessali se Cantacuzeno subjiciunt ultro. Joannem Angelum eis prætorem præficit, quem in bulla commendat; multas ei conditiones præscribit, et a se affectati imperii suspicionem removet. Didymotichum vocatus, venturum promittit. Quo scopo Apocauchus, et Crales convenire voluerint. Illius in Cantacuzenicos crudelitas. Quare imperatrix stratopedarchæ consilium respuerit. Ad Pheræos de deditione Cantacuzeno facienda Cralis cohortatio. Præfracte abnuunt, ejusdemque Cantacuzeni legatum atrociter mactant. Militibus Didymotichum anhelantibus obsequitur imperator. Agrum Pheræorum Crales depopulatur. Triballi auxiliares in Thraciam sequentes, quales fuerint. Pro meliori auxilio reverti volentem imperatorem ad Cralem, milites cogunt Didymotichum vadere. Circa litteras Didymoticho ad eum perscriptas prodigium. Ad Triballos reditus. Protostrator prævaricationis suspectus se purgat. Byzantinorum ad reversionem Apocauchi gratulatio. De Cantacuzeno mendax rumor. Apocauchus quosdam includit in custodiam. Irenes imperatricis oratio. Ad Mœsorum regem de societate legatio, et ejus ludificatio. Quantam is calliditatem adhibuerit in copiis Didymotichum missis. Mœsorum ducum versutia. Episcopi cohortatio, et prædictiones. Persæ advehentes Mœsos fugant. Amurius satrapa ut exceptus ab imperatrice Irene, illiusque in imperatorem eximius amor, ad quem proficiscitur. Pheræorum in commentitiis litteris, quibus decipitur Amurius, et domum redit, pessimum facinus. Frigore enecti Persæ una nocte quingenti. Didymotichenses prædatores algore semimortui ad hostes confugiunt, et quomodo ab iis habiti. Oppida Irene imperatrici dedere se volentia, cur non recepta. Mire anxium imperatorem, Arbenus, homo obscurus, consilio levat, de Berrhœa occupanda. Crales opem promittit. Per legatos accersitur imperator, cui Cralæna suos milites Germanos attribuit. A Berrhœotis plaudentibus excipitur; a Thessalonica obtinenda per plebem, et zelotas impeditur. Cralis perfidia. Germanorum in imperatore tuendo fidelitas. De Axio flumine transeundo. Duorum filiorum Cantacuzeni encomium. Agrestis quidam Triballorum insidias eidem indicat, et ad flumen vado transeundum præit. Germani Berrhœæ donativum accipiunt. Insidiatores ad Cralem deferuntur; quorum duces imperatori ad pœnam deduntur quibus ignoscit. Apocauchus Cralem contra imperatorem incendit; simulate agit; cui imperator uberius respondens, ejus scelera carpit; periculum demonstrat; ignaviam deridet. Apocauchus consilium quærit. Monomachus Cantacuzeni felicitatem prædicat, timorem injicit, pacem suadet. Crales ab Apocaucho instigatus, Cantacuzenum ad consultationem dolose invitat, a quo deluditur. Idem Berrhœotas ad defectionem sollicitans, acerbissimas litteras accipit. Imperator etiam tertium a sagittario lædi non potuit; cui veniam petenti ignoscit, et cum donis dimittit. Apocauchus consultat. Gemina sententia Monomachi. Denuo vafrum ejus consilium. Persarum ad Berrhœam latrocinia. Apocauchus in Pepagomenum sævit. A Cantacuzeno ex Asia evocatur Amurius. Ficto nuntio contristatur. **345** Ejusdem insignis oratio, qua causa expeditionis, studium juvandi Cantacuzeni, amor et sollicitudo propter eum declaratur; milites ad laborem inflammantur; exustis navibus per continentem gradiendum suadetur. Vento secundo classis tota Macedoniam defertur. Persæ Thessalonicensem agrum vastant. Provinciæ Cralis cavet imperator; cum copiis Thessalonicam accedit. Amurii occursus. Zelotarum in Cantacuzenicos crudelitas. Peritheorii obsidio. In captivum imperatoris humanitas. Legati amborum ad imperatricem Annam de pace. Cantacuzeni legatus fœde, crudeliterque accipitur. Apocauchi maledicta. Amurius quare litteras sibi redditas ad imperatorem detulerit. Episcopi Didymotichensis prædictio. Castella Meropes, et pecuarii se dedunt; quibus Momitzilus præficitur; cujus mores describuntur. Didymotichum imperatorem cum Amurio venit. Thraciæ urbes refractariæ puniuntur. Morbus Amurii. Præsidium missum Adrianopolin, illiusque Didymotichum infelix excursio. Amurius mortem in conflictu evadit. Alexandro Mœsorum regi pro auxilio dantur urbes novem; ejus tergiversatio. Qua ratione conjurati Persas e Thracia educere conati sint. Eos incassum nititur retinere Amurius; de quo apud imperatorem conqueritur, reditumque ex Asia cum militibus melioribus pollicetur. Eum hortatur imperator legationem Byzantium mittat, quo naves et pecuniam ad reditum adipiscatur. Principes Constantinopoli Amurium de abjectione reprehendunt, naves cum pecunia promittunt. Defendit se. Locus de discrimine servitutis. Imperator divinitus

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

a Persis prædonibus liberatur. Ejus pugna cum obsessoribus Asomati, et victoria. Discessus Amurii; et quare is discessus imperatori commodaverit. Gratianopolis obsidio. Smyrna a Latinis capta. Ab ejus præfecto Angelitze non modica pecunia. Episcopi Didymotichensis obitus. Alexandri a Morrha recessus. Momitzilus Persicas naves tres incendit. Persæ, qui apud Cantacuzenum, custodes suarum navium, interfectos, ulcisci ardent. Eis imperator Romanos adjungit; ejus regiunculam deprædari jubet. Momitzilus improviso adventu imperatorem terret; cujus milites fugiunt; ipse cum paucis strenue se tuetur. Lantzarethi famuli in dominium mirus amor, et fides. Momitzilus ab Anna imperatrice despota renuntiatur; quem Cantacuzenus insuper data supplici venia sebastocratorem creat. Persæ in Asiam redeunt. Palæologus imperator ægrotat. Mœsus rupto fœdere, Apocaucho mittit auxilia. Callidum imperatoris consilium. Gener Apocauchi in Hebro submersus. Didymoticho repellitur : Morrham vastat. Momitzilus sibi principatum proprium meditans, a Cantacuzeno et imperatrice Anna deficit. Archontes, sive imperii pro puero imperatore et vidua administratores, miserum reipublicæ statum dolent; imperatrici pacem suadent. Moleste fert Apocauchus, patriarchamque et Gabalam magnum logothetam se visentes ad suas partes reducit; imperatricem castigat; Gabalæ filiam despondet. Apocauchus de integro Cantacuzenum in imperatricem irritat; ac rursum, quanquam submissus dominatur. Legationis ad eum mittendæ auctores. Mittuntur simul binæ epistolæ, quibus significatur gaudium de ejus voluntate imperii deponendi, ut falso narraverat Apocauchus. Conditio ei proponitur, qua veniat. In acta imperatoris inquiritur; bene præfuisse communi docetur. Longior imperatoris oratio, qua archontibus ignobilitas, et imprudentia objicitur, et reipublicæ status deploratur. Respondet præterea ad id, quod patriarcha eum ad reditum invitans, pœna soluturum dixerat; et de vi anathematis disputat. In fine ingens pacis desiderium. Pheræi veniam, et opem ab imperatore flagitant, et consequuntur. Ex ipsis mutabilitatis fortunæ humanæ documentum; quorum exemplo Byzantii terrentur, et non posse imperium defendere, multis probatur. Ostenditur item Annam imperatricem sui juris non esse. Chrysobergis legati imperatoris constantia adversus minas et verbera. Archontum invictus animus in arcano reticendo. Garellæ deditio. Rursum pacis petitio. Castella quædam se dedunt. Batatzæ ab imperatore defectio, et reversio; ejus remuneratio. Sultani satrapæ liberalitas. Cur pranderet in Thracia prima luce imperator. Choræ cives maledicentiam terræ motu luunt. Muri reædificantur, qnibus perfectis ad pertinaciam redeunt. Magnus dux iterum copiis præficitur; Cantacuzenum conatur occidere. Mutuæ litteræ, illius minaces, hujus exprobratoriæ. Argutia in voce *olxία*. Derisio senis, ut imbellis. Juxta Byzantium Persarum vastatio fervet. Apocauchi fastus. Urbes Thraciæ præter duas se dedunt. **346** Imperatoris in illorum præfectis dimittendis humanitas et liberalitas. Comparatio inter Cantacuzenum, et Archontas. Urbes ad Pontum imperator infestas habet. Amici eum Adrianopolim accersunt. Eorum stultitia et pœnæ. Imperatrix urbem recuperat. Manuel Apocauchi filius præfectus deficit; accipitur ab imperatore benigne, et honoratur. Acta apud Bizyam. Amzas Persa socium ad imp. occidendum subornatum prodit, quem ille liberum dimittit. Bizyenses se tradunt. Annæ imperatrici et filio ejus, deinde Cantacuzeno, et uxori ut imp. Bizyæ, et alibi acclamatur; omniumque mentio in sacris usurpatur. Plura oppida se subjiciunt. Bizyæ præfectura Manueli Asani datur. Protostratoris, cæterorumque Apocauchi amicorum miserrima conditio. Apocauchi astus, quo ignaviæ opinionem vitare studebat, salse irridetur, acriterque vituperatur. Fraus, impostura et nequitia admirabilis, qua idem Apocauchus Gabalam vita privare enisus est. Orchanes Cantacuzeno se adjungit. Capta ad Pontum aliquot oppida. Somnium Manuelis filii imp. Veniente ad urbem Cantacuzeno, Apocauchi timiditas. Ager Byzantinus miserante imp. devastatur. Galatæi causam et originem belli hujus sciscitantur; quibus a principio narrat omnia imp. ut se innocentem testetur. De advocatis item Persarum auxiliis se defendit. Aregus monachus legatus omni culpa belli eum absolvit. Ejus prudentiam laudat imp., de adversariis conqueritur; si se imperatorem et collegam esse sinant, quod facturus sit aperit. Amor in rempub'icam. Quibus conditionibus abdicare se imperio velit. Aregus orationem commendat; dicta Byzantium renuntiare jubetur. Apocauchus arma, et vota indicit. Quædam oppida ab imperatore subiguntur. Epistola Apocauchi, et patriarchæ de abdicatione imperatoris. Argus Græce indoctus deluditur. Eam imperator Italice interpretatur; ambo stomachantur. Apocauchus frustra Empyriten obsidet; in portoriis exigendis nihil consequitur; ab aulicis proceribus dissimulanter irridetur. Aregus ad illum contemnit accedere; de impietate et imprudentia accusat; imperatricem imperatori excusat. Imperator infestus Byzantium veniens, recedit. Adrianopolis, et aliquot finitima oppida in potestatem concedunt. Cum tribus deditiis, quorum duo præfecti, quid actum. Quare Amurius ad imperatorem non redierit. Concessu Sarchanis per Lydiam, inde per Hellespontum transit. Persarum in Mœsiam impressio. Momitzilus cum parte exercitus sui cæditur, reliqua capitur. Imperator illacrymat. Momitzilus humanæ fortunæ exemplum. Xanthienses suorum funeribus lugent; urbem tradunt. In Momitzili conjugem imperatoris clementia. Cralem ut fœdifragum ulcisci decernit. Pheræos Romani ad defectionem impellunt. Minatur Crali, ni Pheris abscedat, et fœdera violare desinat. Imposturæ Apocauchi repetuntur. Continentem relinquere statuit; tyrannis ejus in Byzantios. De carcere, quem in palatio Constantini ædificare aggressus est. Affinitatem imperatricis per filiæ nuptias cum ejus filio quærit, et litteris sub ejus nomine ad pontificem Romanum

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

conflictis, periculum ei magnum conflat. Clementis Sexti responsum. Quid facturus Apocauchus, si dolus non procederet. Odium in illum commune. Urget ædificationem carceris, et a vinctis obtruncatur. Amicorum et uxoris imperatoris litteræ de ejus nece, et invitatio Byzantium, urbisque occupandæ indicata commoditas. Persæ duces persuadent Cantacuzeno, uti statim cum omnibus copiis Byzantium tendat. Uxor Apocauchi in Epibatas migrat. Imperator culpam amissarum urbium Macedoniæ in Persas duces confert, cum quibus in Macedoniam redit. Sulimanus moritur. Amurius provinciæ suæ a Sarchane timens, domum revertitur. Crales Pheras occupat, et se imperatorem, filium Cralem appellat. Batatzes jussus fines Byzantinos incursat; ad imperatricem immodica honoris cupidine transit. Causa cur imperatrix a pace sic abhorruerit. Batatzen ad se revocare quamobrem laborarit imperator. Ejus præclarum quoddam visum. Batatzes a Persis propter imperatorem occiditur. Empyrite imperatrici transditur. Phrangopulus quidam, invito imperatore in castra adductus, a veneno eum servat. Hieracem sibi moliri interitum non credit primum; quem deinde officii admonet. Cum Archontibus iterum ut proditor agit. Idem facit Paraspondylus, et duas ob causas Hieracis nomen ad imperatorem defert. Qui in pugna vulneratus, ad castra perducitur. Byzantium profugit, ibi de cæde imperatoris non obita causam dicit. **347** Studiosi imperatoris Byzantii jam manifesti, ad eum perfugiunt. Hierum pene occupatum, ac mox per negligentiam amissum. Adrianopoli Cantacuzenus coronatur. Joanni patriarchæ Constantinopolitano ab episcopis, imperatore annuente, sacris interdicitur. Primores et exercitus Matthæum filium imperatorem designari rogant, quod imperator sapienter recusat. Thessalonicensium cædes. Palæologus præfectus a Joanne Apocaucho interficitur. Zelotarum scelus et impietas. Quidam eorum a populo mactantur; unus per forum trahitur. Apocauchus pro Cantacuzenico se gerens, zelotas punit; defectionem ad imperatricem simulat; patre mortuo aperte Cantacuzeno favet; Thessalonicam ei, concilio suffragante contradit. Ad Cantacuzenum legati. Quænam Thessalonicenses a filio ejus petentes impetrarint. Andreas Palæologus, et Cocalas populum ad arma sollicitant. Apocauchus et socii carcere ac vita multantur. Humanus adeps comeditur. Matthæus filius rem contra Hieracem in Thracia feliciter gerit. Patriarcha Constantinopolitanus a papa declaratus. Smyrnæ ab Amurio Persarum satrapa jugulatur. Chii compulsi Genuensibus se dedunt. Phaceolatus capta jam Chio cum triremibus Byzantium redit; Genuensem onerariam intercipit. Imperatrix Mpalicis Carbonæ principis opem impetrat; ejus fratrem Tomprotizam exercitus Romani ducem facit. Orchani Theodora imperatoris filia apud Selybriam solemnibus cum cæremoniis nuptum traditur. Ejusdem matronæ eximia virtus. Speculatores submissi ex Ponticis urbibus, quorum indicio sicarius deprehenditur. Imperatrix ad Sarchanis Lydiæ satrapæ auxilium confugit. Amurii techna ad succurrendum imperatori. Persæ a perfidioso facto cohibiti; obvios capiunt et spoliant. Duces eorum ab imperatore convivio excipiuntur; iique præter navigantes, et conviciantes Byzantios sagittis petunt. Byzantii eorum defectione perspecta, redeunt. Donatis ducibus Persæ domum remittuntur; Mœsiam depræ lantur; imperator excusatur. De Romanis hostibus, et auctoribus malorum omnium gravis querimonia. Monomachus ad cædem imperatoris subornatus, monentibus amicis deprehenditur. De efficacitate veneni ab eo parati, historia notabilis. Zyraces et Phaceolatus de urbe tradenda cum imperatore agunt. Microcephalus ab his Selybriam hac de causa mittitur, quem Archontes eodem ob aliam causam mittunt. Ratio cur imperatrix Anna a patriarcha alienata, alte repetita. Ejusdem patriarchæ furor in damnandis, puniendisque episcopis, a quibus apud imperatorem accusatur. Synodus in palatium indicitur. Adventus Cantacuzeni Bysantium nuntiatus, nec ab imperatrice creditus. Dolor et sollicitudo Cantacuzeni de amicis, ne discrimen adierint. Portam Auream perfodiunt ad ingressum. Patriarcha gradu movetur. Cantacuzenus cum plausu populi urbem intrat. Imperatrix palatium communit; Galatæos auxilio vocat. Imperator coram episcopis, et primariis de clero suam causam agit; ad imperatricem mittit, qui doceat, quam periculoso loco ejus res sint. Commendatur virtus imperatoris. Imperatrix legationem despicit. Palatii propugnatores defectionem cogitant. Joannis filii suasu imperatrix se imperatori Cantacuzeno submittit. Asanes socer legatus ab eo ut ingratus culpatur. Palamas alter legatus de constantia prædicatur. Conditiones pacis, et utrinque juramenta. Cantacuzenus palatium ingreditur. Hic liber ut reliquos mole, sic præcipuis quibusdam, et maxime notandis capitibus superat. Sunt autem ista fere. Funus et exsequiæ imperatoris Andronici minoris. Dolor et lacrymæ imperatricis viduæ, propter abdicationem magni domestici; ejusdemque ad imperii administrationem regressio. In Sismanum exsulem, ac supplicem Byzantinorum humanitas. Fraudes inexpiabiles, et scelera Apocauchi in magnum domesticum, quibus illum in summas sæpe difficultates ex invidia conjecit. Pro reipublicæ incolumitate a magno domestico induta purpura. Ejusdem varia, nec levia infortunia. Pax ab eo frequentissime petita, nec impetrata. Honores magnificentissimi in eum a Crale collati, et ejusdem Cralis perfidia. Amurii Persæ satrapæ Ioniæ mirificus ac perpetuus in Cantacuzenum amor, ejusque juvandi studium incitatissimum. Duarum mulierum, Irene imperatricis et Helenæ Cralænæ prudentia, et magnanimitas. Diligens admodum, et crebra defensio Cantacuzeni contra calumniatores de non factis insidiis imperatrici ac filiis ejus, nec affectata tyrannide. Res gestæ adversus Momitzilum, ejusque pugna, et interitus. Constantinopolis a Cantacuzeno capta, et ibi ejusdem pietas, prudentia, æquitas, clementia.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

LIBER TERTIUS.

348 CAPUT PRIMUM.

Transitio, breviter narrata repetens, et narranda promittens. Narrandi causæ duæ. Comparat se cum aliis harum rerum scriptoribus et veritatem sinceram promittit. Luctus imperatoris ob defunctum imperatorem. Magni domestici diligens custodia et vigiliæ : et in procurando imperio sollicitudo. Funus imperatoris magnificum et sacra piacularia.

Quemadmodum igitur Palæologi imperatores inter se contenderint, et quæ separatim junior, postquam senior imperio abivit, contra barbaros armis gesserit : quomodo domi semper rempublicam habuerit, hucusque a nobis explicatum est, et promissa ab initio conservata, dum accurate et vere, ut contigerunt, omnia litterarum monumentis complexi sumus. Sed quoniam post Andronici minoris ex hac luce migrationem, bellum omnium quotquot unquam litteris exstiterunt, perniciosissimum inter Romanos ipsos inflammatum est, unde propemodum omnia prostrata, et eversa perierunt, ac beatum illud et amplum imperium, imbecillimum, et veluti simulacrum quoddam, et umbra tantum prioris evasit, necessarium existimavi, etiam eo ipso perpetrata contexere : non solum ut posteritas cognoscat, quantam vim incommodorum invidia importare soleat, quæ tam sibi, quam aliis, instar rubiginis ex ipso ferro nascentis (85), ferrumque consumentis exitiosa est, sed etiam ut præsentes habeant, unde veritatem percipiant, ne peregrinis rumoribus, neve iis quæ ab utraque parte vel ad suum decus per gratiam, vel ad adversariorum dedecus per calumniam disseminantur, animos advertentes circumducantur, falsa pro veris opinantes. Erit autem operæ pretium non oscitanter, sed studiose mihi dare operam. Nam cæteri omnes, si qui hujus belli historiam composuerunt, aut neutiquam interfuerunt, quæque sive multitudo popularis sive alii quidam jactarunt, persecuti sunt, nihilque rerum gestarum liquido compertum habentes, qualia auribus acceperant, talia, nullo ad veritatem respectu, posteris tradiderunt : aut si etiam sub utrovis imperatorum militarant, non utique consiliorum participes, neque arcanorum conscii fuerunt. Deinde nec omnibus coram adfuerunt, cum continenter et diu, nempe totum quinquennium arma duraverint. Mihi vero hujusmodi culpam aliquam 349 nemo objecerit. Nam iis,

Τὰ μὲν δὴ τῶν παλαιολόγων βασιλέων, ὅσα τε περὶ τῆς ἀρχῆς πρὸς ἀλλήλους διηνέχθησαν, καὶ ὅσα καθ' ἑαυτὸν ὁ νέος μετὰ τὸν πρεσβύτερον τῶν πραγμάτων παῦσαι τῆς ἀρχῆς πρός τε βαρβάρους πολεμῶν καὶ πρὸς τοὺς οἰκείους διετέλεσε πολιτευόμενος, ἐνταῦθα ἐτελεύτησε· καὶ ἡ πρόθεσις ἡμῖν πέρας ἔσχηκεν ἡ ἐξ ἀρχῆς, πάντα σὺν ἀκριβείᾳ καὶ μετὰ ἀληθείας ἀπαγγείλασιν, ὡς ἐγένετο. Ἐπεὶ δὲ μετὰ τὴν Ἀνδρονίκου τοῦ νέου τελευτὴν, ὁ χαλεπώτατος τῶν πώποτε μνημονευομένων τοῖς Ῥωμαίοις πρὸς ἀλλήλους πόλεμος ἀνερρίπισθη, ὃς ὀλίγου δεῖν πάντα ἀνατέτραφε καὶ διέφθαρκε, καὶ τὴν εὐδαίμονα καὶ μεγάλην τῶν Ῥωμαίων βασιλείαν ἀσθενεστάτην, καὶ ὥσπερ εἴδωλον ἀπέδειξε τῆς προτέρας, ἀναγκαῖον ᾠήθην καὶ τὰ κατὰ τοῦτον τὸν πόλεμον γεγενημένα ἐξηγήσασθαι· οὐ μόνον ἵν' εἰδεῖεν οἱ μετέπειτα, ὅσων κακῶν αἴτιος ὁ φθόνος, οὐ τοὺς φθονουμένους μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς ἐξαφανίζων τοὺς φθονοῦντας, ὥσπερ τὸν σίδηρον ὁ ἐξ αὐτοῦ τικτόμενος ἰὸς, ἀλλ' ἵνα καὶ αὐτοὶ οἱ νῦν τοῖς πράγμασι παρόντες, τἀληθὲς εἰδέναι ἔχητε, καὶ μὴ ταῖς ἔξωθεν φήμαις, μηδὲ τοῖς παρ' ἑκατέρων τῶν μερῶν ἢ ἑαυτοῖς χαριζομένοις, ἢ τοὺς ἐναντίους διαβάλλουσι προσέχοντες θρυλλουμένοις, παράγησθε δοξάζοντες τὰ μὴ ὄντα. Ἄξιον δὲ μετὰ ἀκριβείας ἐμοὶ προσέχειν καὶ μὴ παρέργως. Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι πάντες εἰ δή τινες εἶεν οἱ συγγραψάμενοι περὶ τοῦδε τοῦ πολέμου, ἢ παντάπασιν ἀπόντες τῶν πραγμάτων, ὅσα ἡ ὄχλος ὁ δημώδης διεθρύλλει, ἤ τινες ἕτεροι ἀπήγγελλον, οὐδὲν σαφὲς εἰδότες περὶ τῶν γινομένων, οἷα παρεδέξαντο ταῖς ἀκοαῖς, τοιαῦτα καὶ τοῖς μετέπειτα ἐξέδωκαν μηδὲν φροντίσαντες τῆς ἀληθείας· ἢ εἰ καὶ συνεστρατεύοντο τοῖς βασιλεῦσιν ἑκατέροις, ἀλλ' οὐ δήπου γε βουλῆς μετεῖχον, οὐδὲ τῶν ἀπορρήτοτέρων ἦσαν κοινωνοί· ἄλλως τε, οὐδ' ἐφ' ἅπασι παρόντες τοῖς πραττομένοις συνεχοῦς καὶ πολυχρονίου γεγενημένου τοῦ πολέμου· ἐπὶ πέντε γὰρ ἔτεσι διήρκεσεν. Ἐμοὶ δὲ οὐδεμίαν τινὰ τοιαύτην ἔχοι τις ἂν ἐπενεγκεῖν αἰτίαν. Τοῖς γὰρ τῶν πραττομένων αὐτουργοῖς συμπαρὼν αὐτὸς, τὰ

Jacobi Pontani notæ.

(85) Aptissima similitudo. Invidia ipsum quoque invidentem, ut rubigo ferrum, ex quo exstitit, consumit. Periander, Ὥσπερ ὁ ἰὸς σιδηρὸν, οὕτως ὁ φθόνος τὴν ἔχουσαν αὐτὸν ψυχὴν ἐξαναψήχει. *Quemadmodum ærugo ferrum, sic invidia animum illius, in quo est, conterit.* Lib. I *Anthologiæ :*

Ὁ φθόνος ἐστὶ κάκιστον. Ἔχει δέ τι κἀλλὸν ἐν αὐτῷ·
Τήκει γὰρ φθονερῶν δύμματα καὶ κραδίην.

Grande malum livor. Comedit livientibus idem
Atque cor, atque oculos : hoc habet ergo boni.

Isocrates in *Evagora:* Τῷ φθόνῳ τοῦτο μόνον πρόσεστι ἀγαθὸν, ὅτι μέγιστον κακὸν τοῖς ἔχουσίν ἐστιν· *Invidia hoc duntaxat habet boni, quod sibimetipsi plurimum affert mali.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μὲν οἶδα παρ' ἐμαυτοῦ· τῶν δὲ ἀκριβῆ τὴν γνῶσιν ἔσχον, αὐτῶν ἀπαγγειλάντων τῶν πραξάντων, διὰ τὸ πολλὰς καὶ συνεχεῖς ἐφ' ἅπαντα τὸν τοῦ πολέμου χρόνον τὰς μεταβολὰς ὑπομεμενηκέναι· ὥστε εἰκὸς μὴ τῶν πραττομένων μόνον, ἀλλὰ καὶ βουλευμάτων ἀπορρήτων, καὶ δόλων καὶ ἐπιβουλῶν, καὶ ὅλως πάντων, καὶ τῶν πραττομένων φανερῶς, καὶ τῶν ἀφανῶς κατασκευαζομένων ἀγνοεῖν μηδέν. Οὐ μὴν ἀλλ' ὅπερ ἔφην ἐξ ἀρχῆς, οὐδὲ τῆς ἀληθείας προστήσομαι οὐδέν· ἀλλ' ὡς αὐτὰ ἔσχον τὰ πράγματα ἀπαγγελῶ, πλὴν εἰ μή πού τι παρήσομαι ἑκών, τῶν ὅσα τισὶ λοιδορίαν ἢ μέμψιν εἰρημένα ἐμποιήσει· οὐ γὰρ ἐμοὶ φίλον τὸ τινὰς κακηγορεῖν. κἂν εἰ πάντες εἰδεῖεν ἄνθρωποι. Ἦν δέ πού τι φαίνωμαι διηγούμενος μὴ ὡς δοξάζουσιν οἱ πολλοί, οὐ χρὴ θαυμάζειν. Οὐ γὰρ τὸ μὴ ταὐτὰ τοῖς πολλοῖς φθέγγεσθαι φεύγων λογοποιήσω τὰ μὴ ὄντα· ἀλλ' ὡς ἔχουσι τὰ πράγματα ἀπαγγέλλων, χαίρειν ἐάσω τὰς δόξας τῶν πολλῶν, ὡς ψευδομένας. Τετελευτηκότος τοίνυν τοῦ βασιλέως Ἀνδρονίκου τοῦ νέου, ἡ αὐτῷ σύζυγος Ἄννα ἡ βασιλὶς, εἰς τρίτην μὲν ἡμέραν διεκαρτέρησεν ἐν τῇ μονῇ τῶν Ὁδηγῶν. Μετὰ τοῦτο δὲ ἐν βασιλείοις γενομένη, ἐπένθησεν ἐφ' ἡμέραις ἐννέα, πάντων ὁσημέραι πρὸς τὰ βασίλεια παραγινομένων, οὐ τῶν συγκλητικῶν μόνον καὶ στρατευομένων, ἀλλὰ καὶ τῶν ὅσοι Βυζαντίων ἦσαν ἐν λόγῳ καὶ κοινῇ τὸν ἀπελθόντα θρηνούντων βασιλέα. Δομέστικος δὲ ὁ μέγας, ἐξ αὐτῆς ἡμέρας ἧς ἐτελεύτησεν ὁ βασιλεὺς, οὐδαμῆ τῶν βασιλείων ἀπέστη· ἀλλὰ τῶν τε οἰκείων καὶ τῶν βασιλικῶν πεντακοσίους ἔχων οὓς ἐγκατέστησε τοῖς βασιλείοις φρουρὰν, διὰ πάσης ἐπιμελείας ἐποιεῖτο καὶ σπουδῆς τῶν ἴσως νεωτεριούντων ἀπαμβλύνειν τὰς ὁρμάς· μετὰ δὲ τὴν ἐνάτην τῶν ἐπὶ τοῖς τετελευτηκόσι συνήθως γεγενημένων ἱλασμῶν, τὴν μὲν φρουρὰν τὴν πολλὴν ἐξέβαλε τῶν βασιλείων, ὀλίγους καταστήσας ὅσοι καὶ πρότερον ἐξ ἔθους ἦσαν· αὐτὸς δὲ οἴκοι γεγονὼς, συνήθως ἐπεμελεῖτο τῶν πραγμάτων· καὶ τοῖς τε τὰς ἀρχὰς ἐπιτετραμμένοις τῶν ἐπαρχιῶν καὶ τῶν πόλεων παρῄνει διὰ γραμμάτων ἀτρεμεῖν καὶ μηδὲν νεωτερίζειν, ὡς τῆς τε καλοκἀγαθίας καὶ τῆς εἰς βασιλέα εὐνοίας ἀξίας ἀποληψομένοις τὰς εὐεργεσίας· καὶ τοὐναντίον ἤν τις νεωτερίζοιεν, τίσουσι δίκας· καὶ τοῖς τῶν δημοσίων συνεισφορῶν τὴν εἴσπραξιν ἐγκεχειρισμένοις ἐκέλευε κακουργεῖν περὶ τὰ χρήματα μηδὲν, ὡς οὐδὲν ἔλαττον ἢ βασιλέως ζῶντος περὶ αὐτῶν παρέξουσιν εὐθύνας. Καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἐν πλείοσιν ἢ τριάκοντα ἡμέραις ὑπὲρ πεντακοσίας ἐφ' ἑκάστης πέμπων γραφὰς, εἰς τοσοῦτον εὐταξίας καὶ εὐπειθείας τὴν ὑπὸ Ῥωμαίους πᾶσαν κατέστησεν ἡγεμονίαν, ὡς δοκεῖν καινὸν μηδὲν συμβεβηκέναι, ἀλλὰ ζῇν ἔτι βασιλέα καὶ τοῖς πράγμασιν ἐφεστάναι. Οὐδὲν γὰρ οὔτε μικρὸν οὔτε μέγα ἐκινήθη· πλὴν οἱ κατὰ Θετταλίαν μόνοι νεμόμενοι Ἀλβανοὶ,

A qui ea fecerunt, ego præsens (86), alia per meipsum novi : alia ex ore ipsorum, a quibus acta sunt, ad unguem didici. Et cum frequentes continentesque toto eo tempore mutationes fuerint, verisimile est, non gestorum modo, sed et consultorum arcanorum, et fraudum, insidiarumque, et prorsus omnium quæque palam acta, quæque occulte comparata sunt, nihil me fugere. Verumtamen quod in vestibulo operis mei sum pollicitus, veritati nihil anteferam; sed ut res evenerunt, ita eas explanabo : excepto quod alicubi prudens præteribo, quæ nonnullis convicio aut vituperationi esse possint : non enim mihi amicum est cuiquam conviciari, etiamsi mortalium nemo rem ignoret. Quod si interdum quædam secus quam multi
B opinantur videbor exponere (87), ne sit mirum. Non enim dum vito eadem cum multis dicere, nova comminiscar : sed res ut se habent commemorans, vulgi opiniones ut falsas valere jubebo. Mortuo igitur Andronico juniore imperatore, Augusta triduo in monasterio Hodegorum mansit. Postea in regiam regressa, diebus novem luctui se dedidit, cum quotidie omnes, non senatores modo ac duces, sed quotquot Byzantii eminebant accederent, et defunctum imperatorem communi lamentatione prosequerentur. Magnus porro domesticus ab eo ipso die, quo imperator animam edidit, a palatio nusquam discedebat; sed quingentis, partim suis, partim imperatoriis in eo ad
C custodiam collocatis, summum studium diligentiamque impendebat, ut si qui fortasse res novas attentarent, eorum conatus infringeret. Post diem nonum, peracta, ut assolet, pro defunctis piaculari cæremonia, custodes e palatio dimittit (paucis retentis, quot nimirum et antea esse consueverant) ipse domi, ut semper, reipublicæ animum intendebat, et urbium provinciarumque rectores per litteras monebat, ne rebus novis studerent, utpote hujus suæ probitatis et egregiæ in imperatorem voluntatis condigna præmia accepturos : contra si quid machinarentur, pœnas daturos. Quæstoribus item mandabat, ne quid sceleris in pecunia designarent, quod nihilominus, quam imperatore vivo rationes relaturi essent. Atque ad hunc
D modum diebus plus triginta missis epistolis **350** amplius quingentis ad tantum ordinem obedientiamque Romanum imperium universum redegit, ut nihil novi contigisse, sed imperator adhuc aura vesci et præesse rebus videretur. Nulli enim nec parvi nec magni motus audiebantur; nisi quod Albani in Thessalia morte imperatoris intellecta, urbes illic incursabant, et (quanquam non admodum) deprædabantur. Quo comperto magnus domesticus quam primum eo nuntium expedit :

Jacobi Pontani notæ.

(36) Compara hæc cum iis, quæ in procœmio, seu in epistola responsoria Christoduli ad Nilum dicuntur. *Ad hoc, non ista a majoribus didici, aut famæ fabulisve ineptis*, etc.

(87) Conferes etiam hunc locum cum illis, quæ sunt in extrema epistola Nili. *Quapropter ut plurimum humanæ vitæ commodaturus* etc.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Albanis imperat, aut prædam restituant, ac de cætero se contineant : aut, si jussa detrectent, se apud ipsum in hostium loco futuros sciant. Quibus illi minis exterriti, non solum prædam spoliatis reddiderunt, verum etiam posthac nihil tale ausuros promiserunt : modo hujus peccati gratia sibi fieret. Verum hæc paulo post acciderunt. Postquam magnus domesticus e palatio domum concessit, præcones ejus missu vicos et oppida Byzantio vicina concursant, omnem clerum (88) Constantinopolim ad diem præfixam propter defunctum imperatorem funebribus sacris expiandum evocantes. Confluxerunt tanti greges, ut Sophiæ templum, omnium quæ sol aspicit spatiosissimum (88), ad præsentem usum haud satis capax appareret, a sacerdotibus confertim repletum videlicet. Ubi dies placandis manibus dicta illuxit, omnia adeo citra tumultum, tantoque ordine peracta sunt, quasi qui peragebant pauci, ac numeratu faciles essent. Neque enim saltem obscurius murmur, quale in frequentia solet, sed admirabilis quædam, omnibus alternatim sacros hymnos modulantibus concinnitas atque convenientia vocum exaudiebatur; nec stupori tantum, sed voluptati quoque erat hoc spectaculum, dum ita ingens sacerdotum multitudo cum episcopis, induta sacris vestibus, sub uno patriarcha duce, iisdem ritibus fungeretur. Lampadum vero copia reliquique apparatus amplitudo omnium dierum festorum, qui unquam memorabiles exstiterunt magnificentiam splendoremque superabat. Atque in hæc et in sacerdotum amplissima honoraria, pro cujusque dignitate sumptum de suo fecit magnus domesticus.

A αἰσδόμενοι τὴν βασιλέως τελευτὴν τῶν ἐκεῖ κατέδραμον πόλεων, καὶ ἐληΐσαντο οὐ πολλά. Ὅπερ ὁ μέγας δομέστικος πυθόμενος, κατὰ τάχος ἔπεμψε τοὺς ἀγγελοῦντας· Ἀλβανοῖς ἢ τὴν λείαν ἀποδιδόναι, καὶ μηδὲν νεωτερίζειν ἔτι, ἢ εἰ μὴ πείθοιντο, ἐκδέχεσθαι αὐτὸν χρησόμενον ὡς πολεμίοις· εἰ δὴ καὶ ὑποπτήξαντες τὴν ἀπειλὴν, οὐ μόνον τὴν λείαν ἀπέδοσαν τοῖς ἠδικημένοις, ἀλλὰ καὶ ἡσυχίαν ἄγειν ἐπηγγείλαντο τοῦ λοιποῦ, εἰ μόνον ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις λήψονται συγγνώμην. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὀλίγῳ ὕστερον. Μετὰ δὲ τὸ μέγαν δομέστικον ἐκ τῶν βασιλείων οἴκαδε ἐλθεῖν, κήρυκες ἐφοίτων αὐτοῦ κελεύσαντος εἰς τὰς περὶ Βυζάντιον πόλεις καὶ κώμας, πάντας ὅσοι τοῦ ἱεροῦ καταλόγου καλοῦντες πρὸς τὴν Κωνσταντίνου πόλιν ἐφ' ἡμέρᾳ ῥητῇ ὡς B τῶν ὑπὲρ τοῦ τετελευτηκότος Βασιλέως τελεσθησομένων ἱλασμῶν. Καὶ συνῆλθε πλῆθος ἱερέων τοσοῦτον, ὥστε τὸν νεὼν τῆς Σοφίας τοῦ Θεοῦ μεγέθει μέγιστον ὄντα τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον ἁπάντων, ἐλάσσω τῆς χρείας τότε δοκεῖν ὑπὸ τοῦ πλήθους ἀκριβῶς πεπληρωμένον τῶν ἱερέων. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ προθεσμία παρῆν τῶν ἱλασμῶν, ἐτελοῦντο ἀθορύβως καὶ τεταγμένως οὗτως, ὡς δοκεῖν ὀλίγους τινὰς εἶναι καὶ εὐαριθμήτους τοὺς τελοῦντας. Οὐδὲ γὰρ ἄτημός τις ἐξηκούετο θροῦς οἷον ποιεῖν φιλεῖ τὸ πλῆθος· ἀλλ' ἐξαισία τις εὐαρμοστία καὶ συμφωνία μέλους, πάντων ἐφεξῆς τοὺς ἱεροὺς ᾀδόντων ὕμνους· καὶ ἦν οὐκ ἔκπληξιν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡδονὴν τὸ θέαμα παρέχον, κατάλογος ἱερὸς ὁρώμενος τοσοῦτος ἅμα τοῖς ἱεράρχαις, στολαῖς ἱεραῖς κεκοσμημένοι, καὶ μίαν C τελοῦντες τελετὴν ὑφ' ἑνὶ καθηγεμόνι, τῷ πατριάρχῃ, τεταγμένοι. Λαμπάδων δὲ περιουσία καὶ τῇ ἄλλῃ πολυτελείᾳ τῆς παρασκευῆς, καὶ τὰς πώποτε ὑμνουμένας παρηκόντισε τῶν ἑορτῶν· ἀναλώματα δὲ τὰ ἐπὶ τούτοις, καὶ τοὺς τῶν ἱερέων μισθοὺς φιλοτίμως μάλιστα γεγενημένους ἑκάστῳ κατ' ἀξίαν, οἴκοθεν ὁ μέγας δομέστικος παρέσχετο αὐτός.

351 CAPUT II.

Ambitio patriarchæ. Consilium magni domestici de excommunicandis insidiatoribus filiorum imperatoris. Pia imperatoris recusatio. Tandem importunitas domestici ab invito assensum extorquet Patriarcha regnare contendit. Sismanus exsul ab imperatrice petitur. Ejus fratrisque ac matris conditio. Consultatur de reddendo. Chumni in domesticum convicium. Imperatrix litem præcidit. Binæ sententiæ de Sismano. Patriarchæ sententia laudatur vehementer. Domesticus imprudentiam consultantium reprehendit, rectius suadet. Patriarcha culpam agnoscit. Ex Chumni dicterio civilis seditionis augurium, et domestico se abdicandi renovatum desiderium.

Piamina quidem hæc fuerunt. Ipse autem magnus domesticus, quomodo antehac, ad rempublicam procurandam incumbebat, de nemine nulla in re D quidquam suspicans mali. Patriarcha in sua pelle quiescere non poterat; sed imperii administrationem, ut sibi congruentem ex causa istiusmodi capessendam judicabat. Non parum diu ante

Ἀλλὰ τὰ μὲν τῶν ἱλασμῶν τοιαῦτα ἐγεγόνει. Αὐτὸς δὲ εἶχετο τῆς τῶν πραγμάτων διοικήσεως ὥσπερ καὶ πρότερον μηδένα ὑποπτεύων περὶ οὐδενός. Τῷ πατριάρχῃ δὲ οὐκ ἤρκει μένειν ἐπὶ τοῖς προτέροις· ἀλλ' ἐδόκει δεῖν ἀντέχεσθαι τῆς τῶν κοινῶν πραγμάτων διοικήσεως ὡς αὐτῷ προσηκούσης, ἐκ τοιαύτης δή τινος αἰτίας. Ἔτι περιόντος βασιλέως,

Jacobi Pontani notæ.

(88) Ἱερὸν κατάλογον, universum sacerdotum ordinem vocat sumpta metaphora a re militari. Est enim κατάλογος delectus, et καταλεγέντες sunt conscripti, centuriati, et καταλέγειν est allegere, ut Budæus tradit. Idem esset si diceremus : de sacro albo. Matricem aut matriculam vocant jureconsulti, de qua Vegetius, lib. II, cap. 5; Isidorus, lib. I, cap. 23. Unde facile intelligimus, quid sit dare nomina, quid scripti, aut conscripti milites.

(89) De hoc templo diximus nonnulla in lib. I, cap. 12. Quanquam autem frequenter, Σοφίας τοῦ Θεοῦ Λόγου, *Sapientiæ divini Verbi* dicitur, id est, Filii Dei, qui est Verbum, et sapientia Patris, non tamen necesse habemus totidem verbis interpretari, cum quæ illa Sophia sit, jam satis constet. Rudiores historiarum quamdam martyrem, nomine Sophiam somniant, cui hoc templum dedicatum fuerit.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

οὐκ ὀλίγῳ χρόνῳ πρὸ τῆς τελευτῆς συνεβούλευεν ὁ μέγας δομέστικος αὐτῷ πατριάρχην πεῖσαι ἐπιτίμιον ἐπαπειλῆσαι ἀνατείνασθαι καὶ χωρισμὸν τῆς Ἐκκλησίας τῶν πιστῶν, εἴ τις τετελευτηκότος βασιλέως ἐπιβουλεύσειε τοῖς ἐκείνου παισὶ, καὶ τὴν βασιλείαν παρέλοιτο ἀδίκως· ἔφασκέ τε πείθειν ἐπιχειρῶν ὡς οὐδὲν ἔσονται τοιαῦτα πράττοντες τῶν ἀτόπων εἰργασμένοι καὶ παραλόγων· ἀλλὰ καὶ ὠφέλειαν οὐ μικράν τινα παρέξονται τοῖς παισὶν ἐκ τούτου εἴ τι τοιοῦτον συμβαίη περὶ αὐτούς. Πᾶσι μὲν γὰρ ἄδηλον εἶναι τὸ τοῦ θανάτου τέλος, ὁπότε ἥξει· μάλιστα δὲ αὐτοῖς ἀεὶ περὶ μάχας καὶ κινδύνους ἠσχολημένοις· καὶ οὐδὲν εἶναι τῶν ἀδυνάτων, εἰ καὶ ἀμφοτέροις αὐτοῖς συμβαίη περὶ μίαν μάχην πεσεῖν. Εἰ δὲ τοῦτο γένοιτο, ἀπρονοήτους παντάπασι συμβαίνει λείπεσθαι τοὺς παῖδας, μήθ' ἑαυτοῖς ἀμύνειν διὰ νηπιότητα δυναμένοις, μήθ' ἕτερόν τινα ἔχοντας τὸν προστησόμενον γνησίως καὶ ἀδόλως. Βασιλεὺς δὲ, οὐκ ἐπείθετο ῥᾳδίως γνώμης τε ὢν ἀγαθῆς, καὶ μᾶλλον οἰόμενος προσήκειν ἐπὶ τὴν πάντα δυναμένην δεξιὰν τὰς ἐλπίδας τῆς τῶν παίδων σωτηρίας ἔχειν, ἢ πρὸς συκίνην ἐπικουρίαν τὴν ἐξ ἀνθρωπίνης ἐπινοίας ἀποβλέπειν, συνορῶν ὡς καὶ τοῖς πρὸ ἐκείνων βασιλεῦσι τοιαῦτα ἐπινενοημένα ὤνησαν οὐδὲν, ἔφασκέ τε ὡς ἡ Θεὸς ἄνωθεν χεῖρα σώζουσαν ὑπερέχων, ἢ τῶν ἡμῖν εὐνῶν ἡ δύναμις ἂν τῶν ἐναντίων ὑπερέχῃ τὰς τῶν ἀδικεῖν ἐθελόντων ἂν κωλύσειεν ὁρμάς· ὅρκοι δὲ καὶ δεσμοὶ καὶ ὅσα παραπλήσια, οὐδὲν ἂν ἐκφοβήσειε τοὺς πλεονεκτεῖν προῃρημένους. Διὸ καὶ τῆς τοιαύτης πράξεως ἀποσχέσθαι, ὡς οὐ μόνον οὐδὲν ἡμῖν λυσιτελούσης, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις οὐ τὴν τυχοῦσαν βλάβην δυναμένης προξενεῖν οἷα δὴ πρὸς τῷ δίκας τῆς ἁρπαγῆς ὀφείλειν, καὶ κεχωρισμένοις ἀπὸ Θεοῦ. Ὁ μέγας δὲ δομέστικος οὐκ ἀνίη βιαζόμενος, ἀλλ' ἐδεῖτο τῶν μὲν τοιούτων λόγων ἀποσχέσθαι, αὐτῷ δὲ πείθεσθαι ὡς λυσιτελοῦντα καὶ δίκαια βουλευομένῳ· καὶ ἔπεισέ γε βιασάμενος, οὐδ' οὕτω μὲν πεπεισμένων ὡς λυσιτελῆ τὰ πραττόμενα εἴη, ἀλλὰ τῆς ἐξαρχῆς ἐχόμενον γνώμης. Διὰ δὲ τὸ δοκεῖν ἐκείνῳ λυσιτελεῖν καὶ ἄκοντα πεπεισμένον· καὶ τὸν πατριάρχην μετακαλεσάμενος καὶ ὅσοι τῶν ἀρχιερέων ἐν Βυζαντίῳ τότε παρῆσαν, καὶ ὅσα ἦν εἰκὸς διαλεχθεὶς περὶ τοῦ πράγματος, καὶ τὴν γνώμην φανερὰν ποιήσας, ὡς αὐτῷ μὲν οὔτε ἀναγκαῖον οὔτε λυσιτελὲς δοκεῖ τὸ πρᾶγμα· οὐ γὰρ ἐπισχήσει τὰς ὁρμὰς τῶν ἐπιβούλων· ὡς ἂν δὲ μὴ δοκοίη τοῖς σφετέροις μόνοις πεῖθεσθαι λογισμοῖς, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις συμβουλεύουσι παραχωρεῖν, αὐτόν τε πεπεῖσθαι καὶ σφίσιν ἐπιτρέπειν, ἐκέλευε τὸν ἀφορισμὸν κατὰ τῶν μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν τοῖς παισὶν ἀδίκως ἐπιθησομένων ἐκφωνεῖν· καὶ ἐτελεῖτο παρὰ πατριάρχου ἥ προσέταττεν ὁ βασιλεύς. Διὰ ταῦτα δὴ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν, ὁ πατριάρχης ᾠήθη δεῖν, οἷα δὴ τῶν βασιλέως παίδων φύλαξ, ἄλλως θ' ὅτι καὶ ὁ τοῦ βασιλέως παῖς Ἰωάννης ὁ βασιλεὺς

A excessum imperatori consilium dedit magnus domesticus, patriarchæ auctor esset, pœnam et ejectionem ex Ecclesia interminandi, si quis imperatore mortuo filiis ejus insidiaretur, et imperium illis nefarie adimeret: addiditque persuadendi causa, nihil indecens aut inopinatum facturos; quinetiam non modice filiis profuturos, si quid humanitus ipsis accidisset. Neminem enim præscire diem ultimum, præsertim ipsos semper bellis, cum periculo distentos: et posse utrumque eorum in eodem prælio occumbere; male curatos relinqui filios, qui nec sibi ipsis propter ætatis imbecillitatem ferre opem poterint; nec habituri sint, qui eos sincere ac legitime tueatur. Imperator reniti, quod pius esset animi, putaretque convenire B magis in omnipotenti dextera salutem filiorum reponere, quam ad siculneum auxilium humana cogitatione inventum respicere; intelligeret præterea a superioribus imperatoribus similia excogitata fuisse, nec profuisse. Et adjungebat, aut Deum ab alto salutarem manum extendentem, aut potentiam sibi bene cupientium, devictis adversariis, eorum ad injuriam inferendam impetus repressuram. Jnramenta, et vincula, et quæcunque hujus generis nihil perterritura eos, qui ex alienis incommodis sua comparare commoda statuerint. Idcirco abstinendum hoc negotio, ut non solum ipsis inutili, sed cæteris etiam non mediocriter nocituro; utpote præter pœnas ob rapinam debitas etiam dirisprecibus a divina conjunctione seclusis. C Magnus domesticus instare, rogareque **352** hujusmodi verbis parceret, sibi utiliter ac juste consulenti pareret. Et importunitate quod voluit, effecit, non ita tamen ut profuturum crederet imperator, si fieret; verum anticipatæ opinioni suæ affixus, quoniam ille profuturum censebat, in speciem assensus est, accersitoque patriarcha cum episcopis quotquot Byzantii versabantur, et quæ decebat de re locutus: declarata insuper palam sententia sua, sibi quidem rem neque necessariam, neque conducibilem videri (non enim cohiberi posse insidiatorum cupidinem), tamen ne existimetur suo tantum judicio obsequi, sed aliorum quoque consiliis cedere, et manus dare, et D rem illis committere. Proinde anathema in eos dicant, qui se mortuo filios ejus per scelus adorirentur. Patriarcha jussa complei; et hac nimirum de causa post ejus obitum oportere se tanquam filiorum tutorem (et præsertim quia Joannes imperator admodum puer adhuc, novem duntaxat annos natus erat (90)) gubernationem attingere, et adolescentulo imperatori imperium conservare existimavit. Ac suscepit quidem ille rempublicam, paulatimque semet in principatum intrudens, latere studuit quam maxime potuit: quod metueret

Jacobi Pontani notæ.

(90) Patre moriente Joannes Palæologus non plus novem annos natus erat. Huic crede, et falsum puta Laonicum, qui ei duodecim annos tribuit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ne magni domestici æmulum se esse in regenda republica palam constaret. Et cum alia ei inimica faciebat, tum sodalitium ex aulicis proceribus conflabat, multaque amplissima beneficia promittebat, si ipsis administris rerum principatum adipisceretur. Præterea totos dies, et ad medias noctes in palatio hærebat. Hinc magnus domesticus, ejus cogitata olfaciens, et imprimis a nonnullis, quibuscum patriarcha arcana sua communicabat, de causa molitionum istarum certior factus, merito indigne ferebat et irascebatur. Silebat nihilominus, et quo demum res erumperet, observabat. Inter hæc aliud quiddam evenit, quod ejus animum non leviter pupugit. Nam Mœsorum rex Alexander per legatos ab imperatrice, et Romanis Sismanum exsulem Byzantii degentem petebat, Michaelis, cui successerat ex Stephani Triballorum principis sorore filium : quæ a marito, superinducta sorore Andronici junioris, ejecta, post ejus interitum in Mœsia regnaverat; nec multo post potentissimorum factione rursum pulsa regno, cum Joanne, e filiis altero, ad Cralem fratrem se receperat. **353** Sismanus alter filius ad Scythas exsulatum abierat : nec longo tempore ibidem exacto, post mortem imperatoris ad Romanos sponte confugerat. Hunc igitur Alexander ut teterrimum hostem suum postulabat, et alterutrius optionem dabat : ut aut Sismanum sibi jugulandum dederent, aut se ad bellum pararet; haud enim Romanis amicum, ac socium esse posse, quandiu illi hostem suum apud se alerent; simulque juramentum mittebat, quo se ipsi Andronicus pacis causa obstrinxerat. Legatio Alexandri ita se habuit. Oportebat vero convenire optimates, et cum Augusta deliberare, fasne esset perfugam tradere, an pro eo bellum contra Mœsos suscipere. Convenitur in palatio; adsunt item magnus domesticus, et patriarcha; quæstio movetur. Ibi aliis omnibus in magnum domesticum, ora atque oculos cum silentio convertentibus, ejusque super re proposita sententiam exspectantibus, Georgius Chumnus mensæ præfectus inscite, et audacter, priusquam ab ullo verbum audiretur : Scriptum est, inquit, *Si postremo revelatum fuerit, primus taceat* (91). Ergo si alicui nostrum, qui videmur esse postremi, melius aliquid in illis, de quibus nunc est inducta deliberatio, loqui licuerit, necesse erit primum boni consulere. Percussit illico, et indignatione commovit magnum domesticum, tam proterva, et impudens oratio. Sed quia aut imperatricem, aut patriarcham, ille enim consilio præsidebat, iratos e curia hominem exacturos, aut verbis saltem de istac tam intempestiva linguæ petulantia objurgaturos sperabat, ad contumeliam tacuit. Cum autem illi contra ne mutirent quidem

A ἔτι νήπιος ἦν, ἄρτι παιδικῆς ἡμμένος ἡλικίας, ἔτη γὰρ ἦν γεγονὼς ἐννέα, ἀνθάπτεσθαι τῶν πραγμάτων καὶ τὴν βασιλείαν συνδιασώζειν τῷ νέῳ βασιλεῖ· καὶ ἥπτετό γε αὐτῶν, λανθάνειν ἐπιχειρῶν ὡς μάλιστα ἐνῆν καὶ κατὰ μικρὸν ἐμβιβάζων ἑαυτὸν εἰς τὴν ἀρχήν. Ἐδεδίει γὰρ γενέσθαι φανερὸς ἀντιπολιτευόμενος τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ· καὶ ἄλλα τε ἔπραττεν ἃ οὐκ ἦν αὐτῷ ἀρέσκειν, καὶ ἑταιρείαν ἐκ τῶν συγκλητικῶν συνίστα, καὶ ἔπειθε πολλαῖς ὑποσχέσεσιν αὐτῷ συμπράττειν ὡς τὰ μέγιστα εὖ ποιήσων εἰ αὐτῷ προσγένοιτο τῶν πραγμάτων ἡ ἀρχή. Καὶ διηνεκῶς διέτριβεν ἐν βασιλείοις, νυκτὸς μόνης καὶ ταύτης μέσης οἴκαδε ἀναχωρῶν. Ἐξ ὧν ὁ μέγας δομέστικος καταστοχαζόμενος τῆς τοῦ πατριάρχου διανοίας, ἄλλως τε καὶ τινῶν τῶν κοινωνούντων, B αὐτῷ τῶν ἀπορρήτων ἀπαγγελλόντων τῶν γινομένων τὴν αἰτίαν, ἐδυσχέραινε μὲν ὡς εἰκὸς, καὶ δι' ὀργῆς τὰ πραττόμενα ἐποιεῖτο, ὅμως δὲ ἔφερε σιγῇ ἀποσκοπῶν ὅποι τελευτήσει ἡ διάνοια αὐτῷ. Μεταξὺ δὲ τούτων γινομένων συμβέβηκέ τι καὶ ἄλλο, ὃ μετρίως οὐ καθήψατο τῆς τοῦ μεγάλου δομεστίκου ψυχῆς· ὁ γὰρ τῶν Μυσῶν βασιλεὺς Ἀλέξανδρος πρεσβείαν πέμψας πρὸς βασιλίδα καὶ Ῥωμαίους, τὸν παρ' αὐτοῖς διατρίβοντα φυγάδα ᾔτει Σίσμανον τὸν τοῦ παρὰ Μυσοῖς προβεβασιλευκότος Μιχαήλ· ὃς δὴ γεγέννητο αὐτῷ ἐκ τῆς Στεφάνου τοῦ τῶν Τριβαλῶν ἄρχοντος ἀδελφῆς, ἣ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ἦρξε Μυσίας· πρότερον γὰρ ἐκβεβλημένη ὑπ' ἐκείνου ἦν ἔτι περιόντος, καὶ τῇ βασιλέως Ἀν- C δρονίκου τοῦ νέου συνοικοῦντος ἀδελφῇ· ἐπεὶ δὲ μετ' ὀλίγον ὑπὸ τῶν δυνατωτάτων ἐπιβουλευθεῖσα πάλιν ἐξεβλήθη τῆς ἀρχῆς, ἡ μὲν τὸν ἕτερον ἔχουσα τῶν υἱῶν Ἰωάννην, πρὸς Κράλην ἐπανῆκε τὸν ἀδελφόν. Σίσμανος δὲ ὁ λοιπὸς τῶν παίδων, εἰς Σκύθας ᾤχετο φυγάς· ὃς δὴ παρ' ἐκείνοις διατρίψας οὐκ ὀλίγον, ὕστερον Ῥωμαίοις ἑκοντὶ προσῆλθε μετὰ τὴν βασιλέως τελευτήν. Τοῦτον δὴ Ἀλέξανδρος ᾔτεῖτο πέμψας ὡς πολεμιώτατον αὐτῷ· ἔφασκέ τε δυοῖν θάτερον, ἢ παραδοῦναι Σίσμανον ἐπὶ θανάτῳ, ἢ παρασκευάζεσθαι πρὸς πόλεμον, ὡς οὐκ ἐνὸν αὐτὸν εἶναι φίλον καὶ σύμμαχον Ῥωμαίοις τοῦ πολεμιωτάτου τρεφομένου παρ' αὐτοῖς· ἔπεμπέ τε καὶ τοὺς ὅρκους οἱ πρὸς βασιλέως Ἀνδρονίκου πρὸς αὐτὸν ἦσαν ἐπὶ τῇ εἰρήνῃ γεγενημένοι. Ἡ μὲν οὖν D Ἀλεξάνδρου πρεσβεία τοῦτον εἶχε τὸν τρόπον· ἔδει δὲ τὴν σύγκλητον συνελθοῦσαν βουλεύσασθαι ἅμα βασιλίδι εἰ δέον ἦ τὸν αὐτόμολον παραδιδόναι, ἢ πόλεμον ἄρασθαι πρὸς Μυσοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ. Οἱ μὲν οὖν συνῆλθον ἐν βασιλείοις· συμπαρῆν δ' αὐτοῖς καὶ δομέστικος ὁ μέγας, ἅμα πατριάρχῃ· προτεθείσης δὲ τῆς βουλῆς ἐπ' ἐκκλησίας, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἡσυχίαν ἦγον πρὸς τὸν μέγαν δομέστικον ἀποβλέποντες, ὅ τι ἂν βουλεύσαιτο περὶ τῶν προκειμένων. Χοῦμνος δὲ Γεώργιος ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης

Jacobi Pontani notæ.

(91) Ex D. Paulo, 1 ad Corinth. cap. XIV, ubi ita legitur : Προφῆται δὲ δύο ἢ τρεῖς λαλείτωσαν, καὶ οἱ ἄλλοι διακρινέτωσαν. Ἐὰν δὲ ἄλλῳ ἀποκαλυφθῇ καθημένῳ, ὁ πρῶτος σιγάτω· *Prophetæ autem duo, aut tres dicant, et cæteri dijudicent. Quod si alii revelatum fuerit sedenti, primus taceat.* Verumtamen in sententia diversitas nulla apparet.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ἀμαθῶς καὶ θρασέως πρίν τι φθέγξασθαι τινά, Γέγραπται, εἶπεν, ἐὰν τῷ ἐσχάτῳ ἀποκαλυφθῇ, σιγάτω ὁ πρῶτος. Ἂν οὖν καὶ ἡμῶν τινι τῶν δοκούντων ἐσχάτων εἶναι βέλτιόν τι περὶ ὧν νυνὶ βουλευόμεθα εἰπεῖν ἐξῇ, ἀνάγκη τὸν πρῶτον στέργειν. Ἐταράχθη μὲν οὖν εὐθὺς ὁ μέγας δομέστικος ἐπὶ τῷ λόγῳ πρὸς τὴν θρασυτητα καὶ ἀναίδειαν τοῦ ἀνδρὸς ἀγαναχτῶν· οἰόμενος δὲ τὴν βασιλίδα ἢ τὸν πατριάρχην, οὗτος γὰρ ἤδη προῖστατο τῆς βουλῆς πρὸς ὀργὴν τὸν Χοῦμνον ἀπελάσειν τοῦ βουλευτηρίου, ἢ λόγοις ἐπιπλήξειν τῆς ἀκαίρου γλωσσαλγίας, ἤνεγκε σιγῇ· ὡς δὲ μήτε παρ' ἐκείνων ἐλέγετο τῶν δεόντων τι, ἔτι μᾶλλον ἐταράττετο· τεκμήριον ἐναργὲς ἀταξίας καὶ ἀναρχίας τιθέμενος τὸν λόγον εἰ πᾶσιν ἐξέσται τοῖς μείζοσι προσκρούειν ἀδεῶς. Τορνίκης δὲ Δημήτριος οὐκ ἐνεγκὼν τὴν ἀτοπίαν. Τί οὖν, εἶπε, δημοκρατίαν χρὴ ποιεῖν τὴν Ῥωμαίων βασιλείαν, ἵν' ἐξῇ παντὶ τῷ βουλεύσθαι καὶ λέγειν ἅττα ἂν δοκῇ καὶ περὶ μειζόνων καὶ ἐλαττόνων πραγμάτων, καὶ ἀνάγκην προστιθέναι τοῖς βελτίοσι στέργειν τὰ ἐψηφισμένα; καὶ ποίαν ἀτοπίας ἂν ὑπερβολὴν ἐλλίποι τὸ τοιοῦτον· ὡρμημένων τε ἤδη περὶ τῶν τοιούτων ἀλλήλοις ἀντιλέγειν, ἐπέσχεν ἡ βασιλὶς, τῶν ἀκαίρων ἀποσχέσθαι κελεύουσα λόγων τουτωνὶ καὶ ἀναγκαίων πέρι διαλέγεσθαι. Ὁ μέγας δὲ δομέστικος ὑποκρινάμενος τὸν στόμαχον ἀλγεῖν, ἔπλαττε τότε στρέφεσθαι τὰ ἔνδον, καὶ ἐσιώπα ὡς μηδὲ φθέγγεσθαι δυνάμενος ὑπὸ τῆς ἀλγηδόνος· οἱ δὲ, ἀτάκτως ἐθορύβουν, ἕκαστος τὸ προσιστάμενον βουλόμενος κυροῦν. Οἱ μὲν γὰρ ἔλεγον δεῖν Σίσμανον διασώζειν, ἱκέτην τῆς Ῥωμαίων βασιλείας γεγενημένον, καὶ μὴ καταπροδιδόναι, εἰ δεῖ τι καὶ τῶν δυσχερῶν ὑπομένειν δι' αὐτόν. Οἱ δὲ, τὴν χώραν μᾶλλον καὶ τὰ οἰκεῖα διασώζειν, καὶ μὴ βαρβάρου ἕνεκα φυγάδος εἰς προῦπτον κίνδυνον ἐμβάλλειν σφᾶς αὐτούς· καὶ τοιαῦτα ἕτερα ἀντέλεγον πρὸς ἀλλήλους, καὶ βοῆς τὰ βασίλεια ἐπλήρουν, πάντων ἐθελόντων γνώμας καὶ ψηφίσματα προτείνειν ὑπὲρ τῶν κοινῇ λυσιτελούντων. Ὡς δὲ ἐπιπλέον ἡ φιλονεικία παρετείνετο καὶ ἀσύμφωνοι ταῖς γνώμαις ἦσαν, ὁ πατριάρχης ὡς δήτι μέγα καὶ θαυμάσιον βεβουλευμένος, Ἐμοὶ δοκεῖν, ἔφη, Σίσμανον πρὸς τὸν τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας νεὼν καταφυγεῖν· ἀσυλίᾳ δὲ αὐτοῦ τετιμημένου ὑπὸ πάντων ὅσοι Ῥωμαίων ἐβασίλευσαν, ἐξεῖναι καὶ ἡμῖν εὐπρόσωπον ἀπολογίαν πρὸς τοὺς Ἀλεξάνδρου θέσθαι πρεσβευτὰς, ὡς οὐκ ἐξὸν ἀποσπάσαντας τὸν ἱκέτην τοῦ Θεοῦ παραδιδόναι πρὸς σφαγήν· μάλιστα πάντων τοῦτο ἁγιώτατον καὶ παρὰ τῶν πάλαι καὶ τῶν νῦν Ῥωμαίων νομιζόμενον. Οἱ μὲν οὖν πολλοὶ τῶν παρόντων, ἐξεθείασαν τὴν βουλὴν ὡς ἀρίστην καὶ συνετωτάτην, καὶ δυναμένην μάλιστα ἀπράκτους ἀποπέμψαι τοὺς Ἀλεξάνδρου πρεσβευτὰς, συνορῶντας ἤδη καὶ αὐτοὺς τὴν τοῦ πράγματος ἀνάγκην. Τοῦ μεγάλου δὲ δομεστίκου φθεγγομένου μηδὲν, ἡ βασιλὶς πρῶτα μὲν κατεμέμφετο τὴν ἀκαιρίαν τῆς νόσου ἐφ' οὕτως ἀναγκαίου καιροῦ καὶ δεομένου βουλῆς γεγενημένην· ἔπειτα δὲ ἔλεγε πρὸς αὐτὸν, ὡς εἰ μὲν καὶ αὐτῷ εὖ ἔχειν ἡ τοῦ πατριάρχου δοκεῖ βουλὴ ὥσπερ δὴ

(quod minime decebat) major eum perturbatio incessit, pro manifesto confusionis et anarchiæ habentem indicio, si in quemvis e majoribus libere insultare liceret. Demetrius porro Tornicius insolentiam non ferens : Quid hoc rei, inquit, ad democratiam ne Romanum imperium redigemus. ut unicuique fas sit consulere, ac dicere pro libidine æque in gravioribus, ut in levioribus et prudentioribus sua decreta approbandi necessitatem imponere? Quid tandem hoc stolidius fieri queat? Cumque jam inter se altercari inciperent, imperatrix se interponens, eos cohibuit; hortata, ut istiusmodi sermonibus alienis omissis, de necessariis dissererent. Magnus domesticus dolorem stomachi, et tormina simulare, silereque, ac si cruciatus ille sibi vocem eriperet. Illi immodeste mutuum obstrepere, dum quisque propositum confirmare nititur. **354** Quidam enim Sismanum Romani imperii supplicem conservandum, non prodendum asserebant : etiamsi ejus causa quippiam durius patiendum foret. Alii magis regionem, et propria servanda tuendaque, nec propter fugitivum Barbarum in prævisa pericula sponte incurrendum. His atque similibus verbis concertantes, palatium clamoribus implebant, cunctis ad communem utilitatem sententias, et placita sua in medium afferre satagentibus. Cumque sententiarum contentio ingravesceret, patriarcha quasi nimirum nescio quid magnum et admirabile consulturus : Mea opinione, inquit, Sismano in ædem Sophiæ transfugiendum est; quam cum ab omnibus imperatoribus asyli jure honoratam constet, licebit et nobis honestum Alexandri legatis responsum reddere; nefas fuisse nobis Dei supplicem abstrahere, et aliis interficiendum transdere; quando id in scelere omnium impurissimo a Romanis semper numeratum sit. Multi igitur præsentes consilium hoc in cœlum ferebant, optimumque ac prudentissimum, et ad legatos Alexandri (ut qui jam ipsi quoque recusationis necessitudinem perspicerent), re imperfecta dimittendos longe opportunissimum judicabant. Tacente magno domestico, Augusta primum de morbi ejus importunitate, tempore tam ancipiti et consilio egente, querebatur. Deinde admonebat, si placeret ei patriarchæ ratio, quomodo aliis ac sibi placuisset, vultu annueret, atque ita dicta confirmaret, et consultationi finem daret. Sin quid aliud melius et utilius haberet, se in præsentia propter ejus tentationem valetudinis consilium dimissuram, ubi se ex illa recreasset, de iisdem denuo acturos. Domesticus paulum se colligens, Videmini mihi, ait, non respondere ad ea, de quibus ventum est in consilium. Non enim nunc de sermonibus honesta specie confictis quæritur : sed num quæ Alexander postulat, concedenda, an potius armis cum eo depugnandum sit. Vos autem, posthabita consultationis materia, de jure, institutisque Romanorum disputatis : perinde ac si esset, qui Alexandrum posset etiam cogere ad obtemperandum Romanorum legibus.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Qui dicet fortasse : Non mihi, sed Romanis hæ leges præscribuntur ; ego unam hanc legem agnosco, omni ratione mea commoda persequi (92). Quanquam autem vobis in sacris asylis Sismanum licet abscondere, urbes tamen, et castella in iis abscondere non licet ; neque armenta boum et greges ovium, cæterasque in agris facultates, **355** ex quibus mihi pœnas injuriæ persolvetis. Huc itaque, non ad speciosas rationes accommodanda est vobis deliberatio. Ego vero parum abest, quin meipsum accusem, qui nescio quomodo ad hæc dicenda prolapsus sum. Dictum est enim ab initio, et ratum ab omnibus habitum (nemo siquidem contradixit prorsus), si quid postremo revelatum sit, ut primus taceat. Atqui si non inter postremos collocato, sed et primo, et curiæ longe principi tali visa sint, et a vobis universis confirmata pro utilibus, par est ipsum quoque boni consulere, et ultra nihil curiose perscrutari. Hic cum imperatrix eum ad porro dicendum cnixius impelleret, ac perurgeret, Nec ista, inquit, tametsi pauca, libens protuli. Tum patriarcha hæc vera sentiens, statim ut se culpa liberaret : Ego primus, inquit, etiam ipse fateor, consultationem nostram nihil ad ea facere, quæ in quæstionem adducuntur. Non enim Alexandrum curaturum, cum ratione, an secus ei respondeatur : sed quomodo ab initio sibi proposita ad finem perducat, si possit. Quocirca et ipse non de verbis, sed de illo alio consilia agitanda sentio. Aliis omnibus protinus astipulantibus, et post magnum domesticum consurrectione facta, conventus est solutus. Cæterum jam ante cernens magnus domesticus, patriarcham ad imperium affectare viam, et conatum ejus vi reprimere nolens (haud enim invitis, sed cupidissimis, et de imperio sibi gratias habentibus imperare cupiebat), præterea timens, ne qua inde seditionis, bellique civilis occasio nasceretur, e quibus verisimile erat collapsurum Romanum imperium ; et omni morte horribilius arbitratus, tantis ærumnis sese originem, et caput esse (unde nec imperatore adhuc superstite, quamvis multis sæpe ab eo precibus fatigatus, purpuram induere sustinuit), cogitaverat quidem prius dignitate ultro abire, et reliquum vitæ curis et negotiis vacuum decurrere, quod, ut modo dicebamus, quidvis tolerabilius duceret, quam Romanis a se pestem evenire. Verum ut Chumnum in consessu superbe et impudenter se perstringentem (ad se enim potissimum ejus maledictum pertinere censebat, omnium tunc Romanorum et opinione, et re præcipuum), nullus de intempestiva libertate increpuit, aut accusavit, hoc ipsum civilis seditionis exordium fore ratus, citius quam volebat, potestate se abdicandi desiderio captus est.

καὶ τοῖς ἄλλοις συνέδοξε καὶ αὐτῇ, ἐπινεῦσαι ὡς καλῶς ἔχουσι τοῖς λεγομένοις, καὶ τοῦτο ἐπιθέσθαι πέρας τῇ βουλῇ. Εἰ δέ τι βέλτιον αὐτῷ καὶ λυσιτελέστερον ἕτερον δοκεῖ, τὸ νῦν μὲν εἶναι διὰ τὴν αὐτοῦ νόσον, τὸν σύλλογον διαλύειν· αὖθις δὲ ῥᾷσαντος, βουλεύσεσθαι περὶ τῶν αὐτῶν· ὁ δὲ μικρὸν ἐπισχών· Δοκεῖτέ μοι, ἔφη, μὴ περὶ ὧν βουλεύεσθε, τὴν ἀπόκρισιν ποιεῖσθαι. Οὐ γὰρ νῦν ἡμῖν ἡ σκέψις περὶ λόγων εὐπροσώπων, ἀλλὰ εἴτε χρὴ τὰ κελευόμενα ὑπ' Ἀλεξάνδρου πράττειν, εἴτε πολεμεῖν αὐτῷ. Ὑμεῖς δὲ περὶ ὧν προύθεσθε βουλεύεσθαι ἀφέντες, περὶ νομίμων καὶ δικαίων τῶν παρὰ Ῥωμαίοις διαλέγεσθαι, ὥσπερ ἂν εἴ τις καὶ Ἀλέξανδρον ὁ καταναγκάσων ἦν τοῖς Ῥωμαίων νόμοις πείθεσθαι. Ὁ δ' ἴσως ἐρεῖ, ὡς Οὐκ ἐμοί, ἀλλὰ Ῥωμαίοις οἱ νόμοι οὗτοι κεῖνται· ἐμοὶ δὲ εἷς νόμος ἐκ παντὸς τρόπου τὰ συνοίσοντα ἐμοὶ ζητεῖν· ὑμῖν δὲ εἰ καὶ Σίσμανον ἔξεστι τοῖς ἀσύλοις καταικρύπτειν ἱεροῖς, ἀλλ' οὐ δή που καὶ πόλεις καὶ κώμας κατακρύψετε ἐν τοῖς τοιούτοις· οὐδὲ βοῶν ἀγέλας καὶ ποίμνια προβάτων, καὶ τὴν ἄλλην περιουσίαν τὴν ἐν τοῖς ἀγροῖς ἐξ ὧν ἐμοὶ τοῖς ἀδικίας ἐξέσται κομίζεσθαι ποινάς. Πρὸς οὖν τὰ τοιαῦτα χρὴ βουλεύεσθαι, οὐ πρὸς ἀπολογίας εὐπροσώπους. Ἐγὼ δὲ ὀλίγου δεῖν νυνὶ μέμφομαι καὶ ἐμαυτῷ ὅτι καὶ ὁπωσοῦν εἰς τοιουτουσὶ προήχθην λόγους· εἰρηται γὰρ ἐξαρχῆς καὶ ἐπεψηφίσθη γε ὑπὸ πάντων (ἐπεὶ μηδεὶς ἀντεῖπε μηδὲν), ἐὰν τῷ ἐσχάτῳ τι ἀποκαλυφθῇ σιγᾷν τὸν πρῶτον. Εἰ δὲ μὴ τῷ ἐν ἐσχάτοις τεταγμένῳ, ἀλλὰ καὶ τῷ πρώτῳ καὶ μάλιστα ἐξάρχοντι τοῦ βουλευτηρίου τοιαῦτα ἔδοξε, καὶ ὑμῖν ἐπεψηφίσθη γε τοῖς πᾶσιν ὡς λυσιτελῆ, προσῆκε στέργειν καὶ αὐτόν, καὶ περαιτέρω πολυπραγμονεῖν μηδέν· τῆς βασιλίδος δὲ ἐναγούσης μάλιστα, καὶ ἐπισπωμένης πρὸς τοὺς λόγους. Οὐδὲ τὰ τοιαῦτα καίτοιγε ὀλίγα ὄντα ἐκὼν εἶναι ἐφθεγξάμην. Πρὸ δὴ τὰ τοιαῦτα εὐθὺς ὁ πατριάρχης αἰτίας ἀπολύων ἑαυτόν, Ἀλλ' ἐγὼ, εἶπε, πρῶτος καὶ αὐτὸς μηδὲν εἶναι πρὸς τὰ ζητούμενα τὴν βουλὴν ὁμολογῶ. Οὗ γὰρ Ἀλεξάνδρῳ περὶ εὐλόγων καὶ μὴ τοιούτων ἀποκρίσεων μελήσειν· ἀλλ' ὅπως ὃ προύθετο ἐξαρχῆς εἰς πέρας εἰ δύναιτο ἀγάγῃ· οὗ δὴ ἕνεκα καὶ αὐτὸς οὐ πρὸς λόγους, ἀλλὰ πρὸς ἐκεῖνο φημὶ βουλευτέον εἶναι· τὰ ἴσα δὲ εὐθὺς καὶ τῶν λοιπῶν ἐπιψηφισαμένων πάντων, ἐπεὶ ὁ μέγας δομέστικος ἀνέστη, καὶ οἱ ἄλλοι συνανέστησαν, καὶ ὁ σύλλογος διελύθη. Ὁρῶν δὲ καὶ πρότερον ἐφιέμενον ὁ μέγας δομέστικος τὸν πατριάρχην τῆς ἀρχῆς τῶν πραγμάτων, καὶ μήτε βίᾳ βουλόμενος τὴν ἐπιχείρησιν ἐπέχειν (οὐ γὰρ ἐβούλετο ἀκουσίων ἄρχειν, ἀλλὰ πολὺ μάλιστα βουλομένων, καὶ χάριν εἰδότων τῆς ἀρχῆς)· ἄλλως τε καὶ δεδοικὼς μὴ καὶ πρόφασις ἐκ τούτου στάσεως ἀναφυῇ, καὶ πολέμου ἐμφυλίου, ἐξ ὧν ὡς εἰκὸς διαφθαρησομένην συνεώρα τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν· καὶ παντὸς οἰόμενος θανάτου ἐπαχθέστερον τὴν αἰτίαν τῶν δεινῶν παρασχεῖν αὐτὸς (διὸ οὐδὲ βασιλέως ἔτι περιόντος, καί τοι πολλὰ πολλά-

Jacobi Pontani notæ.

(92) Dicit hoc quilibet tyrannus et barbarus, et tyrannorum est, regnandi gratia omnia divina et humana jura pervertere. Non inscite effieta Alexandri hujus responsio, æquitatem pro nihilo ducentis.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

κις παρακεκληκότος ἠθέλησε γενέσθαι βασιλεὺς) ἐσκέπτετο μὲν καὶ πρότερον τὴν ἡγεμονίαν ἀποθέσθαι, καὶ ἀπραγμοσύνη τὸν ἐπίλοιπον βίον ζῆν, ὅπερ ἔφην τοῦ φθορᾶς αὐτὸς αἴτιος Ῥωμαίοις κατασ ῆναι πᾶν ὁτιοῦν ἀνεκτότερον νομίζων. Ὡς δὲ καὶ κατὰ τὸν σύλλογον αὐθαδῶς καὶ θρασέως τοῦ Χούμνου πρὸς αὐτὸν διειλεγμένου (μάλιστα γὰρ πρὸς αὐτὸν τὸν λόγον ἀποτείνεσθαι ᾠήθη, πάντων τῶν τότε Ῥωμαίων καὶ νομιζόμενον καὶ ὄντα πρῶτον) οὐδεὶς ἐπετίμησεν, οὐδὲ ἐμέμψατο τῆς ἀκαίρου παῤῥησίας, ὥσπερ ἀρχὴν νομίσας στάσεως ἐμφυλίου τὸ τοιοῦτον, θᾶττον ἢ ἐβούλετο, ὥρμητο ἀπαγορεύειν τὴν ἀρχήν.

356 CAPUT III.

Amor in imperatorem mortuum. Fastidium potestatis et causa nova. Chumni contumeliosum dictum non vindicatur. Excusant se patriarcha et imperatrix. Domesticus multis verbis studium et fidelitatem in imperatorem vivum declaratum significat. et imperii administrationem in concilio deponit, obscure patriarchæ ambitionem hujus rei causam indicans.

Μετὰ γοῦν τὸν σύλλογον εἰς τὴν ὑστεραίαν, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς καὶ πατριάρχης παρῆσαν ἐν βασιλείοις, πρὸς βασιλέα ἐχρῆτο μηνυτῇ, καὶ τοιαῦτα αὐτῇ ἐδήλου δι' αὐτοῦ, ὡς εἴπερ ἦν αἵρεσις αὐτῷ προτεθῆναι ἐκ Θεοῦ (αὐτὸς δ' ἂν εἴη τῶν λεγομένων μάρτυς ὡς ὀλιγθῇ), βασιλέα μὲν ἐν ζῶσιν εἶναι, αὐτὸν δ' ἐκείνου τὸν θάνατον ἀθτελέσθαι, ἁπάσαις ψήφοις καὶ πάσῃ σπουδῇ καὶ προθυμίᾳ προείλετο ἂν αὐτὸς ἀποθανεῖν ὑπὲρ τοῦ ἐκείνου ζῆν. Ἐπεὶ δὲ τῷ μέτρα καὶ ζωῆς καὶ τελευτῆς ἑκάστῳ ταλαντεύοντι τοῦτον ἔδοξε τὸν τρόπον, ἐκείνῳ μὲν ὁμολογεῖν προσῆκον χάριτας τῆς περὶ ἡμᾶς σοφῆς οἰκονομίας· αὐτοὺς δὲ, ἕκαστον ὅ τι ἂν εἴη αὐτῷ τε προσῆκον καὶ λυσιτελὲς σκοπεῖν· ὃ δὴ κἀμοὶ σκεψαμένῳ περὶ ἐμαυτοῦ, ἔδοξε δεῖν τῶν μὲν πραγμάτων ἀποσχέσθαι· συνεῖναι δὲ τὸν ἐπίλοιπον ἀπραγμοσύνῃ βίον ὅπως ἂν δύνωμαι διάγοντα κατ' ἐμαυτόν· οὕτω δὴ δόξαν, ἤδη καὶ σοὶ κατάδηλον ποιῶ. Τοῦ πατριάρχου δὲ πυνθανομένου τὴν αἰτίαν δι' ἣν αὐτῷ τοιαῦτα πρὸς τὴν βασιλίδα παρέστη λέγειν. Καὶ πρότερον μὲν ἔφασκε τοὺς τοιούτους στρέφειν λογισμοὺς, καὶ ἀναγκαῖον οἴεσθαι ἀφίστασθαι τῶν πραγμάτων. Ὁ δέ με τάχιον ἀνέπεισε τὴν βουλὴν ἀνακαλύπτειν, οὐδὲν ἕτερον εἶνα., ἢ ὅτι τῇ προτεραίᾳ κατὰ τὸν σύλλογον ἀκαίρως τοῦ Χούμνου καὶ ἀνοήτως παῤῥησιαταμένου, καὶ ἐὰν τῷ ἐσχάτῳ ἀποκαλυφθῇ, σιγάτω ὁ πρῶτος φαμένου, οὔθ' ἡ βασιλὶς, οὔτ' αὐτὸς, ἠγανακτήσατε πρὸς τὴν ἀναισχυντίαν, οὐδὲ δίκην ἔδωκε τῆς ἀνοήτου γλωσσαλγίας, ἀλλ' ἐφησυχάσατε τοῖς λεγομένοις, ὥσπερ εἰρημένου μηδενὸς καινοῦ. Ὁ πατρίαρχης δὲ, Εἰ μὲν καί τις ἄλλη πρὸς τοὺς τοιούτους, ἔλεγε, λόγους ἦγαγεν αἰτία, αὐτὸς ἂν εἰδείης. Εἰ δ' αὐτοῦ τούτου ἕνεκα μόνου παροξυνθεὶς ὀργῇ φερόμενος πρὸς ἐμέ τε καὶ τὴν βασιλίδα, ἀφίστασθαι τῆς διοικήσεως ἔγνως τῶν κοινῶν, οὔτε δίκαια ποιεῖς, οὔτε προσῆκοντα σαυτῷ. Ἐγώ τε γὰρ ἰσχυρίζομαι τουτωνὶ τῶν λόγων μὴ ἀκηκοέναι παντελῶς· καὶ δίκαιος εἶναι ἀξιῶ πιστεύεσθαι παρὰ σοί· οἶομαι δὲ καὶ τὴν βασιλίδα τὰ ἴσα ἐμοὶ ἐρεῖν. Οὐδὲ γὰρ ἂν ἤνεγκε σιγῇ, εἰ ἀκοῦσαί τε συνέβαινε τῶν λόγων, καὶ πρὸς σὲ εἰρῆσθαι οἰηθῆναι. Διό σου καὶ δέομαι τῶν πρὸς τὴν βασιλίδα λόγων ἀποσχέσθαι οὐ φαύλην τινὰ ἐσομένων ἐπιθήκην τῶν κακῶν. Ὁ δ' οὐκ ἀνίη, ἀλλ' ἐκέλευεν ἀπαγγέλλειν. Νῦν μὲν φάσκων τὸν λόγον μόνον ἐκεῖνον τὸν ποιήσαντα τὴν ταραχὴν, ἴσως

A Ergo die proxime sequenti cum ipse et patriarcha essent in palatio, per eum imperatrici hæc renuntiat. Si fuisset a Deo in ejus relictum arbitrio (ipso teste vera se dicere), utrum mallet, imperatorem quidem vivere, se autem pro illo vitam ponere, quasi omnibus punctis, omnique studio, et alacritate præoptaturum fuisse mori, ut illi vivere diutius concederetur. Quoniam vero Deo unicuique sua fata dispensanti ita placuisset æquum esse eidem ut sapientissimo patri nostro familias gratias agere, et hominum quemlibet pro se, quid sibi conveniens utileque sit circumspicere. Hoc se sibi jam præstitisse, visumque rerum administratione cedendum, et quod superest ævi sibi, quoad fieri possit, soli viventem in curarum vacuitate

B consumendum. Hujus suæ voluntatis eam esse ignaram noluisse. Sciscitante autem patriarcha causam, quid ei in mentem venisset, talem ad Augustam mittere nuntium, respondit : pridem se istas cogitationes volvere, et abdicationem rectionis sibi necessariam arbitrari. Quod vero eum ad meditata citius patefacienda incitarit, non esse aliud, quam quod pridie Chumnus in conventu impor une, et insipienter ac sine fronte illud effutiverit, si postremo revelatum sit, taceat primus : quam imprudentiam nec imperatrix, nec ipse patriarcha ægre tulerit, nec maledicentiam istam puniverit, sed perinde ac si nihil diceretur novi, in dicto istoc conquieverint. Excepit patriarcha.

C Num alia præterea res te commoverit, ut hoc diceres, tu nosti. Si propter hoc solum exacerbatus, mihi et imperatrici tantopere irasceris, ut reipublicæ regendæ munus abjicere constitueris, nec juste, nec ex tua dignitate facis. Nam ego me verba illa Chumni omnino non audivisse, tibi confirmare possum, et mihi fidem haberi æquum est, putoque imperatricem eadem mecum confessuram. Haud enim vocem tenuisset, si audivisset, et te tactum credidisset. Quare te oro quæsoque, uti verbis talibus ad eam supersedeas, quæ præsentibus malis non parvo additamento futura sunt.

357 Ille non se flectere, et instare ut imperatrici nuntius iret; nunc quidem illud verbum solum

D esse, quod turbas concitaret; fortasse autem alia quosdam inclusa habere in pectore, quæ prodere nolint. Statim igitur patriarcha ad imperatricem

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

refert, quæ a magno domestico acceperit, et jussa efficit. Quæ tam insperatos, et inexspectatos sermones auribus hauriens contristatur, et ad stuporem miratur, quid eum ad hæc cogitanda, et sibi eloquenda perpulerit. Tamen ut se collegit, ei vicissim nuntiari jubet nulla ratione hæc ipsum loqui decere, neque ejus ingenio, neque amore illo, quo se ipse et imperator mutuo dilexerint, quemque a pueritia usque ad hoc tempus purum sincerumque conservarint, digna esse. Quocirca se credere etiam non posse, eum propter hominem fatuum eo iracundiæ ægritudinisque processisse. Deinde se nec audisse quid diceret; nec si audire contigisset, operæ pretium censuram fuisse hominem multare, quando ipsemet non minorem quam ipsa, et puniendi a quibus offensus sit, et ignoscendi, si velit, auctoritatem habeat. Quamobrem si propter illud verbum duntaxat indignaretur, a semetipso magis, quam ab illa pœnas sumere convenire. Si quo alio sibi opus sit, quod ipsa usque nunc ignoret, cum fiducia aperiat : nihil fore, in quo ejus animo non libenter gratificatura sit, nisi multo maxime ad præstandum impossibile fuerit. Sic imperatrix magno domestico respondendum curavit. Qui ad patriarcham, Et tu penitus vim verborum meorum ignoras, inquit, et Augusta a cogitatione eorum quæ fiunt, abest longissime. Ut autem et tu scias, et illi exponas, quam non iniqua in corde meo versem, audi quis sit meus de republica sensus. Meam cum defuncto imperatore a pueris perfectissimam amicitiam, et te nescire credibile est; et imperatrix in patria adhuc degens nosse qui potuit? Quod vero ad bellum contra avum et inceptum, et finitum attinet, quando reliquis omnibus multum et varie immutatis, omnibusque adversantibus in extremas fere difficultates devenit, quam promptus ei adjutor exstiterim, nec corpori meo, nec pecuniis, nec alii cuipiam rerum mearum parcens, sed temporibus miseris, et amicos germanos requirentibus, omnia ei factus sim, nullumque officium prætermiserim ; et postquam rerum summam obtinuit, quantum ad externos hostes, Græcos, inquam, et Barbaros, et ad domesticos insidiatores attinet, **358** quomodo ego tanquam alter ille ei collaborarim, et cum eo, ac pro eo multa gravia periculosaque sustinuerim (sileo enim de administratione, quo pacto omnem ego laborem perferens, imperium ipsi facillimum reddiderim), Romani omnes scire possunt, rebus ipsis manifestissime clamantibus, et testimonium ferent; præque omnibus imperatrix, quam non experientia tantum, sed ipsemet quoque imperator de mutua inter nos concordia docuit : quæ quidem tanta fuit, ut opinione mea omnes et antiquos, et recentes ab amicitia nobilitatos superaverit. Unde non modo vicissim nos adjuvari, sed etiam usque ad hoc tempus in summa gloria vixisse contigit. Turpe igitur, me, qui antehac nunquam ullius dedecoris occasionem mihi præbuerim, nunc sponte, ac libentem ma-

A δέ τινα καὶ ἄλλα ἔχειν ἀνέκφορα ἐν τῇ ψυχῇ. Αὐτίκα μὲν οὖν ὁ πατριάρχης ἐποίει τὰ κεκελευσμένα, καὶ τῇ βασιλίδι ἀπήγγειλεν ὅσα ὁ μέγας δομέστικος πρὸς αὐτὸν διαλεχθείη. Ἡ δὲ ἐλπίδος τε ἔξω, καὶ πέρα προσδοκίας λόγους ταῖς ἀκοαῖς εἰσδεξαμένη, ἠνιᾶτο μὲν ἐπὶ τοῖς λεγομένοις, ἐξεπέπληκτο δὲ, ὅ, τι τὸ τὸν μέγαν δομέστικον πεῖσαν τοιαῦτά τε ἐνθυμηθῆναι καὶ πρὸς αὐτὴν εἰπεῖν· ὅμως ἑαυτὴν ἀναλαβοῦσα, ἀντεμήνυεν αὐτῷ, μὴ παντάπασιν αὐτῷ προσήκειν τοὺς τοιούτους λόγους, οὐδὲ τῆς αὐτοῦ διανοίας ἀξίους εἶναι· οὐδὲ τῆς πρὸς βασιλέα φιλίας ἣν ἐκ παίδων ἄχρι, καὶ εἰς τόδε χρόνου ἀλλήλοις διετηρήσατε ὄδολον καὶ καθαράν. Διὸ οὐδὲ πείθεσθαι οἷά τε εἰμὶ ὡς παραφρονοῦντος ἕνεκα ἀνθρώπου προήχθης εἰς τοσοῦτον καὶ ὀργῆς
B καὶ λύπης. Ἐγὼ δὲ μήτ' ἀκηκοέναι τοῦ ἀνθρώπου λέγοντος ὁμολογῶ, μήτ' εἰ καὶ συνέβαινε πυθέσθαι, προῦργου ποιήσασθαι κολάζειν τὸν εἰπόντα· οὐδὲ γὰρ αὐτὸς σὺ ἐλάττω δύναμιν ἔχεις, ἢ ἐγὼ κολάζειν τε τοὺς προσκρούοντας, καὶ συγγνώμην παρέχειν ἂν ἐθέλῃς. Εἰ μὲν οὖν ἐκείνων ἕνεκα τῶν λόγων μόνον ἀγανακτεῖς, παρὰ σαυτοῦ μᾶλλον ἢ παρ' ἐμοῦ προσήκει λαμβάνειν δίκας. Εἰ δὲ καί τινος ἑτέρου δέῃ ὅπερ ἄχρι νῦν ἄγνωστον ἐμοὶ, λέγειν θαῤῥοῦντα, ὡς παρ' ἐμοὶ δύσκολον ἐσόμενον μηδὲν ὅπερ ἂν σοι κατὰ γνώμην ᾖ, εἰ μὴ πάντη τῶν ἀδυνατωτάτων εἴη. Τοιαῦτα μὲν ἡ βασιλὶς πρὸς τοὺς τοῦ μεγάλου δομεστίκου λόγους ἀπεκρίνατο· ὃ δ' ἔφασκεν, αὐτόν τε παντάπασιν ἠγνοηκέναι τὴν
C δύναμιν τῶν λόγων τῶν αὐτοῦ, καὶ βασιλίδα τὴν διάνοιαν τῶν γιγνομένων μάλιστα ὡς πορρωτάτω ἔχειν. Ἵνα δὲ αὐτός τε εἰδῇς καὶ βασιλίδι φράσῃς ὡς δίκαια διανοοῦμαι, ὡς ἔχω περὶ τῶν πραγμάτων ἄκουσον. Τὴν μὲν ἐμοῦ τε καὶ βασιλέως ἐκείνου πρὸς ἀλλήλους ἐκ παίδων ἀκροτάτην φιλίαν, σύ τ' ἂν ἀγνοίης ὥσπερ εἰκὸς, καὶ ἡ βασιλὶς πρὸς τὴν οἰκίαν διατρίβουσα· ὅσα μέντοι γε πρὸς τὸν πρὸς βασιλέα τὸν πάππον πόλεμον, καὶ ἀρχομένου καὶ τελευτῶντος, ὅτε τῶν ἄλλων ἁπάντων πολλὰς καὶ παντοδαπὰς ὑποστάντων τὰς μεταβολὰς, πάντων ἀντιτεταγμένων σχεδὸν εἰς ἰσχάτην ἀπορίαν συνηλάθη, αὐτῷ προθύμως συνηγωνισάμην, μήτε σώματος φειδόμενος, μήτε χρημάτων, μήτ' ἄλλον τῶν οἰκείων μηδενὸς, ἀλλ' ἐν τοῖς μάλιστα ἐπείγουσι
D τῶν καιρῶν καὶ δεομένοις γνησίων φίλων πάντα ἐγινόμην αὐτῷ, καὶ τῶν δεόντων ἐνέλιπον οὐδὲν, καὶ μετὰ τὸ τῶν πραγμάτων ἐγκρατῆ γενέσθαι, ὅσα τε πρὸς τοὺς ἔξωθεν πολεμίους, καὶ Ἕλληνας λέγω, καὶ βαρβάρους, καὶ πρὸς τοὺς ἔνδον ἐπιβούλους, ὥσπερ ἄλλος ὢν αὐτὸς, καὶ συγκατειργαζόμην καὶ συνδιέφερον αὐτῷ τοὺς ὑπὲρ ἑαυτοῦ πόνους καὶ κινδύνους (ἐῶ γὰρ λέγειν τὴν διοίκησιν τῶν πραγμάτων, ὡς αὐτὸς πάντα πόνον ὑφιστάμενος, ἄλυπον αὐτῷ καὶ ἄπονον ἐποίουν τὴν ἀρχὴν), πάντες μὲν ἂν εἰδεῖεν Ῥωμαῖοι, αὐτῶν σαφέστατα βοώντων τῶν πραγμάτων, καὶ συμμαρτυρήσαιεν ἐμοί. Τῶν ἄλλων δὲ πάντων μάλιστα ἡ βασιλὶς ὅσα μὴ μόνον ὑπὸ τῶν πραγμάτων, ἀλλὰ καὶ βασιλέως αὐτοῦ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἡμῶν ὁμόνοιαν,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τὴν πάντας ὡς ἐγῷμαι καὶ τοὺς πάλαι καὶ τοὺς νῦν ὑπερελάσασαν ἐπὶ φιλίᾳ ὑμνουμένους σαφῶς διδασκομένη. Ἐφ' οἷς οὐκ ὠφελεῖσθαι μόνον παρ' ἑκατέρων συνέβαινεν ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἄχρι νῦν χρόνον εὐκλεέστατα βεβιωκέναι. Ἄτοπον οὖν, τὸν μὲν πρὸ τοῦ χρόνον ἅπαντα, μηδέποτε μηδεμίαν ἀδοξίας πρόφασιν παρεσχηκέναι ἐμαυτῷ, νυνὶ δὲ ἐκοντὶ λοιδορίας ἄξια καὶ μέμψεως ποιεῖν· ἄν τε γὰρ ἀγνοήσας οἷων κακῶν τὰ πράγματα χωρήσει, ἐμαυτῷ μὲν ἀδοξίας, τοῖς λοιποῖς δὲ Ῥωμαίοις φθορᾶς καὶ κινδύνων αἴτιος καταστῶ, οὐδεμίαν παραιτεῖσθαι δίκαιος συγγνώμην αὐτὸς παρ' ἐμαυτῷ κριτῇ. Ἄν τε καὶ συνορῶν (ὥσπερ ἤδη καὶ ἐπίσταμαι σαφῶς), ἔπειτα καταμαλακιζοίμην δέει τοῦ μὴ δοκεῖν ἐν καιροῖς, ἐπὶ κινδύνοις τὴν ἀρχὴν μεθίεσθαι, οὐ λοιδορίας ἄξιος μόνον, ἀλλὰ καὶ δίκης τῆς ἐσχάτης, ὅτι καί τοι προειδὼς, ὑπέμεινα ἐκὼν εἶναι κακὸς ὀφθῆναι, καὶ μήτε καιροῖς, μήτε πράγμασιν ὡς δέον χρήσασθαι εἰδώς. Οὗ δὲ ἕνεκα κινδύνων τε καὶ ἀδοξίας ἔγνων ἀπαλλάττειν ἐμαυτόν. Καί τοι γε οὐδὲ βασιλίδι τε καὶ τοῖς βασιλέως παισὶν ἐκ τῆς ἀδοξίας ταυτησὶ καὶ τῶν κινδύνων ὠφέλειάν τινα ἕξεστι πορίζειν. Ἦν γὰρ ἂν τοῦτο παραμύθιον οὐ φαῦλον, ὡς ἂν δὲ μὴ δοκῶ τοὺς ὑπὲρ τῶν βασιλέως παίδων πόνους καὶ κινδύνους ἀποδιδράσκειν, νῦν μὲν ἐν τῆς εἰρήνης τοῖς καιροῖς, ὅτε μήτε πόλεμος οὐδείς, μήτε κακῶν προσδοκία μηδεμία, πατριάρχης τε καὶ σύγκλητος ἅμα βασιλίδι ἰθυνόντων τὴν ἀρχὴν, καὶ τὰ ἐκ ταύτης ἀγαθὰ καὶ τὰς τιμὰς καρπούσθων. Ἐὰν δέ ποτε συμβαίῃ πόλεμόν τινα ἀναφυῆναι κίνδυνον ἀπειλοῦντα βασιλέως τοῖς παισὶ, τότ' αὐτὸς ἤδη προθύμως τοῖς κινδύνοις ἐμπαρέξω ἐμαυτὸν, καὶ ἢ συνδιασώσω τὴν ἀρχὴν αὐτοῖς, ἢ ὑπὲρ αὐτῶν μαχόμενος πεσοῦμαι· ὡς ἂν ἐμοὶ μὲν οἱ πόνοι καὶ τὸ κινδυνεύειν, ὑμῖν δὲ τὸ ἐντρυφᾷν τοῖς πράγμασι, καὶ αὐτῶν καταπολαύειν μηδενὸς παρενοχλοῦντος περιγίνοιτο. Κεφάλαιον δὲ τῶν λόγων τῶν ἐμῶν, ὡς ἔστιν οὐδὲν τὸ πεῖσον, ὥσπερ καὶ πρότερον, ἔχεσθαι τῶν πραγμάτων τῆς ἀρχῆς· ὡς ἂν δὲ καὶ ἔργοις ὃ λέγω κατάδηλον ποιήσω, τῆς συνήθους καθέδρας ἐξαναστὰς, ἐφ' ἑτέραν καθεδοῦμαι, ἵν' εἰδείη τε βασιλίς τε καὶ ὑμεῖς, ὡς οὐδὲν ἤδη τὸ κωλῦον ἕτερόν τινα ὃν ἂν βούλησθε αὐτοὶ τοῖς πράγμασιν ἐφιστᾷν· οὕτως εἰπὼν, ἐφ' ἕτερον μετέβη τόπον, ὥσπερ ἔργῳ παραχωρῶν ἑτέρῳ τῆς ἀρχῆς. Ὁ πατριάρχης δὲ τοιαῦτα ὁρῶν τε καὶ ἀκούων, Σκληρός ἐστιν ὁ λόγος, εἶπε, καὶ μάλιστα δυνάμενος τῆς ψυχῆς τῆς βασιλίδος καθικέσθαι. Ὀδ', Ἀληθῆ λέγεις, ἔφη, καὶ ἔδει γε μηδὲν τοιοῦτον μήτε εἰρῆσθαι, μήτε εἶναι, νυνὶ δὲ εἰς τοσοῦτον ἀνάγκης συνηλάθην, ὥστε καίτοι τῶν ἄλλων μάλιστα ἁπάντων ὅσα εἰς παραμυθίαν πολλῶν ἄνεσιν ἀνιαρῶν (ὅσα βασιλίδι ἐκ τῆς βασιλέως προσεγένετο τελευτῆς) λέγεσθαι βουλόμενος ἐπ' αὐτῆς ἐναντιώτατα πράττειν ἐμαυτῷ δυοῖν ἕνεκα. Ἢ γὰρ ἀπρακτεῖν παντελῶς ἀνάγκη, ἢ φαύλως καὶ οὐχ ἧ προσῆκεν, ἄρχειν. Εἴτε τοίνυν πράττοντος μηδὲν, καὶ ὁ βασιλὶς ἐφησυχάζοι ὡς χθὲς καὶ πρώην τὴν ἀρχὴν οἰομένη διοικεῖσθαι παρ' ἐμοῦ,

A ledictis, et reprehensione digna committere. Sive enim nescius quo miseriarum res evadent, mihi quidem ignominiam, cæteris autem Romanis pericula exitiumque creavero, nullam vel me ipso judice veniam; sive etiam animadvertens (quemadmodum jam liquido scio), tamen emollescam timore, ne scilicet dubiis ac formidolosis temporibus imperium videar dimittere, præter vituperationem crudelissimum quoque supplicium commerebor: quod quanquam præsciens, sustinuerim volens ignavus, et neque occasionum, neque rerum bene utendarum peritus videri. Quam ob causam et discriminibus, et infamiæ me decrevi subducere; unde nec ad imperatricem, nec ad imperatoris liberos aliquid emolumenti redundabit; esset enim hoc
B non exiguum solatium. Ne autem labores propter filios imperatoris capessendos vitare existimer, nunc quidem in ista pace, cum nec bellum est ullum, nec malorum exspectatio, patriarcha, et concilium una cum imperatrice imperium regant, ejusque bonis et honoribus perfruantur. Quodsi aliquando arma imperatoris liberis periculum denuntiantia movebuntur, rursum impigre hostium telis me objectabo, et aut imperium illis servabo incolume, aut eorum causa in medio certamine occumbam: ut ego quidem labores habeam et pericula, vos autem omnibus copiis affluentes, deliciis et gaudiis dediti, vitam nullo impediente transigatis. Caput denique et summa orationis meæ est, re nulla me adductum iri, ut quomodo antehac
C imperium administrem: **359** et quo facto simul quod dico comprobem, e sella consueta surgens alibi sedebo, ut Augusta, et vos scire queatis, nihil jam obstare, quominus alium quempiam e vestra sententia tantis rebus præficiatis. Hæc fatus, in alium locum, tanquam ipso opere alteri imperium cedens concessit. At enim patriarcha hæc videns et audiens: Durus est, inquit, hic sermo, et qui animum imperatricis gravissime vulnerare possit. Vera loqueris, ait domesticus; et sane nihil horum neque dici oportebat, neque fieri. Nunc autem eo necessitatis compellor, ut quamvis præ omnibus maxime, quæcunque ad consolationem, mœrorumque levationem pertinent (qui ex obitu
D imperatoris multi ad imperatricem confluxerunt), apud illam dicere velim, faciam tamen, quæ solatio illius plurimum repugnant; idque duabus de causis, vel quia omnino cessandum, vel quia male et contra quam fas sinit, imperandum est. Seu igitur me feriante, etiam imperatrix vacaverit, credens ut nuperrime, a me imperium temperari, omnia pessum ire oportebit; seu somniculose et secus quam convenit gubernante, eadem est exspectanda calamitas; et ego insuper non aliis solum, verum etiam mihimet improbitatis pœnas dabo; ut utrinque referat hæc imperatricem cognoscere, etiamsi inde ægra animi futura sit; siquidem præstat, ut percepto rerum statu tecum et cum aliis pro eo ac debet de imperio consultet,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quam ut eo ignorato, haud multo post non horum duntaxat, sed et imminentium incommodorum causa doleat.

ἀνάγκη πάντα ἀπολέσθαι. Εἴτε καὶ φαύλως καὶ μὴ κατὰ τὸ δέον ἄρχοντος, τὸν αὐτὸν τρόπον πάλιν φθείρεσθαι συμβαίνει, καὶ προσέτι γε αὐτὸν, οὐ τοῖς ἄλλοις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑαυτῷ τῆς μοχθηρίας ὀφείλειν δίκας· ὥστ' ἀμφοτέρωθεν λυσιτελὲς γνώριμα ταῦτα γίνεσθαι τῇ βασιλίδι, κἂν εἰ μέλλοι ταραχὴν καὶ λύπην προξενεῖν. Βέλτιον γὰρ περὶ τῶν γινομένων ὡς ἔχουσι μαθοῦσαν, ἅμα σοί τε καὶ τοῖς ἄλλοις τὰ δέοντα βουλεύσασθαι περὶ τῆς ἀρχῆς, ἢ ἀγνοήσασαν, ὀλίγῳ ὕστερον μὴ τούτων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς συμβησομένης βλάβης ἕνεκα ἀγανακτεῖν.

CAPUT IV.

Dolor et lacrymæ imperatricis, ob inexspectatum nuntium. Item querela miserabilis de viduitate sua, et puerorum orbitate, neglectoque a domestico amici officio. Eam porro amiciliam exaggerat, et miris modis ad mutandum consilium inflectere virum conatur.

Hæc omnia patriarcha imperatrici renuntiabat. Ea cum audiret, quæ nec unquam ipsa cogitasset, nec alio narrante credidisset, primum quidem præ dolore nihil respondere poterat. Deinde cum diu largas in silentio lacrymas effudisset : Facilius, inquit, persuasisset mihi (93) quispiam montem transferri, quam mentem magni domestici ad momentum temporis immutari posse. Quoniam ergo de illo talia jam est audire, qualia mihi nunquam succurrerunt, quid apte respondeam, penitus hæreo. Verumtamen ex iis, quæ me **360** præcipue momorderunt, respondendi ducam initium. Dico igitur (quasi enim præsentem alloquar), tu modo vel ut mente alienatam, aut sopore profundo, veternoque demersam, ad sensum circumstantium me malorum perduxisti. Prius namque, etsi certo sciebam imperatorem esse mortuum, nihilominus cum tu ad me ventilares, etiam illum, ut consueveratis, ad me putabam ingredi, et absentem licet, te tamen comitari, ac tantum non etiam in tua loquela illius affatus haurire, et omnino mediocribus quibusdam malis cinctam me arbitrabar. At nunc velut peripetasmate sublato, interiora patent omnia : sic tu spe, quæ nos ludificabatur erepta, res nudas aspectui subjecisti, et filios quidem meos jam pupillos, me autem viduam, et miseriis cum viduitate conjunctis implicatam spectatoribus exhibuisti. Quid porro dicemus de te, aut quid cogitabimus? An te oblitum esse conjunctissimæ illius necessitudinis, et admirabilis amicitiæ, quæ imperatori tecum fuit, quam propter magnitudinem credere imperitum vulgus non poterat? atqui hoc te nequire opinor, etiamsi velis. Sic enim statuo, quidquid est in genere humano conjunctionis, et familiaritatis si quis in unum colligeret, deinde ad exemplum aliquod respicere vellet, ex quo et aliis, et sibi vim ejus liceret perspicere, vobis solis præteritis (ut qui etiam terminos hujus transcendistis), inter alios potius id investigandum : usque adeo non amicos tantummodo quoslibet, sed ipsam quoque insidentem in animis amicitiæ ideam, speciemque exsuperastis. Atque hoc non in iis solum quæ agebatis erat observare, sed imperatorem præterea sæpenumero multis verbis testificantem au-

Ὁ μὲν οὖν πατριάρχης πάντα ἀπήγγελλε τῇ βασιλίδι. Ἡ δ' ἅπερ οὔτ' ἂν ποτε αὐτὴ διενοήθη, μήθ' ἑτέρου λέγοντος ἐπείθετο ἀκούσασα, πρῶτα μὲν ὑπὸ τῆς λύπης οὐδὲ ἀντιφθέγγεσθαι ἠδύνατο. Ἔπειτα ἐφ' ἱκανὸν πολλὰ δάκρυα σιγῇ τῶν ὀφθαλμῶν καταγαγοῦσα, Ῥᾷον ἄν, εἶπεν, ἀνέπεισέ τις ὄρος δύνασθαι μεταβῆναι ἢ τὴν μεγάλου δομεστίκου γνώμην κινηθῆναι πρὸς βραχύ. Ἐπεὶ δὲ περὶ ἐκείνου τοιαῦτ' ἀκούειν ἔστι νῦν, ἅπερ οὐδ' ἂν ποτε ἐνεθυμήθην, προσηκούσης μὲν ἀπολογίας ἀπορῶ. Ὅμως ἐκ τῶν μάλιστά μου καθικομένων τῆς ψυχῆς, ποιήσομαι τῆς ἀπολογίας ἀρχήν. Λέγω τοίνυν πρὸς αὐτὸν, ὡς ἄρτι νῦν, ὥσπερ ἐξεστηκυῖαν τῶν φρενῶν, ἢ κάρῳ βαθεῖ καὶ ὕπνῳ κατεσχημένην εἰς αἴσθησιν ἤγαγες τῶν περισχόντων με κακῶν. Πρότερον γὰρ, εἰ καὶ μάλιστα σαφῶς τὴν βασιλέως ἠπιστάμην τελευτὴν, ἀλλ' οὖν εἰσιόντος τε σοῦ πρὸς ἐμὲ, κἀκεῖνον ἐδόκουν, ὥσπερ ἔθος ἦν συνεισιέναι, καὶ ἀπιόντα συνέπεσθαι. Καὶ μονονοὺ καὶ φθέγξεσθαι ἐλογιζόμην ἐκεῖνον ὅτε διελέγου πρὸς ἐμέ. Καὶ ὅλως μετρίαν τινὰ ἐλογιζόμην τὴν περισχοῦσάν με τῶν κακῶν ἐπιφοράν· νυνὶ δὲ ὥσπερ τινὸς παραπετάσματος ἀρθέντος πάντα φαίνεται τὰ ἔνδον, οὕτω σὺ τῶν ἐλπίδων ἡμᾶς ὑφ' ὧν ἐφενακιζόμεθα ἀποστερήσας γυμνὰ παρεσκεύασας τὰ πράγματα καθορᾶν. Καὶ τοὺς μὲν ἐμοὺς οἴεσθαι παῖδας, ὀρφανοὺς πατρὸς, ἑαυτὴν δὲ χηρείᾳ καὶ τοῖς ἐκ ταύτης κακοῖς συνεσχημένην· ἀλλά τί ἄν τις φαίη, ἢ καὶ λογίσαιτο περὶ σοῦ; πότερον ὡς ἐπιλέλησαι τῆς ἀκροτάτης συναφείας καὶ τῆς θαυμαστῆς ἐκείνης φιλίας βασιλέως τῆς πρὸς σὲ, ἢ διὰ τὸ μέγεθος οὐδὲ πιστεύειν ἔχον οἱ πολλοί; ἀλλ' οὐκ οἶομαι δυνήσεσθαι εἴ γε καὶ μάλιστα ἐβούλου. Οἶμαι γὰρ εἴ τις τὴν ἐν ἀνθρώποις ἅπασαν φιλίαν συλλαβὼν, ἔπειτα πρὸς παράδειγμά τι θελήσειε σκοπεῖν, ἐξ οὗ τοῖς ἄλλοις τε κἀκείνῳ τὴν αὐτῆς ἰσχὺν ἐξίσταται κατιδεῖν, ὑμᾶς ἂν μόνους παραδραμὼν (ὡς καὶ τοὺς ὅρους ταύτης ὑπερβάντας) ἐκ τῶν ἐπιλοίπων ἐξευρίσκειν, ὅ τι ἂν εἴη πειρᾶσθαι πρῶτον. Τοσοῦτον οὐ τοὺς φίλους μόνον, ἀλλὰ καὶ ἰδέαν αὐτὴν φιλίας ἔσεσθε κατόπιν. Καὶ τοῦτο οὐκ ἐκ τῶν πραττομένων μόνον ὁρᾶν καὶ βασιλέως ἦν ἀκούειν πολλὰ πολλάκις φθεγγομένου, ὡς καὶ φιλτάτων καὶ γυναικὸς καὶ συμπάντων ὡς εἰπεῖν χρη-

Jacobi Pontani notæ.

(93) Oratio hæc imperatricis ad magnum domesticum, qua eum permovere conatur, ne se vidua, et duobus filiis parvulis orphanis, atque ad imperandum minime adhuc idoneis, imperii procurationem deponat, plane insignis, et vel ipso Cicerone, aut Demosthene digna est.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μάτων τὴν εἰς σὲ φιλίαν προηγοῖτο. Πότερον οὖν ὡς μὲν ἐπιλέλησαι τῆς βασιλέως φιλίας, οὐδὲ τῷ λίαν συκοφαντικῷ τοὺς τρόπους εἰπεῖν ἐξέσται, ὅτι δὲ μεμνημένος ἀγνωμονεῖς, καὶ τοῖς βασιλέως παισὶν ἐναντίας ἢ προσῆκεν ἀποδίδως ἀμοιβὰς μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτήν; ἀλλ' οὔτε τοῦτο σόν, ὥσπερ οὐδὲ τὸ πρῶτον. Οὐ μήν· ἀλλ' οὐδὲ τῶν πρὸς ἐμέ σου λόγων οἷς ἑκάστοτε καὶ βασιλέως ζῶντος διεξίεις, ἄξια τὰ δεδογμένα νῦν. Οὐ γὰρ δή πού γε ἐπιλέλησαι ὡς πολλοὺς ἀγῶνας καὶ κινδύνους καὶ θάνατον εἰ οἷόν τε εἰπεῖν ὑπὲρ τῆς ἐμῆς ὠφελείας καὶ τῶν παίδων ἑτοιμότατος εἶναι καιροῦ καλοῦντος ὑπομένειν ἰσχυρίζου. Οὗ νῦν παρόντος εἴ σοι ἐξελέγχεσθαι ἐπὶ τῶν ἔργων εὐπρεπὲς, αὐτὸς ἐρεῖς. Ἔτι δὲ οὐδ' ἐμαυτῇ τι σύνοιδα σοὶ προσκεχρουκυῖα· ἀλλ' ἐξ ὅτου παρεγενόμην ἐν τοῖς βασιλείοις οἴκοις, οὐδὲν ἀποδέουσαν οὔτ' εὔνοιαν, οὔτε τιμὴν ἢ τἀδελφῷ κἀντῷ παρεισχόμην, μᾶλλον δὲ καὶ πλεῖω παραπολύ. Ὅσον ἐκείνου μὲν οὔτε τεθνεῶτος ἐμοί τις βλάβη, οὔτ' ὠφέλεια ζῶντος ἔψεται τοσοῦτο διῳκισμένου· σὺ δὲ καὶ ζῶν τὰ μέγιστα ἂν ὀνήσαις, καὶ ἀποθανὼν οὐδὲν ἧττον ἡμῖν τε καὶ τοῖς Ῥωμαίων πράγμασι λυμανῇ. Ἐγὼ δὲ καίτοι πολλὰ συνείρειν ἔχουσα, καὶ ἀποδεικνύναι δι' αὐτῶν ὡς οὔτε συμφέροντα, οὔτε δίκαια ἐβουλεύσω, ἐκεῖνο μόνον ἐρῶ τὰ ἄλλα καταλιποῦσα. Εἰ γὰρ περιόντα τινὰ ὀδὸν τῶν ἐπιφανῶν τινι συνέβη γυναικὶ συντυχεῖν χηρείᾳ μὲν συνούσῃ, καὶ τοῖς ἐκ ταύτης κακοῖς, καὶ παισὶν ὀρφανοῖς, καὶ μηδένα τὸν προστησόμενον ἔχουσι προστετηκυίᾳ, καὶ διὰ ταύτας πολλοὺς ὑφορωμένῃ τοὺς κινδύνους, καὶ δεομένῃ τῆς δυστυχίας οἰκτεῖραι, καὶ αὐτῆς προστῆναι τῶν παίδων οὐδὲν ἕτερον εἰς δικαίου λόγον προβαλλομένῃ, ἢ τὴν εὐγένειαν καὶ τὴν παρὰ ἀξίαν κακοπραγίαν, οὐκ ἔδει καί σε καὶ πάντα ὀντινοῦν οἷος σὺ, τῶν ἄλλων ἀμελήσαντα, πρόνοιαν ποιήσασθαι τῆς γυναικὸς ὅση δυνατὴ καὶ ἀξιόχρεως τοὺς ὑπὲρ ἐκείνης νομίσαι πόνους εἰς εὐκλείας λόγον καὶ δικαιοσύνης; εἰ τοίνυν τοῦτο μόνον ἦρκεσεν ἂν εἰς πειθὼ, τίνα ἂν εὐπρόσωπον ἀπολογίαν ἀποδοίης, εἰ αὐτοῦ τε τούτου καὶ πολλῶν ἑτέρων ἰσχυροτέρων παρόντων, ἀπαραίτητος ὀφθῇς; Διὸ σοῦ δέομαι, ταύτης ἀποστῆναι τῆς βουλῆς, καὶ μὴ προφάσεως ἕνεκα μικρᾶς, ἐμέ τε καὶ νηπίους παῖδας τοὺς ἐμοὺς ὥσπερ ἐν μέσῳ πελάγει ναῦν ἐρήμην κυβερνήτου καταλιπεῖν· Ἀλλ' εἶτ' αὐτὸς πρῶτος ἐνεθυμήθης, ἄκαιρον ἡγήσασθαι καὶ μυρίων γέμουσαν τὴν βουλὴν κακῶν, εἶθ' ἑτέρῳ συμβουλεύοντι ἐπείσθης, μὴ τῶν φίλων ἐκεῖνον, ἀλλ' ἔχθιστον ἡγεῖσθαι. Καὶ σοὶ μὲν πρὸς τὴν εὔκλειαν καὶ τὴν τιμὴν, ἡμῖν δὲ πρὸς αὐτὴν ἐπιβουλεύοντα τὴν σωτηρίαν, προσθήσω ὅ' ὅτι καὶ πᾶσι τοῖς Ῥωμαίων πράγμασι κοινῇ. Ἐγὼ δὲ εἰ καὶ μὴ ἀφ' ἑαυτῆς αὐτὴ τὸ δέον συνεώρων, οὐδεμία τις ἑτέρα κοινῇ τοῖς πράγμασι βεβαιοτέρα σωτηρία, ἢ σὲ τοῖς πράγμασιν, ὥσπερ καὶ ζῶντος βασιλέως ἐφεστάναι. Ἐξ αὐτῶν γοῦν τῶν βασιλέως λόγων οὓς περὶ σοῦ πολλάκις ἐποιεῖτο πρὸς ἐμὲ, μάλιστα δὲ πρὸ τῆς τελευτῆς μικρὸν, ἐχρῆν συνεῖναι τὸ συνοῖσον. Ἀνακείμενος γὰρ ἐπὶ

A divimus, te sibi et liberis, et uxore, et ut breviter dicam, rebus omnibus chariorem esse. Num igitur, ne insignis quidem calumniator te hujus amicitiæ oblitum, memorem autem, nihilominus improbe agere, liberisque imperatoris post ejus obitum alias quam debuisti gratias referre dicere poterit? Atqui non magis hoc tuum est, quam prius. At vero nec tuis sermonibus, quos semper, etiam vivo imperatore, mecum habebas, consentientia sunt, quæ statuisti. Non enim e memoria excidit tibi profecto, ut multa te certamina, variosque casus, et mortem quoque ipsam, si dici fas est, pro meis, filiorumque meorum rationibus turbulentis temporibus promptissime subiturum asseveraveris. Qua quidem necessitate nunc præsente, an re ipsa et refelli ac

B redargui pulchrum adeo tibi sit, tu videris. Præterea non mihi sum conscia, offendisse aliquando voluntatem tuam, sed ex quo **361** in domum imperatoriam nupsi, æque ut fratrem meum germanum Sabaudiæ comitem te colui, ac dilexi; imo vero multo amplius, quod ex illo mortuo neque detrimenti quidquam, nec superstite quidquam commodi, tantis a me terrarum spatiis disjuncto adipiscar. Tu autem quantum prodesse potes vivus (potes autem longe plurimum) tantum, mihique, et reipublicæ Romanæ nocere potes mortuus. Quanquam porro multa queam adhuc adjungere, et inde ostendere te neque frugiferum, neque justum cepisse consilium, omissis aliis, illud tantum dicam. Si cui viatori contingeret, in mulierem aliquam

C nobilem incidere, viduitatis calamitate conflictantem, cum liberis orphanis, tutore prorsus destitutis, et idcirco multa metuentem aspera, orantemque ut ærumnarum suarum misertus, sui liberorumque patrocinium susciperet, et argumenti ad impetrationem nihil afferentem, nisi nobilitatem suam, et conditionem infelicem, ac se indignam: nonne oporteret, et te, et quemcunque tui similem cæteris sepositis curare talem feminam, quantum in te esset, laboresque pro illa non recusatos ad celebritatis justitiæque rationem reputare idoneos? si ergo hoc duntaxat ad persuadendum sufficeret, quem, amabo, defensionis colorem habebis, si hoc ipso, multisque præterea firmioribus argu-

D mentis suppeditantibus inflecti haud potuisse videbere? Quapropter te obsecro, muta istam mentem, et noli tam levi occasione me cum tenellis adhuc liberis tanquam in medio pelago navim magistro carentem deserere: sed sive per te in hac sententiam es ingressus, alienam, et mille malorum plenam existimes, sive alterius suasu huc es delapsus, ne illum amicum, sed inimicissimum, et tuæ quidem gloriæ honorisque, nostræ autem salutis, imo totius imperii Romani communiter insidiatorem arbitrere. Et tametsi per me non viderem, quid necesse sit, nimirum, non aliunde certius ac stabilius fore salvam Romanam rempublicam quam si tu ejus gubernacula teneas, perinde ut vivo imperatore tenuisti: at saltem ex ipsis ejus sermo-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nibus, quos de te non raro mecum, præcipueque paulo ante mortem habuit, quid expediret, me intelligere oportebat. Recubans enim te præsente in gremio meo, Tempus quidem mei ex hac luce discessus adest, inquit : tibi cavendum est, ne falsis ratiocinationibus, aut oratione quorumdam decepta, repulso hoc viro cuiquam alteri auscultes. Nam ita si fiat, et tu, **362** et liberi tui, et Romanum imperium universum necessario peribitis. Sin illi morem gesseris, tibi, et reipublicæ etiam atque etiam profueris. Si igitur hæc ab imperatore didici, et per me similiter judico, quomodo non ineptum sit, quæ tu male, et secus quam decebat, cogitasti, iis me quoque libenter assentiri? Quare si ex his quæ dixi, tu quoque summa rei indignitate perspecta hæc velle, et loqui desieris, et ut consueveras, in gubernando processeris, ipse quidem divina te adjuvante manu, quæ in commune Romanis commodabunt, efficies : mihi vero a calamitatibus meis deflendis, ac plangendis requiem præstabis (quæ sola erit consolatio mea, et malorum meorum induciæ), et quæ justa, utilia, tibique decora sunt perpetrabis. Sin contemptis, et abjectis omnibus in hoc uno te obfirmaveris, quod tibi proposuisti, quid ipsa contra factura sim, enuntiabo. Omni verecundia, et imbecillitate muliebri deposita, ac veluti præ malorum magnitudine mentis inops, in media urbe loco aliquo editiore conscenso, unde verba mea ad omnium aures allabantur, intentissima plenissimaque voce exclamabo : Viri Romani, vosque Græci, vosque Barbari, audite; perierunt, occiderunt omnia, nec ulla manet amicis apud homines gratia (94), nec cuiquam veritas, et justitia curæ sunt; et animi constantia, summatim, bona omnia ab hominibus demigrarunt; siquidem magnus domesticus ceu vento reflante sibimet ex diametro contrarius evasit, et amicitiæ, quæ illi cum imperatore intercedebat, oblitus, neglectaque, quod minime decebat, veritate atque justitia, et honestatis amore postbabito, ipse quidem, quod superest annorum, per inertiam traducere constituit : me autem, liberosque meos nunc aliena, et multa sollicitudine indigentes, ita reliquit, ac si onus inutile rejiceret : quasi nesciret, ecquid unquam nos de facie nosset, aut res nostras auribus accepisset. Si animum tuum a colenda amicitia alienum, et inconstantiam, mobilitatemque tuam omnibus palam prodidero, et ita res tulerit, etiam læta moriar, quandoquidem me pœna de te sumenda explevero. His de causis rursum te oro, ne turbas moveas, sed verbis istiusmodi temperans, quemadmodum ab initio solebas, officio servias, et rempublicam administres.

A γόνασι τοις ἐμοῖς σοῦ παρόντος, Ὁ μὲν καιρὸς, ἔφη, τῆς ἐμῆς ἥκει τελευτῆς· σὲ δὲ χρὴ σκοπεῖν ὅπως ἐμοῦ μὴ ἀπελθόντος, λογισμοῖς τισιν ἢ καὶ λόγοις ἐνίων ἀπατηθεῖσα, ἑτέρῳ τινὶ πρόσχῃς τὸν ἄνδρα τουτονὶ διωσαμένη. Εἰ γὰρ τοῦτο συμβαίη, οὐδὲν ἔτι τὸ λεῖπόν σέ τε καὶ τέκνα καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν ἀπολέσθαι· αὐτῷ δὲ προσέχουσα, ἄριστα σαυτῇ τε καὶ τοῖς πράγμασι βουλεύσῃ. Εἰ δὴ τοιαῦτα πρός τε βασιλέως ἐδιδάχθην, καὶ παρ' ἐμαυτῆς αὐτὴ τὰ ὅμοια γινώσκω, τίν' ἔχοι λόγον οἷς αὐτὸς κακῶς καὶ ὡς οὐ δέον ἐβουλεύσω, πείθεσθαι καὶ αὐτὴν ἐκοῦσαν εἶναι. Εἰ μὲν οὖν οἷς εἶπον τὴν ἀτοπίαν καὶ αὐτὸς τοῦ πράγματος ὅση κατιδὼν, ἀπόσχῃ τοῦ τε τοιαῦτα καὶ βουλεύεσθαι καὶ λέγειν, καὶ τῶν πραγμάτων, ὥσπερ
B εἴωθας ἐχόμενος, αὐτὸς μὲν τὰ κοινῇ συνοίσοντα Ῥωμαίοις καὶ τῆς ἄνωθεν χειρὸς συνεφαπτομένης πράττεις, ἐμοὶ δὲ παρέχεις ἡσυχίαν τὰς ἐμὰς θρηνεῖν καὶ κόπτεσθαι συμφοράς· τοῦτο γὰρ ἐμοὶ παραμυθία μόνον καὶ τῶν κακῶν ἀνακωχὴ, δίκαιά τε ὁμοῦ καὶ συμφέροντα καὶ σαυτῷ προσήκοντα ποιήσεις. Ἂν δὲ πάντα διωσάμενος καὶ ἀποῤῥίψας, ἑνὸς μόνου γένῃ τοῦ τοῖς δεδογμένοις ἐγκαρτερεῖν πᾶσι χαίρειν εἰπὼν, ὃ καὶ αὐτὴ ποιήσω, σοὶ θήσω φανερόν· πᾶσαν γὰρ αἰδῶ καὶ γυναικείαν ἀσθένειαν ἀποθεμένη, καὶ τῶν τοῦ σωφρονεῖν ὥσπερ λογισμῶν ὑπὸ μεγέθους ἐκτραπεῖσα τῶν κακῶν, κατὰ μέσην τὴν πόλιν γενομένη, καὶ ἀναθεῖσα ἑαυτὴν ἐπί τινος μετεώρου, ἵν' ἐξῇ διὰ πάντων ἐξικνεῖσθαι
C τὴν φωνὴν, ὀρθιον βοήσομαι καὶ μεγαλοφωνότατον· Ἄνδρες Ῥωμαῖοι, μᾶλλον δὲ καὶ Ἕλληνες καὶ βάρβαροι πάντες, εὖ ἴστε ὡς πάντα ἀπόλωλε καὶ διέφθαρται, καὶ οὔτε φιλίας χάρις οὐδεμία κεῖται παρ' ἀνθρώποις, οὔτ' ἀληθεία, μέλει καὶ δικαιοσύνης οὐδενί· λογισμῶν τε στερρότης οἴχεται ἐκ τῶν ἀνθρώπων· καὶ συλλήδδην, πάντα ἀγαθά· εἰ δὴ ὁ μέγας δομέστικος ὥσπερ ἔκ τινος ἀντιπνοίας ἐναντιώτατος ἑαυτῷ φανεὶς, καὶ τῆς μὲν φιλίας ἐπιλελησμένος βασιλέως, ἀμελήσας δὲ καὶ τῆς αὐτῷ προσηκούσης ἀληθείας καὶ δικαιοσύνης καὶ φιλοτιμίας τῶν καλῶν, αὐτὸς μὲν ἐσκέψατο ἀπραγμοσύνῃ τὸν ἐπίλοιπον βίον ζῆν· ἐμὲ δὲ καὶ παῖδας τοὺς ἐμοὺς πολλῆς νυνὶ τῆς κηδεμονίας δεομένους
D ὥσπερ τι βάρος ἀνότητον ἀπετρίψατο καὶ κατέλιπεν, ὥσπερ ἀγνοήσας εἰ δήποτε καὶ μορφὴν ἡμῶν ἔγνω, ἢ ἀκοῇ παρειλήφει τὰ καθ' ἡμᾶς. Οὕτω δὲ τὸ ἄφιλον τῆς σῆς γνώμης καὶ ἄστατον καὶ ἀβέβαιον στηλιτεύσασα, εἴ γε συμβαίη καὶ τεθνήξομαι ἡδέως, παρὰ σοῦ δίκας ἀρκούσας ἐμοὶ λαβοῦσα. Ἐπὶ τούτοις δὲ πᾶσιν αὖθις σοῦ δέομαι μηδὲν παρενοχλεῖν, ἀλλὰ τῶν τε λόγων ἀποσχέσθαι τουτωνὶ, καὶ τὰ δέοντα ποιεῖν ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς ἐχόμενον τῶν πραγμάτων.

Jacobi Pontani notæ.

(94) Catullus :

Omnia sunt ingrata, nihil fecisse benigne est.

Virgil. IV, Æneid. : *Nusquam tuta fides.* Est autem argumentatio a minoribus. Si magnus domesticus hoc facit, multo magis cæteri et faciunt, et facient. Minus enim verisimile erat, domesticum hoc facturum.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

363 CAPUT V.

Responsum magni domestici præsente patriarcha, ad imperatricem. Mos bonorum virorum in pacificatione. Exponit quid ejus nomine patriarcha sibi dixerit, ut num vera sint intelligat. Deinde suspicionem affectati imperii a se removet; etiam divini judicii metu adducto, et a calumniatoribus cavendum monet. Conditionem proponit, qua servata, ad imperium demum regendum se revocari patietur.

Τοιαῦτα μὲν ἀπεκρίνατο ἡ βασιλὶς ἐξ ἄγαν ἀλγούσης καὶ ὀδυνωμένης ψυχῆς. Ὁ μέγας δὲ δομέστικος ὥσπερ ἐλεγχόμενος αὐτὸς ὑφ' ἑαυτοῦ, ὡς δίκαιά τε ὁμοῦ καὶ προσήκοντα ἐφθέγξατο, καὶ μηδὲν ἀντιλέγειν ἔχων πρὸς οὕτως ἀπόδειξιν ἐναργῆ τῆς ἀληθείας, πρὸς πατριάρχην μὲν ἐφθέγξατο οὐδέν. Παραλαβὼν δὲ αὐτὸν, εἴσεισιν εἰς βασιλίδα· ἡ μὲν οὖν εὐθὺς ὡς εἶδε, λύπῃ κάτοχος γεγενημένη, δάκρυσι περιερρεῖτο, καὶ ἐθρήνησεν ἐφ' ἱκανὸν, τῆς ἔνδον ἀλγηδόνος ἐναργῆ τεκμήρια τὰ δάκρυα παρεχομένη. Ἐπεὶ δὲ ἐπαύσατο, λόγου πρὸς αὐτὴν ὁ μέγας δομέστικος ἦρχετο τοιοῦδε. Ἔθος ἐστὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσιν, ἐπειδὰν αὐτοῖς τινες χρήσωνται διαλλακταῖς, ἢ πρὸς φίλους καὶ οἰκείους, ἐάν τε πρὸς αὐτοὺς διενεχθῶσιν, ἢ καὶ πρὸς ἄγαν πολεμίους, τὰ μὲν σκληρὰ τῶν ἀποκρίσεων, καὶ ὅσα μάλιστα δυνατὰ τήν τε εἰρήνην διαλύειν, καὶ διερεθίζειν τὸν ἀκούοντα πρὸς ὀργὴν, ταῦτα μὲν συγκαλύπτειν καὶ περιέναι σιγῇ. Ὅσα δὲ προσηνῆ καὶ ἥμερα καὶ ἱκανὰ πρὸς διαλύσεις, τὰ τοιαῦτα ἀπαγγέλλειν, οὐκ ἐλάττω ἢ ὅσα ἤκουσε προστιθέντα καὶ παρ' ἑαυτοῦ. Ὥσπερ αὖ πάλιν οἱ τοὺς τρόπους μοχθηροὶ, καὶ συγκρούειν τοὺς ἀνθρώπους πρὸς ἀλλήλους ἠρημένοι, τὰ πρὸς ὀργὴν μὲν ἀπαγγέλλουσι μετὰ προσθήκης· ὅσα δὲ πρὸς διαλλαγὰς ἐπιτήδεια καὶ συμβάσεις, σιωπῶσι. Νυνὶ δὲ δὴ καὶ αὐτὸς τῷ πατριάρχῃ μηνυτῇ χρησάμενος τῶν λόγων τῶν ἐμῶν, καὶ πάλιν δι' αὐτοῦ τὴν γεγενημένην ἀπολογίαν παρὰ σοῦ μεμαθηκὼς, ἔδεισα μὴ τὴν ἐμὴν ψυχὴν, οἰδαίνουσαν καὶ φλεγομένην ὑπὸ λύπης ἀναψύχειν βουλόμενος καὶ καταστέλλειν, τοιαῦτα ἐφθέγξατο ἥμερα καὶ προσηνῆ· πρὸς σὲ δὲ οὔτε τοὺς ἐμοὺς ἀκεραίους διεσώσατο λόγους, μήτ' αὖ πάλιν οἷας ἔτυχεν ἀπολογίας ἀπήγγειλε καὶ πρὸς ἐμέ· ἀλλ' ἀνθ' ἑτέρων ἕτερα εἰπὼν, νῦν μὲν διαλλάξει πρὸς καιρὸν, ὕστερον δὲ ὀλίγῳ μείζω καὶ βαρυτέραν κατασκευάσει γενέσθαι τὴν διαφοράν. Οὗ δὴ ἕνεκα καὶ αὐτὸς εἰ τοιαῦτα ὄντως εἴρηται παρὰ σοῦ, δεῖν ἔγνων ἀκριβῶς μαθεῖν, ὡς ἂν εἰδείην ᾗ χρὴ καὶ περὶ τῶν ἐπιλοίπων ποιήσασθαι τοὺς λόγους. Καὶ πάντα διεξελθὼν ὅσα πατριάρχης πρὸς αὐτὸν διαλεχθείη, ἐπυνθάνετο αὐτῆς, εἰ καὶ αὐτῇ τοῦτον εἴρηται τὸν τρόπον. Ἐφ' ἅπασι δὲ συντιθεμένης ὡς ὀρθῶς καὶ ἀληθῶς γεγενημένοις, οὐκοῦν εἶπεν· εἰ καὶ πρὸς τὰ ἐπίλοιπα τραχέως δόξω προσφέρεσθαι καὶ ἀπερισκέπτως, μηδεμίαν ἐμοῦ κατιγνώσκειν, μήτ' ἀπειροκαλίαν, μήτ' αὐθάδειαν καὶ θρασύτητα τῶν τρόπων ἀξιῶ· ἀλλ' εἴ τις προσείη καὶ τοῖς λόγοις ἀταξία, ἐκείνην μὲν προσλογίζεσθαι τῶν πραγμάτων τῇ ἀνάγκῃ, ἐμοὶ δὲ παρέχεσθαι συγγνώμην ὡς ὑπ' αὐτῶν βιαζομένῳ. Ἐγὼ νομίζω πάντα ὄντινοῦν ὅστις μέλλει καλῶς, καὶ ἦθος κατασκέπτεσθαι ἀνδρὸς, καὶ τὰς τῆς ψυχῆς ὁρμὰς ὁποίας ἔχει, μήτε τοῖς ἔξωθεν περὶ αὐτοῦ προσ-

A Hoc responsum e nimium dolente, et afflicto pectore profectum remisit imperatrix. Magnus autem domesticus tanquam a semetipso convictus, eam justa, rationique consentanea locutam, et nihil potis adeo manifestæ veritatis demonstrationi opponere, patriarchæ quidem nihil respondet, sed cum eo ad imperatricem ingreditur. Quæ primo ejus aspectu dolore oppressa, diu largo humectavit ora flumine, et lacrymis intestinum cruciatum testata est. Postquam quievit, magnus domesticus sic eam compellavit: Usitatum est viris bonis, cum pro pacificatoribus aut ad amicos et cognatis, si quid inter eos dissidii natum fuerit, aut etiam ad hostes capitales missi fuerint, quæ in responsione duriora sunt, et quæcunque tum pacem distinere, tum B audientem irritare ad iram possunt, ea silentio tegere, ac præterire: quæ autem lenia, mansueta, et ad compositionem idonea, ea renuntiare, ac non pauciora his quæ acceperunt de suo apponere. Quomodo contra improbi, et qui homines inter se committere constituerunt, quæ ad excitandam iracundiam valent, cum auctario nuntiant: quæ autem ad reconciliationem, et pacta ineunda quadrarent, illa reticent. Nunc quia et ipse patriarcha verborum meorum ad te internuntio usus sum, rursusque per eum responsionem tuam accepi, timui, ne animum quidem meum ira, doloreque tumentem, et ardentem refrigerare, ac reprimere volens, tam placida et mitia protulerit: ad te an- C tem neque mea verba importuniora servaverit, neque rursum, quæ respondisti, retulerit, sed alia pro aliis locutus, nunc ad tempus nos conciliet, pauloque post dissidium inter nos majus et gravius efficiat. Quapropter num hæc vere abs te dicta sint, accurate cognoscendum duxi. Mox omnia repetens, quæ ex patriarcha audierat, num eadem ipsa dixerit sciscitatur. Qua ut recte, et vere relatis assentiente, **364** igitur (subjecit magnus domesticus) tametsi de reliquo ferocius me, et inconsideratius videbor gerere, nullius me aut ineptiæ, aut arrogantiæ, audaciæve condemnandum: sed si qua fuerit in oratione mea confusio, ac perturbatio, illam rerum necessitati ascribendam, mihi ut ab ipsis coacto ignoscendum autumo. Ego D arbitror unumquemque qui mores et affectiones alterius probe perpensurus et dispecturus sit, neque iis quæ foris de eo dicuntur, debere attendere: neque illum per seipsum considerare, quibus temporibus consulta implendi potestatem non habebat, sed quibus maxime sua ei libertate, ac potestate uti licitum est. Si enim is tum nihil horum committere videbitur, qualia quispiam commissurum putaret, hic in posterum haud quaquam ingenium immutaverit. Proinde et ego de me dicam

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

libere, nec ante cupivisse præsentem habitum mutare cum imperatorio, quamvis toties a superstite adhuc beatæ memoriæ imperatore (95) invitarer, neque jam cupere. Si enim hujusmodi nefanda cupiditate irretitus fuissem, quid tandem erat impedimenti, quando mortuo imperatore ipse acceptis in tutelam ejus filiis palatium custodia muniebam, et qui erant intus tuto tenebantur, qui autem foris, eorum alii bene mihi volebant, alii potentiam meam formidabant, nec hiscere contra audebant, quominus latentem intus ambitionem foras exererem : vel potius in tanta intercedentium solitudine cupiditatem meam satiarem? Quod tantum abest, ut fecerim, aut meditatus sim, ut plane contrarium fecerim. Nam te, et filiis imperatoris neque ad diem ab ejus interitu nonum tutissime in palatio servatis, postea præsidium a me ibi collocatum deduxi : et alio imposito, quantum ad insidiatorum, si qui exsisterent impetus cohibendos suffecturum censui, domum recessi; moderamen imperii, quod vivo imperatore habueram resumpsi, omnes hortans, omnibus suadens, minarum etiam terrore interposito, ne quid molirentur novi : sed puram et candidam tibi æque, ac filiis tuis benevolentiam obedientiamque præstarent, nec dissimulans, me novarum rerum auctoribus pœnas irrogaturum, bellumque pro vobis suscepturum. Quid ergo? tunc quidem noluisse me dicet quispiam, cum possem; nunc autem velle cum tantæ potentiæ facultas non sit? Atqui non minus hodie, quam tunc me posse, vos juxta mecum confitebimini. **365** Itaque neque prius, neque nunc, quia malefacere nequirem, ideirco abstinui : sed ideo potissimum, quia nolui, talemque morum mutationem pessimam omnino reputavi. Quamobrem si nec alias, non modo, quamvis facillime possem, quidquam ejusmodi, quale quis suspicetur, me animo agitasse certum est, etiam in futurum mihi fidere, nec sycophantis, et mendaciloquis, qui multi contra me exorientur, assentiri convenit. Haud enim in parvis, et despicabilibus eorum versabitur obtrectatio, sed de vita amittenda, aut certe non honeste, decenterque, sed turpiter et illiberaliter sub alterius jugo exigunda timorem vobis ingenerabunt : quod ipsum iis qui imperare consueverunt, nullo genere mortis, si dolorem spectemus, tolerabilius est. Tales autem complures exorituros, non conjectura providere, sed manifestissime scire vobis datur. Imperator namque ipse rerum dominus, et nullam in acta sua ab ullo inquisitionem veritus, alia quidem sponte, si volebat, condonare aliis poterat; alia fortassis etiam negligebat. At nunc nihil tale ulli concederetur, verum omnia cum

Ὁ μέγας δὲ δομέστικος τοῖς μὲν στρατιώταις A κατὰ πόλεις ἐκέλευε διὰ γραμμάτων παρασκευάζεσθαι ὡς ἦν δέη πολεμήσων τοῖς Μυσοῖς. Ὁρῶν δὲ οὐ τοῦ καταλόγου μόνου τοῦ στρατιωτικοῦ πολλοὺς, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων οὐκ ὀλίγους προφάσει τοῦ μὴ τὰς παρὰ βασιλέως ἑκάστῳ τεταγμένας χορηγίας ἀκεραίους εἶναι παντάπασιν ἀμελοῦντας πρὸς τὰς στρατείας καὶ τῆς ἐξ αὐτῶν ἀφελείας ἀποστεροῦντας τὸ κοινὸν ἐσκέπτετο, ὅθεν ἂν ἐκείνους τε τῆς πιεζούσης ἀπορίας ἀπαλλάξαι, τὸ ἐλλεῖπον ἑκάστῳ πρὸς τὴν ἐκ βασιλέως πρόνοιαν ἀναπληρώσας, καὶ αὐτὸς αὐτοῖς πρὸς δέον χρήσαιτο ἑκάστῳ, πάντας πρὸς τὸ κοινῇ λυσιτελοῦν ἀποδείξας συνεισφέροντάς τι. Οὕτω δὲ περὶ τούτων αὐτῷ φροντίζοντι πρὸς ἑαυτὸν, ὁ Πατρικιώτης προσελθὼν, πολὺν δή τινα χρόνον περὶ B ἀπογραφὰς ἠσχολημένος, καὶ πεῖραν ἐν τοῖς τοιούτοις ἐσχηκὼς πολλὴν, ἀκηκοέναι ἔφασκεν αὐτὸν πάντας βούλεσθαι πρὸς τὰς στρατείας ἀπροφασίστους παρασκευάζειν ταῖς ἐκ τῶν δημοσίων ἀποτεταγμέναις αὐτοῖς προσόδοις τὰ ἐλλείποντα ἀναπληροῦν, ἢ καὶ προστιθείς. Τὰ δὲ τοιαῦτα, οὔτε βέλτιον, ὥσπερ ἂν εἰδείη καὶ αὐτὸς, οὔτε μὴν μετ' ἐμπειρίας πλείονος ἑτέρῳ τινὶ τῶν πέντων ἢ αὐτῷ ὑπηρετηθείη. Ὅτι δὲ μὴ προσκληθεὶς, ἀλλ' αὐτὸς πρότερος προσελθὼν, ἐγχειρισθῆναι τὴν ἀπογραφὴν ἀξιοίη, οὐ δίκαιον ὑποπτεύειν. Οὐ γὰρ ἐπιθυμίᾳ κέρδους μᾶλλον, ἢ τοῦ βούλεσθαι αὐτῷ πρὸς τὰ κοινῇ συναίρεσθαι λυσιτελοῦντα τοιαῦτα προελέσθαι, μάλιστα ποιουμένῳ περὶ πλείστου, τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν μείζω καὶ περιφανεστέραν ἀποδεικνύναι· τούτου δὲ C ἀπόδειξιν, οὐ λόγοις, ἀλλ' ἔργοις πειράσεσθαι παρέχειν ἐναργῆ. Ἔτεσι γὰρ ἤδη καὶ πρότερόν τισιν οὐκ ὀλίγοις ἠσχολημένῳ περὶ τοιαῦτα, χρήματα ἠθροικέναι οὐκ ὀλίγα ἐξεγένετο, καί τοι πειρωμένῳ μάλιστα μὴ βιαίως, μηδ' ἐκτὸς παντὸς τρόπου κερδαίνειν εἶναι, ἃ δὴ ὕστερον οὐκ εἶα ἠρεμεῖν· ἀλλὰ πολλοὺς ἐκίνει λογισμοὺς ἐν τῇ ψυχῇ, μὴ κατορύττειν, ἀλλ' εἰς εὐποιΐας ἀναλίσκειν τινῶν ἀνθρώπων, ὡς διὰ τούτου δυναμένῳ τὴν ἐκ τῆς ἁμαρτίας ἀποτρίβεσθαι κηλίδα. Νῦν μὲν οὖν ἐδόκει φροντιστήριον ἐκ τούτων ἀνδρῶν οἰκοδομεῖν τῷ Θεῷ καθάπαξ ἀνατεθεικότων ἑαυτοὺς, καὶ διὰ τῆς εἰς ἐκείνους εὐποιΐας ἱλεοῦν τὸ Θεῖον ἑαυτῷ δι' ἀλλακτῆς ἐκείνοις τὰ τοιαῦτα μάλιστα καταπράττεσθαι χρωμένῳ οὕσι δυνατοί. Νυνὶ δὲ εἰς πένητας ἀγύρτας ἀναλοῦν, ὡς D

At magnus domesticus, missis oppidatim epistolis, veteranos ad bellum cum Mœsis gerendum, ubi necesse fuerit, paratos esse jussit. Sed cum animadverteret, non solum ex albo militari multos, verum etiam de aliis complures, obtentu quod decretum quisque ab imperatore stipendium non integre perciperet, ad expeditiones parum promptos, **375** et rempublicam privari, quas illi præstabant commoditatibus, quo pacto et paupertatis eos onere levaret, suppleto quod cuique ad præscriptum imperatoris deerat, et ipse singulorum opera opportune usus efficeret, ut omnes ad communem fructum aliquid conferrent, secum considerabat. Interea Patriciota, qui diu publicis professionum tabulis conficiendis vacaverat (1), multamque in eo munere experientiam consecutus erat, accedens se audisse narrat, illum velle omnes expeditioni citra excusationem accingi, et pensiones illis de publico constitutas supplere, vel augere etiam. Tale vero negotium nec melius (quod sciret etiam ipse) nec experientius a quoquam præter se administrari posse. Jam quod non advocatus, sed sponte sua veniret, descriptionemque sibi mandari cuperet, nihil justæ suspicionis habere. Haud enim cupiditate quæstus magis, quam quod ipsum maximopere optantem Romanorum principatum amplificare et illustrare, in eo boni communis ergo adjuvare constituisset, hanc potissimum mentem suscepisse, seque id non verbis, sed factis evidenter demonstrare conaturum. Nam antea pluribus annis in hoc munere versantem, magnam pecuniæ vim (tametsi non vi, ne quo jure, qua injuria compendia sua quærere niteretur) confecisse, quam otiosam in posterum jacere non sivisse, sed frequenter in pectore volvisse, quomodo non humi defossam ad beneficentiam liberalitatemque conferret, et ita peccatorum suorum maculas deterere posset. Aliquando igitur ædificare monasterium virorum, qui semel se Deo dedicassent, et per liberalitatem in illos collatam sibi divinum numen placare, per reconciliatores nimirum, qui id præstare in primis queunt, aliquando in mendicos circumforaneos consumere cogitasse. Sed cum reputarit, aut illos, aut hos commode pecunia non usuros, aut alios per rapinam et

Jacobi Pontani notæ.

(1) Hoc puto Græca velle. *Profiteri*, inquit Budæus in Pandect. *est publice, et apud acta aliquid ultro denuntiare, quod vulgo insinuare vocant.* Curtius, lib. x : *Alexander priusquam secerneret, quos erat retenturus, edixit ut omnes milites æs alienum profiterentur.* Fiebat etiam professio in censu peragendo. Ulpianus : *Vitia priorum censuum editis novis professionibus evanescunt.* A Græcis ἀπογράφεσθαι dicitur, et professio ἀπογραφή. Lucæ II. Αὕτη ἡ πρώτη ἐγένετο, ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας, Κυρηνίου, καὶ ἐπορεύοντο πάντες ἀπογράφεσθαι, ἕκαστος εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν. *Hæc professio prima facta est, etc.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

scelus usuros, eamque disperdituros, et illum solum rerum præsidem ejusque sensum perspexerit, quomodo ob communem utilitatem non pecuniam modo, verum et ipsam animam, si facultas sit, pro nihilo habere meditetur, et morum ejus honestatem jam noverit, statuisse ipsi offerendam pecuniam illam, non honeste solum, sed et cum ratione et diligentia ad publicam Romanorum utilitatem insumendam, quando et ab ipsis collecta sit. Hanc igitur omnem illi venisse tradere, ubicunque voluerit utendam. **376** Itaque patere omnibus, non ideo se adesse, ut se huic muneri quæstus faciendi causa præfici roget, cum parta retinendi ac de cætero in otio vivendi libertas fuerit, sed quia ipsi ad veterem felicitatem Romanis recuperandam tam intensa et assidua cura incumbenti utilis et ad juvandum idoneus videri cupiat. Hac oratione delectatus magnus domesticus, de pecunia se illi gratiam habere ait, non tantum quod eam ad communem usum contulerit, sed quod etiam sibi ejus dispensandæ rationem crediderit, quam recte fideliterque collocare velit. Nam quempiam, cui communium rerum mandata est procuratio, non inde augere facultates suas, sed quæ ante magistratum acquisivit, in his emori, et a pecunia invictum prorsus apparere, non difficile solum, sed nunquam contingere. Possidere autem jam, ac ob id nihil formidare mali, deinde æquo animo velle erogare, et male collectis bene uti, hoc non multorum, sed salvari volentium esse certoque credentium, se post finem hujus lucis omnium in vita gestorum rationem reddituros. Præstat quidem non peccare prorsus, neque maculis multis fœdare animam; si tamen id evenerit, non iterum peccandi principium erit, non modo a delictis abstinere, sed et admissa sequentibus recte factis compensare. Idcirco te ob istam mutationem, quod non aliter quam ad communem fructum pecuniam tuam donandam censueris, laudo. Quod vero non vocatus, sed ultro ad me adiens vitæ subsidia a militibus de publico pendi solita exæquare petivisti, tantum abest ut damnem, ut cum prius ipse meopte impulsu tibi propter experientiam hoc ministerii committere voluerim, nunc amplius credam, te id melius ac justius obiturum. Non enim æque et qui promissis largus est, et qui nihil promittit, promissa implere enituntur. Hanc igitur provinciam tibi injungo. Te quoque par est existimare, non parva quædam et despicabilia abs te tractari, et quæ nec, si probe curentur, communi admodum proficiant, nec non perinde noceant, si segniter ac nequiter fiant. Quod namque in re politica judex, hoc in publicis stipendiis præstare possit exæquator. Etenim et ille ex æquitate arbitriis faciendis et ad legum obedientiam cogendo, bonum civitatis statum conciliat; et hic si justus esse, communique commodare velit, alios spoliabit, si ultra justum fructus percipiant, **377** aliis minus habentibus plus addet, om-

A τῶν πρότερων, ἢ ἐκείνων μὴ εἰς δέον τοῖς χρήμασι δυναμένων χρήσασθαι, ἢ ἑτέρων ἁρπαγῇ καὶ ἀδικίᾳ χρησομένων καὶ διαφθαρούντων, ὡς δὲ σοῦ μόνου καταστάντος ἐπὶ τοῖς πράγμασι, καὶ τὴν διάνοιαν κατεῖδον, ὡς ὑπὲρ ὠφελείας τῶν κοινῶν, οὐ χρήματα μόνον, ἀλλὰ καὶ ψυχὴν αὐτὴν εἰ οἷόν τε προΐεσθαι διανοῇ, καὶ τὸν τρόπον προειδὼς ὡς ἀγαθὸς, ἔγνων δεῖν σοι τὰ χρήματα ἐκεῖνα ἐγχειρίζειν, ὡς οὐ καλῶς μόνον, ἀλλὰ καὶ εὐλόγως ἀκριβῶς ὑπὲρ τῶν κοινῇ Ῥωμαίοις συμφερόντων ἀναλωθησομένων, ἐπειδὴ καὶ ἐκ τούτων συνελέγησαν αὐτῶν· ἃ δὴ πάντα ἧκω ἐγχειρίζων, ἐφ' ὅ τι ἂν ᾖ σοι χρησομένῳ βούλησις. Ἔξεστιν οὖν παντὶ τὴν ἀπόδειξιν λαμβάνειν ἐναργῆ, ὡς οὐ χρηματισόμενος ἐκ τῆς ἀπογραφῆς ἧκω δεόμενος καταστῆναι πρὸς αὐτήν· ἐξὴν γὰρ

B ἔχοντα ἃ κέκτημαι, μηδὲν περαιτέρω πολυπραγμονεῖν, ἀλλὰ σοὶ φανεῖσθαι χρήσιμος ἐπιθυμῶν, καὶ πολλὰ συνάρασθαι δυνάμενος πρὸς τὸ τὴν ἀρχαίαν εὐδαιμονίαν τοῖς Ῥωμαίοις ἀνασώζειν, πολλὴν τούτου ἕνεκα καὶ συνεχῆ ποιουμένῳ τὴν φροντίδα. Ὁ δὲ ἄσμενος ἀποδεξάμενος τοὺς λόγους, περὶ μὲν τῶν χρημάτων ἔφασκε χάριν αὐτῷ πολλὴν εἰδέναι, οὐ τῷ ὑπὲρ τῶν κοινῇ συμφερόντων μόνον παρεσχῆσθαι, ἀλλὰ καὶ τῷ αὐτῶν πεπιστευκέναι τὴν διοίκησιν αὐτῷ ὀρθῶς πεπεισμένῳ καὶ δικαίως ἀναλώσειν. Τὸ μὲν γάρ τινα τῶν κοινῶν ἐπιμέλειαν ἐγκεχειρισμένον, μὴ τὴν οὐσίαν ποιεῖν βελτίω, ἀλλ' ὅσα πρὶν ἅπτεσθαι, τοσαῦτα ἔχοντα ἀπαλλάττεσθαι, καὶ χρημάτων ὡς ἐπίπαν ὀφθῆναι κρείττω, οὐ χαλεπὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀδύνατον σχεδόν. Τὸ δ' ἔχοντα ἤδη

C καὶ μηδὲν ὑποπτεύοντα δεινὸν περὶ αὐτῶν, ἔπειτα ἐκόντα βουληθῆναι ἀποθέσθαι, καὶ ἃ συνέλεξε κακῶς χρήσασθαι εἰς δέον, οὐ τῶν πολλῶν, ἀλλὰ τῶν βουλομένων σώζεσθαι, καὶ πεπεισμένων ἀκριβῶς ὡς πάντων παρέξουσιν εὐθύνας τῶν βεβιωμένων μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγήν. Βέλτιον μὲν γὰρ μὴ ἁμαρτάνειν τὴν ἀρχήν, μηδὲ κηλίσι πολλαῖς καταμιαίνειν τὴν ψυχήν. Ἂν δ' ἄρα τοῦτο συμβαίνῃ, δευτέρας ἀναμαρτησίας ἀρχὴ, τὸ μὴ μόνον τε παύσασθαι τῶν κακῶν, ἀλλὰ καὶ ἀντίῤῥοπον ἐπιδείκνυσθαι τῶν ἀγαθῶν τὴν ἐργασίαν. Διὰ ταῦτα δὴ καὶ ἐπαινῶ σε τῆς μεταβολῆς, καὶ τοῦ μὴ τρόπον ἕτερον, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν κοινῇ συμφερόντων τὰ χρήματα

D βουληθῆναι ἐπιδοῦναι. Ὅτι δὲ μὴ προσκληθεὶς, ἀλλὰ πρότερος προσελθὼν αὐτὸς τὸ ἐπανισοῦν τοῖς στρατιώταις τὰς ἐκ τῶν δημοσίων ᾔτησας τοῦ βίου ἀφορμὰς, τοσοῦτον ἀπέχω καταγινώσκειν, ὥστε καὶ πρότερον αὐτὸν οἴκοθεν ὡρμημένον διὰ τὴν περὶ ταῦτα ἐμπειρίαν σοι τὴν ὑπηρεσίαν ἐγχειρίζειν, νῦν μᾶλλον ἀνέπεισας βέλτιον οἴεσθαι καὶ δικαιότερον τὰ τοιαῦτα διοικήσειν. Οὐ γὰρ ὁμοίως ὅ τε πολλὰ ἐπαγγειλάμενος καὶ ὁ μηδὲν, περὶ τῶν ἐπηγγελμένων τὴν ἐκπλήρωσιν σπουδάσουσι. Τὴν μὲν οὖν ὑπηρεσίαν τῶν τοιούτων ἐπιτρέπω. Σὲ δὲ καὶ αὐτὸν οἴεσθαι προσῆκον, μὴ μικρά τινα καὶ εὐκαταφρόνητα μετιέναι, μηδ' οἷα, μήτε διοικούμενα καλῶς πολλὴν ὠφέλειαν παρέχειν τῷ κοινῷ, μήτ' ἐπίσης βλάπτειν ἂν ῥᾳθύμως καὶ πανούργως πράττωνται. Ὅπερ γάρ ἐστι τοῖς πολιτικοῖς πράγμασιν ὁ κριτὴς, τοῦτο τοῖς

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δημοσίοις δύναιτ' ἂν ὁ ἐξισωτής. Ἐκεῖνος τε γὰρ εὐνομίαν ταῖς πόλεσι παρασκευάζει, δικαίως διαιτῶν, καὶ τοῖς νόμοις πείθεσθαι καταναγκάζων. Καὶ οὗτος ἂν ἐθέλῃ τὰ δίκαια ποιεῖν καὶ τὰ λυσιτελοῦντα τῷ κοινῷ, τῶν μὲν ἀφαιρήσεται ἂν πλέον καρπῶνται τοῦ δικαίου· τοῖς δὲ ἔλαττον ἔχουσι προσθεὶς, προθύμους πρὸς τὰς στρατείας παρασκευάσει πάντας, καὶ φυλάττοντας τὴν τάξιν, καὶ πειθομένους ἄριστα τοῖς στρατηγοῖς, ὡς οὖν μεγάλα πεπιστευμένος, καὶ τὰ μέγιστα συμβαλλόμενα πρὸς τὴν διοίκησιν τῶν ὅλων, οὕτω χρὴ καὶ πεπεῖσθαι, καὶ προσήκουσαν σπουδὴν καὶ προθυμίαν ἐπιδείκνυσθαι ἐπὶ τοῖς ἔργοις. Τοιαῦτα μὲν διῆλθε πρὸς αὐτὸν, ἀπολογίαν ποιούμενος ἐφ' οἷς ἠξίου. Ἔπειτα τῶν χρημάτων ἐπυνθάνετο τὸν ἀριθμὸν ὁπόσος εἴη. Τοῦ δὲ ἀποκριναμένου, χρυσίου μὲν εἶναι μυριάδας δέκα, ἐπιπλά τε καὶ σκεύη ἐκ χρυσοῦ πεποιημένα καὶ ἀργύρου, χρυσίων τετρακισμυρίων ἄξια, καὶ ταῦτα φαμένου πάντα τὸ νῦν ἔχον, ἑτοίμως ἐπιδοῦναι ἔχειν, τῶν οἰκετῶν μετακαλεσάμενός τινα, Οὐκοῦν, ἔφη, ταῦτα τούτῳ παράδος ἀπελθών. Ὡς δὲ μηδὲν μελλήσας ἐπορεύετο τὰ προστεταγμένα ἐκπληρώσων, πρὶν οἴκαδε ἐλθεῖν, ὁ μέγας δομέστικος ἐκέλευεν ἀναστρέφειν, καὶ τῆς μὲν προθυμίας ἕνεκα ἐπῄνει, τὰ χρήματα δὲ ἐκέλευεν αὐτὸν φυλάττειν, ὡς νῦν μὲν αὐτῶν οὐ δεομένῳ. Ἐὰν δὲ τῶν ἰδίων ἀναλωθέντων καὶ τούτων δεηθῇ, τότ' ἤδη λαμβάνειν ὡς αὐτῷ καὶ ταῦτα διαφέροντα, καὶ ἀναλίσκειν, ὅποι ἂν δοκῇ τῷ κοινῷ ἀναλωθέντα μάλιστα λυσιτελήσειν. Ὁ δ' ἀπηγόρευε μὲν τῶν χρημάτων τὴν φυλακὴν, οὐ καθ' ἡδονὴν εἶναι φάσκων αὐτῷ παρακατέχειν ἔτι. Ὅμως ἀναγκαίως προστατταμένος ἐπείθετο. Μετὰ τοῦτο δὲ ὁ μέγας δομέστικος, τῶν τε συγκλητικῶν καθ' ἕνα, καὶ τῶν ἄλλως εὐγενείᾳ διαφερόντων, ἔπειτα καὶ στρατιώτας μετακαλούμενος, τῆς τε παρὰ βασιλέως ἀποτεταγμένης ἑκάστῳ προνοίας ἐπυνθάνετο τὸν ἀριθμὸν καὶ εἰ τοσοῦτον κέκτηται νῦν, ἢ τοῦ τεταγμένου ἧττον· τῶν δὲ ἀποκρινομένων ἑκάστου ὅπως εἶχε τὰ αὐτοῦ, τοῖς μὲν ἀπεστερημένοις τῶν δεόντων τὸν Πατρικιώτην ἐκέλευεν ἀναπληροῦν, καὶ προσέτι προστιθέναι, ὅσον αὐτῷ καλῶς ἔχειν ἐδόκει, ἀναλόγως ἑκάστῳ τὴν εὐεργεσίαν προστιθείς. Τοῖς δὲ ἀνενδεεῖς τὰς ἐκ βασιλέως ἔχουσι προσόδους, καὶ αὐτοῖς ἐκέλευεν ὁμοίως πρὸς οἷς ἔχουσι καὶ ἑτέρας προστιθέναι. Καὶ ἐν ἑξήκοντα ἡμέραις μάλιστα γεγενημένου τοῦ ἀναδασμοῦ, τοῖς τε ἔλαττον ἔχουσι προσετίθετο τὸ ἐλλεῖπον μετὰ προσθήκης, καὶ τοῖς λειπομένοις μηδενὸς ἡ προσθήκη προσεγίνετο. Καὶ πάντες ἐξαρχούσας τὰς προσόδους ἡγησάμενοι, χάριτάς τε ὡμολόγουν τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ πολλὰς, καὶ πρόθυμοι ἦσαν τοῖς ὁπουδήποτε γῆς τῶν Ῥωμαίων πολεμίοις μάχεσθαι. Καὶ ὅπλα ἐπεσκεύαζον διασμήκοντες, καὶ ἵππους προσεπορίζοντο καὶ πλείους καὶ βελτίους τῶν προτέρων· καὶ ὅλως ἐδόκουν καὶ ἀγανακτεῖν, ὅτι μὴ τάχιον πρὸς ἄμυναν ἐξάγονται τῶν πολεμίων.

A nesque ad militandum promptos, et ordinum observantes, et ducibus obsequentissimos reddet. Quia igitur magnarum et ad gubernationem summæ reipublicæ utilissimarum rerum tibi credita cura est, te id sentire, et in opere conveniens studium alacritatemque adhibere oportet. Atque hæc quidem ad ejus petitionem disseruit, ac respondit, post, quantum esset pecuniæ, quæsivit. Eo respondente, aureorum centum millia, supellectilem vero et vasa ex auro argentoque quadraginta millibus æstimata, quæ omnia in præsens donare paratus sit, quodam famulorum accito, Abi igitur, inquit, et huic da isthæc. Qui cum sine mora abiret jussa confecturus, priusquam domum attingeret, magnus domesticus eum revocat, et de libentia collaudatum, pecunias servare jubet, quod iis modo non egeat. Ubi suis consumptis et his indiguerit, tum ipsas quoque ut sibi necessarias accepturum, ibique eas positurum, ubi earum erogatio reipublicæ plurimum profutura videbitur. Hic ille primum tergiversari et dictitare parum sibi jucundam esse pecuniæ custodiam. Verumtamen imperata facere necesse habuit. Secundum hæc magnus domesticus primoribus singulis et alioquí nobilitate præstantibus, et præterea militibus accersitis, quantum cuique imperator decrevisset, percuntiabatur, et tantumne modo, an minus possiderent. Quibus sigillatim quod res erat respondentibus, Patriciotæ mandavit, ut qui fraudati essent, eorum damna resarciret, et insuper quantum decere judicaret, spectata cujusque dignitate et meritis adjiceret. Qui ab imperatore sufficientia haberent stipendia, illis similiter alia addi jussit. Sic diebus sexaginta maxime divisione facta, cum minus habentibus quod deerat accederet cum auctario, et reliquis nihil desiderantibus tamen adderetur, universi contenti stipendiis, magnum domesticum gratiarum actione prosequebantur, et ubicunque terrarum adversus Romanorum hostes ad decertandum se paratos ostendebant, arma extergentes et equos consuetis plures ac meliores comparantes, dolentesque plane, ut apparebat, quod non citius ad hostium injurias defendendas educerentur.

B

C

378 CAPUT IX.

De coronando Joanne imperatore domestici consilium et refutatio adversariorum. Imperatricis cunctatio. Classis contra satrapam Lydiæ, populatum venientem. Pedestris exercitus a domestico in Occidentem ducendus. Iterum a patriarcha fidem exigit, quam sancte pollicetur. Ab imperatrice et laudatur et suaviter monetur ne se laboribus conficiat, et pecuniæ suæ parcat. Respondet admodum ingenue et liberaliter, et se rebelles coerciturum atque in ordinem redacturum promittit, Byzantioque cum exercitu discedit.

Ἐπεὶ δὲ ταῦτα αὐτῷ διῴκητο καλῶς, συνεβούλευε τῇ βασιλίδι, τὸν υἱὸν βασιλέα τὸν Ἰωάννην, χρίειν τε μύρῳ τῷ ἁγίῳ, καὶ στέφει τὴν κεφαλὴν κατα-

D His tam præclare gestis, imperatrici suadere institit, uti Joannem filium imperatorem oleo sancto ungendum et corona exornandum curaret.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Placuit consilium ; sed e consanguineis nonnullis dissentientibus, qui dicerent haud æquum esse, patre imperatore paulo ante mortuo filium agitare panegyrin (id quod illis Apocauchus sacri cubiculi præfectus suggesserat, concitatam deinde seditionem jam tum meditans, ut postea claruit, et nolens imperatricem benevolentiæ in ipsam et filium fidele pignus habere a magno domestico), Augusta rem in diem posterum distulit, quorumdam reprehensionem causata : qui videlicet crimini darent, negotium a tempore alienum suscipere, et festum ducere panegyricum, diemque peragere regalissimum, quando adhuc plangere lamentarique oporteret. Quos ita loquentes prorsus delirare affirmabat magnus domesticus et nec saltem cogitare multis imperatorum morientibus successores statim promulgatos esse filios, nemine hoc ut intempestivum vituperante : quin omnibus, prout æquum erat, tali tempori id convenientissimum judicantibus, non luxus et voluptatis gratia, sed ne qua vulgo seditionis ac tumultus daretur occasio : cunctis jam prorsus sentientibus, se imperatori subjectos, et amentiam luituros, si seditiones agitarint : monebatque imperatricem, ut valere jussis eorum sermonibus, ad opus tam utile quam æquum procederet. Imperatrix orare, poneret nimiam sollicitudinem, et nunc quidem multorum opinioni ne repugnaret : paulo post, cum licebit obtrectationes imperitorum effugere, facturam quod suaderet. Ille renuenti contradicendum non putavit, quamvis doleret non sibi qui potiora, sed aliis qui parum frugifera consulerent morem geri. Ita res quievit. Brevi nuntius apportatur, Sarchanem Lydiæ satrapam et Gyazen in Thraciam Romanos depopulatum transmissuros. Quem nuntium magnus domesticus minime negligendum ratus, **379** statim triremes, quot ad Barbaris occurrendum fore satis autumabat, remigibus et militibus adornari atque instrui, sumptumque in classem partim a quæstoribus ex ærario suppeditari præcepit, partim de suo ipse contulit. Triremibus instructis Apocauchum ducem præposuit ; cui cum mandata necessaria dedisset, et oram solvendam discessumque commisisset, ad Orchanem orientalis Bithyniæ satrapam (2) legatos de pace misit : non enim in Occidentem ducturus, bellum aliquod Romanis a tergo relinquendum judicabat. Pace cum illo firmata, et Didymotichi atque Adrianopoli domestici evocatu congregato exercitu, itineri se accinxit. Quo autem die exiturus erat, patriarcham solum solus conveniens, et ad templum Demetrii martyris myroblytæ [id est, oleum stillantis] cognominati adducens, Quæ inter me et imperatricem dicta sunt, inquit, non te latent ;

κοσμεῖν. Ἐπεισέ γε δόξας βουλεύεσθαι καλῶς. Τῶν δὲ καὶ' αἷμα προσηκόντων βασιλεῖ τινων, μὴ δίκαιον εἶναι παραινούντων, τοῦ πατρὸς ὀλίγῳ πρότερον τετελευτηκότος βασιλέως, τὸν υἱὸν πανηγυρίζειν (τοῦτο δὲ αὐτοῖς ὁ παρακοιμώμενος Ἀπόκαυχος ὑπετίθει λέγειν, ὡς ἐκ τῶν ὕστερον γέγονε καταφανὲς, τὴν γεγενημένην στάσιν μελετῶν, καὶ μὴ βουλόμενος βασιλίδα τῆς εἰς αὐτὴν καὶ τὸν υἱὸν εὐνοίας ἐνέχυρα πιστὰ κεκτῆσθαι παρὰ μεγάλου δομεστίκου), εἰς τὴν ὑστεραίαν τὸ ἔργον ἀνεβάλλετο ἡ βασιλὶς, τὴν μέμψιν τινῶν αἰτιωμένη, ὅτι δὴ πυθόμενοι κατηγοροῖεν, ὡς οὐ κεχρημένων τῷ πράγματι κατὰ καιρὸν, ἀλλ' ἐν οἷς ἔδει κόπτεσθαι καὶ θρηνεῖν, πανηγυριζόντων αὐτῶν, καὶ τὴν βασιλικωτάτην τελούντων ἑορτήν. Ὁ δ' ἀνοητοῦντας ἔφασκε παντάπασι τοὺς εἰρηκότας, καὶ μηδὲ τοῦτο ἐννοεῖν ὡς πολλοῖς τῶν βασιλέων τελευτῶσιν ἡ ἀνάῤῥησις ἐγίνετο τῶν παίδων, οὐδενὸς αὐτοῖς τὴν ἀκαιρίαν μεμφομένου, ἀλλὰ πάντων ὥσπερ δίκαιον ἦν λογιζομένων, μάλιστα προσήκειν ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς, οὐ τρυφῆς ἕνεκα καὶ ἡδονῆς, ἀλλὰ τοῦ μηδεμίαν πρόφασιν στάσεως καὶ ταραχῆς ἐγγενέσθαι τοῖς πολλοῖς, πάντων ἤδη πεπεισμένων ἀκριβῶς ὡς ὑπὸ βασιλέα τελοῦσι, καὶ δίκας δώσουσι τῆς παρανοίας ἂν ἐπιχειρῶσι στασιάζειν. Παρῄνει τε αὐτῇ, τοὺς μὲν ἐκείνων λόγους χαίρειν ἐᾷν, αὐτοὺς δὲ χωρεῖν ἐπὶ τὸ ἔργον ὡς ἅμα λυσιτελὲς καὶ δίκαιον ὄν. Ἡ δὲ μὴ πολυπραγμονεῖν ἐδεῖτο, ἀλλὰ νῦν μὲν ἐᾷν διὰ τὰς δόξας τῶν πολλῶν, ὀλίγῳ δὲ ὕστερον ποιεῖν, ἡνίκα ἂν ἐξῇ καὶ τὰς λοιδορίας διαφεύγειν. Ὁ μέγας δὲ δομέστικος, πρὸς μὲν τῆς βασιλίδος τὴν ἔνστασιν, οὐδὲν ἀντεῖπεν· ἦχθετο δὲ ὅτι, οὐκ αὐτῷ τὰ βελτίω, ἀλλ' ἑτέροις ἀλυσιτελῆ βουλευομένοις πείθοιτο. Ἐκεῖνο μὲν οὕτως ἐκωλύθη. Μικρῷ δὲ ὕστερον ἠγγέλλετο ὡς Σαρχάνης ὁ Λυδίας σατράπης καὶ Γιαξῆς πρὸς Θρᾴκην περαιοῦσθαι παρασκευάζονται, ναυσὶ λῃσόμενοι Ῥωμαίους. Ὁ μέγας δὲ δομέστικος οὐκ ἠμέλει, ἀλλ' αὐτίκα τριήρεις ὅσας ἐξαρκέσειν ᾤετο πρὸς πόλεμον τοῖς βαρβάροις ἐκέλευε πληροῦν. Τὴν δὲ δαπάνην τῶν τριήρεων, τὴν μὲν ἐκ τῶν δημοσίων τοῖς ταμίαις ἐκέλευε παρέχειν, τὴν δ' ἐκ τῶν ἰδίων παρεῖχετο αὐτός. Ἐπεὶ δὲ ἐπεπλήρωντο, ταῖς μὲν ἐπέστησε στρατηγὸν τὸν παρακοιμώμενον Ἀπόκαυχον· καὶ ὅσα ἔδει ἐντειλάμενος, καὶ τοῦ λοιποῦ κελεύσας αὐτῷ μέλειν τὸν ἀπόπλουν, αὐτὸς Ὀρχάνῃ τῷ τῆς κατὰ Βιθυνίαν ἑῴας σατράπῃ διεπρεσβεύετο περὶ εἰρήνης. Οὐδὲ γὰρ ἐδόκει δεῖν αὐτῷ πρὸς ἑσπέραν μέλλοντι στρατεύειν, πόλεμόν τινα Ῥωμαίοις ὄπισω καταλιπεῖν. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ πρὸς ἐκεῖνον εἰρήνη τέλος εἶχεν, αὐτὸς μὲν πρὸς τὴν ἔξοδον παρεσκευάζετο. Ἤδη γὰρ καὶ ἡ στρατιὰ κατὰ Διδυμότειχον καὶ τὴν Ἀδριανοῦ πόλιν αὐτοῦ κελεύοντος συνελέγοντο. Ἐν ᾗ δὲ ἔμελλεν ἡμέρᾳ Βυζαντίου ἐξιέναι, τὸν πατριάρχην μόνος μόνον παραλαβὼν, καὶ πρὸς τὸν ἐν βασιλείοις τοῦ μυροβλύτου Δημη-

Jacobi Pontani notæ.

(2) Nondum igitur totam Bithyniam Turcæ possidebant ; nam hic Orchanes Osmanis filius, secundus eorum imperator fuit, ut videre est in Annalibus sultanorum Turcicorum. Præterea id etiam ex bellis in Bithynia contra Orchanem gestis perspicere licet.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τρίου τοῦ μάρτυρος γενόμενος ναὸν, Τοὺς μὲν ἐμοῦ τε μεταξὺ καὶ βασιλίδος, ἔφη, γεγενημένους λόγους οὐκ ἀγνοεῖς· οὐ γὰρ μόνον παρῆς τοῖς παρ' ἀμφοτέρων λεγομένοις, ἀλλὰ καὶ τῶν πρότερον ἰδίᾳ ἡμῶν ἑκάστῳ εἰρημένων αὐτὸς ἦσθα μηνυτής. Οὐδὲν δὲ παράλογον ἢ θαυμαστὸν, εἰ τότε μὲν περὶ ἐμοῦ τοιαῦτα ἐπῆει τῇ βασιλίδι λέγειν, ἴσως οἰομένῃ μεγάλα τινὰ καταπράξεσθαι ἐμὲ, νυνὶ δὲ ἐπὶ τῶν ἔργων μὴ κατ' ἐλπίδας αὐτῇ τῶν πραγμάτων ἐκβαινόντων, μεταμέλειά τις εἰσῆλθε τῶν γεγενημένων. Εἰ μὲν οὖν ὅπερ ἔφην πρός τι τῶν γινομένων ἀηδῶς διατεθεῖσα, τὰ δεδογμένα μηκέτι στέργειν ἐθέλει, διαῤῥήδην λέγειν ἀξιῶ, καὶ μὴ συγκαλύπτειν ὑπ' αἰδοῦς. Ἐγὼ γὰρ ὥσπερ καὶ πρότερον ἑτοιμότατα ἔχω παραιτεῖσθαι τὴν ἀρχήν. Εἰ δ' ἐκείνη διὰ τέλους ἔγνωκε στέργειν τὰ ἐψηφισμένα, καὶ τοὺς ὅρκους, οὓς ὁμώμοκε τηρεῖν, οὐδ' αὐτὸς ἀμελήσω τοῦ μὴ πάντα πράττειν ὅσα ἂν αὐτῇ τε καὶ παισὶ, καὶ κοινῇ λυσιτελῇ Ῥωμαίοις. Τοῦ πατριάρχου δὲ πρὸς τὴν ἀκαιρίαν τῶν λόγων μεμψαμένου, καὶ μὴ τοιαῦτα προσήκειν αὐτὸν, μήτε διανοεῖσθαι φαμένου, μήτε λέγειν· βασιλίδα γὰρ μηδὲν περὶ αὐτοῦ λογίζεσθαι τοιοῦτον, ἀλλὰ βασιλέα οἴεσθαι ἐν ζῶσιν εἶναι, καὶ τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν ὥσπερ ὑπ' ἐκείνου διοικεῖσθαι τῶν σῶν μεμνημένην λόγων, ὧν διεξῇεις πρὸς αὐτὴν, ἡνίκα ἐποιεῖσθε τὰς συμβάσεις, Οὐκοῦν, ὁ μέγας δομέστικος ἔφη, περὶ μὲν ἐκείνης, οὕτω δεῖ πεπεῖσθαι ὥσπερ αὐτὸς διῖσχυρίζῃ. Περὶ δὲ σοῦ, τί ποτε ἔξεστι νομίζειν; ἆρ' ἐμμένεις ταῖς ὁμολογίαις; μᾶλλον δὲ τοῖς ὅρκοις οὓς ἐποιήσω πρὸς ἐμέ; Ὁ δ' αὐτίκα πάλιν ἀναστὰς, Εὐλογητὸς, εἶπεν, ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι καὶ πρότερον καὶ νῦν οἷς περ εἶπον ἐμμενῶ, καὶ οὐδενὸς ἀμελήσω τῶν σῶν δικαίων· ἀλλ' ἀνθέξομαι παντὶ σθένει, οὐ μόνον ὡς εὐεργέτην ἀμειβόμενος ἔργοις ἀγαθοῖς, ἀλλὰ καὶ ὡς υἱοῦ κηδόμενος πνευματικοῦ. Ἐπὶ τούτοις δὲ αὐτῷ πολλὰς ὁ μέγας δομέστικος χάριτας ὁμολογήσας καὶ συνταξάμενος, καταλιπὼν τὸν πατριάρχην ἦκεν ὡς βασιλίδα. Ἡ δ' εὐθὺς ὡς εἶδε, χάριτας ἔφασκεν ὁμολογεῖν αὐτῷ πολλὰς, ὅτι ἃ πρότερον ἐπηγγέλλετο λόγοις, νῦν ἀποδείκνυσιν ἐπὶ τῶν ἔργων ἀληθῆ, μήτε σώματος φειδόμενος, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν κοινῇ συμφερόντων νύκτωρ πονῶν καὶ μεθ' ἡμέραν, μήτε χρημάτων· ἦν γὰρ δὴ ὁ μέγας δομέστικος, οὐ μόνον πρὸς τῶν τριήρεων τὴν δαπάνην χρήματα ἀναλωκὼς πολλὰ ἐκ τῶν ἰδίων, ἀλλὰ καὶ ἐν πολλοῖς ἑτέροις ἃ συνοίσειν ἔμελλε πᾶσι κοινῇ φιλοτίμως ἄγαν καὶ δαψιλῶς καταναλίσκων μετὰ τὴν βασιλέως τελευτήν· παρῄνει τε μὴ οὕτω ποιεῖν ὡς οὐκ ἐξαρκέσοντα πρὸς τοὺς πόνους ἐπιπολὺ, ἀλλ' ἑαυτοῦ τε πρόνοιαν ποιεῖσθαι καὶ χρημάτων φείδεσθαι χρώμενον τοῖς δημοσίοις. Ὁ δ' ἔφασκε μᾶλλον ἥδεσθαι πονῶν αὐτὸς ὑπὲρ τῶν κοινῇ λυσιτελούντων, ἢ ἕτερα πρὸς ἀνέσεις τετραμμένοι καὶ ἡδονὰς· τό τε χρήματα καταναλίσκειν οὐ ζημίαν, ἀλλὰ πάντων κερδῶν ἡγεῖσθαι χαριέστερον, ἄχρις ἂν καὶ τοῦ Θεοῦ συναιρομένου, τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν ἐπὶ μέγα ἴδοι αἰρομένην, καὶ πάντων κρατοῦσαν πολεμίων. Ἐλπίζειν δὲ μετὰ μικρὸν, εἰ μὴ

A nec enim tantum interfuisti, sed et quæ prius uterque nostrum separatim dixit, tu eorum internuntius fuisti. Nihil porro inopinatum aut admirabile, si tum quidem imperatrici talia de me loqui occurrebant, quæ forsitan eximia quædam me perpetraturum arbitraretur; nunc autem in ipso opere rebus secus quam sperabat evenientibus pœnitudo quædam facti eam subiit. Si igitur, quod aiebam, aliquid eorum quæ fiunt aversata, in pristina voluntate ac judicio acquiescere amplius non vult, aperte id mihi indicari nec pudore quodam celari cupio. Ego enim, quomodo antea, abdicare me administratione imperii paratissimus sum. Quod si ipsa usque ad extremum quod decrevit complecti, et quod juravit servare constituit, ego quoque in omnibus, quæ ipsi liberisque ejus, et Romanorum communi conducant efficiendis, nullum diligentissimi hominis officium prætermittam. Patriarcha eum de importuno sermone castigare, dicereque, non decere ista vel cogitare vel proloqui; imperatrici enim de bello nihil hujuscemodi in mentem venire, sed imperatorem putare adhuc vivere, et quasi ab illo Romanum principatum gubernari, memorem verborum, quæ in pactis faciendis ex ipso domestico audierit. Tum domesticus: De illa quidem sic credendum, ut affirmas; de te autem quid sentiendum? Ecquid pactis stas, imo vero juramentis, quibus te mihi obstrinxisti? Hic patriarcha iterum exsurgens, ait: Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, quod et prius servavi quæ dixi, et nunc servabo, nihilque negligam, quod tibi jure debeatur, **380** sed omnibus nervis tuendum te suscipiam, non solum ut bene merito respondeam, verum ut de filio quoque spirituali sollicitus. Cui post aetas gratias valedicens magnus domesticus, ab eo ad imperatricem digreditur. Quem illa simul ut conspexit, grates se illi magnas agere affirmavit, quod verbis promissa nunc rebus confirmaret, neque corpori parcens, cum noctu diuque pro republica laboraret, neque pecuniis (non enim in triremes duntaxat grandem summam de suo impenderat, sed in alia præterea multa, ex quibus communis caperetur utilitas, perstudiose liberaliterque post mortem imperatoris impendebat), hortabaturque, ut de contentione laborandi remitteret, quo ferre laborem diutius posset, sibimet curæ esset, a pecuniis suis abstineret, publicis uteretur. Ad ea ille hunc in modum, solidius se gaudere gaudium pro communibus emolumentis desudantem, quam alios otio voluptatique deditos. Quod vero de sua pecunia in sumptum conferret, id non detrimentum, sed omnium quæstuum censere jucundissimum, donec Deo bene fortunante, Romanorum principatum magnopere exaltatum, et omnibus hostibus suis superiorem cerneret. Sperare autem, nisi quid impedimenti intervenerit, brevi adeo Romanis profuturum, ut et ipsa imperatrix id intuens, Deo

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

bonorum auctori gratias actura sit; non enim parvi momenti quædam per hiemem moliri efficere, utpote multos ante refractarios et audaces eo adacturum, ut se Romano imperatori tributarios et subjectos confiteantur. Plura in hanc sententiam narrabat, et quæ ipse versabat animo, et imperatrici auditu perjucunda fore non ignorabat. Qua tandem salutata, Byzantio cum exercitu et nobilium seu patriciorum magno numero exivit, relicta ibidem matre, quæ calamitatem ejus non mediocribus solatiis leniret ac mitigaret.

A τι κώλυμα συμβαίη, τοσαῦτα Ῥωμαίους ὠφελήσειν, ὅσα καὶ αὐτὴν ὁρῶσαν Θεῷ χάριτας ὁμολογεῖν τῷ συνεργῷ τῶν καλῶν· οὐ μικρὰ γάρ τινα διανοεῖσθαι παρασκευάσειν τοῦ χειμῶνος ὡς ἅμα ἦρι, πολλοὺς τῶν πρότερον κατὰ Ῥωμαίων ὁρασυνομένων ὑποφόρους καὶ δουλείαν ὁμολογοῦντας βασιλεῖ Ῥωμαίων ἀποδείξων. Καὶ τοιαῦτα ἕτερα πολλὰ προσπεπειπών, ὅσα τε αὐτὸς διενοεῖτο πράττειν, καὶ βασιλίδα ἥδει ἀκούουσαν πρὸς ἡδονὴν, καὶ τελευταῖον συνταξάμενος, ἐξῄει Βυζαντίου ἅμα στρατιᾷ καὶ τῶν εὐπατριδῶν πολλοῖς, τὴν μητέρα καταλιπὼν ἐκεῖ, ὡς παραμυθίαν οὐ μικρὰν ἐσομένην βασιλίδι πρὸς τὰς συμφοράς.

CAPUT X.

Ex urbibus Thraciæ senatores et præsidia ad expeditionem assumuntur. Mœsus renovato fœdere discedit. Apud Chersonesum Persæ cæduntur et fugantur semel et iterum. Apocauchus capere imperatorem adolescentem et regnare meditatur. Deprehensus in arcem suam confugit, atque ut mortem effugiat, domesticum inconstantiæ rerum humanarum monet, a quo vicissim monetur persapienter et Deo in primis nitendum ostenditur.

Didymotichi cum esset, maximum operæ pretium duxit urbium Thraciarum senatores, et quod erat ibi militum citra excusationem, **381** uti et Byzantios expeditioni ascribere; idque intra paucos dies effectui datum est. Deinde resciscens Mœsorum regem Alexandrum apud Stilbnum oppidum Mœsis subjectum in confinibus castra habere, per legatos ei significat, se Adrianopoli subsistere, velleque discere, bellone an pace delectaretur magis; diem enim quam Byzantii ejus legatis præfixisset, prope exitum esse. Alexander videns Romanos non esse consternatos, ut augurabatur, sed paratos ad ulciscendum volentes inferre injuriam, et neque per legatos minis, neque apparatu suo militari eos potuisse commoveri, ut libidini suæ satisfacerent, ad dimicationem venire haud utile sibi ratus, ad conventa descendit; rursumque priori fœdere sancito, ipse Trinobum in sedem suam, magnus domesticus Chersonesum abiit, quod frequentes Persarum copias Giaxe duce Pergamo advenientes eo irrupturas audivisset. Simul porro ac Romani, etiam Persæ illic adfuerunt, qui collato pede adversum Romanos ne paulum quidem valuerunt, sed vi ac virtute victi, pars in pugna ceciderunt, pars capti sunt. Quibus fuga contigit, conscensis navibus in Asiam renavigarunt. Paucis diebus intermissis, alia manus priorem vindicatura indidem trajecit. Qui similiter devicti, plurimos amiserunt; Giaxes bis continenter cæsus, multisque ac strenuis suorum desideratis, desperatione debilitatus, pacem concupivit, quam cum eo pepigit magnus domesticus. Depulsa calamitate a Persis imminente, Didymotichum regressus, ad occidentalem sese expeditionem comparabat, exercitumque delectibus novis supplebat. Interea Apocauchus novarum rerum cupidus, manibusque ac pedibus enitens, ut ad se rempublicam transferret, jam classis contra Persas præfectus, et facultatem navalis exercitus adeptus, Joannem adolescentem imperatorem in unam tri-

B Ἐπεὶ δὲ γένοιτο πρὸς Διδυμοτείχῳ, προὔργου μὲν ἐποιεῖτο παντὸς τοὺς κατὰ τὰς τῆς Θράκης πόλεις κατοικοῦντας συγκλητικοὺς καὶ τὴν στρατιὰν, ἀποφασίστους ποιεῖν περὶ τὰς στρατείας, ὥσπερ δὴ καὶ Βυζαντίους, καὶ ἐποίησεν ὀλίγων εἴσω ἡμερῶν. Ἔπειτα πειθόμενος ὡς ὁ τῶν Μυσῶν βασιλεὺς Ἀλέξανδρος στρατιὰν ἔχων, ἐστρατοπέδευσεν ἐν Στίλβνῳ Μυσοῖς ὑπηκόῳ πόλει ἐν μεθορίοις τῆς αὐτοῦ τε καὶ Ῥωμαίων ἡγεμονίας ᾠκισμένῃ, ἔγνω δεῖν πρεσβείαν πέμπειν πρὸς αὐτόν· καὶ πέμψας, ἐν Ἀδριανουπόλει τε ἐδήλου διατρίβειν, καὶ μαθεῖν ἐθέλειν, εἰ ὁ πόλεμος αὐτῷ μᾶλλον φίρετός, ἢ εἰρήνη. Τὴν γὰρ προθεσμίαν ἣν τοῖς ἐκείνου πρέσβεσι παρέσχετο αὐτὸς ἐν Βυζαντίῳ γενομένοις, περὶ ἕξοδον ἤδη εἶναι. Ἀλέξανδρος δὲ ὁρῶν οὐ C κατεπτηχότας ὥσπερ ᾤετο Ῥωμαίους, ἀλλ' ἑτοίμους ὄντας ἀμύνεσθαι τοὺς αἱρουμένους ἀδικεῖν, καὶ μήτε ταῖς διὰ τῶν πρέσβεων ἀπειλαῖς, μήτ' αὐτοῦ τῇ πρὸς τὸν πόλεμον παρασκευῇ δυνάμενος πείθειν τὰ κατὰ γνώμην αὐτῷ ποιεῖν, πρὸς πόλεμον χωρεῖν ἀλυσιτελὲς οἰόμενος αὐτῷ, ἐχώρει πρὸς συμβάσεις· καὶ τῶν προτέρων αὖθις σπονδῶν καὶ ὅρκων ἀνανεωθέντων. Ἀλέξανδρος μὲν εἰς Τρίνοβον τὰ οἰκεῖα βασίλεια ἐπανεζεύγνυε, δομέστικος δὲ ὁ μέγας, εἰς Χερρόνησον μετὰ τῆς στρατιᾶς ἐχώρει, πεπυσμένος στρατιὰν Περσῶν πεζὴν μέλλουσαν εἰς Χερρόνησον ἐμβάλλειν ἐκ Περγάμου ἀφιγμένην, ἧς Γιαξὴς σατράπης ἦν. Ἅμα δὲ τῷ Ῥωμαίους εἰς Χερρόνησον D ἀφικέσθαι, καὶ ἡ στρατιὰ Περσῶν παρῆν· καὶ γενομένης μάχης, οὐδὲ πρὸς ὀλίγον ἴσχυσαν οἱ Πέρσαι Ῥωμαίοις ἀντιστῆναι, ἀλλ' ἡττηθέντες κατὰ κράτος, οἱ μὲν ἔπεσον παρὰ τὴν μάχην, οἱ δ' ἐάλωσαν· ὅσοι δὲ ἠδυνήθησαν διαφυγεῖν, ἐμβάντες ταῖς ναυσὶν, ἀπέπλεον ἐπ' οἶκον. Οὐ πολλαῖς δὲ ὕστερον ἡμέραις ἐκ τῆς αὐτῆς χώρας καὶ δευτέρα στρατιὰ ἐπεραιοῦτο. ὡς τὴν προτέραν ἧτταν ἀναμαχεσόμενοι· συμβαλόντες δὲ καὶ τούτοις Ῥωμαῖοι, ἐνίκησάν τε καὶ ἀπέκτειναν τοὺς πλείους. Ἐπεὶ δὲ Γιαξῆς δὶς ἐπλήγη ἐφεξῆς καὶ πολλὴν καὶ ἀγαθὴν ἀπώλεσε στρατιὰν, ἀπογνοὺς τὸ Ῥωμαίοις πολεμεῖν, ἐχώρει πρὸς συμ-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

βάσεις· καὶ ἐτίθετο πρὸς αὐτὸν ὁ μέγας δομέστικος ἀσπονδὰς εἰρηνικάς. Ἐπεὶ δὲ ἐτρέψατο τὴν ἐκ τῶν Περσῶν προσοχωμένην βλάβην, αὖθις εἰς Διδυμότειχον ἐπανελθών, παρεσκευάζετο πρὸς τὴν εἰς τὴν ἑσπέραν ἐκστρατείαν, καὶ τὴν στρατιὰν ἀποκαθίστη, ἣ ἔμελλε συνέψεσθαι αὐτῷ. Τούτων δὲ πραττομένων ὑπ' αὐτοῦ, ὁ παρακοιμώμενος Ἀπόκαυχος, νεωτέρων πραγμάτων ἐπιθυμῶν, καὶ τρόπῳ παντὶ πειρώμενος μετάγειν εἰς ἑαυτὸν τῶν πραγμάτων τὴν ὁρμήν, ἐσκέψατο, ἐπεὶ τοῦ κατὰ Περσῶν αὐτὸς κεχειροτόνητο στρατηγὸς, καὶ δυνάμεως εὐπόρει ναυτικῆς, βασιλέα τὸν νέον Ἰωάννην εἰς μίαν τῶν τριηρῶν ἐνθέμενος, ἀγνοούσης βασιλίδος τῆς μητρὸς, εἰς τὸν περὶ Βυζάντιον πρότερον αὐτῷ πύργον ὠχοδομημένον ὀχυρώτατον ὄντα ὕψει τε καὶ καρτερότητι τειχῶν Ἐπιβάτας· προσαγορευόμενον ἀγαγεῖν· ἐκεῖ δὲ μετὰ τῶν συγγενῶν καὶ τῶν οἰκειοτάτων βασιλέα φρουρῶν, σπονδὰς τίθεσθαι πρὸς βασιλίδα, ὥστε αὐτὸν μὲν καὶ συγγενεῖς καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς τυνόντας, τιμὰς τὰς παρὰ Ῥωμαίοις πρώτας καρποῦσθαι, καὶ χωρῶν εἶναι καὶ πόλεων κυρίους, ὁποίων ἂν δόξειεν αὐτοῖς, καὶ μηδὲν ἐλλείπειν εἰς εὐτυχίας λόγον, βασιλέα δὲ, οὐδ' οὕτως ἀπολύειν τοῦ φρουρίου· ἀλλ' ὥσπερ ὅμηρον κατέχοντα, μιᾷ τῶν θυγατέρων ἐπὶ γάμῳ προσαρμόζειν. Ὁ μὲν οὖν τοιαῦτά τε διενοεῖτο, καὶ ὥρμητο ἤδη πράττειν· τῶν συνειδότων δέ τινος βασιλίδι ἀπαγγείλαντος, ἐπεὶ βασιλέα τε ἤδη περιῄστατο φρουρὰ, καὶ αὐτὸς ἔγνω φωραθείς, ᾤχετο φυγὼν εἰς Ἐπιβάτας, τὸν ἐκ τῶν πραττομένων, ὥσπερ ἦν εἰκὸς, κίνδυνον διαδιδράσκων. Περὶ τῶν τοιούτων δὴ ὁ μέγας δομέστικος μαθὼν, καί τοι πρὸς τὴν ἐκστρατείαν παρασκευαζόμενος, ὅμως τὸν Ταρχανειώτην Μανουὴλ τὸν καὶ Κουρτίκην προσαγορευόμενον μετὰ στρατιωτῶν ὀλίγων πέμψας, ἐκέλευεν Ἐπιβάτας ἔξωθεν φρουρεῖν ἐστρατοπεδευμένον, ἄχρις ἂν ἀφίκηται αὐτός. Πέμψας δὲ καὶ πρὸς Ἀπόκαυχον ἐπυνθάνετο εἰ ἀληθῆ τὰ θρυλλούμενα εἴη περὶ αὐτοῦ. Ὁ δὲ ἔφασκε μὲν συκοφαντεῖσθαι, δείσας δὲ μὴ φύσῃ διαφθαρεὶς ὑπὸ διαβολῆς πρὶν διερευνώμενα φανῆναι τἀληθῆ, τὴν σωτηρίαν ἐκ τῶν ἐνόντων ἑαυτῷ πορίζειν κατακλείσαντα ἐν τῷ φρουρίῳ. Συνεβούλευέ τε παράδειγμα τῶν ἀπροσδοκήτων τῶν πραγμάτων μεταβολῶν λαμβάνειν ἐξ αὐτοῦ. Καὶ πρότερόν τε γὰρ αὐτῷ τὰ τοιαῦτα ὑποτίθεσθαι ἔφασκεν, εἰ καὶ μὴ ἔπειθε συμβουλεύων τὰ λυσιτελῆ· καὶ νῦν οὐδὲν ἧττον συμβουλεύειν ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἔχων τῆς ὠφελείας τὴν ἀπόδειξιν τῶν λεγομένων, καὶ τῶν ὑπ' αὐτῷ τελούντων φρουρίων ἓν, πολλὰ δὲ εἶναι, τὸ μάλιστα ἐπιτηδείως ἔχον πρός τε γῆς καὶ θαλάσσης εὐφυΐαν ἐκλεξάμενον κατασκευαῖς χειροποιήτοις ὀχυρώτατον ποιεῖν, ἵν' εἴ τι συμβαίη τῶν ἀπροσδοκήτων, ἀναχώρησιν ἔχῃ καὶ τῶν δεινῶν ἀποφυγήν· ἐδεῖτό τε εἰ καὶ μὴ πρότερον, ἀλλὰ νῦν πείθεσθαι αὐτῷ εὐνοϊκῶς διακειμένῳ

remium matre insciente impositum, in arcem propter Byzantium (3), ante a se ædificatam, altitudine et crassitudine murorum munitissimam, Epibatæ nominatam includere meditabatur, ibique inter cognatos ac familiarissimos eo custodito, cum imperatrice fœdus ferire, ea conditione ut ipse cognatique ac familiares **382** sui præcipuis apud Romanos honoribus insignirentur, provinciarumque et urbium quantum ipsi vellent dominatum obtinerent, et ad felicitatem nihil requirerent; imperatorem autem ne sic quidem custodia liberare, sed loco obsidis tenere, et unam filiarum connubio ei copulare. Atque is quidem hæc mente pertractabat, et jam ad rem parabat aggredi, cum a quodam é consciis imperatrici indicio facto, et imperatore jam custodia circumsepto, Apocauchus se deprehensum intelligens, Epibatas, impendens sibi e malitia sua discrimen, ut verisimile est, declinans aufugit. Quibus rebus ad magnum domesticum perlatis, etsi ad expeditionem instructus erat, nihilominus Manuelem Tarchaniotam, qui et Curtizes appellabatur, cum aliquot manipulis ad Epibatas, tentoriis excitatis, quoad ipse veniret custodiendas misit. Ad Apocauchum quoque sciscitatum misit, num vera essent, quæ de illo rumor spargeret. Qui se sycophantiis oppugnari asseverare. Et cum timeret, ne prius ob calumnias vita multaretur, quam veritas indagata patesceret, a re præsenti salutem petere decrevit; ac proinde eum, qui sé in castello illo incluserat, monuit, ut e suo casu saluti suæ prospiceret, et improvisæ rerum commutationis exemplum a se sumeret. Nam et prius se idem utiliter eum monuisse et hortatum esse, quanquam nullo effectu, et nunc nihilominus suadere, cum ex re ipsa suasionis suæ utilitatem probare queat, subjectorum ipsi castellorum (multa enim habere) ad terræ marisque commoditates præcipuo situ unum deligeret, et illud operibus quam firmissimum redderet, ut si quid improvisum emergeret, secessus malorumque effugium suppeditaret. Rogabat autem, ut si non antehac, saltem nunc benevolentis animi consilium amplecteretur. Etenim et sibi in præsens, tametsi falsis criminibus appetito, nullam aliam salutis tuendæ occasionem relinqui, præter arcem, in quam se periculi vitandi recepisset: quæ, si vera esse contingeret de se jactata, vel audaciam suam adjuvaret, vel deprehensum et convictum a morte liberaret. Apocauchi quidem consilium hoc fuit. Ad quem magnus domesticus iterato mittens, adversus illum vulgata se quoque falsa reperiri (quemadmodum videlicet ipse quoque affirmaret) in primis cupere testatus est; sic namque et ipsum imperatori amicum et benevolum, ac syco-

Jacobi Pontani notæ.

(3) *In turrim juxta Byzantium.* Sed hæc turris fuit φρούριον, castellum, et sic infra nominatur. Ante igitur arcem aut castellum vocemus licet. Item alibi hac voce πύργος eadem notione utitur: *Eine Burg.* Monuimus lectorem super hoc.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

phantas hoc ipsum quod sunt ostensum ac probatum iri. Sin et ipse spe vana delusus, quod multis evenit, ab officio detortus, et quæ neque **383** posset efficere, neque se deceret, machinatus sit, non idcirco bellum contra imperatorem capessendum, fiducia murorum, in quibus nulla insit utilitas; sed priora, ut male consulta, detestando, in posterum se melius gerere, et loco se digno contentum esse, admissorumque veniam petere debere. Melius quidem esse omnino non peccare; si tamen peccaveris, quasi secundam post naufragium videri tabulam, semet nihil tale amplius perpetrando corrigere. Et quia mox adfuturus sit, quem ille suum vocare medicum consueverit, multa habens medicamenta uniuscujusque morbis congruentia, siquidem velit, facile ejus vulnera sanaturum. Solebat nimirum Apocauchus inter ea, quibus magnum domesticum honorabat, nomina et medicum suum appellare: utpote cujus opera multis saepenumero implicitus periculis, et miseris affectus modis, creptus atque curatus fuisset. Quod autem attineret ad consilium parandi locum aliquem munitum, quo rebus conversis perfugeret, se ejus propenso studio gratias habere, non tamen securitatem ex rebus hujusmodi vehementer expetere, sed libenter illo die cum inferis futurum, quo post spem supernæ dexteræ securitate ex amicis neglecta, et contempto, quod horum corda velut arces (tutissimam utique custodiam) per amicitiam possideret, lignis et lapidibus et consiliis nihil sincerum ac probum habentibus salutem suam credidisset. Non se nescire, primam felicitatem et summum hominis bonum esse, cum Deo versari, et ascensu ad illum per puritatem animi semper ei adhærere. Secundam, amicis uti certis ac fidelibus, principio quidem paucis, et prudentia supra vulgus excellentibus, deinde post illos etiam multitudinis frui benevolentia, quæ illis propter bonitatem morum fidita et addicta sit: et hoc putare non solum quibusvis propugnaculis inexpugnabilius, sed et opibus et gloria et omni decore pretiosius, imperioque ipso longe beatius. Quocirca se ejus monitis haud pariturum, verum quam ab initio securitatem elegerit, eam usque ad extremum retenturum; ipse munitionibus et arcibus suis fideret. Igitur Apocauchus sic in Epibatis conclusus custodiebatur.

πρὸς αὐτὸν, καὶ μὴ ἀτιμάζειν τὴν βουλήν. Καὶ γὰρ καὶ αὐτῷ νυνὶ, καί τοι καὶ ψευδῶν ὄντων τῶν εἰρημένων κατ' αὐτοῦ, μηδεμίαν ἑτέραν εἶναι σωτηρίας πρόφασιν, ἢ τὸν πύργον εἰς ὃν κατέφυγε τὸν κίνδυνον διαδιδράσκων. Εἰ δὲ καὶ ἀληθῆ συνέβαινε τὰ εἰρημένα εἶναι, ἢ πρὸς τὸ τόλμημα ἂν συνήρατο, ἢ ἐρρύσατο τοῦ θανάτου φωραθέντα. Ἀπόκαυχος μὲν οὖν τοιαῦτα συνεβούλευε, δομέστικος δὲ ὁ μέγας πάλιν πέμψας πρὸς αὐτὸν, περὶ μὲν τῶν λεγομένων ἔφη κατ' αὐτοῦ μάλιστα βούλεσθαι καὶ αὐτὸν μὴ εἶναι ἀληθῆ (ὥσπερ δῆτα καὶ αὐτὸς διισχυρίζεται)· οὕτω γὰρ αὐτός τε εὔνους ἔσται ἀποδεδειγμένος βασιλεῖ, καὶ οἱ συκοφάνται αὐτὸ τοῦθ' ὅπερ εἰσὶν ἐξελήλεγμένοι. Εἰ δ' ἄρα καὶ αὐτὸς ἐλπίσι κεναῖς ἀπατηθείς, ὅπερ δὴ πολλοῖς συμβέβηκε, τοῦ δέοντος ἐξετράπη, καὶ μήτε δυνατὰ μήτ' αὐτῷ προσήκοντα διενοήθη, οὐ χρὴ διὰ ταῦτα τὸν πρὸς βασιλέα πόλεμον αἱρεῖσθαι, τείχεσι θαῤῥοῦντα ἐξ ὧν ἔσται πλέον ὄφελος οὐδὲν, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς προτέροις ἑαυτῷ μεμψάμενον, ὡς κακῶς βεβουλευμένῳ, ἐν τοῖς ἐφεξῆς βελτίω παρέχειν ἑαυτὸν, καὶ τὴν προσήκουσαν φυλάττειν τάξιν, καὶ συγγνώμης ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις δεῖσθαι τυχεῖν. Βέλτιον μὲν γὰρ τὴν ἀρχὴν μὴ ἁμαρτάνειν· εἰ δ' ἄρα συμβαίη, δεύτερον ἀγαθὸν ἑαυτόν τινα ἐπανορθοῦν ἀποστάντα τῶν κακῶν. Ἐπεὶ δὲ ὅσων οὔπω παρέσται καὶ αὐτὸς ὃν εἰῶθεν αὐτὸς ἰατρὸν ἑαυτοῦ καλεῖν, ἔχων πολλὰ φάρμακα τοῖς ἑκάστου κατ' ἄλληλα νοσήμασιν, εἴ γε βούλοιτο αὐτὸς, ῥᾳδία τῶν τραυμάτων ἡ ἴασις ἐκείνῳ ἔσται. Ἦν γὰρ δὴ ὁ παρακοιμώμενος πρὸς τοῖς ἄλλοις οἷς τὸν μέγαν δομέστικον προηγόρευε, καὶ ἰατρὸν εἰθισμένος ἑαυτοῦ καλεῖν, οἷα δὴ ἐκ πολλῶν τῶν περισχόντων πολλάκις αὐτὸν κινδύνων ἐξαρπάσαντα καὶ τεθεραπευκότα πονηρῶς ἐσχηκότα. Τῆς γε μὴν ἕνεκα βουλῆς ἧς αὐτοῦ συνεβούλευε περὶ τοῦ φρουρίου τι ἑαυτῷ κατασκευάσαι, ἵν' εἴη καταφυγὴ πρὸς τὰς τῶν πραγμάτων μεταβολὰς, χάριτας μὲν ἔλεγεν εἰδέναι τῆς περὶ ἐκεῖνον προθυμίας καὶ σπουδῆς· αὐτὸν δὲ μὴ τὴν ἐκ τῶν τοιούτων ἀσφάλειαν εἶναι περισπούδαστον· ἀλλ' ἡδέως ἂν ἔχειν τὴν ἡμέραν ἐκείνην μετὰ τῶν ἐν ᾅδου προσομιλεῖν, ἐν ᾗ μετὰ τὴν ἐκ τῆς ἄνωθεν ἐλπίδα δεξιᾶς τῆς ἐκ τῶν φίλων ἀσφαλείας ἀμελήσας καὶ τοῦ τούτων τὰς καρδίας, ὥσπερ ἀκροπόλεις οἷα δὴ ἀσφαλεστάτῃ φρουρᾷ κατέχειν τῇ φιλίᾳ, ξύλοις καὶ λίθοις καὶ λογισμοῖς ὑγιέσι οὐδὲν ἔχουσι πιστεύσειε τὴν σωτηρίαν. Πρώτην μὲν γὰρ εὐδαιμονίαν καὶ ἄκρως ἀγαθὸν ἀνθρώποις τῷ Θεῷ προσομιλεῖν, καὶ διὰ παντὸς αὐτῷ συνεῖναι τῇ πρὸς ἐκεῖνον διὰ καθαρότητος ἀναβάσει αὐτὸς ἐδίνατ. Δευτέραν δὲ μετ' ἐκείνην, τὸ φίλοις χρῆσθαι ἀσφαλέσι καὶ πιστοῖς, πρῶτον μὲν τοῖς ὀλίγοις καὶ συνέσει διαφέρουσι τῶν πολλῶν· ἔπειτα δὲ μετ' ἐκείνους, καὶ τὴν παρὰ τῶν πολλῶν εὔνοιαν καρποῦσθαι, πάντων ἐκείνοις διὰ χρηστότητα τρόπων προσεχόντων· καὶ τοῦτο οἴεσθαι, οὐ πύργων μόνον ἁπάντων ἀναλωτότερον, ἀλλὰ καὶ χρημάτων καὶ δόξης καὶ τιμῆς ἁπάσης τιμιώτερον, καὶ βασιλείας αὐτῆς ὑψηλότερον εἰς εὐτυχίας λόγον· ὅθεν οὐδὲ πείσεσθαι αὐτῷ τοιαῦτα συμβουλεύοντι, ἀλλ' ἣν ἐξαρχῆς προεῖλετο μέχρι τέλους ἑαυτῷ ἀσφάλειαν τηρήσειν, ὥσπερ δῆτα καὶ σὺ τὴν ἐκ τῶν φρουρίων καὶ ὀχυρωμάτων. Ἀπόκαυχος μὲν οὖν ὁ παρακοιμώμενος οὕτως ἐν Ἐπιβάταις ἐγκλεισμένος ἐφρουρεῖτο.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

384 CAPUT XI.

Peloponnenses Latini se imperatori certis conditionibus subjiciunt. Eorumdem litteræ ad magnum domesticum plenæ humanitatis ac benevolentiæ. Legati tractantur magnifice, et cum promissis ac muneribus dimittuntur. Apocaucho Senacherimus substituitur, et ejus facinora. Conspiratio et legatio præfectorum Occidentis; et cur sibi occurrere voluerint magnum domesticum.

Τοῦ μεγάλου δὲ δομεστίκου Διδυμοτείχῳ ἐνδιατρίβοντος, καὶ περὶ τὴν παρασκευὴν τῆς στρατιᾶς ἠσχολημένου, ἦκον ἐκ Πελοποννήσου πρέσβεις πρὸς αὐτὸν, ἐπίσκοπός τε ὁ Κορώνης, καὶ ὁ Σιδηρᾶς Ντζιουᾶν, ἐκ τῶν ἡγεμόνων τῶν πόλεων αἳ ὑπήκοοι Λατίνοις ἦσαν ἀπεσταλμένοι· ἡ πρεσβεία δὲ ἦν· ὑπὸ βασιλέα γενέσθαι πάντας ἐπὶ τῷ τῶν μὲν πόλεων ἃς κατέχουσιν αὖθις αὐτοὺς ἡγεμονεύειν· φόρους δὲ τοὺς δημοσίους πάντας οὓς πρίγγιπι παρέχουσι, διδόναι βασιλεῖ· καὶ πᾶσαν ἄλλην ἐπιδείκνυσθαι καὶ θεραπείαν καὶ δουλείαν· καὶ στρατηγὸν ἐκ βασιλέως ἔχειν ὑφ' ᾧ τελέουσιν ἑκόντες πάντες. Ἡ μὲν οὖν τῶν ἐκ Πελοποννήσου Λατίνων πρεσβεία τοιαύτη ἦν· γράμματα δὲ καὶ πρὸς τὸν μέγαν δομέστικον πεπόμφασιν, ἃ ἐδήλου τοιάδε· ὡς πάντες αὐτοὶ ἀπὸ συνθήματος ἔτι περιόντος βασιλέως βουλεύσαιντο ἀποστάντες πρίγγιπος ἐκείνῳ προσχωρεῖν, καὶ ἤδη ἐν ἐπιχειρήσει ἦσαν τοῦ πράττειν τὰ βεβουλευμένα· ἐπεὶ δὲ βασιλέα τετελευτηκότα πύθοιντο, ἀπογνόντας τὴν ἐπιχείρησιν, αὖθις ἠρεμεῖν· Παγάνου δὲ Ντεπιστόγια συνήθους αὐτοῖς ἐς τὰ μάλιστα καὶ φίλου ὀλίγῳ πρότερον ἐκ Βυζαντίου ἀφιγμένου, καὶ τῶν πραγμάτων πᾶσαν τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν ἡγεμονίαν ὑπό σε ἀπαγγείλαντος τελεῖν, αὖθις συνελθόντας πάντας ἡμᾶς, τὰ δεδογμένα πρότερον ἐπιψηφίσασθαι· οὐ μόνον διὰ τὴν εὐγένειαν τῶν τρόπων, καὶ τὸ δύνασθαι αὐτοῖς ἄν τινες ἐπίωσιν ἀμύνειν, ἀλλ' ὅτι καὶ πολὺν ἤδη χρόνον καί τοι μήπω συντυχόντες εὐνοϊκῶς σοι διακείμεθα καὶ φιλίως· ἐξ ὅτου γὰρ ἐν Ἀκαρνανίᾳ βασιλεῖ συστρατευόμενος τοῖς ἐν Θωμοκάστρῳ, παρ' ἡμῶν κατὰ συμμαχίαν ἀφιγμένοις Νικηφόρου τοῦ δεσπότου παιδὸς πρὸς λόγους ἐλθὼν αὐτὸς, φίλους ἀντὶ πολεμίων ἔπεισας γενέσθαι, ἐκεῖνοί τε ἀεί σοι τὴν εὔνοιαν διατηροῦσι καὶ ἡμᾶς ἀνέπεισαν, πολλὰ καὶ θαυμάσιά τινα περὶ σοῦ διεξιόντες, τὴν ἴσην καὶ ὁμοίαν εὔνοιαν κεκτῆσθαι περὶ σὲ, ὑφ' ἧς καὶ νῦν πεπείσμεθα τὴν πρεσβείαν ταύτην ποιήσασθαι νυνί. Τὴν μὲν οὖν ἀξίωσιν ἡμῶν οἱ παραγενόμενοι ἀπαγγελοῦσι πρέσβεις· ἂν δὲ τούτοις βασιλίς τε καὶ αὐτὸς ἐπιψηφίσησθε, οὐδὲν ἔτι τὸ κωλύσον ἡμᾶς ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων βασιλείαν, ὥσπερ ἐπηγγειλάμεθα τελεῖν, μόνον εἰ αὐτὸς ἀφίξῃ πρὸς ἡμᾶς, τάς τε πόλεις παραληψόμενος, καὶ τὰ ἐνταῦθα πράγματα ὅπῃ ἄν σοι δοκῇ ἄριστα διοικήσων. Τὰ μὲν οὖν γράμματα ἰδίᾳ τε ἑκάστῳ καὶ πᾶσιν ὁμοῦ τοιάδε ἦν· ἃ δεξάμενος ὁ μέγας δομέστικος, ἥσθη τε ὑπερφυῶς, καὶ τοῖς τε πρέσβεσι προσεφέρετο φιλοτίμως ἄγαν καὶ μεγαλοπρεπῶς· καὶ τοῖς πεπομφόσιν ὡμολόγει χάριτας πολλὰς τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας· καὶ τἄλλα τε ὅσων ἐδέοντο ὑπέσχετο ποιήσειν καὶ ἀφίξεσθαι πρὸς αὐτοὺς ἅμα ἦρι. Νῦν γὰρ οὐκ εἶναι ῥᾴδιον κινεῖν τὴν στρατιὰν πρὸς σῦτως ὑπερόριον στρατείαν, οὐ μετὰ πολὺ χειμῶνος ἐσομένου· φθι-

A Magno domestico Didymotichi agente, et apparatu bellico distento, legati ex Peloponneso veniunt, episcopus Corones et Joannes Siderus, missi a præsidibus urbium, quæ Latinis parebant. Summa legationis erat, velle omnes imperatori subesse, ea conditione ut quibus præessent urbibus, eas posthac etiam retinerent: vectigalia autem publica, quæ hactenus principi solvissent, ea in posterum imperatori penderent: omni præterea genere observantiæ et subjectionis eum colerent, et ducem, cui omnes sponte obtemperarent, ab eo acciperent. Latinorum Peloponnesiaca legatio talis fuit. Quin litteras quoque ad magnum domesticum dederunt, in quibus erat scriptum, adhuc vivo imperatore omnes ex composito a principe B defectione facta, ad eum se adjungere voluisse, et jam ad cogitata perficienda aggressos. Sed ut eum decessisse compererint, re desperata quievisse. Pagano autem Pistogia ipsis amicissimo ac familiarissimo Byzantio veniente, summamque imperii et principatum in ejus manu esse renuntiante, rursum omnes convenisse, et prius decreta confirmasse; non solum propter morum ejus ingenuitatem, et quod ipsis contra hostes ingruentes opem ferre queat, sed quod item jampridem, quanquam nondum coram allocuti, propensa in eum voluntate exstiterint. Ex quo namque in expeditione Acarnanica imperatore collega, cum iis quos ipsi ad Thomacastrum Nicephoro despotæ filio ad C subsidium misissent, sermonem miscuisset ex hostibusque amicos fecisset, et illos deinceps perpetuam ei benevolentiam conservasse, et cæteris multa eximiaque de eodem commemorantes, ad parem æqualemque ei animum præstandum auctores fuisse. Ab iisdem nunc quoque se ad hanc legationem instituendam permotos; petitionem igitur legatos coram exposituros. Quam si imperatrix et ipse suffragatione sua comprobaverint, nihil impediturum quin promissis stantes, sub imperium Romanum succedant: tantum ad eos ipse profectus, civitates accipiat, et rempublicam prout illi commodissimum videbitur, digerat atque constituat. **385** Litteræ igitur separatim singulorum atque omnium simul hoc exemplo conscriptæ erant. D Quibus acceptis magnus domesticus mirifice lætus, legatos exquisite ac splendide habuit, egitque a quibus missi erant singulares gratias de benevolentia, et quæ petebant, omnia se facturum, ac primo vere ad eos venturum spopondit; nunc enim hieme appetente, exercitum trans fines educi difficulter posse. Cæterum ad fidem dictis astruendam Jacobum Brulam hominem ex intimis familiaribus suis dedit, qui per hiemem apud eos diversaretur, simul hac ratione testificans, quam bene

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

A nec levium quorumdam criminum condemnatos. ut si ab ipso dimittantur, non aliquid turbarum imperatrix expertura sit. Oportuisse prius ea placata veniam ipsis dari, et sic demum e carcere educi. **405** Nunc si hoc nos citra ejus mandatum faciamus, inquit, probabile est et illam ita ratiocinaturam, et sycophantas idoneam occasionem nactos, calumniam contexturos, quasi jam omne imperium ei ademerimus, dum maxima per licentiam decernimus, et nec verbo uno ipsam dignamur. Quod nec mihi nec illis profuturum existimo. Ad annos igitur quibus in carcere sunt, adhuc breve tempus quanquam dolentes perdurent, donec divino munere ab expeditione rediero. Tum ipse imperatricem eorum nomine precatus, etiam, si opus B erit, concepto vadimonio de custodia exire faciam, et in veterem eos dignitatem fortunamque conabor asserere. Nunc quoniam ad iter paratus est exercitus, his immorandi non est otium: quæ ut fiant tempore indigent. Sed quia negotium urget, nunc in transitu, ut alias sæpe, ipsos adibo, hec præsentia solum mea consolabor, et necessitati rerum consulam, verum etiam læta spe in plebo, vinculorum solutionem affirmate promittens. Quod quidem illis hoc intervallum tolerabilius quam prius vel unius diei spatium reddet. His promissis contentus Asanes, gratias ingentes egit.

CAPUT XVIII.

Eodem blandimento Andronicum Asanem, domestici socerum, tentat Apocauchus, cumque adversus generum irritat suis menduciis, dum filios ejus revera nolle e custodia liberare fingit, cum tamen possit; et ipsum Asanem ad imperii cupidinem exstimulat, quod etiam patriarchæ faciebat. Suadet item ut imperatricem in domesticum exulceret et imperii spe hominem demulcet. Operam suam spondet. Veritatis et mendacii nullum faciendum discrimen, quod et antea monuerat.

Παρακοιμώμενος δὲ αἰσθόμενος, οἷος ἦν ἐκεῖνος τὰ τοιαῦτα ἐρευνᾶν, καὶ προσελθὼν Ἀσάνῃ, πρῶτα μὲν δουλείαν ἀρχαίαν ὁμολόγει, καὶ μηδὲ τὴν τύχην ἐν ᾗ καθέστηκε νυνὶ τῆς πρὶν εὐτελείας ἐπιλελῆσθαι πείσαι διεβεβαιοῦτο, ἀλλ' οὕτως οἴεσθαι αὐτὸν οἷα δὴ ἕνα τῶν ἐκείνου οἰκετῶν· καὶ τὴν προσήκουσαν εὔνοιαν ἀγαθῷ δεσπότῃ παρὰ δούλων ἕτοιμον εἶναι καιροῦ καλοῦντος παρασχέσθαι καὶ αὐτὸν, καὶ πάντα πράττειν ὑπὲρ αὐτοῦ τε καὶ τῶν παίδων, εἰ δέοι καὶ ταῖς ἐσχάταις τύχαις περιπίπτειν. Ὃ καὶ νυνὶ παρεσκευακέναι μάλιστα ἥκειν παρ' αὐτὸν, ἅμα μὲν ἃ λυσιτελεῖν αὐτῷ τε καὶ παισὶ νομίζει παραινέσοντα, ἅμα δ' εἴ τι δέοιτο πρὸς τὸ ἔργον καὶ αὐτοῦ, ὅτι προθυμότατα συναγωνιεῖται καὶ χρήμασι, καὶ οἰκέταις καὶ πᾶσιν οἷς ἔχει ἐκδιδάξοντα. Τῶν γὰρ αὐτοῦ παίδων ὑπὸ βασιλέως ἀδίκῳ γνώμῃ καὶ φθονερᾷ πολὺν ἤδη χρόνον ἐν φρουρᾷ κατεχομένων, πάνυ μὲν καὶ αὐτὸν ὑπεραλγεῖν αὐτῶν, οὐ μόνον ἄδικα καὶ βίαια πασχόντων, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν ἀρχαίαν εὔνοιαν, ἣν ἐκείνοις ὀφείλειν, καὶ σοὶ τῷ πατρὶ, μηδὲν δὲ βοηθεῖν ἔχοντα, στέργειν τὴν ἀνάγκην· νυνὶ δὲ

C Cubiculi præfectus cum hæc intellexisset (erat enim in his indagandis impiger) cum Asane congreditur. Primum quidem se olim ejus fuisse servum confitetur, nec fortunam præsentem abjectionis suæ prioris memoriam sibi abstulisse asseverat, sed semet numerare in famulis ejus: quæque par est bono domino a servo parata esse studia, eadem se illi, si res exegerit, præstiturum, facturumque pro ipso et filiis ejus omnia, quamvis se idcirco ad extremam miseriam devolvendum sciat. Qua maxime de causa et nunc ad eum venerit, simul ut quæ ipsi liberisque ejus conducere putet, admoneat, simul ut si quid opera sua ad opus indigeat, promptissime et pecuniis, et famulis, et quibus poterit rebus, ei se adfuturum doceat. Nam quod D filii ejus per injustitiam **406** et invidiam imperatoris tot jam annis carcere clausi teneantur, incredibiliter se cruciari, non modo quia inique et dire afflictentur, sed et propter veterem, quam ipsis, eorumque parenti amorem debeat. Cum autem opem ferre nullam queat, necessitatem boni consulere. Cæterum quia nunc ad eos e vinculis eximendos

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

tempus adsit opportunissimum, se hortatum accessisse, ne id de manibus elabi sinat. Tametsi e Selybria rediens, inquit, audivi te magni domestici generum multis etiam precibus non flexisse. Qui ubi te inani spe jactavit ac delusit, abiit, quasi cum ex Occidente revenerit, eos dimissurus. Hanc vero si non animadverteris esse fallaciam, satis mirari non possum. Neque enim imperatore adhuc spirante uxoris suæ fratres absolvere vinculis non poterat, si modo justitiæ ac personæ suæ rationem ducere voluisset, cum potestate imperatoria polleret; hodie vero (id quod nec te latet) non talia solum, sed multo quoque majora potest, quando gesti imperii rationem non reposcitur, et habet quæ vult statuendi auctoritatem plenam atque liberam. Quin ille tum quoque imperatorem impulit, ut in vincula traderentur, cum eorum virtuti prudentiæque invideret, ac ne claritate nominis ab his superaretur, metueret. Nunc nihilo minus quoad vixerint, in custodia eos relinquere decrevit. Hæc non ex conjectura, sed ex certa scientia a me dicuntur. Nosti namque quo loco apud illum fuerim, quomodo item arcana sua mihi credere solitus sit; quem honorem jam vestri studio contempsi. Omnium ejus secretorum in primis conscius sum. Quare non mihi deneganda fides, sed mox dum tempus sinit, conferenda consilia, non tantum quomodo filii ærumnæ leventur, sed etiam, quomodo imperium tibi præ omnibus maxime aptum et conveniens acquiras. Quod aliter fieri neutiquam potest, quam si ipse prius imperio deturbetur. Atque hoc rursum non erit, nisi tu Augustam hostili illius odio imbuas accusando, inquam, quasi qui imperium rapere ipsamque cum liberis trucidare machinetur. Tribuetur autem tibi fides maxima, tum quia socer generi cogitata et sensus probe scias, tum quia naturam ipsam præ studio in illam, et illium imperatorem parvi pendere visus eris. Tametsi dixerit aliquis, ruinam ejus atque perniciem haud puram et liquidam tibi voluptatem præbituram, filia tua calamitatis ejus socia. Atqui permultum differre hæc duo, ex comparatione perspicere licet. **407** Non enim simile est, filiorum tuorum alios quasi vivos sepultos esse, alios indigne miseros esse, vitamque illiberalem, et inopem vivere, item genus ab illo totum velut servum pro libidine versari tractarique, ac te ob commiserationem erga omnes nihilo illis melius habere, et una filia infortunata, carere malis istis omnibus: teque non genus tantum et propinquos, sed alios præterea amicos, toto Romanorum imperio inde ad te translato illustrare et inclytos reddere posse. Quis enim illo aut in prælio oppetente, aut imperio dejecto, justius te illud capessat, qui non fortitudine duntaxat et artibus bellicis, sed et splendore familiæ, et ingenio, et aliis ornamentis Romanos omnes longe, multumque antecellis? Ergo vero ad omnia socium me libens merito offero, et instar ministri, jussis tuis ubique

A ὁρῶν τὸν ἐπιτηδειότατον ἥκοντα καιρὸν τῆς ἐκείνων ἐκ τῶν δεσμῶν ἐλευθερίας, μὴ προῖεσθαι ἥκειν παραινέσοντα. Καίτοι γε ἀκηκοέναι ἔφασκεν ἐκ Σηλυβρίας ἥκων, ὡς πολλὰ μεγάλου δομεστίκου τοῦ κεδεστοῦ δεηθεὶς ὑπὲρ ἐκείνων, οὐδὲν πλέον ἠδυνήθης, ἀλλὰ κεναῖς ἐλπίσι μετεωρίσας καὶ φενακίσας, ἀπιὼν ὤχετο, ὡς ἀπολύσων τῆς εἱρκτῆς ἦν ἐπανῇξῃ τῆς ἑσπέρας. Τοῦτο δὲ εἴ σε λέληθεν ὡς ἀπάτη, πάνυ μάλιστα θαυμάζειν ἔχω. Οὔτε γὰρ βασιλέως ζῶντος τοὺς γυναικὸς ἀδελφοὺς ἀπαλλάττειν τῶν κακῶν ἀδυνάτως εἶχεν, εἴ γε δίκαια καὶ αὐτῷ προσήκοντα ἠρεῖτο πράττειν, οὐκ ἐλάσσω δυνάμενος ἢ ὅσα βασιλεύς· νυνί τε ὥσπερ οὐδ' αὐτὸς ἀγνοεῖς, οὐ τοιαῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ μείζω πολλῷ καταπράττεσθαι δύναιτ' ἄν, ἀνυπεύθυνον ἔχων τὴν ἀρχήν, καὶ

B τῶν πραγμάτων αὐτοκράτωρ ὤν. Ἀλλὰ καὶ τότε πείθοντος αὐτοῦ βασιλέα κατείχοντο δεσμῶται, τῆς τε ἀνδρίας βασκαίνοντος καὶ τῆς συνέσεως, καὶ μὴ παρευδοκιμηθείη παρ' ἐκείνων δεδοικότος. Καὶ νῦν οὐδὲν ἧττον διανενόηται παρ' ὅλον τὸν βίον κατέχειν ἐν δεσμοῖς. Τοῦτο δὲ οὐ στοχαζόμενος εἶπον, ἀλλ' ἀκριβῶς εἰδώς. Οἶσθα γὰρ ὡς πολλῆς εὐμενείας ἀπολαύων παρ' αὐτοῦ καὶ τῶν ἀπορρήτων κοινωνῶν αὐτῷ, ὧν διὰ τὴν εἰς ὑμᾶς εὔνοιαν καταπεφρόνηκα νυνί, πάντα ἀκριβῶς σύνοιδα αὐτῷ. Ὅθεν οὐδ' ἀπιστεῖν ἐμοὶ χρεών, ἀλλὰ βουλεύεσθαι τὴν ταχίστην ἕως ἐστὶ καιρὸς, οὐ μόνον τοὺς παῖδας ἀπαλλάττειν τῶν κακῶν, ἀλλὰ καὶ σεαυτῷ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν σοὶ μάλιστα προσήκουσαν τῶν πάντων περιποιεῖν.

C Τοῦτο δ' ἕτερον τρόπον ἀδύνατον γενέσθαι, εἰ μὴ πρότερος ἐκεῖνος ἐκβληθείη τῶν πραγμάτων τῆς ἀρχῆς. Ἐκεῖνο δὲ πάλιν ἑτέρως οὐκ ἐγχωρεῖ, εἰ μὴ αὐτὸς ἐκπολεμώσεις ἐκείνῳ βασιλίδα, ὡς ἁρπάζειν τὴν βασιλίδα διανοουμένου κατειπὼν, καὶ αὐτὴν καὶ παῖδας διαφθείρειν. Ἀξιώτατος δ' ἂν εἴης πιστεύεσθαι παρ' αὐτῇ, οὐ μόνον ὡς τὰ βεβουλευμένα τῷ γαμβρῷ σαφῶς εἰδὼς, ἀλλ' ὡς καὶ φύσεως αὐτῆς ὑπὲρ τῆς εἰς ἐκείνην εὐνοίας καὶ τὸν παῖδα βασιλέα δοκῶν καταφρονεῖν. Καίτοι γε φαίη τις ἂν οὐδὲ τὴν ἐκείνου κατάλυσιν καὶ φθορὰν ἀδολόν σοι καὶ καθαρὰν τὴν ἡδονὴν παρέξειν, οἷα δὴ τῆς θυγατρὸς ἐκείνῳ συνατυχούσης. Τοῦτο

D δ' ὅσην ἔχει διαφοράν, ἔξεστι παράλληλα τιθέμενον τὰ πράγματα σκοπεῖν. Οὐ γὰρ ὅμοιον, τοὺς μὲν τῶν παίδων ὥσπερ κατορωρύχθαι ζῶντας, τοὺς δὲ παρ' ἀξίαν πράττειν κακῶς καὶ ἐνδεῶς καὶ ἀνελευθέρως ζῇν, καὶ γένος ὑπ' ἐκείνου πᾶν ὥσπερ δοῦλον ἄγεσθαι καὶ φέρεσθαι, καὶ αὐτὸν οὐδὲν ἀμείνω πάσχειν ὑπὸ τῆς πρὸς πάντας συμπαθείας, καὶ μιᾶς ἀτυχησάσης θυγατρὸς πάντ' ἐκεῖνα λελύσθαι τὰ δυσχερῆ· καὶ σὲ δύνασθαι οὐ γένος μόνον καὶ οἰκείους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους φίλους λαμπροὺς ποιεῖν καὶ περιδόξους, πάσης ἐξ ἐκείνου μετεννηνεγμένης τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς εἰς σέ. Τίς γὰρ ἐκείνου πεσόντος ἢ καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκβεβλημένου, σοῦ μᾶλλον δικαιότερος ἐπὶ τῶν πραγμάτων εἶναι, οὐκ ἀνδρίᾳ μόνον καὶ πολέμων ἐμπειρίᾳ, ἀλλὰ καὶ λαμπρότητι γένους, καὶ συνέσει καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν οὐκ ὀλίγῳ τινὶ τῷ μέσῳ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

πάντας Ῥωμαίους παριόντος; Ἐγὼ δὲ πρὸς ἅπαντα προθύμως συναγωνιοῦμαι, τάξιν ἐπέχων ὑπηρέτου, καὶ πρὸς πᾶν τὸ κελευόμενον ἑτοιμότατα ἔχων ὑπακούειν. Οὐ δὴ πρὸς τοιοῦτον ἰσχυρότατον ἀνταγωνιστὴν ἀποδυόμενον, περὶ ψεύδους καὶ ἀληθείας ἀκριβολογεῖν χρεών, ἀλλὰ πρὸς ἓν μόνον τὴν ἐκείνου κατάλυσιν προσῆκον ἀφορᾷν· τἄλλα δὲ μηδὲν ἡγεῖσθαι, εἰ μέλλοις τι τῆς σῆς συνέσεως καὶ στρατηγίας ἀξιόχρεων ποιεῖν. Ὁρῶμεν δὲ καὶ τῶν στρατηγῶν τοὺς μάλιστα συνετωτάτους, οὐκ ἀεὶ τῇ παῤῥησίᾳ χρωμένους, καὶ κατὰ στόμα τοῖς πολεμίοις ὑπαντῶντας· ἀλλ' ἔστιν οὗ καὶ ἀπάταις χρωμένους, καὶ δόλοις καὶ μηχαναῖς τισι, καὶ μάλιστα ἡνίκα δέῃ φοβεροῖς τισι καὶ δυνατωτάτοις συμπλέκεσθαι πολεμίοις· καὶ οὐδεὶς αὐτῶν κακίζει τὴν ἀπάτην ἀλλὰ καὶ θαυμάζομεν ἅπαντες, οἷα δὴ πλεῖω τῆς συνέσεως, ἢ τῆς ῥώμης δυναμένης κατορθοῦν.

A summa voluntate obediam. Sane ad talem pugnam fortissimum certatorem repudiare, ac mendacium veritatemque in his accuratius discutere et examinare, nihil necesse est: sed neglectis cæteris, hoc unum studere, ut ille imperium amittat: si modo quidpiam prudentia tua, et quæ in te est scientia imperatoria dignum præstare velis. Videmus autem duces prudentissimos non semper libere loqui, et lingua hostibus occurrere, sed aliquando etiam ad fraudem, et dolum, et quasdam machinas confugere, præcipue quando cum hoste formidabili ac potentissimo res futura est; nec illis quisquam eas fraudes vitio dat, verum admiramur omnes, quasi in calliditate quam in robore (10) ac viribus majus momentum sit.

CAPUT XIX.

Expugnato Andronico Asane, duos fratres ejus aggreditur; fingit se eorum vicem dolere; segnitiem in quærenda libertate accusat. Demum similibus sententiis, quibus priores adversus domesticum eos incendit; nec est quidquam hoc homine audacius, impudentius et sceleratius. Tandem etiam Gabalam magnum drungarium, magnum stratopedarcham, et Zampeæ filium dolis suis capit et in perniciem domestici concitat.

Τοιαῦτα καὶ πρὸς ἐκεῖνον εἰπὼν καὶ πείσας, B ὅρκοις τε ἀσφαλισάμενος, ὡς νῦν τε προθυμότατα συναγωνιεῖται, καὶ καταστάντος πρὸς τὴν ἀρχὴν ἐν ὑπηρέτου τελέσει μοίρᾳ μόνον βουλεύεσθαι καταλιπὼν ὅπως ἂν τὸ σπουδαζόμενον κατορθωθείη, ἐπὶ τοὺς ἀδελφοὺς ἐχώρει Κωνσταντῖνόν τε καὶ Ἰσαάκιον τὸν μέγαν δοῦκα. Καὶ πρῶτα μὲν ᾤκτειρε τῆς παρ' ἀξίαν κακοπραγίας, καὶ ἐᾤκει συναλγεῖν. Ἔπειτα καὶ ὠνείδιζε τὴν ἐθελοδουλίαν, καὶ τὸ πρὸς τὴν ἐλευθερίαν ῥᾳθύμως βιοῦν καὶ ἀνειμένως, καὶ μηδὲ νῦν γοῦν ὅτε καλῶς ποιῶν παρέσχετο ὁ χρόνος, τῆς μεγάλου δομεστίκου χρονίου δουλείας ἀπαλλαγῆναι προσῆκον εὐγενέσι καὶ ἐλευθέροις ἀνδράσι διανοουμένους τι. Καίτοι βασιλέως μὲν ζῶντος στέργειν ἐξ ἀνάγκης ἦν, πολλὴν ἐκείνου τὴν ροπὴν αὐτῷ χαριζομένου καὶ οὐδαμῶς ἐλάττω, C ἢ ἐκεῖνος δύνασθαι παρασκευάζοντος. Νυνὶ δέ, τί τὸ κωλῦον ζῆλον ὑπὲρ βασιλέως τοῦ παιδὸς ὑποχριθέντας, συμβουλεύειν βασιλίδι πρὸς γένους τε ὄντας καὶ προσήκοντας διὰ τὴν εὐγένειαν πιστεύεσθαι καταλύειν ἐκεῖνον, καὶ τῆς ἀρχῆς ἀποχειροτονεῖν ὡς ἁρπάζειν διανοούμενον τὴν βασιλείαν, καὶ αὐτὴν καὶ φίλτατα ἀποκτιννύναι, καὶ Ῥωμαίων τυραννεῖν; Οὐ γὰρ δήπου γε ἃ προτείνεται ὑμῖν ὥσπερ δέλεαρ ὑπ' ἐκείνου, ἀρχαὶ πόλεών τινων καὶ δημοσίων διοικήσεις ἵν' ἐκεῖνος τὸ μεῖζον ἔχῃ ὥσπερ δεσπότης ἐπιτάττων, καὶ πάντων καταδυναστεύων καὶ μειζόνων καὶ ἐλαττόνων, τοῦθ' ἡμῖν ἀρκέσει πρὸς τὸ ἀποστερεῖσθαι τῆς ἐλευθερίας; Οὐδὲ γὰρ οὐδ' ὑμᾶς τοῦτο κατάδηλον λέληθεν ὄν, ὡς D ἐκείνου πεσόντος ἢ ἐκβεβλημένου τῆς ἀρχῆς, ὑμῖν ἐξέσται πράττειν ἃ αἱρεῖσθε ἀδεῶς, ἢ πρώτους γεγενημένους, ἢ μετὰ τοὺς πρώτους αὖθις Ῥωμαίων

Ita locutus, juramentoque addito, se et nunc adjutorem fore paratissimum, et ubi ipse imperium adeptus fuerit, in loco ministri operas ei daturum, persuasit; solumque deliberare sinens, quomodo, quod studebatur, prospere succederet, ad fratres ejus Constantinum et Isaacium magnum ducem abiit. Ac primum quidem indignam eorum fortunam miseratus, mutuum doloris sensum præ se ferebat. Deinde voluntariam eis servitutem exprobrabat, quod tam ignaviter ac remisse libertatem quærerent, et neque nunc saltem, **408** quando adesset fortiter faciendi opportunitas, aliquid pro nobilitate et ingenuitate sua, ad diuturnum magni domestici jugum excutiendum animis agitarent. Quanquam enim superstite imperatore necessitati repugnari non potuerit, propterea quod in eum ille totus propendens, et potestatem cum eodem communicaverat, nunc tamen nihil obstare, quin cognatione juncti, et propter generis amplitudinem fide digni, zelum pro filio imperatoris simulent, et imperatricem eo pertrahant, uti abrogato imperio domesticum evertat, quippe qui ipsam et dulcissimos ejus liberos occidere, tyrannidemque arripere meditetur. An non enim quarumdam urbium præfecturæ, et publicorum munerum functiones, quæ tanquam esca vobis ab illo abjiciuntur, ut ipse majorem partem habeat, et veluti herus jubeat, atque in omnes, minores majoresque dominetur, ad amissionem vestræ libertatis sufficient? Pat t enim, nec vos nescitis, illo vel interfecto, vel imperio depulso, nullo metu et impune integrum vobis futurum agere pro arbitratu, cum vel primi, vel a primis Romanorum proximi statim

Jacobi Pontani notæ.

(10) Σύνεσις est in Græco, quam hic non prudentiam, sed *calliditatem* et *astum* reddere oportet, sententia ita requirente. Nam prudentia non decipit, nec machinis utitur. Calliditas autem, sive astus prudentiam, non secus quam alia vitia, alias virtutes imitatur.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

evaseritis. Cogitare porro, vos mendacia et calumnias ad imperatorem allaturos, et ita a facinore audendo resilire non oportet. Etenim si usque hodie nullum dixissetis mendacium, esset hoc aliquid. Si autem nobis omnibus æque et frequenter, vel lucelli causa, vel gratuito et pejerare et mentiri contigit, quæ est ista religio, quod tam sæpe ausus sis, ab eo nunc refugere, præsertim cum non exiguum quiddam, sed Romanum imperium lucro vobis apponendum sit? Quod si mea tam utiliter monentis nihil apud vos valet oratio, at fratri vestro et seniori, et melius scienti, quem ex rerum mutationibus novitatibusque fructum capere possit, creditote, quem ego ipsum magni domestici exauctorationem valde opinor expetere, non ferentem imperantis fastum, per quem omnes ut mancipia ab eo aguntur ferunturque. Ego igitur quæ in rem vestram judicarem vobis exposui; vos si quid pro gloria nominis vestri et claritudine vitæ tentandum censuistis, nolite oblatum tempus negligere, quo præterlapso, incassum pœnitebit. Illo enim absente, expeditissime omnia procedent feliciter; qui si ab expeditione redierit, me auctore ne mutire quidem audebitis, aut nihil prohibebit, quominus ignoretis, ubi terrarum agatis (11). Nec ego verbis nudis, sed et sacramento dicto fidem firmam dabo, me in hoc certamine impigerrimum futurum, pecuniam, arma, servos suppeditantem, **409** et eo exauctoraro, in omni vita vobis subjectum, imperata vestra facturum nec quidquam in vos illaudabile designaturum. His dictis, et jurejurando stabilitis, quoniam et ipsos ad obtemperandum paratos videbat, ad Joannem Gabalam magnum drungarium, qui in legatione ad Cralem a magno domestico missus reverterat, accedit; nunquid de se audierit, percunctatur. Illo negante, At ego, inquit, infelix nuntius tibi advenio; magnus enim domesticus antiquam in te benevolentiam cum amaritudine, qua plenus est, commutavit; et certum est, non temperaturum, quin te ut proditorem suum multet. Ego enim his auribus accepi, cum te conviciis affatim proscinderet, nugatorem, loquacem, ut plurimum mentientem, constupratorem virginum et reipublicæ proditorem vocaret. Nam cum a se ad principem Triballorum legatus esses missus, legatione perperam functum muneribusque corruptum jurasse, eorum domi procuratorem fore, quantum posses, et arcana nostra illis proditurum. Quocirca prorsus non Romanum te, sed Triballum numerat. Hoc sermone Gabalas obstupefactus, Deum testari, nihil tale conscire sibi, et neutiquam credere, magnum domesticum adeo inconsulto quorumdam obtrectationibus atque calumniis fidem commodare, ut immodice iratus, ipsum absentem condemnaret. Cum enim longo

A οὐ χρὴ δὲ πρὸς τὴν ἐπιχείρησιν ἀναδύεσθαι λογιζομένους, ὡς ψεύδη καὶ συκοφαντίας ἐρεῖτε. Εἰ μὲν γὰρ οὐδὲν οὐδέπω μέχρι νῦν ψεῦδος εἴρητο ὑμῖν, ἦν ἄν τι τοῦτο πρὸς τὸν λόγον. Εἰ δὲ πολλάκις ἡμῖν ἅπασιν ὁμοίως, καὶ τοῦ τυχόντος κέρδους ἕνεκα, ἢ οὐδενὸς, καὶ ἐπιορκεῖν καὶ ψεύδεσθαι συνέβη, τί δεῖ τὰ πολλάκις τετολμημένα ὀρρωδεῖν νυνὶ, οὐ μικρά τινα, ἀλλὰ τὴν Ῥωμαίων μέλλοντας ἀρχὴν κερδαίνειν; Εἰ δ' ἀπιστεῖν ἐμοὶ κεκρίκατε τὰ βελτίω συμβουλεύοντι, ἀλλὰ τῷ γε ἀδελφῷ πείθεσθαι προσήκει, πρεσβυτέρῳ τε τὴν ἡλικίαν ὄντι, καὶ μᾶλλον ὑμῶν εἰδότι μεταβολαῖς τε καὶ καινοτομίαις πραγμάτων χρῆσθαι προσηκόντως. Οἶομαι δὲ κἀκεῖνῳ περισπούδαστον τὴν μεγάλου δομεστίκου κατάλυσιν εἶναι, οὐ φέροντι τὸν ὄγκον τῆς ἀρχῆς, καὶ τὸ πάτας ἐν ἀνδραπόδων ἄγεσθαι καὶ φέρεσθαι ὑπ' ἐκείνου μοίρᾳ. Ἐγὼ μὲν οὖν ἃ συμφέρειν νομίζω συμβούλευκα ὑμῖν. Αὐτοὶ δ' εἴ τι περὶ εὐδοξίας ὑμῶν αὐτῶν καὶ βίου περιφανείας κεκρίκατε ἐπιχειρεῖν μὴ προΐεσθαι ἀναγκαῖον τὸν καιρὸν, ἵνα μὴ παρελθόντος οὐδὲν ὠφελώμεθα ἐκ τῆς μεταμελείας. Ἐκείνου γὰρ ἀπόντος, ῥᾷστα πᾶν κατορθωθείη. Ἂν δ' ἐκ τῆς στρατείας ἐπανέλθῃ, οὐδὲ γρύζειν παραινῶ τολμᾷν· ἢ οὐδὲν ἔσται τὸ κωλῦσον, τὸ μηδ' ὅπη γῆς διάγετε ἀγνοεῖσθαι. Ἐγὼ δὲ οὐ λόγοις ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ ὅρκοις παρέξομαι πίστεις ἰσχυρὰς τοῦ πρός τε τοὺς ἀγῶνας προθυμότατον παρασχέσθαι ἑαυτόν· καὶ χρήμασι καὶ ὅπλοις καὶ οἰκέταις συναιρόμενον, καὶ μετὰ τὴν κατάλυσιν ἐκείνου πάντα ποιήσειν τὰ προστεταγμένα ὑφ' ὑμῶν, καὶ παρὰ πάντα τὸν βίον ἐν ὑπηκόου μοίρᾳ τελέσειν. μηδὲ δέ ποτε πρὸς ὑμᾶς ἀγνωμονήσας. Τοιαῦτα εἰπὼν, καὶ προσέτι γε ὅρκοις ἀσφαλισάμενος τὰ εἰρημένα, ἐπεὶ κἀκείνους εἶχε πεπεισμένους πρὸς τὸ πράττειν τὰ βεβουλευμένα, πρὸς Γαβαλᾶν Ἰωάννην τὸν μέγαν δρουγάριον ἐλθὼν, ὃς ἦν ἐκ τῆς πρὸς Κράλην πρεσβείας ἄρτι ἥκων ὑπὸ τοῦ μεγάλου δομεστίκου ἠρημένος, εἴ τι πύθοιτο ἠρώτα περὶ ἑαυτοῦ. Τοῦ δὲ ἀποκριναμένου μηδὲν, Ἀλλ' ἐγώ σοι, εἶπεν, ἧκω ἄγγελος κακῶν. Ὁ γὰρ μέγας δομέστικος τὴν προτέραν εὐμένειαν τὴν πρὸς σὲ μεταβαλὼν, πολλῆς ἀναπλέπλησται πικρίας, καὶ δῆλός ἐστιν οὐκ ἀνεξόμενος εἰ μὴ δίκας λήψεται παρὰ σοῦ τῆς προδοσίας τῆς εἰς αὐτόν. Αὐτὸς γὰρ αὐτοῦ ἀκηκοέναι λοιδορίας σοῦ καταχέοντος πολλὰς· φλύαρον καὶ λάλον ἀποκαλοῦντος, καὶ ψευδόμενον ὡς τὰ πολλὰ, καὶ φθορέα καὶ προδότην τῶν κοινῶν· ἠρημένος γὰρ ὑπ' ἐκείνου πρὸς τὸν ἄρχοντα Τριβαλῶν πρεσβευτὴς, παραπρεσβεύσειας δωροδοκήσας, καὶ τὰ Ῥωμαίων καταπροδοὺς, τὰ ἐκείνων πράξειας, καὶ ὅρκους ἐκείνοις παρασχοίης, ὡς μένων παρ' ἡμῖν, πρόξενος ἐκείνοις εἶης, παντὶ σθένει τὰ ἡμῶν ἀπόῤῥητα αὐτοῖς καταπροδιδούς. Δι' ἃ οὐδὲ Ῥωμαῖοι ὅλως ἀνέχεται καταλέγειν σὲ, ἀλλὰ τῆς μερίδος ἡγεῖται Τριβαλῶν. Καταπλαγεὶς δὲ ἐπὶ τούτοις ὁ Γαβαλᾶς,

Jacobi Pontani notæ.

(11) Aut in exsilium remotissimum, a magno domestico missum, aut in obscurissimum profundissimumque carcerem, loco ignoto eos contrusum iri insinuat: neutro enim modo scient ubi sint.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Θεόν τε ἐμαρτύρετο, ὡς οὐδὲν συνειδοίη τῶν λεγομένων ἑαυτῷ, καὶ οὐδὲ πιστεύειν ὅλως εἶχεν ὁ μέγας δομέστικος οὕτως ἀπερισκέπτως συκοφαντίαις τινῶν πιστεύσας καὶ διαβολαῖς, ἐρήμην αὐτοῦ κατηγοίη καὶ ὀργίζοιτο ἀκαίρως. Οὐδὲ γὰρ ὁ παρεληλυθὼς ἤδη χρόνος πολὺς καθ' ὃν τὰ Ῥωμαίων διοικεῖ, τοιαύτην αὐτοῦ κατηγορεῖ φαυλότητα καὶ εὐκολίαν τρόπων. Παρακοιμώμενος δὲ τοῖς εἰωθόσιν ὅρκοις, ἢ ταῖς ἐπιορκίαις μᾶλλον, ἐχρῆτο, καὶ κατέπειθεν αὐτὸν, ὡς οὐδὲν εἴη τῶν λεγομένων πλάσμα, ἀλλὰ πάντα ἀληθῆ. Παρεγύμνου τε κατὰ μικρὸν ὡς σύστημα οὐκ ἀγεννὲς ἐπὶ καταλύσει ἤδη συσταίη τῇ ἐκείνου, οἷς δέον ἑαυτὸν προσνείμαντα τὸ μέρος καὶ αὐτὸν συγκαταβάλλειν εἴ τι μέλοι τῆς οἰκείας σωτηρίας καὶ αὐτῷ. Καὶ μὴ συγκαλυψάμενος ἔγνω δεῖν ἐκείνῳ ἐμπαρέχειν ἐμπιπλάναι τὸν θυμόν. Πίστεως δὲ τῶν λεγομένων ἕνεκα ἀσφαλεστέρας, καὶ τοῦ σαφέστατα εἰδέναι ὡς ὑπὲρ αὐτοῦ μάλιστα σπουδάζοι καὶ κήδοιτο αὐτοῦ, καὶ τὴν θυγατέρα κατηγγύα· ἦν γὰρ πρότερον τὴν γαμετὴν ἀποβαλών· καὶ ὅρκους παρεῖχεν ἐπὶ τούτῳ ἐγκόλπιον τί τε τῶν ἱερῶν ἀσφαλείας ἕνεκα. Ἐπεὶ δὲ κἀκεῖνόν ἦν προσειληφὼς Χούμνῳ πρόσεισι τῷ μεγάλῳ Στρατοπεδάρχῃ, ἄλλως τε ὄντι τῶν ἐκείνῳ φίλων, καὶ προσήκοντι κατὰ γένος διὰ τὴν γυναῖκα· τῆς γὰρ συναφθείσης ἐκείνῳ πρώτως τετελευτηκυίας, ἦ Δισυπάτου θυγάτηρ ἦν, ἑνὸς τῶν τῷ κλήρῳ τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας κατειλεγμένων, ἀνεψιᾷ συνῴκησε τῇ Χούμνου ἤδη λαμπρὸς ὤν, καὶ μὴ ἀπαξιούμενος πρὸς τῶν εὐγενεστέρων. Διὰ ταῦτα οὖν ἐκείνῳ τῶν ἐπιτηδείων ὤν, ἀνεμίμνησκέ τε προσελθὼν τῶν πρὸς μέγαν δομέστικον εἰρημένων, ὅτε περὶ Μιχαὴλ τοῦ Μυσῶν βασιλέως ἐβουλεύοντο υἱοῦ, εἰ δέοι ἐκδιδόναι Ἀλεξάνδρῳ ἀπαιτοῦντι, τὸ ἐὰν ἀποκαλυφθῇ τῷ ἐσχάτῳ, σιγᾷ τὸ πρῶτος. Ὧν ἔφασκε τὸν μέγαν δομέστικον ἀεὶ μεμνημένον, καὶ ὥσπερ βέλος περιφέροντα ἐν τῇ ψυχῇ, καιρὸν ζητεῖν ἐν ᾧ τοῦτον ἀμυνεῖται ἀξίως τῆς ὕβρεως τῆς εἰς αὐτόν. Τοῦτον δὲ οὐδένα ἄλλον εἶναι, ἢ τὴν ἐκ τῆς ἑσπέρας ἐπάνοδον αὐτοῦ. Οὕτω γὰρ ἐκείνου φάσκοντος ἀκηκοέναι. Ἐμὲ δὲ περὶ πλείστου ποιούμενον τὰ σὰ, οὐδὲ γὰρ περὶ ἐλαχίστων ὁ κίνδυνος, ἀλλὰ περὶ ψυχῆς ἥκειν ἀπαγγέλλοντά τε ὅσα ἐπυθόμην, καὶ εἰ βούλει σωτηρίας ὁδὸν ὑφηγησόμενον. Ὁ δὲ πρὸς τὰ εἰρημένα οὐ μετρίως θορυβηθείς, θαυμάζειν ἔφασκεν εἰ ὁ μέγας δομέστικος οὕτως ἐξαίφνης τῆς συνήθους καλοκἀγαθίας μεταβαλὼν, ἀντὶ μετρίου καὶ προσηνοῦς ἀπαραίτητος οὕτως ὀφθείη πρὸς ὀργὴν, καὶ τοῖς προσκεκρουκόσι πικρὸς, καὶ πρὸς ἀντιδόσεις

A jam spatio publicum negotium gerat, nunquam se hujusmodi vitiorum levitatumque notatum esse. Hic Apocauchus ad consueta juramenta, vel perjuria potius se convertere, et homini persuadere, nihil eorum fingi, vera esse omnia, et subindicare non ignobilem cœtum ad eum imperio movendum jam conspirasse : cui se quoque deberet adjungere, ac pro virili parte adjuvare, si modo sua etiam salus illi cordi sit. Denique nihil reticendum putavit, quo illum ira egregie inflammaret. Ad firmandam porro fidem ostendendumque quantopere ejus causa laboraret, et quantum satageret, etiam filiam suam ei viduo despondet : quoque securiorem reddat, jurat insuper, et bulla sacra donat (72). Hoc etiam ad numerum aggregato, ad Chumnum

B magnum stratopedarcham vadit, qui alioqui amicus et propter uxorem affinitate cum eo devinctus erat. Etenim prima conjuge, Disypati ministri S. Sophiæ filia demortua, **410** clarus jam, et nobiliorum affinitate non indignus habitus, Apocauchi consobrinam duxerat : hoc vinculo necessitudinis ei jungebatur. Revocabat autem illi in mentem, quæ dixisset, Chumnus, inquam, contra magnum domesticum, cum de filio Michaelis Mœsorum regis quæreretur, Alexandro petenti dandus esset, necne ; nempe, si revelatum fuerit postremo, primus taceat. Quorum verborum aiebat semper memorem magnum domesticum, et unquam tacitum sub pectore vulnus circumferentem, captare tempus, quo contumeliam pro dignitate penset, cum

C scilicet ab Occidente redierit ; sic enim ex ore ejus accepisse. Sibi res illius esse carissimas, nec de minimis, sed de vita ipsa fore periculum. Quare quæ cognoverit, se nuntiare et, si velit, iter salutis monstraturum. Chumnus hac oratione majorem in modum conturbatus, mirari se dixit, si magnus domesticus ita improviso integritate morum immutata, pro moderato et miti adeo implacabili ira percitus, et iis qui apud se offendissent, tam acerbus, atque ad paria remetienda tam promptus appareret : non fuisse antehac tale ipsius ingenium. Quamvis enim multi et graviter cum læsissent, constare tamen, in nullum unquam vindicasse. In se vero propter verbum illud non tantopere exasperatum fuisse, et paulo post sic iram omnem depo-

D suisse, ut nihil audisse videretur. Tum Apocauchus, Siquidem verba mea, inquit, quasi tentantis suspecta habes, et metuens ne illum denuo offendas, sic respondisti, alia ratio est ; sin, quod existimes

Jacobi Pontani notæ.

(72) Ἐγκόλπιον τῶν ἱερῶν vocat Græcus. Bullam, in quam sacræ inclusæ sunt reliquiæ, intelligi posse opinor. Infra donat bulla Apocauchus etiam Artotum Zampeæ filium. Aptius autem hic verbum Græcum voce hac *bulla*, quam vocabulo *monilis* exprimitur, etiamsi proprie bulla fortasse non fuerit. Porro Romani, quod ex Plutarcho, et Macrobio, et Asconio in III *Verrin.* Alexander Neapolitanus observat, libro II, cap. 25, cum puer paulum ætate processisset, prætexta illum donabant et bulla. Ea erat aurea, insigne nobilitatis, figuram cordis habens, ut significarent, eam ætatem alterius consilio regendam. Hac Romani pueri honeste geniti et liberaliter educati patricii, aut illorum qui meruissent filii postea usi fuere. Monile, si proprie loqui velimus, est ornatus muliebris, qualem habuisse Eriphylen fabulæ ferunt. Ex eo etiam equis præpendens a collo ornamentum, monile appellatur. Sic Festus.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

rem ita se habere, scias velim te falli summopere. Non enim mitis ille ac placidus, ut dicebas, molestusque nemini, sed quia jam pridem præpotentem omnes colunt ac suspiciunt, et hucusque nemo, non dicam verbo resistere, sed nec vultum ejus libere intueri ausus est, ipse vicissim præ timore submittentes sese et servitutem perfectam servientes omnes humaniter habuit. Cum porro tu nunc primum publice ei repugnare non timueris, non amplius vitium suum occultare quivit, sed abs te sibi obnoxios puniendi initium faciet: statimque tremendo sacramento dictis fidem astruxit, ac nisi quam citissime quoquomodo saluti suæ provisum eat, cum tota domo sine ulla dubitatione perituram. Ergo Chumnus hinc non immerito extrema metuens, doceri se obsecrabat, quo pacto impendens sibi tantum malum effugeret. **411** Tum Apocauchus, ipsum quoque e re præsenti quid opus sit, non difficulter posse cognoscere, quippe qui vulgo major, nec stultus sit, sed cum primis Romanorum experientia prudentiaque certet. Nihilo minus admoniturum, quæ in rem fore arbitretur; imo vero, sine quibus salus desperanda sit. Putare autem, non aliud ipsi cæterisque profuturum, quam si arreptis armis ad domestici opes debilitandas frangendasque totis viribus incumbant. Hoc in proclivi esse, si imperatrice adita, et benevolentia erga ipsam filiumque imperatorem simulata, eam permoveat ut eum pro hoste et insidiatore ducat, addatque se hæc pro certo audivisse, et esse scelus non ferendum, seque malle cum filiis suis pro ipsis pugnando oppetere, quam perpeti ut per netas imperio aut etiam vita spolientur. Quibus rationibus credibile fieri ipsam tremefactam ac persuasam, nullo negotio ab illo discessuram, bellumque contra eumdem ip is mandaturam. Quo obtento, non tantum ingruentibus malis liberatos, verum etiam felicitati quasi portam patefactam fore. Quod autem hæc de illo vera non sint, curandum non esse; non enim nunc de veritate falsitateque certamen proponi, sed utrum illius supercilio depresso cum gloria supersint, an, si imperium tenere perseveret, similiter nefariorum criminum convictis, capite plectantur. Idcirco tentanda omnia et omne genus pugnæ experiundum potius, quam de talibus anxie disputandum, quæ sive hoc sive alio modo se habeant, nihil obsunt. Sic illum quoque illexit quo voluit. Hucusque insidiæ. Visum insuper etiam de familiarissimis imperatricis quosdam ad hoc sodalitium asciscere, cum cogitaret, alios forsitan eidem suspectos futuros, quasi qui vel metu, vel invidentia quadam perversa et improba molirentur, cum de intimis domesticis suis tale quiddam sentire non possit. Proinde filium Zampæ, quæ illam e Sabaudia secuta fuerat, Artotum nomine (quem et imperator cum aliis de causis, tum de fortitudine bellica vehementer vivus dilexerat, et post ejus mortem ipsum matremque imperatrix in pretio habebat),

A ἕτοιμος. Οὐδὲ γὰρ ὁ πρωτοῦ χρόνος τοιοῦτον αὐτῷ τὸ ἦθος συμμαρτυρεῖ. Πολλῶν γὰρ αὐτῷ προσκεκρουκότων καὶ μεγάλα, οὐδένα πώποτε ἐφάνη ἀντιδρῶν κακῶς. Πρὸς ἐμὲ δὲ μετρίως μὲν διὰ τὸν λόγον τετάρακτο ἐκεῖνον. Ὀλίγῳ δὲ ὕστερον, οὕτως ἀφῆκε τὴν ὀργήν, ὡς μηδὲ εἰρῆσθαί τι δοκεῖν. Ἀπόκαυχος δὲ, Εἰ μὲν ὑποπτεύων, ἔφη, τοὺς λόγους τοὺς ἐμοὺς ὡς πειρωμένου, καὶ τὸ προσκρούειν αὖθις ἐκείνῳ δεδοικὼς τοιαῦτα ὑπεκρίνω, ἄλλος ἂν εἴη λόγος. Εἰ δ' ὡς ἀληθῶς οἰόμενος οὕτως ἔχειν, ἴσθι ἀγνοῶν τὸ πᾶν. Οὐ γὰρ ἥμερος, ὥσπερ ἔφης, καὶ προσηνής, καὶ περὶ μηδένα ἐκεῖνος κακὸς ὀφθεὶς, ἀλλ' ἐκ πολλοῦ τοῦ χρόνου δύναμιν μεγάλην περιβεβλημένον πάντες ἐθεράπευον. Καὶ οὐδεὶς ἄχρι νῦν, οὐχ ὅτι ἀντειπεῖν, ἀλλ' οὐδ' ἀντιβλέψαι
B πώποτε ἐτόλμησεν. Ὅθεν κἀκεῖνος πᾶσι προσεφέρετο μετρίως ὑπεπτηχόσι καὶ δεδουλωμένοις ἀκριβῶς. Σοῦ δὲ νυνὶ πρώτου τολμήσαντος ἀντειπεῖν ἀναφανδὸν, οὐκέτι συγκαλύπτειν τὴν κακίαν οἷός τε ἐγένετο, ἀλλ' ἀπὸ σοῦ κἀκεῖνος ἄρξεται πρώτου τοὺς εἰς αὐτὸν ἁμαρτάνοντας κολάζειν. Αὐτίκα τε ὤμνυε τὰ φρικωδέστατα ὡς πάντα εἴη ὅσα φθέγξαιτο ἀληθῆ, καὶ ὡς εἰ μὴ τὴν ταχίστην ἐνί γε τῷ τρόπῳ πειρῷτο διασώζειν ἑαυτὸν, οὐδὲν ἐμποδὼν μὴ καὶ αὐτὸν καὶ πᾶσαν οἰκίαν ἀπολέσθαι. Ὁ δ' ὥσπερ ἦν εἰκὸς, περὶ τῶν ἐσχάτων τὸν φόβον ἐσχηκὼς, ἐδεῖτό οἱ τρόπον ὑποθέσθαι δι' οὗ τὰ προσδοκώμενα δεινὰ δυνήσεται διαφυγεῖν. Ὁ δ' ἔφασκεν οὐ χαλεπὸν μὲν εἶναι καὶ αὐτὸν ἐκ τῶν παρόντων τὸ δέον συνιδεῖν,
C οὐ τῶν πολλῶν καὶ ἀνοήτων ὄντα, ἀλλὰ τῶν ἐμπειρίᾳ πραγμάτων καὶ συνέσει τοῖς πρώτοις ἀμιλλώμενον Ῥωμαίων. Παραινέσειν δὲ καὶ αὐτὸν ἃ οἴεται λυσιτελήσειν· μᾶλλον δ' ὧν χωρὶς, σωτηρίας ἀδύνατον τυχεῖν. Οἴεσθαι δὲ μηδὲν ἕτερον αὐτῷ λυσιτελήσειν, καὶ τοῖς ἄλλοις, ἢ πόλεμον ἀραμένῳ πρὸς ἐκεῖνον, παντὶ σθένει πειρᾶσθαι καταλύειν τὴν ἐκείνου δύναμιν. Τοῦτο δ' ἔσται ῥᾴδιον, ἂν βασιλίδι προσελθὼν, καὶ τὴν εἰς ἐκείνην εὔνοιαν καὶ βασιλέα τὸν υἱὸν ὑποκριθεὶς, ἀναπείσῃ· ἐκεῖνον πολέμιον νομίσαι, καὶ ἐπιβουλεύοντα αὐτῇ πρὸς τὴν ἀρχὴν, φάσκων περὶ ἐκείνου ἀκριβῶς πεπεῖσθαι τὰ τοιαῦτα, καὶ τὴν ἀδικίαν μὴ ἐνεγκεῖν, ἀλλὰ μᾶλλον αἱρετώτερον ἡγήσασθαι αὐτὸν καὶ παῖδας ὑπὲρ αὐτῶν εἰ
D δέοι πολεμοῦντας ἐκείνῳ ἀποθνήσκειν, ἢ αὐτοὺς ἀδίκως τὴν ἀρχὴν ἀφαιρουμένους, ἢ καὶ ἀποθνήσκοντας περιϊδεῖν. Οἷς ἐκείνην ὥσπερ εἰκὸς πεισθεῖσαν ὑπὸ δέους ῥᾷστα τε ἐκεῖνον διαστήσεσθαι καὶ τὸν πόλεμον ἡμῖν τὸν πρὸς ἐκεῖνον ἐπιτρέψειν. Τούτου δὲ γεγενημένου, οὐδὲν ἔσται τὸ κωλῦον οὐ τῶν προσδοκωμένων δεινῶν ἀπηλλάχθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τύχης ἀγαθῆς ἀφορμὴν τὸν πρὸς ἐκεῖνον πόλεμον ποιήσασθαι. Ὅτι δὲ οὐκ ἀληθῆ τὰ εἰρημένα, οὐ χρὴ σκοπεῖν περὶ ἐκείνου. Οὐ γὰρ περὶ ἀληθείας καὶ ψεύδους ἡμῖν πρόκειται νῦν ἀγών, ἀλλ' εἴτε ζῆν εὐκλεῶς καθῃρηκότας ἐκείνου τὴν ὀφρῦν, εἴτε ἀποθνήσκειν ὁμοίως τοῖς ἐπὶ δεινοῖς τισιν ἑαλωκόσιν, ἐὰν ἐκεῖνος ἔτι τῶν πραγμάτων ἄρχῃ. Διὸ πάσῃ χρηστέον μηχανῇ καὶ παντὶ πολέμου εἴδει προσεκτέον μᾶλλον, ἢ περὶ τοιούτων

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μικρολογιτέον, ἃ μηδεμίαν βλάβην ἔχει, ἂν ὧδε ἢ ἑτέρως ἔχωσι. Τούτοις μὲν οὖν ἔπειθε κἀκεῖνον. Καὶ πέρας ἤδη εἶχεν ἡ ἐπιβουλή. Ἐδόκει δὲ δεῖν καὶ τῶν οἰκειοτάτων βασιλίδι τινὰς προσεταιρίσασθαι, ἐκεῖνο ἐννοῶν, ὡς τοὺς μὲν ἄλλους ἴσως ἂν ὑποπτεύσειεν ἡ βασιλίς, ἢ φόβῳ ἢ φθόνῳ τοιαῦτα ἐσκαιωρηκέναι. Τῶν οἰκειοτάτων δὲ μηδὲν καταγνοίη ἂν τοιοῦτος, καὶ τῷ Ζαμπέως υἱῷ ἢ ἐκ Σαβωΐας βασιλίδι εἵπετο πολλῆς καὶ παρὰ βασιλέως ἔτι ζῶντος ἀπολαύοντι τῆς εὐμενείας, τά τε ἄλλα, καὶ διὰ τὴν ἐν ταῖς μάχαις εὐψυχίαν. Καὶ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν βασιλίδι σπουδαζομένων ἐκείνου τε καὶ τῆς μητρὸς Ἀρτώτῳ προσαγορευομένῳ, τούτῳ δὴ ἐντυχών, εἴ τι περὶ ἑαυτοῦ εἰδείη ἐπυνθάνετο. Ὡς δὲ ἐκεῖνος ἔφασκε μηδὲν, Ἀλλ' ἐγώ, εἶπεν, αὐτοῖς ὡσὶν ἀκήκοα, τοῦ μεγάλου δομεστίκου πολλὰ σοῦ καὶ τῆς μητρὸς καταφερομένου, καὶ πολλὴν εὐήθειαν καταγινώσκοντος Ῥωμαίων, ὅτι δέον πρὸς τῶν κοινῶν τὴν ἐπιμέλειαν τοῖς ὁμοφύλοις χρῆσθαι, καὶ ἀνδράσι καὶ γυναιξὶ πολλοῖς τε καὶ ἀγαθοῖς οὖσι, οἳ δ' οὐκ οἶδ' ὅ τι παθόντες, Ἀρτώτῳ χρῶνται καὶ μητρὶ, ἀνθρώποις ἀλλοφύλοις καὶ οὐδὲν ἄμεινον διακειμένοις τῶν πολλῶν βασιλίδα θεραπεύοντες. Ἀλλ' ἔως μὲν ἔτι περιῆν ὁ βασιλεὺς, οὐδὲν ἀντιλέγειν ἦν, πᾶν τὸ παριστάμενον κατ' ἐξουσίαν πράττοντι. Νυνὶ δὲ εἰς ἐμὲ τῶν πραγμάτων τῆς ἀρχῆς περιηκούσης, οὐ περιόψομαι ὑπὸ τοιούτων, ὥσπερ κηφήνων τὰ Ῥωμαίων καταναλισκόμενα κοινά· ἀλλ' ἐνθέμενος τριήρει μετὰ τὴν ἐπάνοδον, πρὸς τὴν οἰκείαν ἀποπέμψω. Πρὸς τοῖς ἄλλοις δὲ καὶ δειλίαν σου κατηγόρει καὶ ἀνανδρίαν ἐν ταῖς μάχαις. Ἐγὼ δὲ πρὸς τὴν τοσαύτην ἀδικίαν ἀχθεσθεὶς, μειζόνων τε ἄξιον ἢ ὧν παρὰ Ῥωμαίοις τυγχάνειν εἰδὼς, καὶ τὴν θυγατέρα προθύμως σοι πρὸς γάμον ἐκδιδόναι ἔχω, καὶ πάντα πράττειν ὑπὸ σοῦ οὐ διὰ τὴν προτέραν φιλίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ κήδους ἕνεκα. Καὶ εὐθέως ὅρκους τε τοῖς λεγομένοις προσετίθει, καὶ ἐγκόλπιον παρεῖχεν εἰς ἀσφαλῆ τῶν λεγομένων πίστιν. Ὡς δὲ συνθέμενον τὸν Λατῖνον εἶχε, παρῄνει τῇ μητρὶ τὰ εἰρημένα ἀπαγγείλαντα πείθειν αὐτὴν, πάσῃ χρήσασθαι καὶ ἐπινοίᾳ καὶ σπουδῇ, ὥστε ἐκπολεμῶσαι βασιλίδα τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ. Καὶ τἄλλα προστίθει ἃ τοῖς ἄλλοις εἴρητο αὐτῷ. Τὰ δὲ τοιαῦτα εἰς τετάρτην ἡμέραν ἐξ ἧς ἦκεν εἰς Βυζάντιον αὐτῷ συνεσκευάζετο. Καὶ ἐπεὶ καθένα τοὺς εἰρημένους εἶχε πεπεισμένους, αὖθις συνίστα τοὺς ὁμοίαν περὶ τοῦ πολέμου γνώμην ἔχοντας ἑκάστῳ ἀπαγγέλλων. Παρῄνει τε κοινῇ βουλευσαμένους, ὅθεν ἂν δοκοίη βέλτιον τὸν πόλεμον κινεῖν.

A hunc, inquam, conveniens, ecquid de se audisset exquirebat. Illo negante, subjecit : Ego vero præsens audivi, cum magnus domesticus contra te matremque tuam debaccharetur multis, Romanosque magnæ fatuitatis argueret : qui, cum ad publicam procurationem uti civibus oporteret, essentque in promptu boni viri, bonæ feminæ magno numero, illi nescio quorsum acti, **412** vel potius imperatrici adulantes, Artotum, et ejus matrem, homines exteros ac plebeios adhiberent. Imperatori viventi, inquit, ac pro potestate quidquid incideret moderanti, contra dicere fas non erat : nunc, quando summa imperii ad me devenit, non patiar a talibus, tanquam a fucis communia Romanorum bona absumi, sed post reditum meum B triremi impositos, unde advenerunt, eo remittam. Præter cætera quoque timiditatem tuam et in prælio ignaviam reprehendit. Ast ego tanta iniquitate offensus, teque majoribus, quam a Romanis habes, dignum sciens, etiam filiam meam tibi in matrimonium dabo, nec propter pristinam duntaxat amicitiam, sed propter affinitatis quoque conjunctionem tua causa faciam omnia. Illico juramentum et bullam adjicit, quo certior dictis fides esset. Ut hominem Latinum ad suam factionem adjunxit, eum hortatur, eadem matri referens, illam commoveat, ut tota mente omnique ope enitatur, quo imperatricem magni domestici odio inflammaret. Alia item apud alios dicta annectit. Atque hæc quatriduo, postquam Byzantium venit, per dolum et C fraudem struxit. Cumque singulos quos nominavimus, jam irretitos teneret, de integro eos concitabat, dum, qui subscripsissent, circumiens singulis enarraret ; monebatque uti communiter deliberarent, unde commodius bellum ordirentur.

CAPUT XX.

Conjuratorum astus in imperatrice convenienda. Accusatio magni domestici. Imperatricis vera suspicio et interdictum. Asani Artotus cum Zampea matre succedit. His Chumnus cum filio, et Manuele Cantacuzeno genero. Omnes rejiciuntur, quos Apocauchus audaciores facit. Postremi patriarcha, et Andronicus Asanes quasi triarii cum imperatrice decertant et eam vincunt; ita tamen, ut ex Occidente reversum judicio arcessendum decernat.

Καὶ ἐπεὶ πρὸς πατριάρχην ἦκον, ἐδόκει δεῖν, μὴ D ἀθρόους ἀπαγγέλλειν βασιλίδι ἃ ἐσκέψαντο, ἀλλὰ κατ' ὀλίγους προσιόντας, ἵνα μήθ' ὑποψίαν παρέχοιέν τινα, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον καταπλήττοιεν συνεχῶς τε περὶ τῶν αὐτῶν διαλεγόμενοι, καὶ μᾶλλον πείθοιεν ἀληθῆ νομίζειν τὰ ὑπὸ πολλῶν ὡσαύτως εἰρημένα. Ἐδέδοκτο δὴ Ἀσάνην πρῶτον τὸν μέγαν δοῦκα καὶ Κωνσταντῖνον τὸν ἀδελφὸν προσάγειν τὴν πεῖραν βασιλίδι. Προσελθόντες τοιγαροῦν, καὶ πολλὰ περὶ τῆς εἰς αὐτὴν εὐνοίας καὶ βασιλέα προδια-

Ut ad patriarcham venerunt, placuit, non omnes simul clandestinis agitata consiliis exponere, sed paucos per successionem ad eam adire, ut neque suspicionem aliquam daret, sed magis eam terrerent, dum crebro de iisdem dissererent, et ad credendum tanquam veris impellerent, quia a multis eadem narrarentur. Convenit autem, ut Isaacius magnus dux, et Constantinus ejus frater Asanes primi animum Augustæ periclitarentur. Qui ingressi, et pluribus de sua in ipsam filiumque

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

imperatorem voluntate præfati, se nosse dicebant, magnum domesticum sibi **413** imperium asserere, et brevi cogitata perfecturum. Quod cum indignissimum statuant, judicasse minime tegendas, sed in apertum proferendas insidias, ut re perspecta, et de se ipsa et de liberis quod opus erit, decernat. Non enim res parvas in discrimen vocari, sed id agi, utrum cum dignitate vivant, retento imperio, quod jure paterno illorum sit, an cum dedecore intereant ejus insidiis, qui summa rerum administranda, tantam sibi potentiam compararit. Imperatrix, suspicione veritatem ipsam attingens, non modo querimoniam non probavit, sed eam præterea visa est moleste ferre, eosque admonuit, ut his criminationibus supersederent: quidquid enim de magno domestico dicatur, ipsam ab eo distrahi ac dissidere non posse, quæ vera et consentanea, non commentitia de illo plane credat. Postquam hi frustrati recesserunt, Artotus cum matre mittitur, qui eadem narrantes, antequam absolverent, cum bile et stomacho rejecti sunt. Postridie Chumnus cum filio et genero Manuele Cantacuzeno duce, et Gabala accedit, quasi qui recentius quidpiam rescierint: explicate memorant, non desidendum, sed ad vim propulsandam exsurgendum, se pecunia et armis bellum foturos. Nam cum benevolentiam fidemque imperatori inde a pueritia navaverint, tam incredibilem audaciam ferre nequire, malleque etiam animas suas projicere, quam hæc videre et perpeti. Imperatrix cum gratias de tam propensa voluntate egisset, dixissetque, sibi quoque minime dubium videri, eos, si quid tale accideret, cum quovis alacriter pro se dimicaturos, hortabatur tamen, ut de magno domestico ista loqui omitterent, quippe mera figmenta et calumnias; ejus enim erga se et imperatorem filium prompta ac parata studia sibi exploratissima esse: ne, si rediens se ab illis horum criminum accusatum intelligat, id ipsis merito irascatur. Sic imperatricem nihil dictorum a præjudicata opinione, omnia pro fabulis e cujusque ingenio profectis ducentem depulit. Cum et hi ad alios regressi, responsum retulissent, non levis timor incessit omnes, extremo jam periculo se circumventos existimantes, nisi quid dictis efficacius invenirent. Quos Apocauchus monere, ne cunctarentur, nam de magno domestico prolata, tam multis consciis silentio tegi non posse: quæ si rescierit, licere cuivis intelligere periculi secuturi magnitudinem. **414** Idcirco hortabatur, ne desperatione victi, actione desisterent, sed aliis omnibus posthabitis, hoc unum persequerentur, ut de acerbissimo hoste triumpharent, aut saltem ne atrocissime ab eo multarentur. Proinde ad patriarcham et Andronicum Asanem, magni domestici socerum, velut ad sacram anchoram confugiendum judicarunt: quorum quia potior esset ad persuadendum auctoritas, per ipsos imperatrici terrorem ac metum inculerent. Nam patriarcha

A ασχθέντες τὸν υἱὸν, ἔπειτα ἔφασαν τὸν μέγαν δομέστικον εἰδέναι τὴν βασιλείαν ἑαυτῷ περιποιούμενον, καὶ ὅσον οὐδέπω τὴν ἐπίνοιαν εἰς ἔργον ἄγειν βεβουλημένον. Ὅσπερ αὐτοῖς τε ἄγαν ἔδοξε τῶν δεινοτάτων, καὶ δεῖν μὴ συγκαλύπτειν, ἀλλὰ δῆλην τὴν ἐπιβουλὴν ποιεῖν, ἵν' αἰσθομένη, τὰ δέοντα περί τε ἑαυτῆς βουλεύσηται καὶ τέκνων. Οὐ γὰρ περὶ μικρῶν τινων εἶναι τὸν κίνδυνον αὐτοῖς, ἀλλ' εἴτε ζῆν καλῶς τῆς ἐκ πατρῴου κλήρου προηκούσης ἐχομένους βασιλείας, ἢ ἀποθνήσκειν ἀκλεῶς ἐπιβουλευθέντας ὑπ' ἐκείνου δύναμιν τοσαύτην ἐκ τοῦ τῶν πραγμάτων ἄρχειν κεκτημένου. Βασιλὶς δὲ ὑποπτεύουσα ὅπερ ἦν, οὐ μόνον οὐκ ἐπῄνεσε τὰ εἰρημένα, ἀλλ' ἐῴκει καὶ ἀχθομένη διὰ ταῦτα. παρῄνει τε αὐτοῖς ἀπέχεσθαι τῶν συκοφαντιῶν, ὡς
B οὐδενὸς ὅσ' ἄν τις εἴποι διάστασιν αὐτῇ δυναμένου πρὸς τὸν μέγαν δομέστικον ἐμποιῆσαι· σαφῶς πεπεισμένη τἀληθῆ καὶ προσήκοντα περὶ αὐτοῦ. Ἐπεὶ δὲ ἄπρακτοι ἐκεῖνοι ἐπανῆκον, Ἀρτῶτος προσεπέμπετο ἅμα τῇ μητρί· τὰ ἴσα δὲ κἀκεῖνοι ἀπαγγείλαντες, ἀπεπέμφθησαν πρὸς ὀργήν, οὐδὲ ὅλους ἀκοῦσαι τῆς βασιλίδος τοὺς λόγους ἀνασχομένης. Εἰς τὴν ὑστεραίαν δὲ ὁ Χοῦμνος ἅμα υἱεῖ τε καὶ κηδεστῇ Μανουὴλ Καντακουζηνῷ τῷ στρατηγοπούλῳ, καὶ Γαβαλᾶς ὁμοίως βασιλίδι προσελθόντες, ὡς δή τι νεώτερον πεπυσμένοι, ἀπήγγελλον μετὰ σπουδῆς· συνεβούλευόν τε μὴ ῥᾳθυμεῖν, ἀλλὰ διανίστασθαι πρὸς ἄμυναν ὡς καὶ αὐτῶν καὶ χρήμασι καὶ ὅπλοις συνεφαψομένων τοῦ πολέμου. Οὐ
C γὰρ φέρειν τῇ εἰς βασιλέα εὐνοίᾳ καὶ πίστει συντεθραμμένους, τὴν ὑπερβολὴν ὁρᾷν τῶν τολμωμένων· ἀλλ' ἑτοιμότερον ἔχειν καὶ τὰς ψυχὰς προΐεσθαι αὐτὰς, ἢ τοιαῦτα γινόμενα περιΐδεῖν. Βασιλὶς δὲ καὶ αὐτοῖς ὁμολογήσασα τῆς προθυμίας χάριν, καὶ πεπεῖσθαι καὶ αὐτὴ σαφῶς εἰποῦσα, ὡς εἴ τι συμβαίη τοιοῦτον, προθύμως παντὶ τῷ πολεμήσουσιν ὑπὲρ αὐτῆς, ἔπειτα παρῄνει τῶν κατὰ μεγάλου δομεστίκου λόγων ἀποσχέσθαι, ὡς οὐδὲν ὄντων ἢ πλάσμα καὶ συκοφαντίαν, εἰδέναι γὰρ ἀκριβῶς τὴν ἐκείνου πρὸς αὐτὴν εὔνοιαν καὶ βασιλέα τὸν υἱόν· μὴ καὶ μετὰ τὴν ἐπάνοδον τὰ παρ' ὑμῶν αὐτοῦ κατηγορημένα ἐκμαθὼν δικαίως ἄχθοιτο ὑμῖν τοιαῦτα εἰρηκόσι. Βασιλὶς μὲν οὖν οὕτω πρὸς μηδὲν
D τῶν εἰρημένων, τῶν ἐξαρχῆς ἑξέστη λογισμῶν, ἀλλὰ πλάσματα ἡγεῖτο πάντα ὑπὸ τῆς ἑκάστου διανοίας ἀναπεπλασμένα. Ὡς δὲ καὶ οὗτοι πρὸς τοὺς ἄλλους συνελθόντες, ὅσα ἡ βασιλὶς ἀπήγγελλον ἀποκριθείη, δέος ἔσχε πάντας οὐκ ὀλίγον, καὶ ἐν ἐσχάτοις ᾤοντο ἤδη περιέχεσθαι κακοῖς, εἰ μή τι βουλεύσαιντο ἀνυσιμώτερον τῶν εἰρημένων. Συνεβούλευέ τε ὁ παρακοιμώμενος αὐτοῖς μηκέτι μέλλειν· τὰ μὲν γὰρ περὶ μεγάλου δομεστίκου εἰρημένα σιωπῇ καλύπτεσθαι οὐ δυνατὸν, πολλῶν τῶν συνειδότων ὄντων· καταδήλων δὲ ἐκείνῳ γενομένων, συνορᾷν ἔξεστιν ἑκάστῳ τοῦ κινδύνου τὴν ὑπερβολήν. Διὸ οὐδὲ παρῄνει ῥᾳθυμεῖν ἀπογνόντας πρὸς τὴν πρᾶξιν, ἀλλὰ τῶν ἄλλων ἀποσχομένους πάντων, ἑνὸς τούτου γίνεσθαι μόνου, ὅπως περιγένοιντο τοῦ πολεμιωτάτου, ἢ, τά γε δεύτερα, μὴ τὰ ἀνήκεστα παρ' ἐκεί-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

νου πάθοιεν αὐτοί. Ἐδόκει δὴ καὶ πατριάρχην, καὶ τὸν Ἀσάνην Ἀνδρόνικον ὄντα τοῦ μεγάλου δομεστίκου πενθερὸν, ὥσπερ ἄγκυράν τινα καθεῖναι ἱεράν· καὶ δι' αὐτῶν τῆς βασιλίδος τοὺς λογισμοὺς πειρᾶσθαι κατασείειν, τῶν ἄλλων πάντων ἀξιολογωτέρων ὄντων πρὸς τὸ πείθεσθαι αὐτοῖς, ἅτε δὴ πατριάρχου μὲν πρὸς τῇ δοκούσῃ πρὸς ἐκείνην εὐνοίᾳ καὶ ἱερωσύνῃ τῇ μεγίστῃ τετιμημένου, καὶ μὴ ἄν ποτε ψεύσασθαι ὑποπτευθέντος· τοῦ ἑτέρου δὲ μὴ τοσοῦτον ἂν εἰς ἀπονοίας βάραθρον ἐληλακέναι δόξαντος, εἰ μὴ τοιαῦτα τῷ γαμβρῷ συνῄδει ἀληθῶς, ὥσθ' ἑκόντι τὴν θυγατρὸς αἱρεῖσθαι κακοπραγίαν καταψευδόμενον τοσαῦτα. Ἐπεὶ δὲ ἐψηφίσαντο κοινῇ, γενομένων ἐν βασιλείοις τῶν εἰρημένων, ὁ πατριάρχης λόγου ἥπτετο πρῶτος πρὸς τὴν βασιλίδα, Τὴν μὲν περὶ ἐμὲ τοῦ μεγάλου δομεστίκου, φάσκων, εὐμένειαν καὶ σπουδὴν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς, καὶ ὡς ἐκ φαύλης τύχης καὶ πολλῆς ἀφανείας εἰς τοῦτο δι' ἐκείνου δόξης καὶ λαμπρότητος προῆγμαι, δι' ἃ πολλὰς αὐτῷ χάριτας ὀφείλειν ὁμολογῶ δίκαιος εἶναι, πάντες μὲν ἂν εἰδεῖεν Ῥωμαῖοι, μάλιστα δὲ σύ. Ἄχρι μὲν οὖν αὐτὸν ἐώρων ὀρθοῖς καὶ δικαίοις χρώμενον λογισμοῖς, καὶ τὴν εὔνοιαν καὶ τὴν πίστιν ἄδολον ὑμῖν τηροῦντα καὶ καθαρὰν τοῖς βασιλεῦσι, δεῖν ἐνόμιζον καὶ αὐτὸς ὡς γνησιωτάτῳ φίλῳ προσέχειν· καὶ οὐδὲν ἧττον ἢ φιλότεκνος πατὴρ ἃ λυσιτελήσειν ἤλπιζον αὐτῷ πρὸς εὐδοξίαν πράττειν ἡρούμην· ἐπεὶ δὲ ἄλλων τε πολλῶν λεγόντων ἐπυθόμην, καὶ αὐτὸς παρ' ἐμαυτοῦ συνῆκα, ὡς ἄδικα καὶ βίαια καὶ διανοεῖται καὶ πράττειν ἤδη ὥρμηται, τοῦ πολλὰ πεφιλημότος βασιλέως, καὶ ἐπὶ μέγα δόξης προαγαγόντος ἀδίκως ἀμειβόμενος τοὺς παῖδας, οὐ μόνον τῆς ἀρχῆς, ἀλλὰ καὶ ζωῆς αὐτῆς ἀποστερῶν, τήν τε γνώμην ἐδεδιξάμην ὡς ὠμοτάτην, καὶ ἀγνωμοσύνης οὐδεμίαν ἐλλείπουσαν ὑπερβολήν, καὶ αὐτὸν οὐ τῶν φίλων ὥσπερ πρότερον, ἀλλὰ τῶν πολεμιωτάτων ἔγνων δεῖν ἡγεῖσθαι. Νομίζων δὲ μὴ καὶ ταῦτα τοιαῦτα ἀγνοεῖν τῶν πάνυ καιρίων εἶναι, ἧκω ἀπαγγέλλων, ἵν' ἐκ τῶν παρόντων σκεψαμένη, οὐ μόνον αὐτὴν καὶ παῖδας διασώσῃς, ἀλλὰ καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν συγκινδυνεύουσαν ἀρχήν. Ἡ βασιλὶς δὲ ὥσπερ ἐκπεπληγμένη, λόγους ἔφασκεν ἀκούειν, οἵους οὐδ' αὐτὸν τὸν κακίας ἐφευρετὴν ἂν ποτε δυνήσεσθαι ᾠήθη περὶ μεγάλου δομεστίκου πείσειν ἐπιχειρήσειν· ὡς κακὸς ἐκεῖνος περὶ αὐτὴν καὶ παισὶν ἐπιβουλεύων βασιλέως, καὶ τῆς θαυμαστῆς ἐκείνης φιλίας τοιαύτας χάριτας ἀποδιδούς. Τοῦ πατριάρχου δὲ καὶ αὐτοῦ τὰ ἴσα φάσκοντος ἐν ἀρχῇ πεπονθέναι πρὸς τὰ περὶ ἐκείνου εἰρημένα, καὶ τοῖς λέγουσιν ἀπιστεῖν, οὐ δὶς καὶ τετράκις τοσούτων, ἀλλὰ καὶ πολλαπλασιόνων, ἢ ὅσοι προσεληλύθασιν αὐτῇ τῶν εἰρηκότων ὄντων· ἔπειτ' ἐπιστήσαντα τὸν νοῦν καὶ τοῖς πραττομένοις ἀκριβῶς προσεσχηκότα, τὴν διαστροφὴν τῆς γνώμης καταμαθεῖν, καὶ πείθεσθαι ἀξιοῦντος καὶ αὐτήν, καὶ μὴ περὶ πράγματος οὕτω τὸν κίνδυνον ὀξὺν ἔχοντος διαμέλλειν, ἀλλ' ἤδη περὶ σωτηρίας αὐτῆς τε καὶ τῶν τέκνων σκέπτεσθαι, ἀνεμίμνησκεν ἡ βασιλὶς τῶν πρὸς ἀλλήλους οὕπω χθὲς

præterquam quod illi bene cupere videbatur, summo præerat sacerdotio, quem illa nunquam mentiturum suspicaretur; alter, nisi genero hujus molitionis esset conscius, in tantum amentiæ vecordiæque barathrum, ut tam multa mentiendo, sponte ac volens filiam calamitosam redderet, præcipitaturus non putabatur. Hoc fixo, cum essent in palatio omnes quos recensuimus, patriarcha primus talibus dictis Augustam compellavit: Magni domestici erga me voluntatem ac studium a principio, et quomodo per illum ex abjecta conditione multaque obscuritate ad istam amplitudinem claritatemque pervenerim (ob quod singulares me illi gratias merito debere haud inficior), Romanorum nullus est, qui scire non possit, et tu nosti potissimum. Quandiu igitur illum recta incedere via, et amicum justitiæ, sinceraque et pura erga vos et imperatores benevolentia ac fide animadverti, me vicissim illi ut amico germanissimo addictum esse oportere sentiebam; nec minus quam liberorum suorum amans pater, quæ ad ejus gloriam factura confidebam, ea facere instituebam. Ast ubi multis commemorantibus audivi, et per me cognovi, illum vim et nefas meditari, et jam ad scelus perpetrandum esse incitatum (male videlicet remunerantem filios imperatoris, a quo tantopere dilectus, et ad tam inclytum fastigium evectus est, dum eos non modo imperio, sed vita etiam privare molitur), crudelissimum ejus, et supra quam credibile est, perversum consilium exsecratus, non amicorum, ut prius, sed hostium infestissimorum numero ducendum existimavi. Ratus porro nec te nescire, quam hæc exitiosa sint, tibi nuntius adsum, ut pro tempore circumspicias, quemadmodum et te, et gnatos tuos, et totum imperium in idem discrimen conjectum serves. Tum imperatrix attonitæ similis, talia se de magno domestico audire dixit, qualia nunquam cogitasset de eo sibi persuadere conaturum, vel ipsum scelerum omnium satorem et architectum diabolum: 415 quod nimirum sibi infestus, et insidiator liberorum imperatoris, pro nobili illa amicitia tales referret gratias. Excipiente patriarcha, eumdem fuisse sensum suum ab initio, cum hæc de eo audiret, et narrantibus credere nequivisse, qui non ter quaterve, sed multis partibus plures fuissent, quam nunc ad eam convenissent: post, ubi animum applicuerit, et ad acta diligenter attenderit, pravitatem mentis ejus didicisse quam ut et ipsa credat, æquum videri, et ne in periculosissimo negotio moras nectat, sed jam de sua filiorumque salute laboret. Redibat autem in memoriam imperatrix, quomodo recentissime, ipso patriarcha præsente, jurassent mutuum, quando et alia dixerit magnus domesticus, quæ ipsi secum recordentur, et hoc inprimis ut si quid accusaretur, ne absentem indicta causa damnarent, sed in judicium vocato, locum defensionis darent; et siquidem injustus ac perjurus comperiretur, extremo eum supplicio addicerent;

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

sin al esset ab accusatione veritas, criminibus absolverent, et sycophantas hoc ipsum quod sunt, ostenderent. Nunc cum illum perfidiæ ac perjurii multi insimulent, neminem se videre, qui ei in judicio se opponere, et pro scelerato arguere audeat, sed nec qui manifeste eum accuset, quasi qui malignum se et proditorem ejus demonstrarit: ut ex auditis hanc delationem puras putas esse calumnias potius, quam aliquid veritatis habere, perspicere queat, et velut ex composito ab omnibus, nullo argumento ut imperii invasorem reum peragi. Non itaque justum esse, nec suam decere personam, multorum sermonibus, nihil ad probationem veritatis solidum continentibus credulam, bellum civile adversus eum inceptare. Non esse unum de plebe infima, ut opera levissima subigatur. Sed quæ nunc dicta sint, eorum nihil ei indicandum, verum bene perpendendum accurateque examinandum negotium, dum in Occidente abest, et post reditum citra cunctationem judicio arcessendum, ac tempore ad respondendum concesso, vel damnandum, si perjurii comperiatur, vel scelere omni solvendum, si nihil, quorum suspectus erat, designarit. Hæc imperatrix æqua simul et commoda reputans, respondit.

ἔχων ἐν χερσίν. Ὀλίγαις γοῦν ἡμέραις πρότερον ἐν βασιλείοις χρείας γενομένης ἐκ τῆς ἐμῆς σκεύης ἀργυρᾶ ὑπὲρ διακόσια ἠνέχθη οὐκ ὀλίγου ἄξιά τινος. Ἃ μετὰ τὴν χρείαν τῶν ἐπὶ τὴν φυλακὴν ἐκείνων τεταγμένων ἀπολαμβάνειν δεομένων, οὐκ ἀναγκαῖον ἡγησάμην· οὐδὲν διοίσειν φάμενος ἐν τοῖς βασιλικοῖς τηρεῖσθαι ταμιείοις, ἢ ἐν οἴκοις τοῖς ἐμοῖς. Ἔτι γε μὴν οὐδὲ νήσων πολλῶν καὶ πόλεων, καὶ μειζόνων καὶ ἐλαττόνων, ἐχομένων ὑπ' ἐμοῦ, ὧν τὰς μὲν ἐκ τῶν οἰκείων δαπανῶν ᾠκοδόμησα αὐτὸς, τὰς δ' ἐκ βασιλέως ἔσχον δωρεάν, οὐδεμίαν οὔτε φρουρᾷ κατέσχον, οὔτε τινὸς ἠξίωσα προνοίας ὥστε ἀσφαλῶς κατέχειν· οὐδέ τι τῶν ὅσα λυσιτελήσειν ἔμελλε πρὸς τὴν διάνοιαν ἐμοὶ, οὔτε εἰργασμένος, οὔτε μελλήσας ὑπ' οὐδενὸς ἐξελεγχθείην ἄν. Οὐ γὰρ δήπου γε καὶ τοῦτο κατηγορήσουσιν ὡς ἀπραγμοσύνῃ καὶ πολέμων ἀπειρίᾳ εἰς οὐδὲν προῆγμαι τῶν δεόντων. Ἐγὼ δὲ οὐκ ἐξ ὧν αὐτὸς ἐπραγματευόμην μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὰ πάντων Ῥωμαίων οὐ τῶν νῦν ἐμοὶ συνόντων ὑμῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν Βυζαντίῳ, καὶ τῶν ἄλλοθί που γῆς διατριβόντων ἀπόδειξιν τῆς ἀληθείας ἐναργῆ πειράσομαι ποιεῖσθαι. Πολλῶν γὰρ ὄντων καὶ μειζόνων καὶ ἐλαττόνων πάνυ τε φιλίως ἐμοὶ διακειμένων, καὶ τῶν μὲν, ἐξ αἵματος προσηκόντων, τῶν δὲ φιλίας δεσμοῖς ἀλύτοις συνημμένων ἐκ πολλῶν ἐτῶν, ἐμοὶ, καὶ πολλὴν παρεσχημένων πεῖραν ἐν πολλοῖς τῆς εἰς ἐμὲ στοργῆς, οὐδεὶς οὔτε τῶν παρόντων ὑμῶν, οὔτ' εἴ τις ἄλλοθί που διατρίβοι, δύναιτ' ἂν ἐμοὶ τῶν κατηγορημένων ὡς τι σύνοιδεν ἐλέγχειν. Καί τοί γε πᾶς τις ἂν φαίη καὶ ὀλίγα μετασχὼν φρενῶν, ὡς οὐκ ἂν δυναίμην τοιούτοις μόνος ἐπιχειρῶν· ἀλλὰ καὶ στρατιᾶς ἐδέησεν ἂν πρὸς τὴν ἐπιχείρησιν συναιρομένης, καὶ φίλων τῶν γνησιωτάτων μάλιστα, καὶ πολλῆς παρασκευῆς, ἐξ ἧς οὐκ ἐνῆν εἰ μὴ τοὺς πολλοὺς, ἀλλὰ τούς γε ἐπιτηδειοτάτους μὴ τὴν διάνοιαν καταστοχάζεσθαι τῶν γιγνομένων. Εἰ δέ τίς τι τοιοῦτον ἐξελέγχειν ἔχει, παρείτω, καὶ δεικνύτω. Ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοι. Ἐγὼ γὰρ ἀνδρίας μὲν καὶ συνέσεως καὶ ἐμπειρίας τῆς πρὸς τοὺς πολέμους πολλοῖς ἂν παρακεχωρήσαιμι καὶ τῶν πάλαι καὶ τῶν νῦν, τρόπων δὲ εὐθύτητος καὶ ἀληθείας, οὐδενί· οἷς μάλιστα νυνὶ θαῤῥήσας παῤῥησιάζομαι τοιαῦτα. Εἰ δὴ ἔκ τε ὧν ἐπραγματευόμην αὐτὸς, ἔκ τε τῶν τὸν ἅπαντα χρόνον συνόντων ὑμῶν ἐμοὶ, μήτε ὑποπτευθείς, μήτε εἰργασμένος φαίνομαι ὧν κατηγόρημαι μηδὲν, οὐκ ἄν τις ἂν ἐμοὶ δικαίως ἐπενέγκοι μέμψιν, ὡς οὐ προσηκόντως πρὸς τὰ πραττόμενα ἐξαγομένῳ πρὸς ὀργήν. Ἔδει γὰρ βασιλίδα τόν τε τρόπον ἐμοὶ τὸν ἐξαρχῆς ὡς οὐ διεφθαρμένος συνειδυῖαν, καὶ τὴν ἐμοῦ καὶ βασιλέως ἀπαράμιλον ἐκείνην καὶ θαυμασιωτάτην φιλίαν, καὶ τὴν μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ὑπὲρ τῶν ἐκείνου παίδων καὶ αὐτῆς πολλὴν σπουδὴν καὶ προθυμίαν, μὴ συκοφάνταις ἀνθρώποις καὶ διεφθορόσι πείθεσθαι, ἀλλὰ ἐμοὶ προσέχειν ὀρθῶς καὶ δικαίως ὑπὲρ αὐτοῖς πολιτευομένῳ. Ἐπεὶ δὲ βάσκανός τις δαίμων τῶν ἐξητασμένων ἐπὶ φθορᾷ, τὰ μὲν ἀληθῆ καὶ δίκαια περὶ ἐμοῦ πεπεῖσθαι οὐκ ἀφῆκεν, ἐχθρὸν δὲ ἀντὶ φίλου, καὶ πολέμιον ἀντὶ

A caneum duxi, affirmavique nihil interfuturum, utrum in ærario imperatoris, an in ædibus meis servarentur. Præterea cum insulas et urbes majores minoresque obtinerem multas, quarum alias meis sumptibus ædificavi, alias dono ab imperatore accepi, nulli earum præsidium imposui, nec quo tutius eas possiderem, ulla cura dignatus sum. Nec me quisquam coarguerit, aut fecisse, aut facturum fuisse quippiam, quod mihi utile cum animo meo constituissem. Nec in hoc, credo, accusabunt, quod otio ac desidiæ deditus, et bellandi inscitia nullum operæ pretium fecerim. Ego vero non ex laboribus duntaxat meis, sed omnium Romanorum testimonio, non solum vestro, qui nunc mecum militatis, sed et qui Byzantii et alibi terrarum vivunt, veritatem evidenter B enitar demonstrare. Cum namque multi, summi atque infimi, et omnes æque mei cupidi sint, aliique sanguine conjuncti, alii amicitiæ vinculis insolubilibus mecum copulati, quique multis jam annis et compluribus in rebus amoris erga me præcipui documenta dederunt, nullus neque vestrum qui adestis, neque alibi degentium docere possit, se ullum de me crimen nosse, quorum accusor. Et tamen unusquisque non plane stolidus confitebitur, me solum talia moliri non potuisse, sed et copiis, et amicis longe fidissimis, et apparatu plurimo indignisse, ex quo si non vulgo, at mei amicissimis liceret colligere, quid sibi vellent quæ fierent. **427** Si quis tale aliquid probare potest, accedat licet, et probet. At non poterit. C Equidem qua fortitudine, qua prudentia, usuque militari et superiorum et nostri sæculi multis concesserim, probatis autem moribus ac veritatis studio nemini, quibus potissimum nunc confisus, hæc libere sum prolocutus. Si igitur neque ex his quæ ipse efficere contendi, neque ex vobis, qui mecum semper fuistis, vel suspectus, vel reus eorum videor, quorum in me adornata est accusatio, nemo me jure reprehendet, quasi injuria super his rebus succenseam. Decebat enim Augustam, testem ab initio integritatis meæ, et ejus quæ mihi cum imperatore intercessit inimitabilis et admiratione dignissimæ amicitiæ, ac post obitum illius pro filiis ipsaque curarum mearum et impigræ D sollicitudinis, non credere sycophantis, perversisque hominibus, sed a me, legitime recteque pro ipsa imperium regente, rationes suas suspensas habere. At postquam dæmon quispiam invidus et in pernicie invehenda exercitatus vera et justa de me credere non sivit, magisque inimicum pro amico, hostem pro socio, et malevolum pro fidelissimo existimare persuasit, ego quidem in hac causa nihil agere, sed vestræ me sententiæ permittere, et quod judicaveritis, in eo alacriter vobis obsequi in animum induxi. Imo vero ego primus, quæ in præsentia mihi videntur expedire, edisseram. Vestrum erit aut suffragari dictis meis, si ea probaveritis, aut unumquemque sententiam proferre hujusmodi, quæ et præsentem miseriam tollat, et

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

futuram multo majorem impediat, et cum vos, tum Romanum imperium universum conservet. Arbitror autem, omnibus nobis nihil vel utilius fore, vel salutarius, quam si ad imperatricem ultro profectus, ei me subjiciam, ut pro potestate et judicio suo de me statuat. Et si quidem, ut patrona justitiæ, judicium constituere, tempusque defensioni præscribere voluerit, Deo veritatis præside, talique appellatione gaudente fretus, omnia, ut revera sunt, falsitatis et sycophantiæ, quod erit facillimum, convincam; et ita totius imperii moderationi valedicens, et sycophantiæ atque invidiæ occasione omni sublata, privatus vivam, publici muneris nihil geram, nec si quantum est mortalium eo me aut verbis inducere, aut vi impellere connitatur. Sin neque justitiæ neque honestatis ullam rationem ducens, obtrectatorum sermunculis penitus capta **428** et occupata, inauditum me damnandum (quod est iniquissimum) decreverit, ut feram omnia hilariter, longeque malim vincula, et carcerem, et bonorum publicationem, et si quid his etiam acerbius est, perpeti, quam civile bellum serere. Quis enim omnium certius me novit mala certissima quæ ex hoc bello profluxura sint? quorum tantum abest, ut auctor esse velim, ut non magis cupiam ea ab alio inducta vivus cognoscere, quam apud inferos eorum quæ hic agantur, sensum nullum habere. Quæ in commune Romanis bono fore judicavi, hæc sunt. Si quid his utilius excogitare potueritis, ego, ut dixi, vobis obsecundabo. Præstat enim, et amsi quid offendam fortasse, hoc mihi pluribus obtemperanti accidere, quam dum mea ipsius sententia nitor, magna quædam feliciter gerere.

A συμμάχου, καὶ δύσνουν ἀντὶ πιστοτάτου πεποίηκεν ἡγεῖσθαι, ἐγὼ μὲν οὐδὲν ἐμαυτῷ πειθόμενος πρὸς τὰ παρόντα πράττειν ἔγνων ζεῖν· ὑμῖν δὲ χρώμενος συμβούλοις, πρὸς ὅ τι ἂν ἐπιψηφίζεσθε ὑμεῖς ἐμαυτὸν παρέξομαι πειθόμενον προθύμως, μᾶλλον δ' αὐτὸς πρῶτος ἅ μοι δοκῶ ἐν τῷ παρόντι συμφέροντα ἐρῶ. Μελήσει δὲ ὑμῖν, ἢ ἐπιψηφίζεσθαι τὰ εἰρημένα ἂν δοκῇ λυσιτελεῖν, ἢ γνώμην ἕκαστον εἰσάγειν, ἢ τά τε παρόντα καὶ τὰ προσδοκώμενα μείζω λύσει δυσχερῆ· ἡμᾶς τε καὶ σύμπασαν ἡγεμονίαν διασώζουσα Ῥωμαίων. Νομίζω δὲ μηδὲν εἶναι μᾶλλον λυσιτελέστερον καὶ σωτήριον τοῖς πᾶσιν, ἢ ἐμαυτὸν ἑκόντι παραγενόμενον, ἐγχειρίζειν βασιλίδι, ὥστε κατ' ἐξουσίαν ἔχειν αὐτὴν ὅ τι βούλοιτο ψηφίζεσθαι περὶ ἐμοῦ. Κἂν μὲν τὰ δίκαια ποιεῖν προῃρημένη, B δικαστήριον καθίζοι, καὶ καιρὸν παρέχοιτο ἀπολογίας, Θεῷ θαῤῥεῖν τῷ προστάτῃ τε ἀληθείας ὄντι, καὶ τοιαύτῃ καίροντι προσηγορίᾳ, πάντα ὥσπερ εἰσὶ ψεύδη καὶ συκοφαντίας ῥᾷστα ἀπελέγξειν· τοῦτο δὲ εἰ γένοιτο πᾶσαν ἀπωσάμενον ὀρχὴν, καὶ συκοφαντίας καὶ φθόνου πᾶσαν πρόφασιν περιελόντα, οἴκοι διατρίβειν, τῶν κοινῶν προσαπτόμενον μηδενὸς, μηδ' εἰ πάντες ἄνθρωποι βιάζεσθαι, ἢ πείθειν ἐπιχειροῖεν. Εἰ δ' ἄρα, μήτε τοῦ δικαίου, μήτε τοῦ προσήκοντος μηδένα ποιουμένη λόγον, ἀλλὰ κατάκρας ἁλοῦσα ταῖς συκοφαντίαις, ἐρήμην καὶ τὰ δεινότατα καταψηφίζοιτο, πάντα φέρειν ἱλαρῶς, αἱρετώτερα ἡγούμενον πολλῷ τῷ μέτρῳ καὶ κλοιὰ, καὶ δεσμωτήριον, καὶ δήμευσιν τῶν ὄντων, καὶ εἴ τι τούτων ἀηδέστερον, ἢ πρόφασιν πολέμου ἐμφυλίου παρασχέσθαι. Τίς γὰρ τῶν πάντων ὥσπερ ἐγὼ τὰ ἐκ τούτου τοῦ πολέμου οἷδε σαφέστατα κακὰ, ὧν οὐχ ὅτι αἴτιος κατεστῆναι, ἀλλ' οὐδ' ὑφ' ἑτέρων πραττομένων μᾶλλον ἂν εἰλόμην αἰσθάνεσθαι ἐν ζῶσιν ὤν, ἢ τοῖς ἐν ᾅδου συνὼν πρὸς τὰ πραττόμενα ἀναισθητεῖν; Ἃ μὲν οὖν ἐμοιγε πᾶσι Ῥωμαίοις ἔδοξε κοινῇ λυσιτελεῖν τοιαῦτά ἐστιν. Ὑμῖν δὲ εἴ τι τούτων λυσιτελέστερον ἐξευρεθῆναι δυνατὸν, ὥσπερ ἔφην, ἐμαυτὸν πειθόμενον παρέξομαι· βέλτιον γὰρ ἂν ἅρα καὶ τι σφάλωμαι, τοῖς πλείοσι πειθόμενον τοῦτο πάσχειν, ἢ τῇ σφετέρᾳ θαῤῥήσαντα συνέσει, τὰ μεγάλα κατορθοῦν.

C

CAPUT XXV.

Responsum procerum, sæpius se de his rebus seorsum et communiter deliberasse. Præclare ipsum disseruisse; nec tamen si faciat, quod secum statuerit, bellum finitum, sed inceptum iri potius. Si purpuram induat, melius rebus communibus provisurum, et id omnes illustres approbaturos; alioqui mala grandia secutura. Domesticus nomen et habitum imperatoris iterum rejicit, ac denuo suspicionem amolitur; laudemque eorum voluntati propter salutem reipublicæ paret; eosque ad fidem et constantiam sibi præstandam hortatur; et alia imperatorie disserit, ac legationem de pace mittendam censet.

Hunc in modum magnus domesticus disseruit. Quotquot autem aderant optimates et principes exercitus, velut ab una mente et lingua. Et prius quidem (dicebant), ex quo ipsa novitas per audaciam cœpit, bellumque civile exstitit, non solum quilibet separatim, sed et communiter omnes multum ac sæpe eadem in deliberationem adduximus, perinde ut de rebus necessariis, ac tantum non de anima unusquisque per se anxie solliciti. Quare nec jam quid opus sit, scrutari oportebit, cum propter sedulam et crebram hujus rei cogitationem pridem nos veritatem invenisse arbitremur. Oratio vero tua, quæ et necessaria, et omnibus

D Ὁ μέγας μὲν οὖν δομέστικος τοιαῦτα εἶπεν· ὅσοι δὲ παρῆσαν τῶν συγκλητικῶν καὶ τῆς στρατιᾶς οἱ μάλιστα προέχοντες, ὥσπερ μιᾷ καὶ γλώττῃ χρώμενοι καὶ γνώμῃ. Καὶ πρότερον μὲν, ἔφασαν, ἐξ ὅτου τὰ καινὰ ταῦτα ἐτολμήθη, καὶ ὁ συγγενικὸς πόλεμος ἔσχε τὴν ἀρχὴν, οὐκ ἰδίᾳ μόνον ἕκαστος ἐν ἑαυτὸν, ἀλλὰ καὶ κοινῇ πάντες, πολλὰ πολλάκις περὶ τῶν αὐτῶν ἐβουλευσάμεθα, ὡς περὶ πραγμάτων ἀναγκαίων, καὶ σχεδὸν περὶ ψυχῆς ἕκαστος πολλὴν ποιούμενοι φροντίδα. Ὅθεν οὐδὲ νυνὶ δεήσει τὰ δέοντα ἐξερευνᾶν, ὑπὸ τῆς πολλῆς περὶ αὐτὰ διατριβῆς ἐξευρηκέναι πάλαι οἰομένους· οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ ὑφ' ὧν αὐτὸς πρὸς ἡμᾶς διεξῆλθες νῦν τὰ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τε δέοντα καὶ πᾶσιν ὁμοίως χρήσιμα ἐσόμενα, καὶ συνεῖναι παρεσκεύακας, καὶ τοῖς ἄλλοις συμβουλεύειν· καὶ γὰρ τὰ ἐκ τοῦ πολέμου κακὰ τοῦ ἐμφυλίου ἃ πεφρικέναι καὶ αὐτὸς ὡς δεινότατα εἰρήκεις, καὶ αὐτοὶ πεφρίκαμεν ὁμοίως, καὶ πάσῃ χρηστέον εἶναι οἰόμεθα καὶ σπουδῇ καὶ προθυμίᾳ, ὥστε μὴ τοῖς τοιούτοις κακοῖς περιπεσεῖν· καὶ ὁμοίως τόν τε τὸν πόλεμον τοῦτον τὸν δεινότατον ἀνάπτοντα ἡγούμεθα πολέμιον κοινὸν, καὶ πᾶσιν ἐπιβουλεύοντα, καὶ τὸν δυνάμενον καταλύειν, εἰ μεθήσιν ἐκὼν, προδότην τῶν κοινῶν καὶ βάσκανον καὶ φθονερὸν, καὶ τῇ κοινῇ σωτηρίᾳ τῶν πραγμάτων λυμαινόμενον. Σκεψώμεθα τοιγαροῦν εἰ, ταῦτα πράττοντος ἅπερ εἴρηκας, καταλύεται ὁ πόλεμος, καὶ μὴ μᾶλλον ἐκ τούτων λήψεται ἀρχήν· εἰ γὰρ αὐτὸς ὥσπερ ἰσχυρίζῃ πρὸς τὴν δίκην ἀπελθὼν ἢ τῶν συκοφαντῶν περιγενόμενος ἀπόσχῃ τῶν πραγμάτων, τὴν πολλὴν ἀγνωμοσύνην καὶ τὴν περὶ τὰ καλὰ ἀχαριστίαν βδελυξάμενος, ἢ κατακριθεὶς ἐρήμην τῶν ἀντικείστων πάθῃς τι, ἆρ' εἰς τοσοῦτον οἴει παρανοίας ἡμᾶς ἥκειν, ἢ οὕτω ταπεινὰ καὶ ἀνελεύθερα φρονήσειν καὶ τῆς εὐκλείας ἀνάξια τοῦ προτέρου βίου, ὥστ' ἐν ἀνδραπόδων μοίρᾳ δουλεύειν Ἀποκαύχῳ, πᾶν τὸ προσταττόμενον ποιοῦντας, ἀνθρώπῳ μηδὲν ἄμεινον διακειμένῳ τῶν πολλῶν; Θᾶττον μέν τ' ἂν ἡμῶν ἕκαστος οἰήσεται προσήκειν ζόφον μᾶλλον ὑποδῦναι καὶ συνεῖναι τοῖς ἐν ᾅδου, ἢ τοιαῦτα ἀνασχέσθαι. Ἀλλὰ οἱ μὲν αὐτίκα, ὅση δύναμις παρεῖτ', πολεμήσομεν ἀναφανδὸν, ὧν ἄρχομεν πόλεων καὶ στρατιᾶς ἕκαστος ἰδίᾳ ποιούμενος· οἱ δὲ, φέροντες ἑαυτοὺς ἅμα πόλεσιν, οἱ μὲν Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μυσῶν βασιλεῖ, ἄλλοι δὲ Στεφάνῳ ἐγχειρίσομεν τῷ ὑπερτείνοντι Τριβαλῶν, βέλτιον ἡγούμενοι βαρβάροις ἀνθρώποις μᾶλλον, δυνάσταις δὲ ὁμῶς, ἢ τοῖς χθὲς καὶ πρώην καταφρονουμένοις ὑφ' ἡμῶν δουλεύειν· ὥστε συμβήσεται ἐκ τούτων οὐ πόλεμος μόνον πρὸς ἀλλήλους ἡμῶν, πάντων ἀγόντων καὶ φερόντων τὰ ἀλλήλων, καὶ τῶν ἔξωθεν πολεμίων οὐδὲν ἧττον εἰ μὴ καὶ μᾶλλον τὰ Ῥωμαίων πράγματα διαφθειρόντων ὅτῳ καὶ τὰ ἀλλήλων ἀκριβέστερον ἴσμεν αὐτοὶ, ἀλλὰ καὶ συμπάσης τῆς Ῥωμαίων κατάλυσις ἡγεμονίας, οὐ πόλεων μόνον πολλῶν καὶ στρατιᾶς, ἀλλὰ καὶ προσόδων μεγάλων ἀποτετμημένων, ἐξ ὧν τὰ πολεμίων μὲν αὔξειν, καί τοι καὶ πρότερον ἀντίρροπα τοῖς ἡμετέροις ὄντα, τὰ Ῥωμαίων δὲ ἐλασσοῦσθαι περιέστατ' δέος δὲ μὴ καὶ παντάπασι διαφθαρῇ, καὶ ἡ Ῥωμαίων περιμάχητος καὶ διαβόητος βασιλεία, Μυσοῖς ἢ ἄλλοις δή τισι χείροσι βαρβάροις δουλεύσει, τῶν ἐνδον μὲν στασιαζόντων καὶ διαφθειρόντων ἀλλήλους ὡς ἐνὸν, τῶν ἔξωθεν δὲ ἐπικειμένων πολεμίων, καὶ τῷ καιρῷ

æque utilia futura sint cum intelligere, tum aliis suadere dedit. Etenim civilis belli detrimenta, quæ et te horrere, ut gravissima, dixisti, nos similiter perhorrescimus, et toto pectore atque omni provisione laborandum censemus, ne in illa incurramus, quique hoc bellum dirissimum suscitavit, communem hostem et insidiatorem, quique illud disturbare potest, si id negligat, **429** reipublicæ proditorem, malignum, invidum, communisque salutis pestem ducimus. Igitur utrum te hæc faciente, quæ præ te tulisti, bellum tollatur, an potius inde incipiatur, consideremus. Si namque, ut affirmas, judicibus te sistens, refutatis sycophantis magistratum depones, tantam iniquitatem et adversus merita tua ingratum animum detestatus; aut indicta causa condemnatus, atrocius plectere, ecquid eo dementiæ nos venturos, aut ita humiliter et illiberaliter, contraque gloriam ex anteacta vita collectam de nobismet sensuros putas, ut pro mancipiis Apocaucho homini ignobili prorsus ac plebeio ad nutum serviamus? Citius quisque nostrum inferorum caliginosa loca subeunda (75), et cum mortuis habitandum statuerit. Sed alii quidem mox pro copia præsente ipse te Marte rebellabimus, unusquisque suam cui præest urbem suo præsidio defensando: alii nos Alexandro Mœsorum regi, alii Stephano Triballorum principi dedemus, consultius rati, Barbaris magis (regnantibus tamen), quam heri et nudiustertius in contemptu nostro versantibus servire. Ergo hinc non solum bellum mutuum conflabitur, omnibus inter se populantibus, et instar hostium exterorum, si non etiam amplius (quando scilicet mutua nobis exploratiora sunt) Romanas provincias devastantibus, sed totius quoque Romani imperii subversio consequetur, non modo multis urbibus, sed exercitu etiam et amplissimis vectigalibus amissis. Ex quibus hostium potentia, quamquam et prius vestræ non impar, augescet, Romanorum contra minuetur; timendumque ne invidiosus ac declamatus ille Romanorum principatus omnino pereat, Mœsisque aut deterioribus Barbaris serviat; dum indigenæ intestinis discordiis ac seditionibus sese perdunt, quantum possunt, et hostes auxilio temporis utentes, quo nullum est validius, foris incumbunt. Omnia porro circumspicientes, imminentesque clades reformidantes, nihil novi dicemus aut consulemus: verum quæ ipse imperator in rem communem fore opinabatur, et superstes adhuc, ut faceres, instabat, et moriens simul hortabatur, et in extremis

Jacobi Pontani notæ.

(75) Cicer. I *Tuscul.* ex antiqua tragœdia:

Adsum atque advenio Acheronte vix via alta atque |*urdua,*
Per speluncas saxis structas asperis, pendentibus,
Maximis, ubi rigida constat, et crassa caligo in- |*ferum.*

Qui locus ex principio Hecubæ Euripideæ expressus videtur.

Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας λιπών. *Adsum relictis mortuorum vallibus, et tenebrarum portis,* inquit umbra Polydori. Certe etiam divinæ Litteræ, Job cap. x, illa loca nominant *terram tenebrosam, et opertam mortis caligine, terram miseriæ et tenebrarum, ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

mandatis dabat, id est, ut ornatum imperatorium in te capias, et ad rerum moderamina impensius incumbas, in quo solo malorum sita est depulsio. Quippe non modo qui coram adsumus, sed et alibi degentes viri illustres ac potentes usque adeo hoc facto non indignabuntur, ut **430** etiam diem illum, quo civiles discordias sanare licebit, festum numeraturi sint, omnesque cupidissime te imperatorem salutabimus, cujus imperio non hodie, sed antehac semper regi consuevimus, et honorem benevolentiamque quantam imperatori debemus, aut ei proximo, tibi tribuemus : ipsique belli auctores, cum se nullo negotio superiores fore confiderent, si te imperatrici hostem factum rumorem circumquaque spargerent, ubi res retro conversas et adversus animi sententiam evenisse viderint, levitatem ipsi suam accusantes, velint nolint ad pacem inclinabunt, si communis salutis vel tantilla cura tangantur, nec ad suum ipsorum aliorumque omnium exitium facere ac moliri omnia decreverunt. Quare cum et ex nostra, qui te sequimur, et ex hostium parte aliud reipublicæ salutare nihil appareat, æquius est nostro consilio, quemadmodum initio promisisti, quam tuæ ratiocinationi parere : unde nihil commodi in publicum redundet, sive te sycophantæ perdiderint, sive iræ indulgens, in otio vivere elegeris. E contrario omnino seditio, tumultus, fortunarum direptiones, mille cædes, amissio libertatis, eversiones urbium, et quod apud prudentes est calamitatum caput horrorisque plenissimum, sub Barbaris servitus, quam ipsi, civili hoc bello nostro adjuti, nobis imponere conabuntur. Quæ igitur nobis et cæteris universis visa sunt conducere, hæc fuerunt. Tibi utrumvis licebit, aut impendentes casus avertere, aut privata sectantem commoda, aliorum curam in postremis ponere, si commoda vocari queunt, quorumdam improbitate offensum, tantorum incommodorum solam et præcipuam causam Romanis exstitisse. Hæc optimates et exercitus principes magno domestico responderunt. Qui petitionem æquam, et eos vera et cum ratione congruentia conjectare cernens, ideoque tam claræ veritati nihil habens quod objiceret, et tamen mutationem admodum refugiens ac detrectans, quod plerumque ex hujusmodi mutationibus mala nasci solere haud nesciret, diu cunctatus, et quid potissimum diceret incertus animi, altoque silentio conventum detinens, omnibus ad audiendum aures arrigentibus, tandem vix, veluti fluctuantium cogitationum confusione pulsa, Prioris placiti mei, inquit, nihil de statu præsenti immutandum, neque novandum quidquam, nondum me pœnitet, maloque non facultatibus modo spoliari, **431** sed si necesse erit, etiam cruciamenta in corpore meo perferre, quam bellum civile introducere. Mecum enim juxta nostis, quam ab adolescentulis oderim, aliena rapere, et lætari deprædandis, perdendis occidendisque hominibus.

συμμάχῳ χρωμένων δυνατωτάτῳ· ἃ πάντα δὴ ἐννοοῦντες, καὶ τὰ προσδοκώμενα ὁρῶντες δεινά, καινὸν μὲν οὐδὲν ἐροῦμεν οὐδὲ συμβουλεύσομεν· ἃ δὲ καὶ αὐτὸς ᾤετο βασιλεὺς κοινῇ λυσιτελεῖν καὶ περιών τε ἠνάγκαζε ποιεῖν, καὶ ἀποθνήσκων συνεβούλευέ τε ἅμα καὶ ἐπέσκηπτέ τελευταίας ἐντολάς, τοῦτο δέ ἐστι, βασιλικὴν ἐσθῆτά σε ἐνδῦναι, καὶ τῶν πραγμάτων ἀνθάπτεσθαι κραταιότερον, ὡς μόνου τούτου τὰς προσδοκωμένας οἷόν τε ἐσομένου καταπαύειν συμφοράς. Οὐ μόνον γὰρ ἡμεῖς ὅσοι πάρεσμεν νυνὶ, ἀλλὰ καὶ εἴ τις ἄλλοθί που τῶν περιδόξων καὶ μέγα δυναμένων διατρίβει, οὐ μόνον ἐπὶ τοῖς γινομένοις ἀγανακτήσει, ἀλλὰ καὶ ἑορτὴν ἡμέραν ἐκείνην ἐν ᾗ τὰς ἐμφυλίους καταλύεσθαι ἐξέσται στάσεις νομιεῖ· καὶ πάντες ἀνακηρύξομεν βασιλέα προθυμότατα, οὐ νυνὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν πρὸ τοῦ πάντα χρόνον ἄγεσθαι εἰθισμένοι παρὰ σοῦ, καὶ τιμὴν καὶ εὔνοιαν ὅσην βασιλεῖ προσῆκεν, ἢ ὅτι ἐγγυτάτῳ παρεχόμενοι· αὐτοί τε οἱ τὸν πόλεμον κεκινηκότες, ἐκ τοῦ νομίζειν ῥᾷστα περιγενήσεσθαι, ἂν πολέμιον βασιλεῖ περιαγγείλωσιν, ὁρῶντες ἤδη τὰ πράγματα ἀντεστραμμένα, καὶ μὴ κατὰ νοῦν χωρήσαντα, πολλὰ τῆς ἀβουλίας αὐτοῖς καταμεμψάμενοι, χωρήσουσι πρὸς τὴν εἰρήνην ἀναγκαίως, εἴ γε καὶ ὀλίγα τῆς τῶν ὅλων σωτηρίας μέλει, καὶ μὴ παντάπασιν ἐπὶ λύμῃ καὶ φθορᾷ σφῶν τε αὐτῶν καὶ τῶν πραγμάτων πάντα ποιεῖν καὶ πραγματεύεσθαι ἐγνώκασιν. Εἰ τοίνυν ἐκ τε ἡμῶν τῶν σοὶ συνόντων, καὶ αὐτῶν τῶν πολεμίων οὐδὲν ἕτερον ἀναφαίνεται σωτήριον τοῖς πᾶσι, βέλτιον ἡμῖν πειθόμενον, ἃ κοινῇ δοκεῖ λυσιτελοῦντα, ὥσπερ τὴν ἀρχὴν ἐπηγγείλω πράττειν, ἢ τοῖς σφετέροις λογισμοῖς, ἐξ ὧν ὠφέλεια μὲν οὐδεμία, εἴτε ὑπὸ τῶν συκοφαντῶν διεφθαρμένου, εἴθ' ὑπ' ὀργῆς ἀπραγμοσύνῃ συζῆν προελομένου τοῖς πράγμασι παρέστατ. Τοὐναντίον δ' ἅπαν, στάσις, καὶ ταραχαὶ, καὶ χρημάτων ἁρπαγαὶ, καὶ φόνοι μυρίοι, καὶ ἀνδραποδισμοὶ, καὶ ἀναστάσεις πόλεων· καὶ τὸ κακῶν ἔσχατον καὶ φοβερώτατον τοῖς γε νοῦν ἔχουσιν, ἡ ὑπὸ βαρβάροις δουλεία, ἣν ἐπιχειρήσουσιν αὐτοὶ τῷ πρὸς ἀλλήλους ἡμῶν πολέμῳ χρώμενοι συνεργῷ καταδουλοῦν. Ἃ μὲν οὖν ἡμῖν σφίσι τε αὐτοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἔδοξε λυσιτελεῖν, εἴρηται. Σοὶ δ' ὁπότερα ἐξέσται ἑλομένῳ, ἢ τὰς προσδοκωμένας παύειν συμφορὰς, ἢ τὸ συνοῖσον ἰδίᾳ μηχανώμενον, μηδεμίαν περὶ τῶν ἄλλων τίθεσθαι φροντίδα, εἴ γε τοῦτο συνοῖσον ἔξεστι φάναι τοσούτων αἰτιώτατον κακῶν διὰ τὴν τινῶν ἀγνωμοσύνην Ῥωμαίοις ὀφθῆναι ἐκόντι. Τοιαῦτα μὲν καὶ οἱ τῆς συγκλήτου προέχοντες, καὶ τῆς στρατιᾶς ἡγεμόνες, πρὸς τὸν μέγαν ἀπεκρίναντο δομέστικον· ὁ δὲ τὴν μὲν ἀξίωσιν αὐτῶν ὁρῶν δικαίαν, συνειδώς τε αὐτοῖς ὡς ἀληθῆ καὶ νοῦν ἔχοντα στοχάζονται, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲν ἀντιλέγειν ἔχων πρὸς οὕτως ἀπόδειξιν τῆς ἀληθείας ἐναργῆ, ὅμως δὲ πρὸς τὴν μεταβολὴν ὀκνῶν πάνυ καὶ ἀναδυόμενος, οἷα δὴ τὰς τοιαύτας μεταβολὰς κακῶν αἰτίας εἰδὼς ὡς ἐπίπαν γινομένας, ἐπιπολὺ μὲν ἐπέσχε πρὸς ὅ τι τραπόμενος ἀποκρινεῖται στοχαζόμενος, καὶ σιωπὴ βαθεῖα τὸ θέατρον κατ-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

εἶχε, πάντων πρὸς τὴν ἀκρόασιν τῶν λεχθησομένων μετεώρων ὑπαρχόντων, μόλις δὲ ὥσπερ τὴν ἐκ τῶν ἀμφιβόλων σύγχυσιν λογισμῶν ἀποκρουσάμενος, Τῶν μὲν προτέρων, ἔφη, λογισμῶν περὶ τοῦ δεῖν μηδὲν τῶν ὄντων μετακινεῖν, μηδὲ νεωτερίζειν, ἔτι ἔχομαι· καὶ μᾶλλον αὐτὸς αἱροῦμαι οὐ τῶν ὑπαρχόντων μόνον ἀποστερηθῆναι, ἀλλ' εἴ τι δέοι καὶ τῶν ἀνηκέστων ὑποστῆναι ἐν τῷ σώματι, ἢ πολέμου πρόφασιν ἐμφυλίου παρασχέσθαι. Τὴν γὰρ ἐκ πρώτης ἡλικίας αὐτοί μοι σύνιστε ἀπέχθειαν, ἣν ἔσχον περὶ τὸ τὰ ἀλλότρια διαρπάζειν, ἢ φόνοις χαίρειν, καὶ λεηλασίαις, καὶ φθοραῖς ἀνθρώπων. Ἔτι δὲ οὐδὲ βαρβάρους καὶ Ἕλληνας μόνον ὅσοι τὴν πρὸς ἀλλήλους ἐμοῦ τε καὶ βασιλέως ἐπύθοντο φιλίαν, ἀλλὰ καὶ ἥλιον ἂν καὶ εἴ τι τῶν ἀψύχων ἕτερον αἰσχυνοίμην, εἰ τοῖς ἐκείνου παισὶ πολέμιος μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν φαινοίμην νῦν. Οὐ γὰρ μόνον ὑπὲρ τοῦ ζῆν ἐκεῖνον τὸ ἀποθανεῖν αὐτὸς, εἴ γε ἐξῆν, ὡς ἥδιστα ἂν εἰλόμην, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν, τὸν πάντα ἐφορῶντα μαρτύρομαι ὀφθαλμὸν, ὡς τὰ βέλτιστα καὶ λυσιτελέστατα περί τε γαμετῆς, καὶ τέκνων διενοούμην, καὶ πάντα πράττειν, καὶ ὑφίστασθαι πάντα κίνδυνον, ἵν' ἐκείνων τε πᾶν ἀπείη δυσχερὲς, καὶ τὰ Ῥωμαίων ἐπὶ μέγα καὶ εὐκλείας αἴροιτο τύχης, μένων ἐπὶ τοῦ παρόντος σχήματος. Νυνί τε οὐχ ἧττον μετὰ τὸν κηρυχθέντα παρ' ἐκείνων πόλεμον ἐξ οὐδεμιᾶς αἰτίας, καὶ παρὰ πάνθ' ὡς ἂν ἐγὼ φαίην, τοῦ δικαίου λόγον, καὶ τὰ δεινότατα αἱροῦμαι ὑπομένειν ὑπὲρ τοῦ μὴ πόλεμον κινεῖν πρὸς βασιλίδα ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς ὑπόληψιν παρέχειν τοῖς πολλοῖς. Ἐπεὶ δὲ ὥσπερ αὐτός τε σύνοιδα, καὶ ὑμῖν βουλευομένοις πείθεσθαι προσήκει, μείζω καὶ δεινότατα προσδοκᾶται τὰ δεινὰ ἐκ τοῦ τῶν πραγμάτων αὐτὸν ὑποχωρεῖν, ἔκων μὲν καὶ ὥσπερ εἰς κινδύνους προφανῶς αὐτομολῶν· οὔτε γὰρ ἐπιθυμίᾳ δόξης, τῆς γὰρ ἀκροτάτης κἀν τῷ παρόντι σχήματι ἀπολαύω νῦν, οὔτε χρημάτων ἕνεκα· τὰ γὰρ παρόντα, καὶ ἀριθμοῦ σχεδὸν ὄντα κρείττω, τοῖς διαρπάζειν προεῖμαι βουλομένοις· ὅμως ὑμῶν τε εἵνεκα, καὶ τῆς κοινῆς τῶν Ῥωμαίων σωτηρίας, τοὺς προσδοκωμένους μεγάλους καὶ πολλοὺς κινδύνους τῆς ἐν τῷ παρόντι ἀσφαλείας ἀνθαιροῦμαι. Καὶ ἃ ἐμοὶ λυσιτελέστατα ἐδόκει, οὐκ ἀπραγμόνως, οὐδ' ἀνοήτως, ἀλλὰ μηδεμίαν πρόφασιν παρέχειν τῷ πολέμῳ βουλομένῳ παρεὶς ἑκὼν, ἐπὶ τὰ ὑμῖν δεδογμένα τῆς ὑμῶν ὠφελείας ἕνεκα, ὥσπερ ἔφην, τρέψω ἐμαυτόν. Οὐ μὴν, ἀλλ' ἐπειδήπερ οὐκ ἰδίας πλεονεξίας, ἀλλ' ὑμῶν τε ἕνεκα καὶ τοῦ κοινῇ λυσιτελοῦντος ταῦτα προσειλόμην, οὐ δήπου δίκαιον, οὐδὲ ἄλλως εὐσεβὲς, νῦν μὲν ὁμοίως ἐπὶ ταῦτα πάντας ὑμᾶς παρακαλεῖν, καὶ μηδεμίαν ἄλλην ἢ ταύτην ὁδὸν ὑφηγεῖσθαι σωτηρίας· ὀλίγῳ δὲ ὕστερον εἰ μὴ κατὰ γνώμην ὑμῖν τὰ πράγματα ἐκβαίνοι, ἄλλον ἄλλοτε ἀφισταμένους, ἑαυτοῖς μὲν ἐκ τῶν ἐνόντων ἐκπορίζειν τὴν δοκοῦσαν σωτηρίαν, ἐμὲ δὲ ἐν τοῖς κινδύνοις καταλείπειν μόνον, ὃς ὑπὲρ ἁπάντων ὑμῶν αὐτοὺς ἀνεδεξάμην, ἐνὸν ἀκινδύνως σώζεσθαι. Τοῦτο γὰρ οὐκ ἐμοὶ μόνον, ἀλλὰ

A Præterea non apud Barbaros et Græcos solum, quorum per aures necessitudinis meæ cum imperatore fama pervasit, sed et coram sole hoc, et si quid aliud inanimum nominandum est, erubescerem, si nunc post ejus obitum hostis viderer illius filiis. Non tantum enim pro ejus vita meam amittere, si licuisset, mirabiliter voluissem, sed et post ejus mortem (oculum omnia intuentem testor) uxori et liberis quam optime cupivi : omnia facere, ac subire omne periculum paratus, et ut ab illis abesset omnis molestia, et ut res Romana ad gloriam et felicitatem, me hunc cultum retinente, eximie proficeret. Nunc vero non minus post bellum ab ipsis nulla de causa et injustissime, ut ego dicere ausim, promulgatum, dirissima sustinere præopto, ne vulgus nos imperatrici ad imperium eripiendum arma inferre suspicetur. Quoniam vero scio, si me a gubernaculis subduxero, majora et sæviora mala impendere, nec auctoritatem vestram aspernari queo, invitus, et velut in manifestum discrimen me projiciens, nullo desiderio gloriæ, qua summa etiam in hoc habitu fruor, neque pecuniarum gratia (quas enim habui pene innumerabiles, diripere volentibus reliqui), sed vestri et communis Romanorum salutis gratia, quæ me manent multa et grandia pericula, præsenti securitati antefero : quæque mihimet videbantur utilissima, non quasi a negotiis abhorrenti aut imprudenti, sed nullam bello ansam dare cupienti, ea libens dimittam : et quia sic vultis, et vestræ, ut dixi, utilitatis gratia, alius fiam. Verumenimvero, quia non ut opibus abundem, sed vobis et communi studeas, hunc statum assumo, non utique justum neque pium esset, nunc vos omnes æqualiter ad hoc me cohortari, et docere, nullam aliam præter hanc salutis viam esse : paulo autem post, re secus quam velletis procedente, alium alio defugere, ac sibi quidem pro occasione et judicio salutem quærere; me autem solum in iis periculis deserere, quæ ego, ut vobis omnibus liceret secure vivere, adierim, cum periculo omnino carere ac salvus esse potuerim. Hoc enim non tantum mihi, sed et vobis majorem in modum incommodaret. **432** Haud enim gubernator navim servabit, si nautæ ob discordiam eum adjuvare desierint, quibus ipsis pereunte navi spes salutis nulla restat. Oportet enim nos omnes consentientes, et tolerantiam in adversis parem adhibentes, sic demum ardua feliciter gerere. Nam et veterum nullus cessando, desidendo, tardando, sed quemvis laborem durando, menteque imperterrita adversa sufferendo de hostibus tropæum erexit. Jam si, cui ista non placent, nec studio mei hic perseverando discrimini se exponere vult, sed magis penates suos sibi servandos, quam relictis quæ sunt in manibus, vana spe pendendum existimat, et libere patefacto animo suo domum redeundum, nihil ob id mali metuat; æque enim alibi vivens mihi charus erit. Quod si post tantam æquitatem et datam

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

a me libertatem maleficus exstiterit quispiam, et ad cladem pestemque tenuiorum se converterit, sciat se meritum supplicium non evasurum, sed exemplo suo docturum alios sapere, et talibus nequitiis abstinere. Ego itaque vestræ aliorumque salutis cupidus, consilio vestro sum obsecutus. Vos autem quæso, ut vestræ majorumque gloriæ memores, quam par est fortitudinem præstetis, et in hostes bello nos ultro et inique lacessentes, acriter dimicetis. Me autem animus admonet confidere, Deo omnia juste dispensante, intra breve tempus, et illorum qui per nefas ad arma prosiluerunt improbitatem, et vestram contra probitatem atque justitiam notam fore. Præterea tametsi prior legatio adeo nefarie prætorque rationem injuriis affecta sit, nihilo minus alteram ad belli auctores mittendam arbitror, ut quemadmodum cæteris omnibus, sic animi altitudine nos superemus, dum non solum ipsi bellum non ordimur, sed jam publice ab illis inchoatum aversamur, pacemque vehementer expetimus. Forsitan, etsi antea, cum facile se nos domituros sperarent, legationem repudiarunt, nunc cernentes contra exspectatum sibi evenisse, meliora sanioraque consilia capessent, nosque multis laboribus, ac defatigationibus, et aliis malis omnibus bello importandis absolvent. Ἐγὼ μὲν οὖν τῆς ὑμῶν τε καὶ τῶν ἄλλων σωτηρίας ἕνεκα, ἅπερ αὐτοὶ ἐδουλεύσασθε εἰλόμην. Ὑμῶν δὲ, παρακαλῶ, καὶ ὑμῶν αὐτῶν καὶ τῶν προγόνων εὐδοξίας ἕνεκα, τὴν προσήκουσαν ἀνδρίαν, ἐπιδείκνυσθαι, καὶ καρτερῶς ἀμύνεσθαι τοὺς πολεμίους ἀδίκως ἐπιόντας, καὶ πρώτους πολέμου ἀρχομένους· ἔπεισι δέ μοι θαρρεῖν ἐπὶ τὸν πάντα δικαίως ταλαντεύοντα Θεὸν, ὡς οὐκ εἰς μακρὰν ἥ τε τῶν ἀδίκως μοχθηρία πολεμησάντων, καὶ ἡ ὑμῶν εὐγνωμοσύνη, καὶ ἡ τοῦ δικαίου αἵρεσις ἔσται κατασφανής· ἔτι δέ μοι δοκῶ πρὸς τῇ προτέρᾳ πρεσβείᾳ, καί τοί γε ἀδίκως οὕτω καὶ παραλόγως ὑβρισμένῃ, καὶ δευτέραν πρὸς τοὺς πολεμεῖν ἠρημένους ἡμῖν ποιήσασθαι νυνί· ἵν' ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασι, καὶ τῇ μεγαλοψυχίᾳ τὸ πλέον ἔχωμεν αὐτῶν, ὡς μὴ μόνον οὐ κατάρχοντες αὐτοὶ πολέμου, ἀλλ' ἤδη καὶ φανερῶς ὑπ' ἐκείνων ἐξενεχθέντος, σὺν πολλὰ περὶ εἰρήνης δεηθέντες, ἴσως δὲ εἰ καὶ πρότερον ῥᾳδίως ἡμῶν περιγενέσθαι οἰηθέντες τὴν πρεσβείαν οὐκ ἐδέξαντο, νῦν ὁρῶντες οὐ κατὰ γνώμην αὐτοῖς τὰ πράγματα ἐκβάντα, βέλτιόν τι βουλεύσαιντο καὶ σωφρονέστερον· καὶ ἡμᾶς τε πολλῶν πραγμάτων ἀπαλλάξαιεν, καὶ τοὺς ἄλλους τῶν προσδοκωμένων δεινῶν ἐκ τοῦ πολέμου.

A καὶ ὑμῖν ἀλυσιτελέστατον ἂν εἴη. Οὔτε γὰρ κυβερνήτῃ διασώζειν τὴν ναῦν ἐξέσται, ἂν πρὸς φιλονεικίαν οἱ ναῦται τοῦ συμπράττειν ἀφιστῶνται, τοῖς τε ναύταις οὐδεμία σωτηρίας ὑπολείπεται ἐλπὶς τῆς νηὸς ἀπολλυμένης. Ἀλλὰ δεῖ πάντας τὴν ὁμοίαν γνώμην ἔχοντας, καὶ τὴν καρτερίαν ἴσην ἐπιδεικνυμένους ἐν τοῖς δεινοῖς, οὕτω τὰ μεγάλα κατορθοῦν. Οὐδὲ γὰρ, οὐδὲ τῶν παλαιῶν οὐδεὶς, ἀργῶν, καὶ ῥᾳθυμῶν, καὶ ἀμβλυνόμενος, τρόπαιον ἀνέστησεν ἀπὸ τῶν πολεμίων· ἀλλὰ πάντα πόνον ὑπομένων, καὶ ἀκατάπληκτος φαινόμενος ἐν τοῖς δεινοῖς. Εἰ δέ τῳ τὰ πραττόμενα οὐκ ἀρεστὰ, οὐδὲ διακινδυνεύειν βούλεται τῆς εἰς ἐμὲ εὐνοίας ἕνεκα ἐνθάδε διακαρτερῶν, ἀλλ' οἴεται δεῖν μᾶλλον τὰ οἴκοι διασώζειν, ἢ κεναῖς ἐλπίσιν αἰωρεῖσθαι τὰ ἐν χερσὶ
B καταλιπὼν, ἐλευθέρᾳ γλώττῃ δέον χρησαμένους, καὶ τὴν γνώμην ἐκκαλύψαντας, οὕτως οἴκαδε ἀναχωρεῖν, μηδὲν ὑποπτεύοντας διὰ ταῦτα δυσχερὲς, ἀλλὰ καὶ τῆς ἴσης εὐμενείας ἀπολαύοντας παρ' ἐμοὶ ἂν ἄλλοσέ πη διατρίβωσιν. Εἰ γὰρ μετὰ τὴν τοσαύτην εὐγνωμοσύνην καὶ τὴν ἄδειαν κακουργῶν τις φαίνοιτο, καὶ πρὸς λύμην καὶ φθορὰν ἀποδιδράσκων τῶν πολλῶν, ἴστω μὴ ἂν τῆς προσηκούσης ἄνευ τιμωρίας ἀπαλλάξων, ἀλλ' αὐτὸς διδάξων τοὺς ἄλλους σωφρονεῖν, καὶ μὴ τοιαῦτα πανουργεύεσθαι.

433 CAPUT XXVI.

Proceres se persuasisse lætantur, gaudet totus exercitus. Evocantur alii Didymotichum, ut ejus creationi intersint. Urbibus Thraciæ et Macedoniæ obedientiam imperat. Non idem omnium sensus. Litteræ interceptæ Byzantium feruntur; exsultant adversarii. Mittuntur quædam matri domestici, et quid responderit. Facultatum proscriptio et direptio.

Hæc ubi in concione disseruit magnus domesticus, præsentes omnes ejus orationem commendarunt, Deo gratias agentes, quod ei imperatorem esse persuadere potuissent, per quem se omnibus difficultatibus exemptum iri confidebant. Deinde e concione digressi, aliis quoque quid convenisset narrabant, communemque diem festum collætantes peragebant. Magnus autem domesticus ornatus imperatorii conficiendi negotium iis dedit, quorum erat ista provincia, et postridie juramento delato, omnes ei benevolentiam, germanamque et intaminatam fidem juraverunt. Cæterum antequam hoc bellum oriretur, cum expeditionem occidentalem adornaret, mercenarium militem præmittens usque ad Macedoniam processit. Quotquot præterea

C Τοιαῦτα καὶ μεγάλου δομεστίκου εἰρηκότος, οἱ μὲν παρόντες πάντες ἐπῄνουν τε τοὺς λόγους, καὶ Θεῷ χάριτας ὡμολόγουν, ὅτι πεπεισμένον εἶχον ἐκεῖνον βασιλέα εἶναι· ᾤοντο γὰρ αὐτοῖς πάντα λύσειν τὰ δυσχερῆ γεγενημένον. Ἐξιόντες τε ἐκεῖθεν καὶ τοῖς ἄλλοις ἀπήγγελλον τὰ ἐψηφισμένα, καὶ κοινὴν ἦγον ἑορτὴν, καὶ συνῄδοντο ἀλλήλοις. Ὁ μέγας δὲ δομέστικος ἐκέλευε σκευὴν παρασκευάζεσθαι βασιλικὴν τοῖς ἐπὶ ταῦτα τεταγμένοις· καὶ ἐς τὴν ὑστεραίαν ὅρκων προτεθέντων, πάντες ὤμνυον μεγάλῳ δομεστίκῳ εὔνοι εἶναι μόνῳ, καὶ τὴν πίστιν ἄδολον αὐτῷ καὶ καθαρὰν τηρήσειν. Πρὶν δὲ τὸν πόλεμον κινηθῆναι τουτονὶ, ἐπεὶ παρεσκευάζετο, ὡς εἰς τὴν ἑσπέραν ἐκστρατεύων, τὸ μισθοφορικὸν τῆς στρατιᾶς προεπεμπεν αὐτοῦ, καὶ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

προῆλθεν ἄχρι Μακεδονίας. Οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ ὅσοι Μόραν κατῴκουν, καὶ τῆς Ῥοδόπης ὅσαι πόλεις ἦσαν ὑπήκοοι Ῥωμαίοις, στρατιῶται πολλοὶ καὶ ἀγαθοὶ, ὑπὸ στρατηγῷ Ματθαίῳ τῷ Καντακουζηνῷ τεταγμένοι, τῷ τοῦ μεγάλου δομεστίκου πρεσβυτέρῳ υἱῷ κατὰ τὴν Χαλκιδικὴν τῆς Θράκης ἐστρατοπεδευμένοι ἅμα τῷ στρατηγῷ, οὕτω τοῦ πατρὸς κελεύσαντος, περιέμενον τὴν ἄφιξιν ἐκείνου· οὓς εὐθὺς ἐκάλει διὰ γραμμάτων εἰς Διδυμότειχον, ὡς εἰς τὴν ἀνάῤῥησιν αὐτοῦ παρεσομένους· καὶ παρῆσαν μελλήσαντες οὐδέν. Ἔτι δὲ καὶ τῶν τῆς γυναικὸς ἀδελφῶν Ἰωάννου καὶ Μανουὴλ τῶν Ἀνδρονίκου τοῦ Ἀσάνη παίδων ὑπὸ κλοιοῖς, ὥσπερ ἔφημεν, κατὰ τὴν Βήρην φρούριόν τι τῆς Θράκης εἱργομένων, πέμψας τὴν ἀδελφὴν ἅμα στρατιᾷ, ἐξῆγέ τε τοῦ δεσμωτηρίου, καὶ ἄγειν ἐκέλευεν εἰς Διδυμότειχον πρὸς αὐτὸν, φρουρᾷ τὸν πύργον κατασχοῦσαν, καὶ ἄρχοντα τῶν εὐνων αὐτοῖς ἐπιστήσασάν τινα. Τριβομένου δὲ τοῦ χρόνου πρὸς τὴν τῶν βασιλικῶν παρασήμων παρασκευὴν, ἐπεὶ ἐδόκει μὴ μέλλειν μηδὲ προΐεσθαι τὸν καιρὸν, τῶν κατὰ τὸ Βυζάντιον συντόνως πολεμούντων, καὶ μηδεμιᾶς ἀπεχομένων πείρας, ἔγραφε καὶ αὐτὸς ταῖς κατὰ τὴν Θράκην καὶ Μακεδονίαν ἁπάσαις πόλεσιν αὐτῷ προσέχειν, ὡς ἤδη Ῥωμαίων βασιλεῖ γεγενημένῳ, καὶ δυναμένῳ ὑπείκουσί τε εὖ ποιεῖν, καὶ τοὐναντίον, ἂν ἀνταίρωσιν ὅπλα, βλάπτειν· ἰδίᾳ τε τοὺς δυνατοὺς τῶν πόλεων, καὶ τοὺς παρ' ἑκάστοις στρατιώτας γράμμασιν ὑπεποιεῖτο, τῶν τε πρότερον ἀναμιμνήσκων εὐεργεσιῶν γεγενημένων εἰς αὐτοὺς, καὶ ὡς, ἣν εὖνοι φαίνωνται νυνὶ καὶ τὰ αὐτοῦ προηρημένοι πράττειν, μειζόνων ἀπολαύσονται καὶ θαυμασιωτέρων ἀγαθῶν· ὑπεσημαίνετό τε τὰ γράμματα ἐρυθροῖς, ὥσπερ ἔθος βασιλεῦσι, γράμμασι· προσετίθει τε τοῖς γράμμασι καὶ φρουρὰς ἐξ ὁπλιτῶν καὶ τοξοτῶν ψιλῶν πρὸς ἃς ἤδει τῶν πόλεων ῥᾳδίας ἐσομένας κατέχεσθαι φρουροῖς. Ταῦτα δὴ τὰ γράμματα κομιζόμενα παρ' ἑκάστοις, οἱ μὲν ἐδέχοντο προθύμως, καὶ πᾶν τὸ προσταττόμενον ἐπηγγέλλοντο ποιεῖν· οἱ δ' ἐδυσχέραινον μὲν, οἰόμενοι ἀποστασίαν βασιλέως εἶναι τὰ πραττόμενα, ἔτι δὲ ὅμως τὴν τοῦ μέλλοντος βασιλέως δύναμιν ὑπεπτηχότες, ἄλλως τε καὶ ὑπὸ τῶν παρ' αὐτοῖς μεγάλα δυναμένων ἐναγόμενοι τὰ ἐκείνου πράττειν ᾐρημένων, τὰ γράμματα ἐδέχοντο· δῆλοι δὲ ἦσαν εὐθὺς ἀπὸ γραμμῆς ὡς νεωτερίσοντες ἢν λάβονται καιροῦ. Ὅσοι δ' ἦσαν πρότερον τὰ βασιλέως τοῦ Παλαιολόγου δῆθεν αἱρεῖσθαι πεπεισμένοι, οἱ μὲν καὶ τοὺς κομίζοντας συλλαμβάνοντες ἅμα τοῖς γράμμασιν, ἔπεμπον εἰς Βυζάντιον δεσμώτας, πρότερον γυμνώσαντες τῶν ὄντων. Ὅσοι δὲ μετριώτερα ἐδοκίμαζον ποιεῖν, τὰ μὲν γράμματα ἀπεωθοῦντο, αὐτοὶ δὲ πρὸς τὸν πόλεμον παρεσκευάζοντο,

A Morrham habitabant, et qui erant in urbibus Rhodopes Romanis parentibus, milites multi ac strenui sub Matthæo Cantacuzeno, magni domestici seniore filio, Chalcidicen Thraciæ patris jussu cum duce profecti, ejus adventum ibi præstolabantur: quos statim per litteras Didymotichum renuntiationi seu creationi suæ interfuturos evocavit; qui citra procrastinationem adfuerunt. Insuper fratres uxoris, Joannem et Manuelem, Andronici Asanis filios apud Beram castellum Thraciæ in vinculis, ut diximus, detentos missa sorore cum cohortibus educi, et ad se Didymotichum perduci, castellumque præsidio communire, et præfectum ex amicis dare jussit. Cum autem propter ornamenta imperatoria comparanda mora fieret, et minime cunB ctandum, occasioque neutiquam amittenda videretur, cum, qui erant Byzantii continenter bellarent, nihilque non tentarent, etiam ipse ad omnes Macedoniæ et Thraciæ urbes litteras dedit, quibus mandavit ut sibi jam Romanorum imperatori declarato obtemperarent, qui subjectis parcere et benefacere, superbos debellare posset. Sejunctim autem cives potentiores, et quod erat in unaquaque militum, ad suam auctoritatem ac fidem per epistolas alliciebat, **434** pristinorum beneficiorum illos admonens, majoraque et insigniora promittens, si nunc illi favere, et partes ejus sequi ac tutari vellent. Subscribebatur porro nomen ejus pro more imperatorum cinnabari, et C adjungebantur litteris ex gravi armatura et sagittariis manipuli ad urbes, quas illa custodia facile retentum iri sciebat. Has igitur litteras ad singulos allatas, alii libenter accipiebant, mandata se facturos recipientes; alii rem indignabantur, opinantes nihil hoc aliud quam a legitimo imperatore defectionem esse. Verumtamen potentia futuri imperatoris territi, cum, qui apud eos opibus multum valebant, et ab illo stabant, etiam eodem incitarent, litteras quidem suscipiebant, sed tamen mox velut a sacra linea talum moventes (76), nova molituri videbantur, si tempus nacti essent. Qui vero prius ad Palæologum sequendum pellecti erant, eorum alii tabellarios comprehensos et spoliatos cum litteris Byzantium vinctos mittebant, D alii, quibus moderatiora placebant, litteras contemnebant, seseque ad resistendum, si invaderentur, comparabant. Pluribus hujuscemodi epistolis Byzantium allatis, patriarcha et ejus socii, qui nuper magnum domesticum apud imperatricem tyrannidis affectatæ accusarant, omnigena voluptate bacchabantur, litterasque invicem ostentantes, Non igitur, inquiebant, male augurabamur; dextre mentem ejus conjectavimus, ipsoque nos

Jacobi Pontani notæ.

(76) *Sacræ lineæ talum moveo*, proverbium, de iis qui extrema parant experiri. Id Julius Pollux, lib. IX, exponens ait, a ludo quopiam tesserarum esse natum. Lusum autem fuisse hujusmodi, ut utrique ludentium essent calculi quinque, totidem impositi lineis: unde et Sophocles dixerit, πέσσα πεντέγραμμα, id est, *tesseræ quinque linearum*. Inter eas lineas utrinque quinas, unam fuisse mediam quam sacram vocabant; unde qui talum movisset, is sacræ lineæ calculum movere dicebatur. Id vero non fiebat, nisi cum res posceret, ut ludens ad extrema confugeret auxilia. Vide plura apud Chiliasten.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

vera locutos opere statim pulchre demonstravit; multaque in illum probra, etiam turpissima, ad majorem contumeliam inverecunde interquebant. Augusta jam credens magnum domesticum apertum esse hostem, de litteris illis paucas quasdam ad ipsius matrem, quæ domi custodiebatur, misit, ut filium ejus certissimis videlicet testibus convinceret. Illa respondit, hos sermones nihil contra se valere. Prius enim, cum filius apud eam reus ageretur, crimina demonstrari debuisse : ita profecto nihil horum evenisset, ipsamque pro se et filiis, insuper pro toto Romano imperio salutaria quæque ab eo obtenturam fuisse : cujus sensus omnes perspexerit, atque ad bene, quam ad male faciendum proniorem cognoverit. At nunc post diligentem custodiam, qua nulla sua culpa ab ipsis sepiatur, et post injuriam ejus legatis de pace venientibus, et ut in judicium vocaretur, ac si esset perjurii convictus acerbissime puniretur, poscentibus irrogatam, **435** quamnam ab eo regie, ut ipsi dicunt, factorum rationem reddat, sive illius hæ litteræ sint, sive non sint. De litteris igitur nihil se responsuram, suasuram vero ipsis, quæ optima putet, si modo parere velint, nempe hæc : Ne filium despiciant, neve eum quasi nihil magnum possit, contemnant, cujus potentiam, prudentiam et usum rerum, non Romani duntaxat, sed et Barbari longe semoti haud ignorent; et quam primum legatos ad illum de pace mittant, rationem ei qua acta et verbo et re emendet, etiam si quid inemendabile contigisse videatur, non defuturam. Si aliter sentiant, ipsi viderint, quomodo et sibi et reipublicæ recte consulant. Hactenus ad accusationem mater magni domestici. At vero qui missi ab imperatrice venerant, ut in mandatis habebant, ædibus eductam, intra palatium custodiæ tradunt : ea erat ab Andronico primo imperatori ædificata domus. Hac pro carcere utuntur; facultates quæ plurimæ erant, proscribunt, præter argentum, aurum, gemmas et margaritas; ea enim etiam prius extulerat. Tritici autem, hordei, frugumque et fructuum reliquorum infinita copia, non ea tantum in qua degebat domus, prope palatium, refertissima erat; sed et juxta Gorgepecum monasterium aliæ pyramidæ magis adhuc variis exstructæ frugibus visebantur. Omnia hæc non in communem usum, sed suum ipsorum et belli instigatorum, quibus jam erant commissa gubernacula, affatim exportabant. Post etiam amicos et familiares magni domestici scrutantes, grandem pecuniam invenerunt, partim quidem nonnullis prodentibus, spe simul inde lucrandi aliquid, ut qui plane nescierint, quanta ab initio deposita fuisset, partim cæteris per flagra, quæstiones et varia cruciamentorum genera indicare coactis. Multi item nihil illius depositi habentes, propter solam cum eo familiaritatem suspecti, dire afflictabantur. Ac Byzantii quidem hæc actitabantur, malorumque Ilias magni domestici amicos obruerat.

ὡς ἦν ἐπίῃ ἀμυνούμενοι. Ἐπεὶ δὲ τῶν γραμμάτων πολλὰ ἐκείνων εἰς Βυζάντιον ἀπεκομίσθη οἱ μὲν περὶ πατριάρχην ὅσοι πρότερον πρὸς βασιλίδα τοῦ μεγάλου δομεστίκου ὡς βασιλεύοντος κατηγόρουν, ἐχαιρόν τε καὶ παντοῖοι ἦσαν ὑφ' ἡδονῆς· τά τε γράμματα ἐπιδεικνύντες, Οὐκ ἄρα, ἔφασαν, ἡμεῖς τῶν μελλόντων κακῶς κριταί· ἀλλ' αὐτοί τε εὐστόχως κατεστοχασόμεθα τῆς γνώμης, κἀκεῖνος καλῶς ποιῶν ἐπὶ τῶν ἔργων εὐθὺς ἀπέδειξεν εἰρηκότας ἀληθῆ· πολλά τε εἰς ἐκείνον βλάσφημα ἀπέσκωπτον ἀναίδην, καὶ οὐδὲ τῶν αἰσχίστων ἀπεχόμενοι πρὸς ὕβριν. Καὶ ἡ βασίλις δὲ ἤδη πεπεισμένη πολέμιον γεγενῆσθαι τὸν μέγαν δομέστικον φανερῶς, ἐκ τῶν γραμμάτων ἐκείνων ὀλίγα ἄττα ἔπεμπε τῇ μητρὶ κατὰ τὴν οἰκίαν φρουρουμένῃ, οἷα δράσειε κατηγοροῦσα ὁ υἱός. Ἐκείνη δὲ μηδὲν ἔφασκε πρὸς αὐτὴν τοὺς λόγους εἶναι. Πρότερον γὰρ ἐχρῆν ἡνίκα τοῦ υἱοῦ κατηγόρουν πρὸς αὐτὴν τὰ ἐγκλήματα δηλοῦν. Ἡ γὰρ ἂν τῶν γινομένων νῦν οὐδὲν συνέδη, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτῆς τε καὶ τῶν παίδων, ἔτι δὲ καὶ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ παντὸς, πάντα ἂν κατεπράξατο τὰ βέλτιστα πρὸς τὸν υἱόν· εἰδέναι γὰρ αὐτὴν σαφέστατα τὴν ἐκείνου γνώμην, ὡς πρὸς τὸ εὖ ποιεῖν μᾶλλον, ἢ τὸ κακουργεῖν ἐπιῤῥεπεῖς· νυνὶ δὲ μετὰ τὴν ἀκριβῆ φρουρὰν ἣν αὐτὴ φρουρεῖται ὑπ' αὐτῶν ἐπ' οὐδενὶ ἐγκλήματι, καὶ τὴν πρὸς τοὺς ἐκείνου πρέσβεις ὕβριν ὑπὲρ τῆς εἰρήνης ἀφιγμένους, καὶ δεομένους καλεῖν ἐκεῖνον ἐπὶ δίκην, ὡς ἦν ἁλίσκηται ἐπιορκῶν τὰ ἔσχατα πεισόμενον, τίνα ἂν ἀπολογίαν ἀποδοίη περὶ τῶν ἐκείνῳ πραττομένων, ὡς ὑμεῖς φατε βασιλικῶς, εἴ γε καὶ ἐκείνου τὰ γράμματα εἴη, εἴ τε μή· Περὶ μὲν οὖν τῶν γραμμάτων ἔφη μηδὲν ἀποκρινεῖσθαι· παραινέσειν δὲ τὰ βέλτιστα ὡς ἂν αὐτῇ δοκοίη, εἴ γε πείθοιντο. Ταῦτα δέ ἐστι· μὴ τὸν υἱὸν περιορᾶν, μηδ' ὡς μεγάλα καταφρονεῖν μὴ δυναμένου. Οὐ γὰρ Ῥωμαῖοι τὴν ἐκείνου μόνον δύναμιν, καὶ σύνεσιν, καὶ ἐμπειρίαν, ἀλλὰ καὶ βαρβάρων οἱ Ῥωμαίων κατῳκισμένοι πόῤῥω οὐκ ἀγνοοῦσιν· ἀλλ' ὡς τάχιστα πρέσβεις πέμπειν πρὸς ἐκεῖνον, οἳ περὶ εἰρήνης διαλέξονται· ἐκεῖνος δὲ οὐκ ἀπορήσει ἧ χρὴ τὰ πεπραγμένα καὶ λόγοις καὶ πράξεσιν ἐπανορθοῦσθαι, εἴ τι συμβέβηκε τῶν δοκούντων ἀνιάτων. Εἰ δ' ἄρα ἄλλως ἐγνώκατε αὐτοὶ, ὑμῖν μελήσει, καὶ τὰ ἴδια εὖ τίθεσθαι καὶ τὰ κοινά. Ἡ μὲν οὖν μεγάλου δομεστίκου μήτηρ τοιαῦτα ἀπεκρίνατο πρὸς τὰς κατηγορίας. Οἱ πεμφθέντες δὲ οὕτω παρὰ βασιλίδος προστεταγμένοι, τῆς οἰκίας ἐκείνην ἐκβαλόντες, βασιλείων ἤγαγον ἐντὸς, καὶ εἶρξαν τῇ παρὰ Ἀνδρονίκου τοῦ πρώτου βασιλέως οἰκίᾳ κατασκευασθείσῃ χρώμενοι ἀντὶ δεσμωτηρίου· τὴν οὐσίαν δὲ ἐδημοσίωσαν πλείστην οὖσαν, πλὴν εἴ πού τι πρότερον ἀργύρου καὶ χρυσοῦ καὶ λίθων πολυτελῶν καὶ μαργάρων λάθρα ἔφθασεν ἐξαγαγοῦσα. Πυῤῥῶν δὲ, καὶ κριθῶν, καὶ καρπῶν τῶν ἐπιλοίπων, οὐκ ἐν ᾗ διέτριβεν οἰκίᾳ μόνον ἐγγὺς τῶν βασιλείων κομιδῇ τι δυσαρίθμητον χρῆμα ἦν, ἀλλὰ καὶ Γοργεπηκόου τῆς μονῆς ἐγγὺς, ἕτεραι πυραμίδες ἦσαν πολλαπλάσιοι ἐκείνων

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

συνέχουσαι καρπούς· ἃ πάντα ἐξεφόρουν ἀφειδῶς, πρὸς οὐδὲν χρήσιμον τῷ κοινῷ, ἀλλὰ σφίσι τε αὐτοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις χαριζόμενοι, οἱ τὸν πόλεμον ἀνῃρημένοι καὶ τὰ πράγματα ἐπιτετραμμένοι διοικεῖν. Μετὰ δὲ τοῦτο καὶ τοὺς φίλους καὶ συνήθεις διερευνώμενοι τοὺς μεγάλου δομεστίκου, πολύ τι πλῆθος εὕρισκον χρημάτων, τὰ μὲν αὐτῶν τῶν ἐχόντων προδιδόντων ἐλπίδι τοῦ καὶ αὐτούς τι τῶν χρημάτων παρακερδαίνειν, ἅτε πρὸς οὐδὲν εἰδότας παρεχόμενα ὅσα ἦσαν τὴν ἀρχήν, τὰ δ' αἰκίαις καὶ στρεβλώσεσι καὶ παντοίοις βασανιστηρίων εἴδεσι καταναγκαζομένων φανεροῦν. Πολλοὶ δὲ καὶ μηδὲν τῶν ἐκείνου ἔχοντες, τὰ ἀνήκεστα ὑπέμενον ἐκ τῆς πρὸς ἐκεῖνον μόνον συνηθείας ὑποπτευόμενοι. Ἐν Βυζαντίῳ μὲν οὖν τοιαῦτα ἐτελεῖτο· καὶ κακῶν ἰλιὰς περιειστήκει τοὺς μεγάλου δομεστίκου φίλους.

436 CAPUT XXVII.

Magnus domesticus Didymotichi ornatum imperatorium capit publice, eique tertio loco et ejus uxori acclamatur. Epulum imperatorium et dies festus. Mira quæ in Cantacuzeni inauguratione contigerunt, futurorum præsagia. Episcopo Didymotichi se commendat, cujus responsio et visum memoratur, additurque domestico animus. Laus illius episcopi a facultate vaticinandi, et exemplum vindicatæ ab eo innocentiæ in femina.

Ἐν Διδυμοτείχῳ δὲ ἐπεὶ τὰ βασιλικὰ ἐνδύματα παρεσκευασμένα ἦν, ἥ τε προθεσμία τῆς τοῦ νέου βασιλέως ἥκει ἀναῤῥήσεως, πάντες μὲν παρῆσαν ἐκείνου τῇ οἰκίᾳ ὅσοι διέτριβον ἐν Διδυμοτείχῳ τότε· οὐ τῶν εὖ γεγονάτων μόνον καὶ καθ' αἷμα προσηκόντων βασιλεῖ, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων συγκλητικῶν καὶ τῆς στρατιᾶς. Ὁ νέος δὲ βασιλεὺς πρότερον ἐσθῆτα βασιλικὴν ἐνδὺς, ἔπειτα ὑπ' ὄψεσι ταῖς ἁπάντων ταῖς ἐρυθραῖς κρηπῖσι τοὺς πόδας κατεκόσμει· τὸν ἕτερον μὲν ὑπὸ τῶν ἀγχιστα καθ' αἷμα προσηκόντων ὑποδυόμενος, τὸν δὲ λοιπὸν, ὑπὸ τῶν τὰ πρῶτα φερομένων ἐπ' εὐγενείᾳ καὶ λαμπρότητι μισθοφόρων Λατίνων. Τὸν δὲ βασιλικὸν πῖλον, πρὸ τῆς ἀχράντου καὶ θεομήτορος τῆς εἰκόνος κείμενον ἐπ' ἐδάφους, αὐτοχειρίᾳ λαβὼν αὐτὸς ἐπέθηκε τῇ κεφαλῇ· αὐτίκα δὲ οἱ τὰ τοιαῦτα ἄδειν εἰθισμένοι, τῆς τῶν βασιλέων ἦρχον εὐφημίας. Καὶ πρῶτα μὲν ἡ βασιλὶς Ἄννα εὐφημεῖτο· καὶ μετ' ἐκείνην ὁ υἱὸς Ἰωάννης ὁ βασιλεύς· τρίτος δὲ ὁ Καντακουζηνὸς Ἰωάννης ὁ βασιλεὺς ἅμα Εἰρήνῃ τῇ βασιλίδι· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ πρὸς τὰς ἱεροτελεστίας τὴν τῶν βασιλέων μνήμην ἐποιοῦντο, ὁμοίως καὶ πατριάρχου Ἰωάννου. Μετὰ δὲ τὴν εὐφημίαν ἔφιπποι γενόμενος ὁ βασιλεὺς, καὶ τῶν ἄλλων πάντων ἐπομένων ἐφ' ἵπποις ὅσοι ἦσαν, πρὸς τὸν ναόν τε τοῦ μεγαλομάρτυρος ἐγένετο Γεωργίου τοῦ Παλαιοκαστρίτου προσαγορευομένου, καὶ τὴν προσκύνησιν ἀπεδίδου· καί τισι τοῖς ἐκ τῆς Λατινίδος

A Didymotichi paratis indumentis imperatoriis, et die novi imperatoris creandi præsente, omnes qui in urbe erant, non modo nobiles et consanguinei, sed et proceres et milites ad ejus ædes confluxere. Tum novus imperator primum vestem imperatoriam induit; deinde in conspectu omnium pedes crepidis purpureis exornat, quarum dexteram ei sanguine proximi, sinistram ex conducitiis Latinis, nobilitate et splendore generis primi inducunt. Imperialem autem tiaram ante immaculatæ Virginis Dei Matris imaginem humi positam manu sua tollens, ipse capiti suo imponit. Mox præcones acclamationem imperatoriam præeunt (77). Et primum quidem Annæ Augustæ acclamatum, tum Joanni filio imperatori, tertio loco Joanni Cantacuzeno imperatori, cum Irene conjuge
B imperatrice. Eodem ordine in sacris, imperatorum et similiter Joannis patriarchæ fiebat mentio. Post applausum equo insidens imperator, aliis omnibus, quotquot erant, in equis prosequentibus, templum magni martyris Georgii Palæocastritæ (78) petivit, eumque precibus veneratus, gratias egit, et quibusdam de Latinis auxiliis cum solemni cæremonia equestrem dignitatem contulit. Hinc in palatium reversus, cum uxore magnificentissimo accubuit epulo, frequenti corona, ut imperatoribus solet, circumstante. Epulantibus Joannes et Manuel fratres Irenæ imperatricis, et Joannes Angelus imperatoris consobrinus ministrabant. Itaque diem illum novi im-

Jacobi Pontani notæ.

(77) Supra, lib. I, cap 41, dictum de acclamationibus. Cui lubet, legat acclamationes senatus in Alexandrum Severum, apud Lampridium.

(78) Epitheton παλαιοκαστρίτης Græco Latinum Gretsero nostro videtur. Nec mirandum, inquit, si παρὰ τὸ κάστρον, quod recentioribus Græcis in usu est, formavit καστρίτην, et composite παλαιοκαστρίτην, nihil enim in hoc genere non audent novi Græci. Hinc etiam καστροφύλαξ apud Curopalatam. Sed sanctum Georgium Græcis Latinisque tam celebrem nominari veterem aut antiquum militem, cum a Græcis τροπαιοφόρος, et aliis honestioribus multis epithetis ornetur, non placet, quo fit, ut alium Georgium fuisse existimem, et nomen Παλαιοκαστρίτης esse nomen ejus patriæ. Nam Palæocastrum vocatur a recentioribus Græcis, et ab Italis *Paleocastro* Itanus urbs Cretæ, idemque nomen habet Minoa portus Cretæ, ut tradit Ortelius
Ἀνδρονίκου προσηγόρευτο, ἐγένετο, καὶ περιεκάθητο πολιορκῶν ἐν τέσσαρσι καὶ εἴκοσιν ἡμέραις. Ἦν γὰρ δὴ καὶ πρὸς Χρέλην καὶ πρωτοσρτάτορα τὸν Συναδηνὸν ἐν Θεσσαλονίκῃ τοὺς μηνύσοντας τὴν ἐκείνου ἄφιξιν πεπομφὼς, καὶ περιέμενε μαθεῖν, εἰ τὰ ἴσα ὥσπερ καὶ πρότερον περὶ αὐτοῦ διανοῦνται. Βατάτζης δὲ τούς τε στρατιώτας οὓς ἐκ Βυζαντίου ἦκεν ἔχων ἐπαγόμενος, καὶ ἐκ τῶν κατὰ τὴν Θράκην καὶ Ῥοδόπην πόλεων οὐκ ὀλίγην στρατιὰν συνειλοχὼς, οὐκ ἀξιόμαχον δὲ ὅμως πρὸς τὴν βασιλέως, ἦν γὰρ δὴ ἐκ βασιλίδος καὶ τῶν ἄλλων τῶν τὰ πράγματα ἀγόντων τὸν πρὸς ἐκεῖνον ἐπιτετραμμένος πόλεμον, ἐφείπετο οὐκ ἐγγύθεν, ἀλλὰ μιᾷ ἡμέρας ὁδὸν διέχων, διὰ πολλῆς ποιούμενος σπουδῆς τὸ μὴ τῇ βασιλέως στρατιᾷ περιτυχεῖν· ᾔδει γὰρ οὐ χωρὶς ζημίας ἀπαλλάξων. Περιθεωρίου δ' ὑπὸ βασιλίως πολιορκουμένου ἀκριβῶς, πᾶσαν μὲν ἐκίνει μηχανὴν, ὡς ἅμα τισὶν ὀλίγοις εἰ δύναιτο, πλείοσι γὰρ οὐκ ἐνῆν διαλαθεῖν, παρελευσόμενος εἰς τὴν πόλιν καὶ φυλάξων. Ἤνυε δὲ οὐδὲν, βασιλέως τῆς πολιορκίας συντόνως ἐχομένου, καὶ διὰ πάσης ποιουμένου φυλακῆς· μηχανήματά τε γὰρ παντοδαπὰ καὶ κλίμακας πρὸς τὴν τειχομαχίαν παρεσκεύαζε. Βατάτζης δὲ οὐδενὶ τρόπῳ τοῖς πολιορκουμένοις βοηθεῖν δυνάμενος, πρὸς βασιλέα πέμψας, τήν τε εὔνοιαν ὡμολόγει τὴν προτέραν, καὶ ὡς οὐδὲν ἧττον ἢ πρότερον, καὶ νῦν εὔνους τέ ἐστιν αὐτῷ καὶ τῶν μάλιστα φιλούντων. Ἀνάγκη δὲ τὸν πόλεμον ὑπελθεῖν τοῦ μὴ παρὰ τοῖς ἄρχουσι Ῥωμαίων ὑποπτεύεσθαι. Οὗ δὴ ἕνεκα καὶ νῦν τὰ δοκοῦντα λυσιτελήσειν συμβουλεύειν. Κήδεσθαι γὰρ οὐ Ῥωμαίων μόνον τὰ ἔσχατα ἐκ τοῦ πολέμου πεισομένων, ἀλλὰ καὶ σοῦ διὰ τὴν φιλίαν. Ταῦτα δέ ἐστι, τὸν πόλεμον καταθέμενον, σπονδὰς ποιήσασθαι πρὸς βασιλίδα περὶ τῆς εἰρήνης. Καὶ εἴγε κατὰ γνώμην αὐτῷ εἴη, αὐτὸν πρὸς βασιλίδα ἥ τάχιστα δύναιτο ἀπελθόντα διαλέξεσθαι περὶ εἰρήνης· οἴεσθαι δὲ καὶ πείσειν ῥᾷστα, τὴν δύναμιν, ἣν ἔχεις φανερὰν ποιήσαντα. Ἐκείνους γὰρ τῶν λίαν οἰομένους ἀσθενεστάτων προθύμως ὁρμᾶσθαι πρὸς τὸν πόλεμον. Ὁ μὲν οὖν Βατάτζης τοιαῦτα ἐπρεσβεύετο. Βασιλεὺς δὲ ἀσμένως τε ἐδέξατο τοὺς λόγους, καὶ πρός τινα ἐκέλευε τόπον συνελθεῖν αὐτῷ, ἐν ᾧ περὶ τοῦ ἢ χρὴ γενέσθαι τὴν εἰρήνην διαλέξονται· μηδέν τε μελλήσας, πρὸς τὸν συντεθειμένον ἦλθε τόπον, τὸν Βατάτζην περιμένων. Ὁ δ' εἴτ' αὐτὸς ὑφ' ἑαυτοῦ, εἴθ' ἑτέρου συμβουλεύοντος πεισθεὶς, εἰς τὴν ὑστεραίαν ἀνεβάλλετο, τῆς μὲν εἰρήνης ὑμῶν τῶν βασιλέων μάλιστα βούλεσθαι εἰπὼν αἰτιώτατος γενέσθαι, δεδοικέναι δὲ μὴ οὐδεμίαν ὄνησιν ἑκατέροις παρασχόμενος ἑαυτῷ τῶν μεγίστων συμφορῶν αἰτιώτατος κατασταίη. Διὸ οὐδὲ πρὸς αὐτὸν τετολμηκέναι νῦν ἐλθεῖν. Τοὺς γὰρ ἐν Βυζαντίῳ τῶν πραγμάτων ἄρχοντας, καίτοι μηδεμίαν ὑποψίας πρόφασιν παρασχομένῳ, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐκείνοις δοκοῦντα πάσῃ πράττοντι σπουδῇ, καὶ αὐτοῦ ἀφεστηκότι διὰ τὸ μὴ τὴν τῶν ὄντων στέρησιν καὶ φιλτάτων καὶ γυναικὸς φέρειν δύνασθαι, ὅμως οὐδὲν πεπεικέναι ὡς πιστῷ περὶ αὐτοὺς προσέχειν, ἀλλὰ πρόφασίν τινα ζητεῖν ἐξ ἧς διαφθεροῦσιν. Ὧν ἕνεκα οὐδ' ὑπὲρ τῆς εἰρήνης ὥσπερ εἶπεν εἰς Βυζάντιον δύνασθαι ἐλθεῖν. Βασιλεὺς δὲ εἰρήνης μὲν ἔφασκε καὶ μάλιστα ἐπιθυμεῖν οὐχ ἑαυτοῦ μᾶλλον, ἢ τῶν ἄλλων ὠφελείας ἕνεκα. Εἰς πρόοπτον δὲ κίνδυνον ἐμβάλλειν ἑαυτὸν οὐδένα ἀναγ-

A urbibus non modica adjuncta manu, quia se imperatori imparem cernebat, non prope, sed intervallo unius diei insequebatur, perquam sollicite cavens, ne in ejus copias incideret; sciebat enim sine clade se non evasurum. Peritheorio autem ab imperatore arcte obsesso, omnem rudentem movebat, ut cum paucis quibusdam (quia cum pluribus non licebat) clandestine in urbem ejus tutandæ causa irrumperet. Sed frustra. Nam imperator assidua obsidione instabat, et omnes aditus custodia sepiebat, machinasque omnigenas et scalas ad mœnia conscendenda comparabat. **455** Batatzes cum obsessis nulla via posset succurrere, ad imperatorem mittens, et pristinam benevolentiam profitetur, et æque ut prius studiosissimum illius fore B promittit; ad vitandam vero suspicionem apud Romanorum archontas se huic bello submittere debuisse. Quamobrem et nunc, quæ conductura judicet, suasurum. Nam ut amicum, esse sollicitum, quod bellum hoc non Romanos modo, sed ipsum quoque Cantacuzenum gravissime afflicturum sit. Esse autem hæc quæ suadeat, ut positis armis fœdus pacis cum imperatrice feriat et, si placeat, ipse quam primum ad eam proficiscatur, de pace cum eadem acturus: quam utique flexurus sit, si suam illi potentiam declararit; nam quod infirmissimum putarent, ideo adversarios ejus ad arma provolasse. Talia Batatzes per internuntium. Cujus consilium imperator libenter audivit, seque certo loco conveniri jussit, ubi de C pacis conditionibus inter se colloquerentur. Et ipse sine mora ad pactum locum venit, Batatzen exspectans. Qui sive suopte nutu, sive alterius impulsu, adventum suum in diem posterum distulit, affirmans velle se quidem pacis inter imperatores conciliandæ promum condum esse; timere tamen, ne cum neutri parti commodarit, sibimet maximarum calamitatum maximus auctor fiat. Idcirco ad ipsum in præsens veritum accedere. Nam qui Byzantii summæ rerum præsideant, quamvis nullam suspicionis occasionem danti, imo vero quæ ipsis placerent, perstudiose præstanti, et ab eo deficienti (quod fortunarum, charissimorumque liberorum, et uxoris amissionem ferre non posset) D tamen nondum fidem habere, sed ipsius interimendi prætextum quærere. Quocirca nec pro sequestre pacis, ut dixerit, Byzantium ire posse. Imperator pacis non tam suæ, quam alienæ utilitatis gratia se cupidissimum esse respondit; nihilo minus haud quemquam in discrimen prævisum adacturum, seseque nemnem, quod ad ipsum attineat, lædentem, Deo omnia inspectanti fortunas suas commissurum.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

κάσειν, βλάπτοντα δὲ μηδένα, τό γε εἰς αὐτὸν ἦκον Θεῷ τῷ πάντα ἐφορῶντι ἐπιτρέψειν τὰ κατ' αὐτόν.

456 CAPUT XXXIII.

Cantacuzenum pacis cupidissimum fuisse etiam antea, ex ejus ad patriarcham epistola, plena Christianis sententiis ostenditur. Patriarcha tabellarium in carcerem tradit. Imperatricem facti pœnitet, et ab ea inter feminas honorarias innocentiæ Cantacuzeni testimonium. Apocauchi desperatio et sollicitudo in conjuratis calefaciendis. Eorum de imperatrice juramento obliganda consilium.

Neque vero tunc tantummodo Cantacuzenus imperator ad pacificationem propensus ac facilis cernebatur, sed etiam Didymoticho ea per oratores ab imperatrice semel iterumque petita, postquam illis nihil pro æquo et bono factum audivit, ad patriarcham secreto litteras scripsit, eumque juramenti inter se et imperatricem coram eo concepti admonuit, quod ipse religiose servans, ab illa fœdifraga, sycophantis et pestilentibus quibusdam hominibus fidem habente, armis lacesseretur. Insuper in memoriam redigebat, quæ ipse patriarcha sibi cum sacramento promisisset, non passurum calumniis opprimi, sed pro ipso, aut, ut verius dicam, pro justitia nullam contentionem defugiturum. Quæ in contrarium conversa esse, cum bellum ab eo exordium ceperit, a quo id reprimi æquius fuisset. Obsecrabat item ne hæc permitteret, sed misericordia præter jus fasque peruntium captus, calamitati occurreret, et quæ multo adhuc atrociora impenderent, bello dissipando averteret : quodque illi, ut communi parenti ac magistro justitiæ a Deo electo pulcherrimum esset, inter se et imperatricem concordiam instauraret. Omnino autem nihil fore negotii, neque multa illi verba ad eam facienda, sed solo aspectu arma statim revocatum iri. Sin horum nihil ei curæ fuerit, nec studio, quo decet, pacem curaverit, ipsum quidem vereri dicere, quod tamen vel tacente se notum sit omnibus, effusum sanguinem de manu ejus a justo judice Deo requirendum. Rogabat etiam, ne timore aliquo hæc peti existimaret, quando eorum copias ipse multis partibus superaret : sed ideo, quia cum bellum hoc Romanis clades ingentes invecturum prospiciat et metuat, quam in futuro sæculo hominibus actionum suarum rationem reddendam sciat, malorum ingruentium ansam nullam, quantum maxime fieri possit, porrigere conetur. Quod autem se et suos anathemate inferis devoverit, sibi quidem horribile videri, et merito ; verumtamen nihil ad se pertinere. **457** Si enim imperatoris defuncti liberis jurejurando violato insidias molitus sit, ut ipsi dictitant, accusationem aliquid valere potuisse. Si autem ejusmodi nihil neque fecerit, neque cogitarit, et ab initio constituta servaverit, constanterque ex juramento se gesserit, cum ipsi, invidia et obtrectatorum voculis commoti, universum Romanum imperium et nunc depascentem flammam et (nisi Deus de cœlo propitius respiciens eam restinxerit) magis depasturam excitaverint, videndum ecquid non magis ipsos, utpote malorum causas et originem, quam se a Deo secludi æquum sit. Nam divinum numen

Οὐ τότε δὲ μόνον περὶ τὴν διάλυσιν εὐχερὴς Καντακουζηνὸς ὁ βασιλεὺς ὡρᾶτο, ἀλλὰ καὶ Διδυμοτείχῳ ἐνδιατρίβων ἔτι, μετὰ τὸ ἅπαξ καὶ δὶς πρὸς βασιλίδα πρεσβεύσασθαι περὶ εἰρήνης, ἐπεὶ οὐδὲν ἐπιεικὲς περὶ τοὺς πρέσβεις ἠγγέλλετο εἰργασμένον, πρὸς τὸν πατριάρχην κρύφα γράμματα διεπέμπετο περὶ εἰρήνης, ἐν οἷς τῶν τε ἐπ' αὐτοῦ γεγενημένων ὅρκων ἀνεμίμνησκε μεταξὺ βασιλίδος καὶ αὐτοῦ. Οὓς ἔφασκεν ἀκριβῶς αὐτὸς τηρῶν, ὑπὸ βασιλίδος παρασπονδούσης πολεμεῖσθαι, συκοφάνταις ἀνθρώποις καὶ διαφθορᾶσι πεπεισμένης. Ἔτι δὲ καὶ τῶν αὐτῷ γεγενημένων ὅρκων πρὸς αὐτὸν, ὡς οὐ περιόψεται ὑπὸ συκοφαντῶν αὐτὸν διαβαλλόμενον, ἀλλὰ πᾶσαν ἐνδείξεται σπουδὴν ὑπὲρ αὐτοῦ, ἢ τἀληθέστερον εἰπεῖν, ὑπὲρ αὐτοῦ δικαίου. Ἃ δὴ εἰς τοὐναντίον περιέστη, καὶ ὁ πόλεμος· ἐξ ἐκείνου ἔσχε τὴν ἀρχὴν ὑφ' οὗ κωλύεσθαι δικαιότερος μᾶλλον ἦν. Ἐδεῖτό τε μὴ τοιαῦτα γινόμενα περιορᾷν, ἀλλ' ἔλεον λαβόντα τῶν ἀπολλυμένων ἀνθρώπων παρὰ πάντα τοῦ δικαίου λόγον στῆναι πρὸς τὴν συμφοράν, καὶ τὰ πολλῷ δεινότερα ἐσόμενα κωλῦσαι καταλύσαντα τὸν πόλεμον, καὶ διαλλακτὴν γεγενημένον βασιλίδος καὶ αὐτοῦ, ὅπερ μάλιστα αὐτῷ προσήκειν, πατρὶ καινῷ καὶ διδασκάλῳ δικαιοσύνης ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κεχειροτονημένῳ. Πάντως δὲ οὐδὲν ἔργον ἔσται, οὐδὲ πολλῶν δεήσεται λόγων πρὸς αὐτὸν, ἀλλ' ἀρκεῖ μόνον ὀφθῆναι, καὶ πᾶσα πρόφασις πολέμου περιαιρεθήσεται. Εἰ δ' ἄρα τούτων μηδενὸς μελήσει, μηδὲ τὴν προσήκουσαν περὶ τὴν εἰρήνην ἐνδείξεται σπουδὴν, αὐτὸν μὲν ὀκνεῖν εἰπεῖν, πᾶσι δὲ εἶναι καὶ σιγήσαντος καταφανὲς, ὡς ἐκ τῶν αὐτοῦ χειρῶν τὰ ἐκχυθησόμενα τῶν ἀνθρώπων αἵματα Θεὸς ὁ δίκαιος ἐκζητήσει κριτής. Ἠξίου τε μὴ διὰ δειλίαν τὰ τοιαῦτα νομίζειν δεῖσθαι· τὴν γὰρ ἐκείνου στρατιὰν πολλῷ τῷ μέτρῳ τῆς ἐκείνων ὑπερέχειν· ἀλλ' ὁρῶντα τὸν πόλεμον ὡς μεγάλων ἔσται συμφορῶν αἴτιος Ῥωμαίοις, καὶ δεδοικότα τὴν ἐκεῖθεν βεβιωμένων βάσανον ἀνθρώποις μηδεμίαν, ὡς οἷόν τε μάλιστα ἐν τοῖς προσδοκωμένοις κακοῖς αἰτίαν παρέχεσθαι πειρᾶσθαι. Ὃν δὲ κατ' αὐτοῦ ἐξεῖπε καὶ τῶν συνόντων ἀφορισμὸν, ἡγεῖσθαι μὲν δεινὸν, πῶς γὰρ οὔ ; οὐδὲν δὲ εἶναι πρὸς αὐτόν· εἰ γὰρ βασιλέως, ὥσπερ αὐτοί φασιν, ἐπεβούλευσε τοῖς παισὶν ἐπιορκήσας, εἶχεν ἄν τινα πρὸς ἐκεῖνον δύναμιν τὰ εἰρημένα· εἰ δὲ τούτων μὲν οὐδὲν οὔτε εἴργαστο, οὔτε ἐνεθυμήθη, ἐμμένοντος δὲ αὐτοῦ τοῖς ἐξ ἀρχῆς, καὶ τοὺς ὅρκους τηροῦντος βεβαίως, ὑπὸ φθόνου καὶ συκοφαντίας αὐτοὶ κεκινημένοι, τὴν πᾶσαν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν νῦν τε ἤδη νεμομένην, καὶ ἔτι μᾶλλον δαπανήσουσαν ἡγειραν φλόγα, ἣν μὴ Θεὸς ἄ ωθεν ἐπιβλέψας ἔλεων κατα-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σβέσῃ, σκοπητέον εἰ μὴ μᾶλλον τοῖς, ἢ ἐκείνῳ τὸ ἀπὸ Θεοῦ χωρίζεσθαι προσήκει, τοῖς αἰτίοις τῶν κακῶν γεγενημένοις. Οὐ γὰρ ἔπεσθαι τὸ θεῖον ταῖς παραλόγοις τῶν ἀρχιερέων ὁρμαῖς, Διονύσιος ὁ μέγας ἀπεφθέγξατο. Αὖθίς τε ἐδεῖτο τά τε μέχρι νῦν τετολμημένα συνιδόντα ὡς δεινά, καὶ τὰ μέλλοντα ὡς πολλῷ τῷ μέτρῳ χείρω προσδοκᾶται, ἥκειν πρὸς αὐτὴν καὶ διαλύειν τὰς συμφορὰς Ῥωμαίοις, μόνον ὄντα δυνατὸν τὰ τοιαῦτα καταπράττεσθαι. Εἰ δ' οὖν, ἀλλ' αὐτῷ μὲν ἅπαν εἴργασται τὸ δέον πρός τε Θεὸν ὁμοῦ, καὶ πρὸς τοὺς τὰ Ῥωμαίων πράγματα ἄγοντας αὐτοὺς νυνί. Αὐτοὶ δ' ἂν εἰδεῖεν εἰ χρὴ πρὸς τὴν εἰρήνην μᾶλλον, ἢ τὸν πόλεμον προθύμους παρέχειν ἑαυτούς, ἓν τοῦτο σαφέστατα πεπεισμένους, ὡς τῶν τε πραττομένων ὑπ' αὐτῶν εὐθύνας αὐτοὶ τίσουσι παρὰ Θεῷ, καὶ εἴ τι παρὰ τὸ προσῆκον, ὑπ' αὐτῶν συνελαυνόμενος εἰς ἀνάγκην, ὄρφη καὶ αὐτός. Τοιαῦτα μὲν τὰ βασιλέως γράμματα ἐδήλου. Ἐπέμπετο δὲ διὰ μοναχοῦ τινος ἀρετῆς ἀντιποιουμένου, καὶ ζήλῳ τῷ πρὸς τὰ καλὰ ἐκόντι τὸν κίνδυνον ὑπελθόντος. Πατριάρχης δὲ ἐπεὶ τὰ γράμματα ἀνέγνω, οὐδὲν μὲν πρὸς τὰ γεγραμμένα ἀπεκρίνατο, τὸν μοναχὸν δὲ ἐκέλευε δεσμωτηρίῳ κατακλείειν, ὥσπερ τινὰ τῶν ἐπὶ δεινοτάτοις ἑαλωκότων· ὥσπερ ἔργοις τὴν ἀπολογίαν πεποιημένος ὅτι μᾶλλον τὸν πόλεμον αἱροῖτο τῆς εἰρήνης. Ἡ βασιλὶς δὲ ἐκ τῶν πραττομένων συνορῶσα τόν τε πόλεμον, ὡς πολλῶν ἔσται κακῶν αἰτίως Ῥωμαίοις, τόν τε βασιλέα Καντακουζηνὸν οὐδὲν παρὰ τὸν τοῦ πολέμου χρόνον εἰργασμένον ἐξ ὧν ἄν τις οἰήσαιτο ἀληθῆ τὰ εἰρημένα εἶναι κατ' αὐτοῦ, ἐπλήττετό τε τὴν ψυχὴν δεινῶς, καὶ μετέμελεν αὐτῇ τῆς πρὸς τὸν πόλεμον ὁρμῆς. Ὅθεν καί ποτε, τῆς γυναικωνίτιδος συνούσης μόνης, Δοκεῖ μοι, ἔφασκεν, ἀπάτην ἠπατῆσθαι οὐ μετρίαν, τὰ οὐκ ὄντα πεισθεῖσαν περὶ Καντακουζηνοῦ. Ἐξετάζουσαν γὰρ ὅσα ἐκεῖνος παρὰ πάντα εἴργαστο τὸν τοῦ πολέμου χρόνον μηδὲν εὑρίσκειν ᾧ πεισθεῖη, ὡς ἐπεβούλευε παισὶ τοῖς αὐτῆς ἐκεῖνος. Αὐτὴν δὲ τὴν ἐκ τῶν πραγμάτων ἀπόδειξιν ἐναργεστάτην οὖσαν παριδοῦσαν, λόγοις μηδὲν ἔχουσιν ὑγιὲς προσέχειν, ἐξ ὧν οὐχ ἑαυτὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ Ῥωμαίων βλάψειε πράγματα οὐ μετρίᾳ τινί. Ἐρομένων δὲ τῶν γυναικῶν, καὶ ποία ἂν τις ἐπινοηθείη θεραπεία τῶν κακῶν βασιλέως; ἐκείνου ἤδη γεγονότος, Ῥᾳδία, ἔφασκεν ἡ βασιλίς. Καντακουζηνὸν γὰρ καὶ βασιλέως ἔτι περιόντος, ἐσθῆτα μὲν οὐ περιβεβλῆσθαι βασιλικήν, δύναμιν δὲ ἔχειν βασιλέως. Τί οὖν θαυμαστὸν εἰ ἃ ὑπὸ τὴν ἰδιωτικὴν ἐσθῆτα ἔπραττε, τὰ ἴσα νῦν καὶ τὴν βασιλικὴν ἔχων πράττοι; Εὐνοίας

A non sequi episcoporum alienas a recta ratione affectiones, præclare dictum esse a magno Dionysio (85). Ad extremum petebat, ut quandoquidem nosset, et hucusque perpetrata quam essent gravia, et multis modis graviora exspectari, Augustam adiret, et ærumnis Romanorum finem imponeret, siquidem id efficere solus posset. Si detrectet, saltem se quidquid debuerit cum erga Deum, tum erga eos qui nunc rem Romanam procurent, præstitisse. Ipsos scituros, ad pacemne, an ad bellum propendere plus debeant, credentes certissimo, et horum quæ fiunt, et si quid etiam ipse, ab eis coactus, contra officium peccaverit, Deo pœnas persolvturos. Hæc erant, quæ litteris imperatoris perscribebantur, quas monachus quidam virtutis cultor, amore honesti sponte discrimini se objectans, pertulit. Patriarcha epistola perlecta tacet; monachum ut atrocissimi sceleris reum in custodiam mittit, et ita facto quodammodo respondet, se bellum paci anteponere. Imperatrix e rebus præsentibus animadvertens, quam Romanis bellum istuc perniciosum accideret, et Cantacuzenum nihil adhuc designasse, unde quispiam oblatas ei criminationes veritati affines esse judicare posset, perculsa mentem vehementer, se tam præcipitem ad arma fuisse indoluit. Hinc aliquando solis feminis præsentibus (86) dixit, videri sibi in fraudem impulsam, eamque non mediocrem, cum de Cantacuzeno falsum crediderit. Indagantem quippe se, quæ toto belli tempore fecerit, nihil invenire, ex quo ipsum liberis suis insidias struxisse apparcat. Et tamen se probationis, quæ ex factis evidentissima ducitur, negligentem, sermonibus maledicis aures dedi se, indeque non sibi duntaxat, sed Romanæ quoque rei publicæ **458** majorem in modum nocuisse. Sciscitantibus feminis, æquæ medicina malis, ipso jam pro imperatore se gerente, excogitari queat, Facilis, inquit illa. Etenim Cantacuzenum etiam vivo imperatore vestem imperatoriam non induisse, potestate tamen usum imperatoria. Nihil ergo novum, si quæ in privata veste gesserit, eadem nunc in imperatoria gerat. Pro ejus porro in me filiumque meum imperatorem benevolentia, bello necdum excitato, filiam ipsius Helenam eidem filio meo uxorem dandam inter nos convenit. Quod ubi nunc re perfectum fuerit, bellum parvo negotio sopietur, et respublica uti prius ab eodem administrabitur. Alioqui nihil obstabit, quin Romanus principatus sibimet exitio sit. Fe-

Jacobi Pontani notæ.

(85) Non affert verba Dionysii Areopagitæ Cantacuzenus, sed sensum ac mentem ejusdem, ex epistola scilicet ad Demophilum, in qua nihil agit aliud, quam ut ostendat, Deo non placere, quæ gerantur aut præter potestatem ordinis, aut per animi impotentiam, ut fecerat Demophilus, quem idcirco severius reprehendit.

(86) Γυναικῶν est conclave, contubernium mulierum, locus in ædibus, in quo mulieres seorsum a viris habitant. Idem, et quidem usitatius est γυναικωνῖτις, quo et Latini usi sunt nonnunquam. Cornelius Nepos in præfat. *Aut cujus materfamilias non primum locum tenet ædium, atque in celebritate versatur? quod aliter multo fit in Græcia. Nam neque in convivium adhibetur, nisi propinquorum, neque sedet, nisi in interiore parte ædium, quæ gynæconitis appellatur, quo nemo accedit, nisi propinqua cognatione conjunctus.* Est tamen quando ipsum feminarum cœtum significat, ut etiam hoc loco. Ita apud Plutarchum de Herodoto, μετὰ τῆς γυναικωνίτιδος ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας ἐστράτευσεν.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

minarum pars hæc ut recte utiliterque cogitata approbare, pars alia omnia sentire. Postridie diluculo hæc Apocaucho cubiculi sacri præfecto nuntiantur, qui extremum inde sibi sociisque periculum pertimescens, patriarchæ aliorumque conjuratorum ædes concursans, Actum est, inquit, nostraque illa magna felicitas ad ultimam miseriam simul tota recidit. Augusta enim, nescio unde excita, pacem cum Cantacuzeno facere in animo habet, quia et ipsum imperatorem esse pati potest, et quia Helenam ejus filiam imperatori filio nuptiis destinat conjungere. Quæ si fiant, nihil spei superest, quin ex hominibus exterminati, inaudito quodam modo cum tota stirpe intereamus. Recordamini enim vobiscum, quam multorum criminum reum peregerimus. Hæc omnia apud vos reputantes, intendere nervos oportet, ut non tantum fœdus impediamus, sed ut bello quantum poterimus faces subjiciamus, quo nihil nobis utilius. Judicarunt igitur et cæteri, imperatricem moliri tristissima. Quærentibus autem, qua ratione periculo se eximerent, placuit imperatricem adeundam, et aut technis, aut minarum terrore adhibito, eam perpellere, ut jurata promittat, de pace cum Cantacuzeno nec acturam quidquam, nec cogitaturam, nisi eorum quoque auctoritas accesserit.

A δὲ ἕνεκα τῆς πρὸς ἐμὲ, καὶ βασιλέα τὸν υἱὸν, καὶ μήπω τοῦ πολέμου κεκινημένου τὴν θυγατέρα Ἑλένην βασιλεῖ τῷ ἐμῷ υἱῷ συνεθέμεθα πρὸς γάμον ἀγαγεῖν. Οὗ δὴ γεγενημένου νῦν, ὅ τε πόλεμος καταλυθήσεται ῥᾳδίως, καὶ τὰ πράγματα ὑπ' ἐκείνῳ, ὥσπερ καὶ πρότερον, διοικηθήσεται. Εἰ δὲ, οὐδὲν ἔσται τὸ κωλῦσον τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν αὐτὴν ὑφ' ἑαυτῆς διαφθαρῆναι. Αἱ μὲν οὖν τῶν γυναικῶν ἐπεψηφίσαντο τὰ εἰρημένα ὡς ὀρθῶς καὶ λυσιτελῶς βεβουλευμένα· ταῖς δὲ ἐδόκει μὴ λυσιτελεῖν· ἅμα δὲ ἡμέρᾳ εἰς τὴν ὑστεραίαν Ἀποκαύχῳ ἐμηνύετο τῷ παρακοιμωμένῳ τὰ εἰρημένα. Ἐκεῖνος δὲ νομίσας περὶ τῶν ἐσχάτων αὐτοῖς τὸν κίνδυνον τὰ εἰρημένα ἄγειν, πρὸς πατριάρχην καὶ τοὺς τῆς κατὰ βασιλέως συμμετασχόντας ἐπιβουλῆς ἐλθὼν, Ἀπολώλαμεν, εἶπε, καὶ εἰς ἔσχατον κινδύνου ἐκ πολλῆς εὐτυχίας τὰ πράγματα ἡμῖν ἀθρόον περιέστη. Ἡ βασίλισσα γὰρ, οὐκ οἶδ' ὅθεν ὁρμηθεῖσα, διαλύεσθαι πρὸς Καντακουζηνὸν διενοήθη ἐπὶ τῷ βασιλέα τε αὐτὸν στέργειν, καὶ Ἑλένην τὴν θυγατέρα βασιλεῖ πρὸς γάμον ἁρμόζειν τῷ υἱῷ. Ἃ εἰ γένοιτο, οὐδεμία τις ὑπολέλειπται ἡμῖν ἐλπὶς τοῦ μὴ ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθέντας καινῷ τινι τρόπῳ πανοικεσίᾳ ἀπολέσθαι. Ἴστε γὰρ αὐτοὶ ὅσα ἡμῖν κατ' ἐκείνου κατηγόρηνται, ἃ πάντα χρὴ ἐνθυμουμένους πᾶσαν ἐπιδείξεσθαι σπουδὴν, ὥστε μὴ μόνον γίνεσθαι

B σπονδὰς ἐᾶν, ἀλλὰ καὶ τὸν πόλεμον, ὡς οἷόν τε, ἀνάπτειν. Οὐδὲν γὰρ ἢ τοῦτο λυσιτελέστερον ἡμῖν. Ἐδόκει μὲν οὖν κἀκεῖνοι δεινότατα τὰ βασιλίδι βεβουλευμένα, σκεπτομένοις δὲ ᾗ χρὴ τὸν κίνδυνον διαφυγεῖν, ἐδόκει δεῖν πρὸς βασιλίδα ἀπελθόντας, καὶ ἢ ἀπάταις χρησαμένους, ἢ φοβήσαντας ἀπειλαῖς, πείθειν αὐτὴν δι' ὅρκων ἐμπεδοῦν, ὡς εἰ μὴ πρότερον συνεπιψηφίζοιντο καὶ αὐτοὶ, μήτε πράττειν, μήτε βουλεύεσθαί τι περὶ τῆς πρὸς Καντακουζηνὸν εἰρήνης.

459 CAPUT XXXIV.

Conjuratorum insidiosa contra Cantacuzenum oratio, qua imperatrix a pace deterretur. Quod liberius ac vehementius patriarcha reliquis secedentibus facit. Imperatrix ignara doli jurat. Custoditur a conjuratis per vices interdiu, a famulabus noctu; et verba ejus observantur. Vocantur ex Atho monte sanctiores monachi, qui ei pacem persuadeant; quod diligenter conantur et nisi religio jurisjurandi obstitisset, conata perfecissent.

Re sic composita, ad imperatricem gradiuntur, C eaque consalutata, Nos, inquiunt, omnes, et potissimum patriarcha, inter Cantacuzeni amicos primum locum tenebamus, cui beneficia multa et excellentia in acceptis ferimus. Quandiu igitur et ipse vobis imperatoribus studuit, sensumque recte faciendi habuit, nemo nostrum non dicam ferrum in illum corripere, sed nec verbo ei repugnare sustinuit. Ex quo autem mentem injustam et legibus adversantem induit, et cui charissimus fuit, ejus liberos trucidare, Romanumque imperium sibi asserere decrevit, nos hanc ejus voluntatem inhumanam sceleratamque censentes, et bellum ei vestra causa intulimus, et cum ipsum, tum genus ejus ac familiares summis incommodis affecimus. Et nunc tanta est animorum nostrorum conspiratio, ut non pecunias modo, sed vitam quoque ipsam pro vobis in illum bellando cupiamus prodigere. Itaque cum usque adeo promptos propensosque in vestra causa nos exhibeamus, iniquissimum fuerit, si tu nobis desertis, et salute nostra despecta, privatum scelere compendium, et cum

Οὕτω δὲ συνθέμενοι, πρὸς βασιλίδα ἦκον· προσαγορεύσαντες δὲ, Ἡμεῖς, εἶπον, πάντες, καὶ μάλιστα πατριάρχης, ἐν τοῖς πρώτοις ἦμεν τῶν Καντακουζηνοῦ τεταγμένοι φίλων, καὶ πολλῶν ἐκείνου καὶ μεγάλων ἀπελαύσαμεν τῶν εὐεργεσιῶν. Μέχρι μὲν οὖν κἀκεῖνος εὔνους τε ὑμῖν τοῖς βασιλεῦσιν ἦν, καὶ τὰ δίκαια διενοεῖτο πράττειν, οὐδ' ἡμῶν οὐδεὶς οὐχ ὅτι πολεμεῖν, ἀλλ' οὐδ' ἀντιφθέγγεσθαι ἐτόλμα. Ἐξ ὅτου δὲ ἄδικα καὶ παράνομα διενοήθη, καὶ τοῦ πολλὰ πεφιλημένου βασιλέως κτείνειν ὥρμητο τοὺς παῖδας, καὶ τὴν Ῥωμαίων βασιλείαν ἑαυτῷ περιποιεῖν, μισήσαντες τὴν γνώμην ὡς ἀπάνθρωπον καὶ πονηρὰν, πόλεμόν τε πρὸς ἐκεῖνον ἠράμεθα φανερῶς ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ τὰ μέγιστα αὐτὸν καὶ γένος καὶ οἰκείους ἐκακώσαμεν. Καὶ νῦν εἰς τοσοῦτον ὁμονοίας ἥκομεν, ὡς οὐ χρήματα μόνον,

D ἀλλὰ καὶ ψυχὰς αὐτὰς ἡδέως προησόμενοι πολεμοῦντες αὐτῷ ὑπὲρ ὑμῶν. Ὅτε οὖν ἡμεῖς τοσαύτην εὔνοιαν καὶ προθυμίαν πρὸς ὑμᾶς ἐνδειξάμεθα τοὺς βασιλέας, τῶν ἀδικωτάτων ἂν εἴη καταλιποῦσαν αὐτὴν ἡμᾶς, καὶ παρ' οὐδὲν τὴν ἡμετέραν λογισαμένην σωτηρίαν, σπένδεσθαι τῷ πολεμιωτάτῳ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τῆς ἰδίας ὠφελείας ενεκα, εἴγε καὶ ὠφέλειά τις ἕψεται ἐκ τῆς εἰρήνης, ἀλλὰ μὴ βλάβη δεινοτέρα ἐκ τῶν τοῦ πολέμου γενησομένων ἁπασῶν. Ἃ γὰρ αὐτὴ περὶ τῆς πρὸς ἐκεῖνον εἰρήνης τῆς παρελθούσης διειλέχθης νυκτὸς, οὐδ' ἡμᾶς διέλαθεν ἐπὶ πολλῶν εἰρημένα ἀκοαῖς. Ἐκεῖνον μὲν οὖν ἡμεῖς, ὡς κατὰ σοῦ καὶ τῶν παίδων τὰ δεινότατα καὶ διανοούμενον καὶ ἤδη πράττοντα, ὥσπερ ἀπὸ μιᾶς γνώμης πολέμιόν τε ἡγησάμεθα, καὶ οὐδενὸς, τό γε εἰς ἡμᾶς ἧκον, ἡμελήσαμεν τῶν βλάπτειν δυναμένων. Εἰ δ' ἐκ τινων αἰτιῶν ἡ εἰρήνη μᾶλλον συμφέρουσα νομίζεται νυνὶ, οὐδ' ἡμεῖς ἐναντιωσόμεθα πρὸς τὰ φαινόμενα λυσιτελεῖν, μόνον εἰ γνώμῃ κοινῇ πάντων ἡμῶν ἡ εἰρήνη ἐπιψηφισθείη. Τὰ γὰρ ὑπὸ πολλῶν δοκιμαζόμενα, ἥκιστα ἂν ἁμαρτηθείη. Εἰ μὲν οὖν ὥσπερ ἐγνώκαμεν αὐτή τε πείθῃ, καὶ τὴν ἀξίωσιν ἡμῶν ὡς δικαίαν παραδέχῃ, πάντ' ἂν ἔχοι ἄριστα. Εἰ δ' ἄρα ἑτέρως ἔγνωκας, αὐτὴ, ἀλλ' ἡμῖν γε φράσον φανερῶς, ἵν' ἕκαστος ὡς ἂν μάλιστα οἷός τε ᾖ, τὴν σωτηρίαν ἐκπορίζῃ ἑαυτῷ. Πάντες δὲ οἷα πατρὶ πνευματικῷ τῷ πατριάρχῃ ἣν ἔχει γνώμην ἕκαστος περὶ τὰ παρόντα ἀνεθέμεθα, ἐξ οὗ δυνήσῃ μαθεῖν σαφέστερον τὰ καθ' ἡμᾶς. Οὕτως εἰπόντας, ἐκέλευεν εὐθὺς ὁ πατριάρχης ὑποχωρεῖν· μόνος δὲ πρὸς μόνην τὴν βασιλίδα ὑπολειφθεὶς, Τίς, ἔφασκε, βάσκανος δαίμων τοιαῦτα πέπεικε λογίζεσθαι, οὐκ ἀλυσιτελῆ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀδύνατα σχεδόν; Τίσι δὲ χρωμένη λογισμοῖς, Καντακουζηνὸν ᾠήθης φίλα σοί τε καὶ παισὶ δύνασθαί ποτε φρονήσειν; Ὃς γὰρ μήθ' ὑπὸ βασιλέως, μήτε σοῦ πρότερον μηδὲν ἀδικηθείς, ἀλλὰ πολλῶν ἐπὶ πλεῖστον χρόνον ἀπολαύσας ἀγαθῶν πάντων ἐπιλελησμένος ἐν βραχεῖ, οὐ περὶ τῆς ἀρχῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ σωτηρίας ἐπεβούλευσε, πῶς ἂν εἴη δίκαιος; πιστεύεσθαι περὶ τῶν μελλόντων, καὶ ταῦτα οὐκ ὀλίγων παρὰ τὸν τοῦ πολέμου χρόνον τῶν δοκούντων ἐφυβρισθῶν πρὸς αὐτὸν γεγενημένων; Οἶσθα δ' ὡς τοῖς εἰθισμένοις ἄρχειν καὶ τιμᾶσθαι παρὰ πάντων τὰ τοιαῦτα μάλιστα οὐκ ἀνεκτά. Εἰ δ' ἄρα τοῦ χρόνου τριβομένου, ἡ πρὸς ἐκεῖνον φαίνοιτο εἰρήνη ἀναγκαία, βέλτιον ταῖς ἁπάντων χρωμένην γνώμαις πράττειν, ἃ κοινῇ δοκεῖ λυσιτελεῖν, ἢ τῶν ἄλλων ἀμελήσασαν, ἀπερισκέπτως τὰ παριστάμενα ποιεῖν. Εἰ μὲν οὖν πρὸς τὴν ἀξίωσιν αὐτῶν ἐπινεύσεις καὶ αὐτὴ, καὶ πρὸς τὸ μέλλον πίστιν τινὰ παράσχοιο, ὡς οὐδὲν οὐδέποτε παρὰ τὰ ὑπεσχημένα δράσεις, καὶ αὐτοί σοι πρὸς πάντα καὶ χρήμασι καὶ σώμασι πρόθυμοι συναγωνιοῦνται, καὶ οὐδ' αὐτῆς, εἰ δέοι, τῆς φίλης φείσονται ζωῆς, ὥστε προτεσθαι ὑπὲρ τῶν σοι λυσιτελούντων. Ἂν δ' ἑτέρως αἴσθωνται βουλευομένην, ὀκνῶ μὲν εἰπεῖν, ἀποκρύπτειν δὲ οὐ δίκαιον, ὡς μία πᾶσι παρέστη γνώμη, καὶ ὅρκοις τὴν ὁμόνοιαν ἠσφαλίσαντο, σὲ μὲν καὶ παῖδας ἀποκτείνειν· αὐτοὺς δὲ Βυζάντιον κατέχοντας, ὅπλα Καντακουζηνῷ ἀνταίρειν μέχρι παντὸς τοῦ δυνατοῦ. Ἂν δ' ἀδυνάτως ἔχωσι πρὸς τὸ ἀμύνεσθαι, μᾶλλον αἱροῦνται Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μυσῶν βασιλεῖ δουλεύειν τὴν πόλιν παραδόντας, ἢ τοῖς ἐκ Βενετίας, ἢ Γεννούας Λατίνοις, ἢ Καντακουζηνῷ δεσπότῃ χρῆσθαι. Ὅτε οὖν ἡ τε

A hoste capitali fœdus percutias : si tamen compendium, et non omnibus, quæ e bello exsistent, gravius dispendium pacem istam comitabitur. Quæ enim de pace cum ipso ineunda multis audientibus disseruisti, nec nos latent. Quare nos eum ut in te ac filios tuos teterrima parturientem, et jam designantem, unanimi consensu et hostem decernimus, et quantum in nobis est, nihil quod lædere possit, ab eo abstinebimus. Quod si quibusdam argumentis pax in præsens videtur conducere magis, nec nos adversabimur, si tantum communi omnium nostrum judicio et sententia confirmetur : a multis enim approbata minime decipiunt. Ergo si quod nos sentimus, tu quoque senseris, petitionique nostræ, ut justæ, locum reliqueris, florebunt omnia : sin forte aliud statuis, nobis aperte indica, ut quisque quam optime licebit, saluti suæ prospectum eat. **460** Omnes autem sensus nostros de præsenti rerum statu patriarchæ, tanquam patri spirituali commisimus, ex quo clarius, quid velimus, percipere poteris. Hæc ubi dixerunt, patriarcha protinus alios abire jussit, solusque apud solam imperatricem remanens, Quis tam invidus dæmon, inquit, ad hæc non modo infructuosa, sed factu etiam propemodum impossibilia volventa te induxit? Quænam rationes te movent, ut Cantacuzenum tibi ac liberis tuis unquam amicum esse posse existimes? Qui enim neque ab imperatore, neque abs te prius ulla in re offensus, sed diutissime multis bonis cumulatus, brevi omnium oblitus, non imperio solum, sed saluti etiam vestræ insidiatus est, quo pacto illi fides in futurum jure habebitur? idque cum non pauci per tempus belli in eum contumeliosi fuisse videantur. Non te autem fugit, quam iis qui aliis imperitare et publice coli ac honorari consueverunt, hujusmodi injuriæ intolerabiles sint. Si tempore procedente pax cum illo necessaria judicabitur, præstabit de omnium nostrum sententia facere, quæ bono sint omnibus, quam aliis non appellatis, inconsulto quod in mentem venit exsequi. Quapropter si eorum postulatis annuens, contra promissa nihil unquam te facturam fidem dederis, ipsi vicissim pro dignitate, commodisque tuis et pecunias, et oppositus corporum suorum, et, si necesse erit, qua nil charius, animam sanguinemque suum pollicentur. Si aliud te velle cognorint, horreo dicere, quod tamen occultum haberi non debet, mens omnibus una est, et sacramentum inter se dixerunt, ut te cum liberis contrucidata, Byzantium occupent, et Cantacuzeno, qua valuerint virtute resistant. Si id minus poterunt, Alexandro Mœsorum regi urbe transdita servire malunt, quam aut Venetos, aut Genuenses Latinos, aut Cantacuzenum dominos perpeti. Quia igitur justum petunt, eorumque petitionem despicere, non tibi solum ac liberis tuis periculosum est, sed et toti Romanorum imperio vastitatem ac perniciem extremam minitatur, quinam justum, aut utile, quæso, propter exspectata ex pace bona,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

præsentia et in conspectu posita mala (si erit, ut ominamur) non refugere? Sed si quid mihi a principio tuorum commodorum studioso, et nunc nihilo minus bene consulenti credis, istis crede, et quibus circumdata es malis, te libera. **461** Tum Augusta metu anxia, et fallaciam non advertens, sed arbitrata, si pax bello melior esset, ipsos utique sibi eam suasuros fuisse, dictis suffragata est. Illico eam jurare hortantur, præter promissa nihil unquam facturam. Imposturæ ignara jurat, statimque patriarcha anathema acclamat, si contra agat, quam juraverit. Post id nunquam solam reliquerunt, ut per otium quid expediret, secum disquireret; sed diem totum inter se partiti, alius alium excipiendo cum ea versabantur. Noctu autem de famulabus ejusdem ad hoc ipsum erant selectæ, quibus non contemnendum proditionis pretium dabatur a conjuratis, nummus aureus singulis videlicet. Eas cum imperatrice confabulantes, si quid secus loqueretur, ad patriarcham nuntiare oportebat: qui rursus dicta omnia ad sodalitium referret. Et is patriarchio plane deserto, in palatio habitabat, quasi audaciam cohibiturus, si quis insidiator novi aliquid moliretur, sed re ipsa imperatrici custos a conjuratis impositus, ne quid ipsis nescientibus faceret, quod eorum libidini adversaretur. Et hæc quidem Cantacuzeno Didymotichi morante agebantur. Sub tempus vero, quo Peritheorium obsidebat, ad monachos in Atho monte, cæteris sanctimonia præstantes scripsit, eos quoque rogans, ne Christianum sanguinem quotidie fundi sinerent, sed veritatis zelum capessentes, Byzantium se conferrent, et imperatricem quam indigna factitarentur, edocerent: si fortasse ab illis saltem ad flammam imperium Romanum devorantem restinguendam adduceretur, quam non aliqua causa legitima, sed meræ sycophantiæ et obtrectationes suscitassent: quod ipse frequenter irrito conatu tentaverit, cum, qui nunc gubernacula teneant, legatis nihil respondentes, crudelissime eos pulsarint, et omni petulantia in illos debacchati sint, ac postremo vinculis et carceri tradiderint. Hæc ubi monachi apud Atho legerunt, in talibus, ut pro communi salute, nullam sibi molestiam recusandam censuerunt: et mutuo se exacuerunt, electique ex omnibus, princeps Isaacius, vir venerabilis, summaque sanctitate præditus, et Lauræ præfectus Macarius, et alii deinceps manasteriorum ad montem illum præpositi non pauci; cum his etiam Callistus, qui postea Constantinopolitanæ Ecclesiæ patriarchatum gessit, et tum adhuc in sacerdotibus numerabatur; **462** et Sabas, qui in Batopedio monasterio religiosæ vitæ stadium decurrebat, multaque et egregia pro virtute certamina suscipiebat: hi, inquam, delecti, Byzantium venerunt, cumque imperatrice, et patriarcha, conjuratis item præsentibus congressi, ita locuti sunt: Cum cerneremus, calamitatem, quæ Romanos oppressit, etsi quod agebatur infandum et plusquam infandum apparebat,

A ἀξίωσις αὐτῶν δικαία, καὶ τὸ παριδεῖν αὐτὴν οὐ κίνδυνον σοί τε μόνον καὶ παισὶν, ἀλλὰ καὶ πάσῃ τῇ Ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ, ἀνάστασιν καὶ φθορὰν τὴν ἐσχάτην ἀπειλεῖ, ποῦ δίκαιον ἢ λυσιτελὲς προσδοκωμένων χάριν ἀγαθῶν, εἴ γε καὶ ἔσται ὥσπερ ὑποπτεύομεν, ἐκ τῆς εἰρήνης; τὰ παρόντα καὶ φαινόμενα ἀνθαιρεῖσθαι δυσχερῆ; Ἀλλ' εἴ τι πέποιθας ἐμοὶ τὰ σοὶ λυσιτελοῦντα ἐξαρχῆς τε ἠρημένῳ, καὶ νῦν οὐδὲν ἧττον συμβουλεύοντι, τούτοις πειθομένη, τῶν ἤδη περιεστηκότων ἀπαλλάττου δυσχερῶν. Πρὸς ταῦτα ὑποπτήξασα ἡ βασιλὶς, καὶ τῆς ἀπάτης ὥσπερ οὐκ αἰσθομένη, ἀλλ' οἰηθεῖσα, εἰ βελτίων τοῦ πολέμου ἡ εἰρήνη φαίνοιτο, πεισθήσεσθαι καὶ αὐτοὺς, δέχεται τὰ εἰρημένα. Αὐτίκα τε ἐκέλευον ὀμνύειν, ὡς οὐδὲν οὐδέποτε παρὰ τὰ ὑπεσχημένα
B πρᾶξαι. Ἡ δ' ἀγνοήσασα τὴν ἐνέδραν, καὶ ὅρκους προσετίθει τοῖς εἰρημένοις, καὶ ὁ πατριάρχης εὐθὺς ἀφορισμὸν ἐπεφώνει εἰ παραβαθείη τὰ ὁμοσθέντα. Ἐξ ἐκείνου δὲ οὐδέποτε κατέλιπον τὴν βασιλίδα μόνην, ὥστε σχολὴν ἄγουσαν τῶν δεόντων τι βουλεύσασθαι πρὸς ἑαυτήν· ἀλλ' ἡμέρας μὲν αὐτὴ συνῆσαν ἐκ διαδοχῆς ἄλλον ἄλλος διαδεχόμενοι, καὶ συμμεριζόμενοι τὸν χρόνον τῆς ἡμέρας· νυκτὸς δὲ τῶν τῆς βασιλίδος οἰκετίδων ἦσαν πρὸς τοῦτο τεταγμέναι, αἳ μισθὸν οὐ φαῦλον τῆς προδοσίας εἶχον χρυσίον παρὰ τῶν συνομοτῶν, ἃς ἔδει τῇ βασιλίδι συνούσας, εἴ τι φθέγξαιτο, μηνύειν πατριάρχῃ, ὥστε δι' ἐκείνου καὶ τοῖς ἄλλοις πάντα δῆλα γίνεσθαι τὰ εἰρημένα. Ὁ πατριάρχης γὰρ τὴν οἴκοι παντάπασι
C διατριβὴν καταλιπὼν, βασιλείοις ἐνδιητᾶτο, πρόφασιν μὲν ὡς τῶν ἐπιβούλων καθέξων τὰς ὁρμὰς, εἴ τις βούλοιτο νεωτερίζειν, τῇ δὲ ἀληθείᾳ, βασιλίδος φύλαξ ὑπὸ τῆς συθορσίας τεταγμένος, ἵνα μὴ λαθοῦσα πράξῃ τῶν μὴ κατὰ γνώμην ὄντων τι αὐτοῖς. Ταῦτα μὲν οὖν Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως Διδυμοτείχῳ ἐνδιατρίβοντος ἐπράττετο. Ὑφ' ὃν δὲ χρόνον Περιθεώριον ἐπολιόρκει, πρὸς τοὺς ἐν Ἄθῳ τῷ ὄρει τῶν ἄλλων ἀρετῇ προέχοντας γράψας μοναζόντων, ἐδεῖτο καὶ αὐτῶν, μὴ περιορᾶν τὸ τῶν χριστωνύμων αἷμα χέόμενον ὁσημέραι, ἀλλὰ ζῆλον ἀληθείας ὑποδυσαμένους, πρὸς Βυζάντιον ἀφικέσθαι, καὶ βασιλίδα διδάξαι τὴν τῶν πραττομένων ἀτοπίαν, εἴ πως πειθομένη γοῦν αὐτοῖς τὴν νεμομένην τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν φλόγα κατασβέσῃ, ἐξ οὐδεμιᾶς
D προφάσεως ἀληθοῦς, ἀλλ' ὑπὸ συκοφαντίας καὶ διαβολῆς κεκινημένην. Αὐτὸν γὰρ ἐπιχειρήσαντα πολλάκις ἡνυκέναι πλέον οὐδὲν, τῶν τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν ἄρτι διοικούντων πρὸς μὲν τὴν πρεσβείαν μηδὲν ἀποκρινομένων, τοὺς πρέσβεις δὲ μόνον ὠμότατα αἰκιζομένων, καὶ πᾶσαν παροινίαν ἐνδεικνυμένων πρὸς αὐτοὺς, καὶ τελευταῖον ἐν δεσμωτηρίοις κατεχόντων ὑπὸ κλοιοῖς. Ἃ οἱ ἐν Ἄθῳ ἀναγνόντες, καὶ προσήκουσαν αὐτοῖς τὴν ὑπὲρ τῶν τοιούτων σπουδὴν καὶ προθυμίαν οἰηθέντες, οἷα δὴ ὑπὲρ τῆς κοινῆς ὠφελείας ἐσομένην, καὶ παραθήξαντες ἀλλήλους, ἐκ πάντων ὅ τε πρῶτος ἐκλεγέντες Ἰσαὰκ ἀνὴρ τίμιος καὶ ἀρετῆς εἰς ἄκρον ἐληλακὼς, καὶ ὁ τῆς Λαύρας ἡγούμενος Μακάριος, καὶ ἕτεροι τῶν κατὰ τὸ ὄρος φροντιστηρίων ἡγουμένων

οὐκ ὀλίγοι· σὺν τούτοις δὲ καὶ ὁ χρόνῳ ὕστερον τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει Ἐκκλησίας πατριάρχης γεγονὼς, εἰς τὸν ἱερέων ἔτι τότε χορὸν τελῶν Κάλλιστος, καὶ Σαββᾶς, ὃς πρὸς τῇ Βατοπεδίου μονῇ τὸν ἀσκητικὸν ἦνυε δρόμον, καὶ πολλοὺς ὑπὲρ ἀρετῆς καὶ θαυμασίους ἐπεδείξατο ἀγῶνας, εἰς Βυζάντιον ἀφίκοντο. Βατιλίδι τε συγγενόμενοι, καὶ πατριάρχου καὶ τῶν περὶ αὐτὸν συνομοτῶν παρόντων, Ἡμεῖς, ἔφασαν, τὴν κατασχοῦσαν Ῥωμαίους ὁρῶντες συμφορὰν, δεινὰ μὲν ᾠόμεθα τὰ πραττόμενα, καὶ πέρα δεινῶν. Οὐδὲν δὲ πλέον πρὸς ἐπικουρίαν καὶ ἀποτροπὴν τῶν δεινῶν δυνάμενοι συμβάλλεσθαι, τῶν ἄλλων ἀμελήσαντες, ὑπὲρ τῶν κοινῇ συμφερόντων ἐδεόμεθα Θεοῦ, τοῦ μόνου στῆσαι δυναμένου τὰς προσδοκωμένας συμφοράς. Νυνὶ δὲ τὸ διεστηκὸς τῶν Ῥωμαίων ἰδόντες μέρος ἀσμένως χωροῦν πρὸς τὴν εἰρήνην, καὶ μάλιστα ὅπερ δόκησιν παρεῖχε τὴν αἰτίαν παρασχέσθαι τῆς διαφορᾶς, καὶ Θεῷ τῷ τῆς εἰρήνης χορηγῷ πολλὰς χάριτας ὁμολογήσαντες, καὶ γῆρας καὶ σωματικὴν ἀσθένειαν καὶ τοὺς πρὸς τὴν ὁδοιπορίαν πόνους παριδόντες, ἥκομεν δεησόμενοι καὶ ὑμῶν, δέχεσθαι τὴν εἰρήνην, καὶ μὴ διὰ φιλονεικίαν τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν νῦν τε διαφθειρομένην περιορᾶν, καὶ ἔτι δεινότερα προσδοκωμένην πάσχειν, ἂν μὴ ταχέως ὁ πόλεμος καταλυθῇ. Ἔλεον οὖν καὶ αὐτοὶ λαβόντες τῶν ὁσημέραι χεομένων αἱμάτων, καὶ τῶν δεσμωτηρίοις κατεχομένων, καὶ τῶν ἐλαυνομένων, καὶ ἀνήκεστα πασχόντων ἀνθρώπων, κυρώσατε τὴν εἰρήνην, καὶ τῶν πολλῶν καὶ χαλεπῶν κινδύνων ἀπαλλάξατε Ῥωμαίους· ὡς ἂν Θεός τε ὁ τῆς εἰρήνης χορηγὸς δοξασθῇ, καὶ βασιλίς τε καὶ πατριάρχης, καὶ ὑμεῖς ἡ σύγκλητος οὐ παρὰ πάντων μόνον Ῥωμαίων, ἀλλὰ καὶ ἡμῶν τῶν ταπεινῶν ἀξίας κομίζησθε εὐχαριστίας τῆς προθυμίας τῆς περὶ τὰ καλὰ, καὶ τῆς κηδεμονίας τῶν διὰ τὸν πόλεμον ἁπανταχοῦ διαφθειρομένων ἀνθρώπων ἀναιτίων. Πρὸς ταῦτα βασιλὶς μὲν οὐδὲν ἔπασχε δεινὸν, ἀλλὰ καὶ κατὰ γνώμην ᾤετο εἰρῆσθαι αὐτῇ τοὺς λόγους. Πολλὴν γὰρ πατριάρχου καὶ τῶν ἄλλων πανουργίαν καὶ ἀπάτην καταγνοῦσα, ἔσπευδεν, εἰ δύναιτο τρόπῳ δή τινι τὸν πόλεμον καταλύσασα, σπονδὰς πρὸς βασιλέα τὸν Καντακουζηνὸν θέσθαι περὶ εἰρήνης. Εἰργομένη δὲ ὑπὸ τῶν ὅρκων οἷς ὑπήγαγον ἐξαπατήσαντες, ὡς εἰ μὴ πᾶσιν αἱρετέα εἴη ἡ εἰρήνη, μηδ' αὐτὴν ἐπιψηφίζεσθαι, τὴν ἐκ τῆς βουλῆς ψῆφον ἀναγκαίως περιέμενε.

A tamen quia ad tantam vim mali depellendam nihil auxilii offerre poteramus, reliquis posthabitis, Deo, qui solus impendentes ærumnas atque mi erias averruncare potest, communem salutem incolumitatemque supplices commendabamus. Nunc quia cognovimus, segregatam Romanorum partem, quæ opinionem præbebat maxime incepti hujus dissidii, pacis esse cupidam, Deo pacis largitori immortales gratias egimus: nullaque senectutis et imbecillitatis, ac laborum itineris ratione ducta, et vos rogaturi advenimus, ut pacem complectamini, ne ob discordias vestras et nunc laceretur Romanum imperium, et nisi primo quoque tempore bellum inhibeatur, atrociora formide. Quamobrem et vos qui in dies funditur sanguinem, et B in carcerem compactos, atque in exsilium projectos, et sævissime afflictatos miserati, pacem ratam conficite, Romanosque multis ac nefandis cladibus eximite, ut et Deus pacis donator celebretur, et imperatrix, ac patriarcha, et vos senatus, non a Romanis modo passim, sed etiam a nobis humilibus, propter facilitatem in rebus honestis, et sollicitudinem hominum insontium hoc bello ubique pereuntium, dignis gratiarum actionibus collaudemini. Hæc oratio Augustæ non molesta, sed grata potius, et ab ejus mente haud aliena accidit. Nam cum patriarcham, cæterosque sciret esse vaferrimos ac fraudulentissimos, studebat, si quo modo posset, bello dissoluto, cum Cantacuzeno pacem C et fœdus constituere. Religione autem juramenti impedita, qua per dolum ab illis obligata fuerat, ut nempe, nisi omnibus expetenda pax videretur, nec ipsa eam sanciret, concilii sententiam necessario exspectabat.

463 CAPUT XXXV.

Patriarcha et socii monachis irascuntur. Quomodo eos ad discordiam redigere laborarint et quas ob causas. De primariis quasi in carcerem conclusis. Nuntii a protostratore reversi. imperatorem Thessalonicam vocant Peritheurii oppugnatio et quibus ibidem de muro probris lacessitus fuerit. Quomodo unum de convitiatoribus remuneratus sit. Oppidani se dedunt, et consilio malevoli cujusdam ex imperatoriis, deditionem astu quodam retractant. Imperator Thessalonicam abit.

Πατριάρχης δὲ καὶ ἡ συνομοσία ἐν δεινῷ μάλιστα ἐτίθεντο τὰ εἰρημένα, καὶ τὸν ἔσχατον ᾤοντο κίνδυνον αὐτοῖς ἐπάγειν. Προφανῶς μὲν οὖν πρὸς τὴν εἰρήνην ἀντιλέγειν οὐκ ἰταμὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ φιλομόχθηρον ἐδόκει. Ἐσκέψαντο δὲ εἰ δύναιντο τρόπῳ δή τινι ἑτέρῳ τῶν μοναχῶν τὴν ὁμόνοιαν πειρᾶσθαι διαλύειν. Καὶ τότε μὲν ἐπαινέσαντες τὴν ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ σπουδὴν, ἐκέλευον ἀναπαύλης τινὸς τυγχάνειν, τὸν ἐκ τῆς ὁδοιπορίας πόνον ἀποτιθεμένους. Ὕστερον δὲ ἐπηγγέλλοντο σκεψαμένους περὶ ὧν ἥκουσι τὴν ἀπολογίαν παρασχεῖν, ξενίζεσθαι δὲ

D At patriarcha et conjurati monachorum dictis, quibus sibi exitium parari ducebant, gravissime offensi, pacem manifeste repudiare non audebant, ne non impudentes modo, sed etiam de industria improbi viderentur. Circumspiciebant autem, si qua via eorumdem concordiam dirimere possent. Ac tunc quidem laudato eorum officio pro republica, ut fessos de itinere, aliquantum requiescere jusserunt, promittentes, postea se visuros, quid eis responsi darent. Divertere porro omnes eodem non sinentes, alium alibi collocabant, ut quem-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

admodum corporibus, sic animis quoque promissis, et blanditiis seorsum unusquisque corruptus separarentur. Fluebat igitur tempus, et dicta in ventos recesserant, neque monachi curæ erant. Qui cernentes, eos bello quam pace gaudere magis, cum toties super ea rogati, ad obtentus quosdam et causas commentitias confugerent, revertendi potestatem petiverunt. At istis nec hoc conducere visum est, ut digressi monachi ipsos belli, Cantacuzenum pacis auctorem prædicarent, testimoniumque ferrent, illum justitiæ consentanea et universitati fructuosa postulare. Non enim quibusdam levibus ratiunculis usuros arbitrabantur quibus populos perturbarent, atque ad arma incenderent, cum ipsi ex instituto blaterones quosdam subornatos per oppida dimisissent, qui proclamarent, Cantacuzenum ab auditione pacis abhorrere, et minari se relata victoria imperatoris liberos facturum mortales miserrimos, ac peræque alios, quotquot amore justitiæ pro ipsis contra se pugnaverint. Incitabant igitur populos, ut filiorum imperatoris jam orphanorum vicem dolentes, ab eorum capitibus hominis injurias propulsarent. Ob hoc itaque commentabantur, quomodo inter monachos litem et dissensionem sererent. Ac Macarium quidem Lauræ præfectum, metropolitam Thessalonicensem designantes, eo perduxerunt ut non tantum ab aliis monachis dissideret, **464** eosque Cantacuzenismi argueret (quia nimirum amicum ob arma communia periculo conflictantem intuentes, et zelum meliusque consilium præferentes ei sic opitulatum venirent), verum etiam ut probris multis imperatorem Cantacuzenum incesseret, nec se ab ipsis conspiratis amarulentia in illum vinci pateretur. Unde et Thessalonicæ cum jam esset, nullum erat ibi tam nobile crudelitate et nequitia scelus ante perpetratum, cui ipse non par faceret. Isaacium vero, qui ordinem ducebat, ad monasterium Petra dictum condemnant : ita, ut a nemine conveniretur, nulla tamen re ad curandum corpus necessaria egeret. Sabam, quod virtute cæteris antestaret, esseque imperatoris amicitia notissimus, et ab ipsis facere nollet, in alio monasterio, Chora appellato manere, nec eum a quoquam adiri decreverunt. Quem cum sedulo curare vellent, non tulit : quod diceret, iniquum esse ab iis qui in cæde et sanguine voluptatem haberent, quidquam accipere. Hoc autem solo dicto, quem Deus tueretur, nulla eum machina ab ullo mortalium posse interimi, deinceps tacuit. Cæteris porro omnibus, ut non tanti æstimandis, ad monasteria sua reversionem concesserunt. Legationem monachorum patriarcha et conjurati ad hunc modum exceperunt. Cantacuzenus, postquam Batatzes legatione de pace, metu eorum qui regnabant, fungi pertimuit, ad exercitum rediit; ubi reduces invenit, quos nuper ad protostratorem miserat, nuntiantes, veniret quam maturrime, omnia a protostratore illic bene

A οὐκ εἶασαν ἐπὶ ταυτὸν, ἀλλ' ἄλλον ἄλλοσε διέσπειραν· ὡς ἂν τῇ διαστάσει τῶν σωμάτων καὶ ταῖς γνώμαις διαστῶσιν, ὑποσχέσεσι καὶ λόγοις ἰδίᾳ ἕκαστος διαφθορέντες. Ἐτρίβετο μὲν οὖν ὁ χρόνος, καὶ οὐδεμία τῶν εἰρημένων ἦν φροντὶς, οὐδέ τις λόγος ἐγίνετο τῶν μονσχῶν. Ἐκεῖνοι δὲ ὁρῶντες ὡς μᾶλλον αὐτοῖς αἱρετέος ἐστὶν ὁ πόλεμος, ἢ ἡ εἰρήνη, μετὰ τὸ πολλὰ δεηθῆναι περὶ αὐτῆς, ἐπεὶ πρὸς σκήψεις καὶ προφάσεις, καὶ οὐδὲν ὑγιὲς ἑώρων καταφεύγοντας, τὴν ἐπάνοδον ᾔτοῦντο. Τοῖς δὲ οὐδὲ τοῦτο λυσιτελεῖν ἐδόκει, ὥστε ἀπελθόντας τοὺς μοναχοὺς, αὐτοῖς μὲν ἀνατιθέναι τὴν αἰτίαν τοῦ πολέμου, Καντακουζηνῷ δὲ τῷ βασιλεῖ τὸ μᾶλλον αἱρεῖσθαι τὴν εἰρήνην, καὶ δίκαια καὶ συμφέροντα τοῖς πᾶσιν ἀξιοῦν συμμαρτυρεῖν. Οὐδὲ γὰρ B μέτριά τινα προστήσεσθαι αὐτοῖς ἐνόμιζον πρὸς τὸ τοὺς δήμους ἐκταράττειν, καὶ τὸν πόλεμον κινεῖν. Ἐξεπίτηδες γὰρ αὐτοὶ λάλους τινὰς καθίεσαν εἰς τὰς πόλεις κηρύττοντας, ὡς Καντακουζηνὸς οὐδ' ἄκροις ὠσὶ τὴν εἰρήνην παραδέχοιτο, ἀλλὰ τὰ δεινότατα τοὺς βασιλέως παῖδας διαθήσειν ἀπειλεῖ, εἰ περιγένοιτο ἐν τῷ πολέμῳ, καὶ τοὺς ἄλλους, ὅσοι δίκαια ποιοῦντες ἐκείνῳ πεπολεμήκασιν ὑπὲρ αὐτῶν. Παρεκάλουν τε τοὺς δήμους ὑπὲρ τῶν βασιλέως παίδων ὀρφανῶν ὄντων πατρὸς ἀγανακτεῖν, καὶ ἀμύνεσθαι τὸν ἀδικοῦντα. Οὗ δὴ ἕνεκα ἐσκέψαντο συγκρούειν πρὸς ἑαυτοὺς τοὺς μοναχούς. Καὶ Μακάριον μὲν τὸν Λαύρας ἡγούμενον, Θεσσαλονίκης μητροπολίτην ἀποδείξαντες, ἔπεισαν οὐ C πρὸς τοὺς ἄλλους μόνον διενεχθῆναι μοναχοὺς, καὶ Καντακουζηνισμὸν αὐτῶν κατηγορεῖν, ὅτι δὴ τὸν φίλον ὁρῶντες ἀπολεῖσθαι ὑπὸ τοῦ κοινοῦ πολέμου κινδυνεύοντα, ἐν ζήλου μοίρᾳ καὶ τῆς πρὸς τὰ βελτίω συμβουλῆς ἥκουσιν ἐκείνῳ βοηθήσοντες, ἀλλὰ καὶ βασιλέως πολλὰς καταχέειν λοιδορίας, καὶ οὐδὲν ἐκείνων ἀπολείπεσθαι τὴν εἰς αὐτὸν πικρίαν. Ὅθεν καὶ γενόμενος ἐν Θεσσαλονίκῃ οὐδενὸς τῶν ἐκεῖσε τολμηθέντων ἐπὶ ὠμότητι καὶ πονηρίᾳ βεβοημένων ἀπελείπετο. Πρῶτον δὲ, ἐν τῇ μονῇ τῇ προσαγορευομένῃ Πέτρᾳ ἀπρόϊτον μένειν κατεδίκασαν, προνοίας τῆς εἰς τὸ σῶμα προσηκούσης οὐδεμιᾶς ἀποστερήσαντες. Σαβᾶν δὲ διὰ τὸ ἀρετῇ τῶν ἄλλων ὑπερέχειν, καὶ γνωριμώτατον τῶν βασιλέως φίλων εἶναι, ἐπεὶ μὴ συμφρονεῖν αὐτοῖς ἐβούλετο, ἐν ἑτέρᾳ D μονῇ τῇ Χώρᾳ προσαγορευομένῃ μένειν καὶ αὐτὸν ἐψηφίσαντο ἀπρόϊτον. Βουλομένων δὲ καὶ προνοίας ἀξιοῦν πολλῆς, οὐ κατεδέξατο· μὴ δίκαιον εἶναι φάσκων ἐκ τῶν αἱμασι καὶ φόνοις χαιρόντων τι λαβεῖν. Τοῦτο δὲ μόνον εἰπὼν, ὡς τὸν ὑπὸ Θεοῦ φρουρούμενον οὐδεμιᾷ τινι μηχανῇ δυνατὸν ὑπό οὐδενὸς διαφθαρῆναι, ἡσυχίαν ἦγε. Τοῖς δ' ἄλλοις ἅπασιν οὐ μάλιστα ἀξιολόγοις οὖσι, τὴν εἰς τὰς ἰδίας μονὰς ἐπέτρεπον ἐπάνοδον. Περὶ μὲν οὖν τὴν τῶν μοναχῶν πρεσβείαν, τοιοῦτα πατριάρχῃ καὶ τοῖς συνομόταις ἐτελεῖτο. Βασιλεὺς δὲ ὁ Καντακουζηνὸς, ὡς τὴν ὑπὲρ τῆς εἰρήνης πρεσβείαν ὁ Βατάτζη, δέει τῶν τὰ πράγματα ἀρχόντων ἀπηγόρευεν, εἰς τὸ στρατόπεδον ἐπανῆκεν· εὗρε δὲ ἐκ Θεσσαλονίκης ἀφιγμένους οὓς αὐτὸς ὀλίγῳ πρότερον πρὸς

πρωτοστράτορα πέμψας ἦν, ἥκειν τὴν ταχίστην ἀπαγγέλλοντας, ὡς τῶν ἐκεῖσε πάντων ὑπὸ πρωτοστράτορος καλῶς διῳκημένων. Ἐδόκει μὲν οὖν καὶ βασιλεῖ μὴ μέλλειν δεῖν, ἀλλὰ πρὸς Θεσσαλονίκην ἐπείγεσθαι οὖσαν ἀναγκαίαν· τῶν πρὸς τὴν τειχομαχίαν δὲ πάντων ἤδη παρεσκευασμένων, ἐκέλευεν εἰς τὴν ὑστεραίαν ἅμα πρωῒ τῶν τειχῶν ἀποπειρασαμένους, εἰ μὴ δύναιντο παραστήσασθαι, τῇ μετ' αὐτὴν, τῆς εἰς Θεσσαλονίκης ἔχεσθαι φερούσης. Οὕτω μὲν οὖν ἐδέδοκτο. Καὶ ἅμα πρωῒ ἐς τὴν ὑστεραίαν ὁπλισάμενοι, προσέβαλον τοῖς τείχεσι προσάγοντες τὰς μηχανάς. Διὰ πάσης δὲ ἡμέρας τῆς τειχομαχίας καρτερωτάτης γεγενημένης, μικροῦ μὲν ἐδέησεν ἁλῶναι, τῶν τε κλιμάκων προσερεισθεισῶν τοῖς τείχεσι, καὶ μηχανήματός τινος ἐπὶ τροχῶν χελώνης προσαγορευομένου. Ἡ νὺξ δὲ αὐτίκα ἐπιγενομένη διεκώλυσε τὴν ἅλωσιν. Οἱ πολιορκούμενοι δὲ δείσαντες, μὴ εἰς τὴν ὑστεραίαν αὖθις μάχης ἁλῶσι γενομένης ἐβουλεύσαντο νυκτὸς πίστεις λαβόντες παρὰ βασιλέως, ὁμολογίᾳ τὴν πόλιν παραδοῦναι. Καὶ ἅμα πρωῒ ἐκ τῶν τειχῶν τοῖς εἰ; τὸ στρατόπεδον ἐκέλευον μηνύειν βασιλεῖ, εἰ βούλοιτο ἐπὶ συμβάσει τὴν πόλιν παραλαμβάνειν. Ἡδέως δὲ βασιλέως τὸν λόγον δεξαμένου, καὶ κελεύοντος ἥκειν πρὸς αὐτὸν ὡς πάντα πράξοντος αὐτοῖς τὰ κατὰ γνώμην, ἦκον τοῦ τε δήμου, καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς δυνατῶν ὀλίγοι, καὶ τῶν τῷ κλήρῳ τῆς παρ' αὐτοῖς ἐκκλησίας κατειλεγμένων· αἰτίας δὲ ὥσπερ ἀπολύοντες ἑαυτοὺς ἐπὶ τῷ ὅπλα κεκινηκέναι πρὸς αὐτὸν, τὸ δέον ἔφασαν πεποιηκέναι, ὁμωμοκέναι γὰρ ὀλίγῳ πρότερον ἀντιστήσεσθαι τοῖς βασιλίδι πολεμοῦσι μέχρι καὶ τοῦ δυνατοῦ. Τούς τε ὅρκους τοιγαροῦν τετηρηκέναι ἀσφαλῶς, καὶ τὸ νῦν λυσιτελεῖν φαινόμενον ἐκ τῶν πραγμάτων πράττειν μετ' εὐγνωμοσύνης. Ὅθεν ἄξιοι συγγνώμης νομίζειν εἶναι παρ' αὐτῷ. Δεῖσθαι μέντοι καὶ τῆς δι' ὅρκων ἀσφαλείας, ὡς οὐδὲν πείσονται τῶν κατὰ τὸν πόλεμον αὐτοῖς εἰργασμένων ἕνεκα, καὶ τῶν ὕβρεων, αἳ παρὰ φαύλων καὶ τοῦ μηδενὸς ἀξίων ἀνθρώπων εἴρηνται πρὸς αὐτὸν τῶν ἐν λόγῳ πάντων μάλιστα ἀνιωμένων, καὶ τὴν ἀκολασίαν τῆς γλώττης τιθεμένων ἐν δεινῷ. Οὐδεμιᾷ; γὰρ ὕβρεως ἐφείδοντο ἑστῶτες ἐπὶ τῶν τειχῶν. Ὅθεν καί ποτε βασιλέως ἐν ὅπλοις παριόντος καὶ τὰ τείχη κατασκεπτομένου διὰ τὴν τειχομαχίαν, τρεῖ; τινὲς ἑστῶτες ἐπὶ τῶν τειχῶν, μᾶλλον τῶν ὕβρεων ἠφείδουν γνωρίμου γινομένου. Ὁ δὲ ἐγγὺς γενόμενος, ἠρώτα εἰ εἰδότες ὅς τις εἴη ὑβρίζουσιν οὕτως ἀφειδῶς. Ἑνὸς δὲ ἀποκριναμένου· ὡς μάλιστα εἰδείεν, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ὑβρίζειν πολλῶν ὄντα ἀξίων λοιδοριῶν, ὅτι ἀποστάτης γεγονὼς τοῖς βασιλέως ἐπεβούλευσε παισὶ, καὶ οὐδεμιᾶς ἀπέσχετο πείρας ἀποκτείναι τοὺς οὐδὲν ἠδικηκότας μηχανώμενος, Πότε δὲ, εἴρηκεν ὁ βασιλεὺς, ἐπὶ δίκην καταστάντα, ὅτι μὴ τὰ ἐγκλήματα ἠδυνήθην ἀπολύσασθαι, κατεψηφίσασθε ἀδικεῖν αὐτοὶ καὶ ἐπιορκεῖν, καὶ τοιαῦτα οἷα λέγετε τολμᾷν. Τῶν δὲ ἐναγχος ἐκ Βυζαντίου εἰπόντων ἥκειν ἐν ᾧ τὰ κατὰ βασιλέως ὑπ' αὐτοῦ ἐσκαιωρημένα ἐκμαθεῖν· ὃ δὴ καὶ τοὺς ἐκεῖ τὰ βασιλέως

bet ipsorum timiditas et ignavia imperterritam animorum nostrorum magnitudinem et in asperis tolerantiam depravare. Nam illi præter ea mala, quæ sustinebunt, cum despicientur et contumeliose irridebuntur, et omnia patientur, quæ non injuria patiuntur, qui arma tradiderunt, insuper nobis paulo post non vulgare dabunt supplicium, de proditione et sinistris moribus erubescentes videlicet : cum vos et nunc fortitudinis ac patientiæ laudem vel ab ipsismet hostibus tuleritis, et non solum ego brevi debitis vos donis remuneraturus sim, sed ipsi quoque omnium in vos ora cum admiratione conversuri sitis, quia temporibus, quæ viros explorare maxime solent, **486** invictam animi firmitudinem, ut dignum fuit, demonstraveritis. Proinde non propter illorum stultitiam vos aliquam desperationem suscipere convenit, neque sortem duriorem, quam experti sumus, considerare debetis, sed illud potius, nihil nos per ignaviam ad hoc contulisse, ut hostibus cedere videremur. Sin nobis molestum est, quod nunc infortunati fuimus, at cogitemus licet, nec veteres Romanos, quorum res gestæ eximiæ et admirabiles hominum fama scriptisque celebrantur, semper invictos mansisse (97), sed sæpe multis locis offendisse, ac totis exercitibus una cum ducibus adverso Marte deletis, instauratis deinde præliis, fortitudine et patientia bellica hostibus par retulisse : nec magis timore perculsos, quam iracundia in hostes incitatos, ad bellum postea ardentius incubuisse. Quorum nos posteri esse cupientes, eorum virtutem imitemur. Et nunc quidem quia homines sumus, nos miseros esse, brevi autem iterum felices ac beatos fore arbitremur. Etenim et majores nostri imperatores non pauci, alii Barbaris bellum inferentes superati et capti, alii civilibus armis imperio depulsi sunt; sed rursum utrique salute nequaquam in desperatis habita, et imperium recuperarunt, et graviores clades quam acceperant, hostibus rependerunt. Quod si diviniora quædam exempla requirimus, Josephum, et acerbam illam servitutem, diuturnumque carcerem, et reliquam dolorum colluviem, et quomodo post hæc omnia pro servo et vincto Ægypti princeps declaratus sit, ante oculos proponamus. Et David regem, postquam diu fugiendo oberravit, et sexcenta a Saule, cui benefecerat, mala perpessus fuit, tandem in patriam tellurem salvum pervenisse, stabileque in sua gente regnum adeptum esse. Quæ omnia perpendentes, sperare meliora oportet, cogitandoque et agendo quæ nunc opus est, a recto tramite non aberrare. Videtis enim quemadmodum in terra hostili relicti simus, in qua nec hærere tutum, hostibus undique urgentibus, et domum reverti, ibique inclusos

Jacobi Pontani notæ.

(97) Quingentorum annorum spatio, a pulsis videlicet regibus ad obitum Augusti, quingenties quinquagies populus Romanus prælialus est : quadringenties quadragies victor discessit. Et quamvis aliquot præliis victi sint, bello tamen omni, ut civilia silcantur, superiores fuere.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

obsideri; non modo timiditatis et infamiæ plenum est, sed et periculi suspicionem non parvam habet, ne tam multi fame subacti, pristinam gloriam suam fœdare compellantur. Melenicus enim nedum nos, sed nec incolas suos commode potest alere. **487** Quam ob causam cum id ante mihi persuaserim, nunc id vobis suadeo, ad Triballorum principem etiam olim mihi amicum, et nuper de integro fœderatum concedamus : cujus adducti viribus, Didymotichum mox redeuntes, ad cætera belli non mediocrem ex ejus societate fructum capiemus. Hæc mihi conducere in præsens visa sunt. Si quis meliora attulerit, et ipse libens obsequar, et alios ad obsequendum inducam. Hactenus imperator. Exercitus autem circiter duum millium et duces responderunt, non se vel admonitione, vel consilio indigere, sed quæ Deo et imperatori placeant, omnia facere ac sustinere promptos esse : et sic comparatos, ipse quo consultius putaret, duceret. Hoc brevi responso exhilaratus imperator, tubarum clangore abscedendi signum dari jussit : jamque cæteris valedixerant, et viam carpebant. Thessalonicæ autem Apocauchus magnus dux tumultum in exercitu imperatoris fore sciens (indicantibus id, qui clam cum eo de pace agebant), velut audacior factus, et aliquid contra eum se effecturum sperans, quotquot erant in triremibus armaturæ gravis, et sagittarii, et ex Thessalonica quotquot poterat equitibus et utriusque armaturæ peditibus eductis præterea, Syrge (qui non diu post rex Armeniæ renuntiatus est) et Monomacho præfecto, cum iis quos Pheris adduxerant, et insuper missis Byzantio, et e Thracia collectis copiis cum Thoma et Andronico Palæologis ducibus assumptis, recta Gynæcocastrum adversus imperatorem progrediebatur. Cum haud longe abessent, in protostratorem cæterosque desertores incidunt, et ita imperatorem numero vincentes, in eum vadunt. Non tamen ad pugnam expediti erant; norant siquidem, audacia, fortitudine et exercitatione militari magis se ab illis vinci, quam ipsi illos numero vincerent; ideoque instructa acie ad manus venire consultum haud putabant : procul autem fremebant, clamoresque altos jactabant, confidentes, hoc modo ordines disturbatum, et ob id jam territos in fugam effusum iri. Cantacuzenus ne ipse quidem, nisi cogeretur, confligendum statuebat. Pro consuetudine autem veteri more exercitu disposito, et Angelo pincerna duce præfecto, ipse cum fortissimis extremum tenens agmen, sic instructos jubebat incedere, sine strepitu, **488** nec ad insequentes conversos, se quippe illos excepturum, si invaderent. Hostes lente insecuti, ut composite abeuntes viderunt, nec dubitare potuerunt, vim a se propulsaturos, objecta spe victoriæ, Thessalonicam redierunt, gaudentes, et pæana canentes, satisque magnam victoriam rati, quod Romano solo imperatorem expellere potuissent. Desertores imperatoris, ubi

A νων. Καὶ τὸ εἰς τὴν οἰκείαν ἀναστρέφειν, καὶ ἐγκλεισαμένους πολιορκεῖσθαι, οὐκ ἀγεννὲς καὶ ἄτιμον μόνον, ἀλλὰ καὶ κινδύνου ὑποψίαν οὐ παρέχεται μικράν, εἰ δεήσει τοσούτους ἐνδείᾳ πιεσθέντας ἀνάξια τῆς προτέρας δόξης ἀναγκασθήσεσθαι ποιεῖν. Μελενίκος γὰρ οὐχ ὅτι γε ἡμᾶς, ἀλλ' οὐδὲ τοὺς οἰκοῦντας τρέφειν δύναται ἀνενδεῶς. Οὗ δὴ ἕνεκα, αὐτός τε πρότερον ἐμαυτὸν πέπεικα, καὶ ὑμῖν συμβουλεύω νῦν, πρὸς τὸν Τριβαλῶν ἄρχοντα ἐλθεῖν, πάλαι τε φιλίως διακείμενον ἐμοί, καὶ νῦν ὀλίγῳ πρότερον σπονδὰς καὶ συμμαχίαν πεποιημένον. Οὗ χρησάμενοι τῇ δυνάμει, πρός τε Διδυμότειχον ἐπανήξομεν ταχέως, καὶ πρὸς τὰ ἄλλα τοῦ πολέμου οὐ μέτρια τινα ὠφελοῦσαν ἕξομεν τὴν ἐκείνου συμμαχίαν. Ἐμοὶ μὲν οὖν τοιαῦτα ἔδοξε λυσιτελεῖν ἐν τῷ παρόντι. Εἴ τίνα βελτίω γνώμην ἑτέραν ἔχει τις εἰσενεγκεῖν, αὐτός τε πεισθήσομαι ἡδέως, καὶ τοῖς ἄλλοις συμβουλεύσω. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς τοιαῦτα εἶπεν. Ἡ στρατιὰ δὲ ἅμα τοῖς ἡγεμόσι περὶ δισχιλίους ὄντες, Οὔτε παραινέσεων, εἶπον, χρεία πρὸς ἡμᾶς, ὦ βασιλεῦ, οὔτε βουλευμάτων· ἀλλ' ἃ Θεῷ τε καὶ σοὶ δοκεῖ πάντα πράττειν καὶ ὑφίστασθαι παρεσκευάσμεθα. Ὡς οὖν οὕτω παρεσκευασμένους αὐτὸς ὅποι δοκεῖ βέλτιον ἡγοῦ. Πρὸς οὖν τὴν τοιαύτην βραχυλογίαν καὶ ὁ βασιλεὺς ἡσθεὶς, ἐκέλευε τῇ σάλπιγγι τὴν ἀναχώρησιν σημαίνειν, καὶ συνταξάμενοι ἐχώρουν. Ἀπόκαυχος δὲ ὁ μέγας δοὺξ ἐν Θεσσαλονίκῃ τὴν ἐσομένην ταραχὴν περὶ τὴν βασιλέως στρατιὰν εἰδὼς, οἱ γὰρ διαλεγόμενοι κρύφα πρὸς τὸ διαλύεσθαι ἐμήνυον· ὥσπερ ἀναθαρσήσας, καί τι κατὰ βασιλέως δυνήσεσθαι ἐλπίσας διὰ τὴν προδοσίαν τῶν συνόντων, τοὺς ὁπλίτας ὅσοι ἦσαν, καὶ ψιλοὺς τοξότας τῶν τριήρεων ἐξαγαγὼν, καὶ ἐκ Θεσσαλονίκης ὅσους μάλιστα ἐνῆν ἱππέας τε καὶ ὁπλίτας καὶ ψιλοὺς, καὶ Συργὴν ὃς καὶ μετὰ μικρὸν ῥῆξ ἀνεδείκνυτο Ἀρμενίας, καὶ τὸν Μονομάχον ἔπαρχον ἔχοντας, οὓς αὐτοὶ ἐκ Φερῶν ἦκον ἄγοντες, ἔτι δὲ καὶ τὴν ἐκ Βυζαντίου καὶ Θρᾴκης στρατιὰν ἅμα στρατηγοῖς Θωμᾷ καὶ Ἀνδρονίκῳ τοῖς Παλαιολόγοις παραλαβὼν, εὐθὺ Γυναικοκάστρου κατὰ βασιλέως ἐχώρει. Οἱ δὲ ἐπεὶ ἦσαν ἐγγὺς, πρωτοστράτορι καὶ τῇ συναποστάσῃ βασιλέως ἄλλῃ στρατιᾷ περιτυχόντες, καὶ πολλαπλάσιοι γενόμενοι τῶν συνόντων βασιλεῖ, ἤλαυνον ἐπ' ἐκεῖνον. Οὐ μέντοι ἦσαν παρεσκευασμένοι ὡς μαχούμενοι· ἤδεσαν γὰρ ἐκείνους τόλμῃ καὶ ἀνδρίᾳ καὶ τῇ περὶ τὰ πολέμια ἐμπειρίᾳ μᾶλλον ὑπερέχοντας αὐτῶν, ἢ ὅσον ἐκείνων αὐτοὶ τῷ πλήθει. Καὶ διὰ τοῦτο συμπλέκεσθαι μὲν ἐκ παρατάξεως οὐκ ἐδοκίμαζον. Πόῤῥωθεν δὲ ἐθορύβουν καὶ βοαῖς ἐχρῶντο καὶ ἀλαλαγμοῖς, οἰόμενοι τὴν τάξιν οὕτω διαλύσειν καὶ τρέψεσθαι πρὸς φυγὴν τεταραγμένους ὑπὸ διχοστασίας. Βασιλεὺς δὲ ὁ Καντακουζηνὸς, οὐδ' αὐτὸς μὲν ᾤετο δεῖν συμπλέκεσθαι, εἰ μὴ παρ' ἐκείνων ἀναγκάζοιτο. Πρὸς ἔθος δὲ τὴν πᾶσαν στρατιὰν συντάξας, καὶ ἡγεμόνα τοῦ παντὸς Ἄγγελον ἐπιστήσας, αὐτὸς τὴν οὐραγίαν ἔχων μετὰ τῶν ἀρίστων, ἐκέλευε βαδίζειν τεταγμένως, μήτε θορυβοῦντας, μήτε πρὸς τοὺς κατόπιν ἐπιόντας ἐπιστρεφομένους, ὡς αὐτοῦ ἀμυνουμένου ἄν τινες ἐπίοιεν. Οἱ δὲ ἐπ' ὀλίγον ἀκολουθήσαντες ἐπὶ

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ἐώρων τεταγμένως ἀπιόντας καὶ δήλους ὄντας, ὡς ἀμυνοῦνται ἂν ἐπί τις αὐτοῖς, ἀπογνόντες τὴν ἐλπίδα τοῦ περιγενήσεσθαι, ἀνέστρεφον εἰς Θεσσαλονίκην, χαίροντες ὁμοῦ καὶ παιανίζοντες, ἀρκοῦσαν ἡγούμενοι τὴν νίκην, ὅτι τῆς Ῥωμαίων γῆς βασιλέα ἐξελάσαι ἠδυνήθησαν. Ἐπεὶ δὲ οἱ βασιλέως ἀποστάντες ὤφθησαν Ἀποκαύχῳ τῷ μεγάλῳ δουκί, ὀλίγοις μὲν πολλὴν ἐπεδείκνυτο φιλοφροσύνην, καὶ ἐν τοῖς μάλιστα τῶν φίλων ἦγε· τῶν δὲ ἄλλων τοὺς μὲν ἄκροις χείλεσι μόνον προσηγόρευε, τοῖς ἄλλοις δὲ προσεφέρετο εἰρωνικῶς. Ἔστι δὲ οἷς καὶ ὠνείδιζε τὴν μετὰ Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως ἀποστασίαν. Δῆλος δὲ ἦν πᾶσιν ἐμπικραινόμενος, καὶ κακῶς ποιήσων, ἂν λάβηταί τινος προφάσεως εὐλόγου.

A in conspectum Apocauchi venerunt, paucos comiter admodum accipit, eosque in amicissimis habet; ex aliis nonnullos summo ore tenus salutat, cum quibusdam simulate agit, aliquibus etiam cum Cantacuzeno defectionem exprobrat, in omnes tamen exasperatum et vindicaturum, si occasionem ideneam nancisceretur, planum erat.

CAPUT XLII.

Equites ab Apocaucho missi Edessam obsidione Triballorum liberant, castra diripiunt. Zimpanus legatos imperatoris Apocaucho vinctos offert; quibus injuriis iidem vexati sint. Quam humaniter et liberaliter imperator a Prosaci domino tractatus fuerit; deinde a Libero Triballo, dynasta potentissimo, eodemque amico veteri, cujus item consilio fideli utitur.

Πυθόμενος δὲ καὶ περὶ Ἐδεσσηνῶν, ὅτι ὑπὸ Τριβαλῶν πολιορκοῦνται χρόνον ἤδη, συχνὸν τοὺς ἱππέας, ὅσοι ἦσαν, ἅμα τοῖς στρατηγοῖς Παλαιολόγοις τοῖς δυσὶν, ἐκέλευε συμπλέκεσθαι τοῖς Τριβαλοῖς, καὶ τῆς πολιορκίας Ἐδεσσηνοὺς ἐλεύθερον. Ἡ μὲν οὖν στρατιὰ κατὰ τὸ ἐπίταγμα ἦκον ὡς μαχούμενοι. Τριβαλοὶ δὲ μέχρι μὲν ἀκροβολισμῶν ἐνέμειναν τῷ στρατοπέδῳ, οἰόμενοι Ῥωμαίους οὐ δυνήσεσθαι αὐτοὺς τῆς πολιορκίας ἀναστήσειν. Ὡς δὲ ἑώρων πλείους τε ὄντας, καὶ προθύμους μάχεσθαι, δείσαντες μὴ ὑπὸ φιλονεικίας ἀπόλωνται, πλείοσιν ὁμοῦ καὶ βελτίοσι μαχόμενοι, συνταξάμενοι ἀνεχώρουν τὸ στρατόπεδον καταλιπόντες, ὀλίγους στρατιώτας ἐν τοῖς ἀκροβολισμοῖς ἀποβαλόντες. Ῥωμαῖοι δὲ τὸ στρατόπεδον ἐπόρθησαν τῶν πολεμίων, καὶ ἵππων τε ἐκράτησαν οὐκ ὀλίγων, καὶ τῆς ἄλλης ἀποσκευῆς τῆς στρατιᾶς. Ἐλευθερώσαντες δὲ καὶ τῆς πολιορκίας τοὺς ἐν Εδέσσῃ, αὖθις ἀνεχώρουν εἰς Θεσσαλονίκην. Ἐν ᾧ δὲ τὰ τοιαῦτα ἐτελεῖτο, καὶ τῶν νομάδων Τριβαλῶν τις περὶ Πρόσοικον οἰκῶν ἐν κώμῃ τοῦ Δαβὶδ προσαγορευομένῃ, Τζιπάνος ὄνομα, τὰ περὶ Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα ἐν Γυναικοκάστρῳ συμβάντα πεπυσμένος, ἐπεὶ παρ' αὐτῷ οἱ πρέσβεις ἐξενίζοντο οὓς πρότερον ἔπεμψε πρὸς Κράλην, κελεύων ἐμμένειν ταῖς σπονδαῖς ταῖς πρὸς αὐτὸν, οἳ Κωνσταντίνος τε ἦσαν ὁ Παλαιολόγος, τὴν ἀξίαν πρωτοσεβαστὸς, καὶ Ἀρσένιος ὁ Τζαμπλάκων, περὶ τούτους δὴ ὁ Τζιπάνος βαρβαρικῶς διατεθεὶς, καὶ ἵππων τῶν ἀγόντων ἐπιθυμήσας καὶ τῆς ἄλλης ἀποσκευῆς οὔσης οὐκ ὀλίγης, ἅμα ἐκείνοις καὶ τέκνα καὶ γυναῖκα καὶ βοσκήματα, ἃ ἦν αὐτῷ περιουσία παραλαβὼν, ηὐτομόλησε πρὸς μέγαν δοῦκα ἐν Θεσσαλονίκῃ, καὶ τοὺς βασιλέως πρεσβευτὰς, ὥσπερ τι δῶρον προσήγαγε δεσμώτας. Ὁ δὲ ἄγαν ὑπερησθεὶς, τὸν μὲν βάρβαρον ἠμείβετο φιλοτίμως, οἰκιῶν αὐτίκα καὶ κτήσεων μεγάλων, αἳ Τζαμπλάκωνι ἦσαν ἐν Θεσσαλονίκῃ, κύριον ἀποδείξας. Εἰς τοὺς δεσμώτας δὲ πρότερον αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ πολλὰ ἐνυβρίσας, καὶ πᾶσαν ἐπιδειξάμενος πικρίαν, πρωτοσεβαστὸν μὲν ἐκέλευεν εἰς δεσμωτήριον ἀπάγειν· Τζαμπλάκωνα δὲ τοῖς τριηράρχαις παρεδίδοτο ὡς ἅμα τοῖς ναύταις ἀτάκτως ἐνυβρίσου-

B Cum autem intellexisset, Edessenos a Triballis diu jam obsideri, equites quotquot erant, una cum binis ducibus Palæologis, collato cum obsidentibus prælio illos liberare jussit. Equitum turmæ pro mandato adveniunt. Triballi usque dum jaculis peterentur, castris se continent, opinantes, non posse se a Romanis urbe submoveri. Verum ut perspexerunt plures esse et pugnandi cupidos, metu incessente, ne pluribus ac strenuioribus pugnantes occumberent, castris relictis ac paucis suorum ictu sagittarum amissis, dicta salute recedunt. Romani castra, equis non paucis et alia præda reperta, diripiunt. Liberatis ad hunc modum Edessenis, Thessalonicam reditum est. Interea pecuarius quidam Triballus, juxta Prosacum

C in vico Davidis nuncupato habitans, Zimpanus nomine, auditis quæ Cantacuzeno apud Gynæcocastrum contigissent, postquam ad se legati, quos ille ad Cralem fœderis servandi miserat, diverterunt (erant autem Constantinus Palæologus, honore protosebastus, et Arsenius Zamplaco), barbarico in eos furore correptus, **489** et eorum equos reliquumque apparatum non modicum sibi concupiscens, cum illis, item cum filiis, uxore et jumentis, quæ erant ejus divitiæ, ad magnum ducem Thessalonicam transfugit, imperatoris legatos vinculis constrictos in muneris loco offert. Ea re vehementer exsultans Apocauchus Barbarum honorifice donat, statimque ædium et possessionum,

D quas Thessalonicæ Zamplaco amplas habebat, dominum constituit. Et cum in vinctos prius ipsemet multa per summam contumeliam evomuisset, protosebastum quidem in carcerem abduci præcepit, Zamplaconem trierarchis dedidit, ut ab iis et remigibus insolenter vexaretur. Quem in unam triremem abductum, toto ferme Thessalonicensi populo spectante, monastica veste, ut consueverat, indutum, pileum Persicum vilem ac plebeium capiti ejus imponentes, accensasque lampadas ambabus manibus tenere cogentes, retro calcibus ejus sedem impetebant. Deinde prætereuntes, a fronte salutabant, sic acclamantes: En patriarcha Cantacuzeni.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Sic approbe irrisum, et turpiter triumphatum, similiter raptari in carcerem jussit. Posthæc rebus Thessalonicensibus pro arbitratu digestis, omnibusque ad arma contra imperatorem instigatis, ipse mari, equitatus terra Byzantium se recepit. Cantacuzenus a Byzantino et Thessalonicensi subsidiis, pugnam recusantibus ac discedentibus destitutus, reliquo diei iter agens, ad fauces angustiarum, juxta Prosiacum pernoctavit. Porro Prosiacum, sive Prosacum, castellum est munitissimum (98), in colle situm, quod quondam in ditione Romanorum manebat, belloque Andronicorum, odio junioris Andronici, a præsidiariis Triballorum principi ultro transditum fuerat, et per id tempus a quodam Michaele concessu principis possidebatur. Qui cum ex domesticis imperatoris esset (ut ipse postea narravit), ob nescio quam causam ad Cralem perfugerat. Tum vero exercitum castrametantem intuitus, et Romanos esse, ac depopulationis ergo advenire ratus, pedestri et equestri quanta maxima potuit coacta manu, noctu augustias illas præoccupavit, et prima luce ad eos transitu prohibendos accingebatur. Imperator, ubi ipsos regionis tutissima insidere conspexit, ut impressionem facturus, 490 militem capere arma jussit; nihil enim melius dabatur. Cæterum Michael et exercitum qui esset, et ductorem nosse avens, propius ad castra ferens aditum, nonnullosque ex familiaribus et amicis procul conspiciens, nominatim eos appellat, et de duce percunctatur. Audit imperatorem Cantacuzenum esse: nec mora, illico accedit, pedem osculatus, seipsum indicat, et infortunio ejus dolens, atque ad cætera promptissimus, Deo uberes agit gratias, cum hoc tempore sibi occurrat, quo suum animum erga illum omnibus testatum facere queat. Transitum igitur sine difficultate permittens, pro copia exercitum hospitio accipit; quo usus est eo die imperator etiam illa de causa, ut nimirum de commeatu suis prospiceretur, quo omnimodis egebant. Postridie discedens, Axio transmisso iter Scopiam, et ipsam olim Romanis, nunc ab annis non paucis Triballorum ditioni subjectam intendit. Blessum progressuri (quam urbem Triballi æque ut cæteras occuparant) globum ingentem trans flumen præterire conspiciunt. Conjectans autem imperator rem ipsam, esse scilicet Liberum Triballorum potentissimum (illic enim eum versari cognoverat) de suis equitem tranare (vado enim transiri fluvius non poterat) eique verbis suis salutem dicere, et simul exquirere jubet, quo pacto rebus suis ad hunc modum affectis succurrant. Liberus salutationem et petitionem imperatoris gratissimam habuit, deque domesticis suis unum cum internuntio remisit, eum resalutans, et rogans uti paullum

A σιν. Οἱ δὲ ἐπὶ μίαν τῶν τριήρεων ἀναγαγόντες καὶ τοῦ δήμου σχεδὸν τῶν Θεσσαλονικέων παντὸς παρόντος, τὰ μοναχῶν, ὥσπερ εἰωθεν ἠμφιεσμένον, ἐπέθηκαν τῇ κεφαλῇ πῖλόν τι, ὃ τοῖς πολλοῖς καὶ δημώδεσι τῶν Περσῶν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς φορεῖν ἔθος, λαμπάδας τε ἡμμένας ἀμφοτέραις κατέχειν ἀναγκάζοντες ταῖς χερσὶν, ὄπισθεν μὲν ἐλάκτιζον ἐπὶ τὸν πρωκτόν. Εἶτα παριόντες, ἔμπροσθεν ἠσπάζοντο, Οὗτος, ἐπιβοῶντες, ὁ πατριάρχης Καντακουζηνοῦ. Μετὰ δὲ τὴν πολλὴν ἐκείνην ἐρεσχελίαν καὶ τὸν θρίαμβον τὸν ἄτιμον, ἐκέλευε καὶ αὐτὸν εἰς δεσμωτήριον ἀπάγειν. Μετὰ δὲ τοῦτο, τὰ ἐν Θεσσαλονίκῃ πράγματα ὡς ἂν αὐτῷ ἐδόκει ἄριστα οἰκονομήσας,

B καὶ πρὸς τὸν πρὸς βασιλέα πόλεμον πάντας παραθήξας, αὐτὸς μὲν ἐκ θαλάσσης, ἡ ἵππος δὲ ἐκ τῆς ἠπείρου εἰς Βυζαντίον ἀνέστρεφε. Βασιλεὺς δὲ ὁ Καντακουζηνὸς μετὰ τὴν ἐκ Βυζαντίου καὶ Θεσσαλονίκης στρατιὰν αὐτοῦ ἀναχωρῆσαι πρὸς τὴν μάχην ἀπειποῦσαν, τὸ ἐπίλοιπον ὁδεύσας τῆς ἡμέρας, παρὰ τῶν Προσοίκου στενῶν τὴν εἴσβολὴν ηὐλίσατο τὴν νύκτα. Ὁ δὲ Πρόσοικος οὗτος φρούριόν ἐστι καρτερώτατον ἐπὶ λόφου ἱδρυμένον· ὃ πάλαι μὲν ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν διετέλει, κατὰ δὲ τὸν βασιλέων Ἀνδρονίκων πρὸς ἀλλήλους πόλεμον πρὸς τὸν ἄρχοντα τῶν Τριβαλῶν ὑπὸ τῶν κατεχόντων ἐκόντων παρεδόθη μίσει τῷ πρὸς τὸν νέον βασιλέα. Τότε δὲ ὑπὸ Μιχαήλ τινος τοῦ Τριβαλῶν ἄρ-

C χοντος παραδόντος ἐκρατεῖτο, ὃς δὴ Μιχαὴλ, τῶν βασιλέως οἰκείων, ὡς ὕστερον αὐτὸς ἔφασκεν, ὤν, πρὸς Χράλην αὐτομολήσειεν ἔκ τινος αἰτίας. Τότε δὴ τὴν στρατιὰν ἰδὼν ἐστρατοπεδευμένην, καὶ νομίσας Ῥωμαίων οὖσαν ἐπὶ λείαν ἥκειν, πεζούς τε καὶ ἱππέας ὅσους μάλιστα ἠδύνατο ἀθροίσας, τῆς νυκτὸς προκατέλαβε τὰ στενά· καὶ ἅμα πρωῒ παρεσκευάζετο πρὸς μάχην, ὡς τὴν δίοδον τῇ στρατιᾷ οὐκ ἐπιτρέψων. Βασιλεύς τε ὁμοίως ἐπεὶ ἐκείνους εἶδε περὶ τὰ καρτερώτατα τοῦ χωρίου ἐγκαθιδρυμένους, τὴν

D στρατιὰν ἐκέλευεν ὁπλίζεσθαι ὡς βιασόμενος· πρὸς ἕτερόν τι τρέπεσθαι γὰρ βέλτιον οὐκ ἐνῆν. Μιχαὴλ δὲ τήν τε στρατιὰν ἐθέλων ὅθεν εἴη μαθεῖν, καὶ τὸν ἄγοντα στρατηγὸν, πλησίον τε γενόμενος τοῦ στρατοπέδου, καί τινας τῶν συνήθων καὶ φίλων πόρρωθεν ἰδὼν, ἐκάλει τε αὐτοὺς ὀνομαστὶ, καὶ ἐπυνθάνετο περὶ τοῦ στρατηγοῦ. Ἐκείνων δὲ ἀπαγγειλάντων, ὡς εἴη βασιλεὺς ὁ Καντακουζηνὸς, μηδὲν μελήσας, προσῆει τε αὐτίκα, καὶ ἠσπάζετο τὸν πόδα. Ἔπειτα καὶ ἑαυτὸν ἀναγνωρίσας, συνήλγησέ τε πρὸς τὴν δυσπραγίαν βασιλεῖ, καὶ περὶ τὰ ἄλλα πρόθυμότατόν ἑαυτὸν παρέσχετο, χάριν τῷ Θεῷ πολλὴν ὁμολογῶν, ὅτι πρὸς τοῦτο καιροῦ συντύχοι, ἐν ᾧ τὴν εὔνοιαν ἐξέσται τὴν πρὸς ἐκεῖνον φανερὰν ποιεῖν. Τήν τε οὖν δίοδον εὐθὺς ἀπονητὶ παρείχετο, καὶ ἐξένιζεν ἐκ τῶν ἐνόντων τὴν στρατιάν. Τὴν μὲν οὖν ἡμέραν ἐκείνην ἐν Προσοίκῳ διετέλεσεν ὁ βασι-

Jacobi Pontani notæ.

(98) Descriptionem uberiorem hujus castelli lege apud Nicetam, principio lib. III *De reons gestis Alexii Angeli.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

λεὺς ξενιζόμενος ὑπὸ Μιχαὴλ · ἅμα δ' ἵνα καὶ ἡ στρατιὰ πορίζοιτο τὰ ἐπιτήδεια, ἦσαν γὰρ παντάπασι τῶν ἀναγκαίων ἐνδεεῖς. Ἐς τὴν ὑστεραίαν δὲ ἄρας ἐκεῖθεν, καὶ Ἀξιὸν διαβὰς τὸν ποταμὸν, τῆς ἐπὶ Σκοπιὰν πόλιν καὶ αὐτὴν πάλαι μὲν Ῥωμαίων οὖσαν, ἔτεσι δὲ πολλοῖς πρότερον ὑπὸ Τριβαλῶν κατεχομένην εἶχετο φερούσης. Ἐπεὶ δὲ ἔδει περιϊέναι Βελεσσὸν πόλιν καὶ αὐτὴν ταῖς ἄλλαις παραπλησίως ὑπὸ Τριβαλῶν κατεχομένην, ἀθρόον ὡρᾶτο στρατιὰ τὴν πέραν τοῦ ποταμοῦ γῆν διερχομένη. Νομίσας δὲ ὁ βασιλεὺς ὅπερ ἦν, τὸν δυνατώτατον εἶναι τῶν Τριβαλῶν Λίβερον ὠνομασμένον, ἐκεῖ γὰρ ἐπύθετο ἐκεῖνον διατρίβειν, τῶν συνόντων ἐκέλευε τινα διανηξάμενον ἔφιππον, ἄπορος γὰρ ἦν ὁ ποταμὸς ἐκεῖ, πρὸς ἐκεῖνον ἀφικέσθαι, προσαγορεύσαντα δὲ αὐτὸν ἐκ βασιλέως, ἔπειτα καὶ γνώμην παρ' αὐτοῦ ζητεῖν ᾗ χρὴ διαθέσθαι τὰ κατ' αὐτούς, τοῦτον συνεσκευασμένα τὸν τρόπον ἦν ἐγένετο. Λίβερος δὲ ἐπεὶ πύθοιτο τοὺς παρὰ βασιλέως λόγους, ἡδέως τε μάλιστα ἐδέξατο καὶ τῶν οἰκείων ἕνα ἅμα τῷ ἐκ βασιλέως ἥκοντι συναποστέλλας, ἀντησπάζετό τε καὶ αὐτὸς ἐκ τοῦ ὁμοίου, καὶ τὸν ποταμὸν ἐδέξατο μικρὸν ἄνωθεν περιόντα, ἔνθα εὐχερῆ μάλιστα πρὸς πόρον παρέχεται αὐτὸν, αὐτῷ συγγενέσθαι διαβάντα ἄνευ πόνου, ἔπειτα καὶ ἅπερ οἴεται λυσιτελήσειν συμβουλεύσειν. Καὶ πρότερον μὲν γὰρ φιλίως διακεῖσθαι πρὸς αὐτὸν ἐξ ὅτου βασιλέως Ἀνδρονίκου τῷ Κράλῃ συγγενομένου καὶ αὐτὸς ὡμιληκὼς αὐτῷ οὐ μικρὰν ἔσχε φιλίας ἀφορμὴν τὴν συντυχίαν. Νῦν δὲ δὴ μᾶλλον οὐ φίλος εἶναι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν δουλευόντων ἀκριβῶς εἶναι βούλεσθαι. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς κατὰ τὴν παραίνεσιν ἐκείνου μικρὸν ἀνωτέρω προελθὼν, τόν τε ποταμὸν διέβαινεν εὐχερῶς, καὶ Λιβέρῳ συνεμίγνυτο. Ὁ δὲ οἷά τε δεσπότῃ προσεφέρετο τῷ βασιλεῖ, καὶ πᾶσαν παρεῖχετο τιμήν · πρὸς τὴν οἰκίαν τε ἀγαγὼν, ἐξένισεν ἐπὶ τρισὶν ἡμέραις ἅμα πᾶσαν τὴν στρατιὰν μάλα φιλοτίμως. Ἔπειτα συνεβούλευε βασιλέα μὲν ἐλθεῖν εἰς Σκοπιὰν, κἀκεῖ τὴν ἐκ Κράλη ἀγγελίαν περιμένειν, αὐτὸν δὲ πρότερον ἐλθόντα πρὸς ἐκεῖνον πάσῃ χρήσασθαι σπουδῇ, ὥστε πεῖσαι τὴν βασιλέως ἄφιξιν ἡπίως δέξασθαι καὶ προσηνῶς. Ὁ δὴ καὶ κατὰ τὴν ἐκείνου παραίνεσιν ἐτελεῖτο. Καὶ βασιλεὺς μὲν ἀφίκετο εἰς Σκοπιάν.

A ascenderet, ubi vadum esset, quo facillime superato, se conveniat, tum se utile consilium daturum. Nam cum et antea bene illi voluisse, a congressu videlicet Andronici cum Crale (quo tempore et ipse multa cum Cantacuzeno collocutus, amicitiæ fundamenta jecerit), nunc non tantum amicum, sed et ministrum sedulum esse velle. Imperator, ut erat monitus, paulo supra flumen expedite transit, et cum Libero colloquium serit, a quo tanquam dominus colitur, omnique honore afficitur, et in toparchiam perductus, cum toto exercitu, magnifico apparatu per triduum hospes retinetur. **491** Deinde consulit, Scopiam pergat, ibi nuntium a Crale præstoletur : se prius eum B conventurum, daturumque enixissime operam ut ab eo clementer ac placide excipiatur. Bene monenti paret imperator, Scopiam pervenit.

CAPUT XLIII.

Liberus Cantacuzeno Cralem conciliat, qui eidem cum uxore ad se venienti occurrit; et excipitur perhonorifice, tractaturque regaliter. Ab eo, calamitates suas enumerans, amicitiam et auxilium petit et se de dicto excusat. Crales mercedem societatis nimiam postulat, quam Cantacuzenus diserte, spiritu plane imperatorio negat.

Λίβερος δὲ συντόνῳ χρησάμενος ὁδοιπορίᾳ ὀλίγῳ C χρόνῳ περί τινα τόπον Μοράβαν ἐγχωρίως προσαγορευόμενον τῷ Κράλῃ συντυγχάνει Ἑλένην προπέμποντι τὴν γυναῖκα, πρὸς τὸν βασιλέα Μυσῶν Ἀλέξανδρον, ὄντα ἀδελφὸν ἀφικνουμένην. Ἀπαγγείλας δὲ αὐτοῖς τὰ περὶ βασιλέα τὸν Καντακουζηνὸν ὑπὸ τῶν ὁμοφύλων εἰργασμένα, καὶ ὡς προδοσίᾳ τῶν ἑπομένων, τῆς Ῥωμαίων γῆς ἀπελαθείς, ἀφίκοιτο παρ' αὐτούς, ἔπειθε φιλοφρόνως λέξασθαι καὶ μεγαλοπρεπῶς, ὡς τῆς εἰς ἐκεῖνον φιλοτιμίας πολλῆς ἐκείνοις τε καὶ παιδὶ καὶ πάσῃ τῇ Τριβαλῶν ἀρχῇ τὸν ἔπειτα πάντα χρόνον εὐδοξίας ἐσομένης ὁ φορμῆς. Οἱ δ' αὐτίκα τε ἐπείθοντο, καὶ ἀνέστρεφον ἐκ τῆς ὁδοιπορίας, ὡς ἀφιξόμενοι πρὸς βασιλέα. Πέμψαντες δὲ πρὸ αὐτῶν Μπογδάνον τὸν Λιβέρου D ἀδελφὸν, ἠσπάζοντό τε βασιλέα, καὶ ἐδήλουν ὡς ὀλίγῳ ὕστερον ἀφιξόμενοι πρὸς ἐκεῖνον. Ὁ δ' ἐπεὶ πύθοιτο Κράλην ἅμα γυναικὶ ἀφικνουμένους

Liberus properato itinere, brevi spatio Cralem loco quodam, Moraba ab indigenis nuncupato, Helenam uxorem ad fratrem ejus Alexandrum Mœsorum regem deducentem offendit : quibus narrat, quæ Cantacuzenus imperator a civibus suis pertulerit, et quomodo suorum proditione Romano solo exactus, ad eorum opes confugiat, suadetque uti eum humaniter et magnifice accipiant, quod in ipsum collata merita magnæ illis, illorumque liberis, totique Triballorum genti aliquando gloriæ futura sint. Obtinuit rem statim. Jamque iter relegebant, ad imperatorem profecturi; cui per Bogdanum Liberi fratrem salutationem mittunt, et brevi se apud eum adfuturos certiorem faciunt. Qui ut Cralem cum conjuge ad se venturum didicit, eos resalutans, de amicitia gratias magnas agit, et Scopia recedens, ad locum Tao propter amœnitatem nominatum (99) venit; ibi prope v-

Jacobi Pontani notæ.

(99) Ταὼς sive ταῶν, Græcis est *pavo*, ἀπὸ τῆς τάσεως των πτερῶν, *ab extensione pennarum* nominatus. Et quoniam pennis est pulcherrimis et splendidissimis, forsitan ab ea elegantia loco nomen Tao factum est. Tu vide quam vera sit conjectura nostra.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

cum muris carentem, Pristenum vocabulo, cum Crale et regina congreditur, atque ab iis, adventu ejus lætantibus sibique gratulantibus, quanto maximo potuit honore ac studio excipitur, et summa veneratione colitur. In omnibus enim Crales illum sibi præponebat, et ut præstantiori primas cedebat. Nam et in accubatione epulari ornatiorem et altiorem ei sellam dabat, et in incessu aliisque singulis eum sibi anteferebat. Inveterarat apud Triballos consuetudo, ut si quis nobilium ac potentum longo intervallo temporis ad principem veniret, **492** ante primam salutationem ambo ab equis descenderent, et primum quidem inferior principis pectus, post ejusdem os, sive labra deoscularetur; altero congressu minor non descenderet amplius, sed et ipse in equo dominum salutaret. Mos cum ipso quidem rursum servabatur; Triballos autem morem Romanum erga imperatorem tenere volebat, et quoties eum convenirent, omnes ab equis descendere, ac primo præsertim remotius descendere, et pedibus accedere, et sic ejus genu exosculari : quodque mirabilius est, si quando una equitarent, oporteretque e Triballis quempiam nobiliorem accedere, Crales quidem pro recepto more faciens, ab equo ad salutationem illius descendebat, imperator autem de equo accedentem salutabat. Quoties porro regiam Cralis ingrederetur (et ingrediebatur pene quotidie : non enim manere in tentorio illum sinebat, quavis etiam jucunda occupatione illius collocutionem jucundiorem ducens), extra portam adolescentulos nobiles honorarios (1) ei jubebat obviam ire : in atrio autem seniores, et qui honoribus fungebantur, ipse post atrium in aditu domus se obvium ferens salutabat, aut etiam ad locum, ubi ab equo descenderet, procedebat. Non minus eum Cralæna honorabat, cuixe contendens, ne quid a marito vinceretur. Atque hæc tandiu fiebant, quandiu apud eos imperator commorabatur. Cum autem primis ab adventu diebus, iisque non paucis, Triballorum princeps compotando et amice propinando suam erga illum propensionem satis declarasset, quæsivit tandem qua gratia venisset (2), et quid ab se peteret. Respondit amicitiæ causa venisse, qua vera et constanti apud homines recte sentientes nihil sit præstabilius. Deinde si modo velit et possit, cupere se ejus auxiliis ad reditum in imperium suum adjuvari. Putare autem nec ipsum latere, quæ jam totis novem mensibus post bellum inter Romanos excitatum perpessus sit, quantoque odio apud gentem suam nulla culpa sua laboret, quomodoque bellum sibi fecerint, nec indixerint; et qua ratione ad extremum a militi-

A πρὸς αὐτὸν, ἀντησπάζετο μὲν καὶ αὐτὸς αὐτούς. Καὶ πολλὴν ὡμολόγει τῆς φιλίας χάριν, ἀναστάς τε ἐκ Σκοπιᾶς, πρός τινα τόπον ἦλθε, Ταὼ διὰ τὸ κάλλος ὠνομασμένον· ἔνθα περὶ κώμην τινὰ ἀτείχιστον Πρίστηνον προσαγορευομένην, συνεμίγνυτο τῷ Κράλῃ ἀφιγμένῳ ἅμα γυναικί. Οἱ δ' ἐδέξαντο μὲν βασιλέα μεθ' ὅσης ἂν εἵποι φιλοτιμίας καὶ σπουδῆς. Οὐχ ἧττον δὲ καὶ αὐτοὶ διὰ τὴν ἐκείνου ἄφιξιν συνήδοντό τε καὶ συνέχαιρον ἑαυτοῖς, τιμῆς τε ἠξίουν μάλιστα πολλῆς. Ἐν ἅπασι γὰρ αὐτὸν προῆγεν ἑαυτοῦ, καὶ ὡς κρείττονι τῶν πρωτείων παρεχώρει. Ἔν τε γὰρ ταῖς ἀνακλίσεσι τὴν κρείττω καὶ ὑψηλοτέραν παρείχετο καθέδραν, καὶ ἐν ὁδοιπορίαις καὶ ἐν ἅπασι τοῖς ἄλλοις προετίθει ἑαυτοῦ. Ἔθους δὲ ἀρχαίου παρὰ Τριβαλοῖς κεκρα- B τηκότος ἐπειδάν τις τῶν εὐγενεστέρων καὶ μεγάλα δυναμένων ἔλθῃ διὰ χρόνου πρὸς τὸν ἄρχοντα αὐτῶν, καὶ δέῃ ποιεῖσθαι τὴν πρώτην προσαγόρευσιν, ἀμφοτέρους ἀποβαίνοντας τῶν ἵππων, πρῶτα μὲν τοῦ ἄρχοντος τὸ στῆθος τὸν ὑποδεέστερον ἀσπάζεσθαι ἔπειτα καὶ τὸ στόμα, καὶ μηκέτι κατὰ δευτέραν συντυχίαν ἀποβαίνειν τὸν δουλεύοντα τοῦ ἵππου, ἀλλ' ἔφιππον καὶ αὐτὸν προσαγορεύειν τὸν δεσπότην. Πρὸς μὲν ἐκεῖνον πάλιν τὰ εἰωθότα ἐτελεῖτο· βασιλεῖ δὲ κατὰ τὸ Ῥωμαίων ἔθος ἐκέλευσε προσφέρεσθαι τοὺς Τριβαλούς, καὶ κατὰ πᾶσαν μὲν συντυχίαν τῶν ἵππων πάντας ἀποβαίνειν, κατὰ δὲ τὴν πρώτην μάλιστα καὶ πόρρωθεν ἀποβάντας καὶ προσελθόντας πεζῇ οὕτως ἀσπάζεσθαι ἐπὶ γόνυ βα- C σιλέα. Καὶ τὸ δὴ θαυμαστότερον, ὅτι εἴ ποτε συνοῦσιν ἀμφοτέροις ἐδέησε τινα τῶν εὐγενεστέρων Τριβαλῶν προσελθεῖν, Κράλης μὲν κατὰ τὸ εἰωθὸς ἐποίει, καὶ ἀπέβαινε τοῦ ἵππου πρὸς τὴν προσαγόρευσιν· βασιλεὺς δὲ μένων ἔφιππος, ἠσπάζετο τὸν προσιόντα. Πρὸς δὲ τὴν οἰκίαν ἐκείνου εἰσιόντα, εἰσῄει δὲ ὁσημέραι σχεδόν, οὐ γὰρ εἶα μένειν ἐπὶ τῆς σκηνῆς, πάσης ἡδίω διατριβῆς τὴν πρὸς ἐκεῖνον τιθέμενος ὁμιλίαν, ἔξω μὲν τῆς πύλης τοὺς νέους τῶν εὐγενεστέρων πεζῇ θέοντας ἐκέλευεν ὑπαντᾶν, ἔνδον δὲ τῆς αὐλῆς τοὺς πρεσβυτέρους καὶ ἀξίαις ταῖς παρ' αὐτοῖς τετιμημένους, αὐτὸς δὲ ἐπὶ τὸν πρῶτον μάλιστα τῶν οἴκων, κατὰ τὴν αὐλὴν προσηγόρευεν ὑπαντῶν, ἢ καὶ ἄχρι τοῦ τόπου ἔνθα τοῦ ἵππου ἀπέβαινε προῇει. Οὐχ ἧττω δὲ φιλοτιμίαν καὶ D ἡ τοῦ Κράλη γαμετὴ πρὸς βασιλέα ἐπεδείκνυτο, ἐν πᾶσι μάλιστα ἐκείνου οὐδαμῶς ἀπολείπεσθαι φιλονεικοῦσα. Ταῦτα μὲν οὖν παρὰ πάντα τὸν χρόνον ἐν ᾧ συνδιέτριβεν αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς ἐπράττετο· ἐν ἀρχαῖς δὲ τῆς ἐπιδημίας μάλιστα ἐν ἡμέραις οὐκ ὀλίγαις πότοις καὶ φιλοτησίαις ὁ τῶν Τριβαλῶν ἄρχων τὴν πρὸς βασιλέα εὔνοιαν ἐπιδεικνύμενος, ἔπειτα ἐπυνθάνετο, ὅτου χάριν ἀφίκοιτο πρὸς αὐτὸν, καὶ εἴ δέοιτο παρ' αὐτοῦ τινος. Βασιλεὺς δὲ ἧκειν μὲν

Jacobi Pontani notæ.

(1) Sic a quibusdam appellatos scio, quos Germani *Edelknaben*.

(2) Apud Græcos illos vetustissimos fuisse morem, ut legatos et advenas prius liberaliter tractarent, ac tum demum causam adventus eorum exquirerent, cognoscitur ex Homero, apud quem *Odysseæ* lib. III excipitur a Nestore Telemachus cum Minerva sub forma Mentoris, et lib. IV cum eodem Telemacho Pisistratus Nestoris filius a Menelao; et post epulas demum ac die altero causam adventus interrogatur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἔφασκε τῆς εἰς αὐτὸν φιλίας ἕνεκα. Οὐ γὰρ ἂν εἶη τι βέλτιον καὶ σωφρονέστερον ἀνθρώποις ὀρθοῖς χρωμένοις λογισμοῖς τὴν βεβαίαν καὶ ἀληθῆ φιλίαν κτήσασθαι. Ἔπειτα δὲ εἴ γε βούλοιτο καὶ δύναιτο καὶ βοηθείας παρ' αὐτοῦ τυχεῖν, ὥστ' ἐπανελθεῖν πρὸς τὴν οἰκείαν. Οἴεσθαι δὲ μηδ' αὐτὸν ἀγοεῖν τὰ αὐτῷ συμβεβηκότα ἐν ἐννέα μάλιστα μησὶν ἤδη τοῦ παρὰ Ῥωμαίοις πολέμου κεκινημένου, ὅπως τε φθονηθείη παρὰ τῶν ὁμοφύλων μηδὲν ἠδικηκὼς, καὶ ὡς κινηθείη παρ' ἐκείνων πόλεμος ἀκήρυκτος, καὶ τὰ τελευταῖα ταῦτα δή, ὡς προδοθείη παρὰ τῶν συνόντων πρὸς τοὺς πολεμίους ἀποστάντων. Εἰ δὲ μὴ βούλοιτο βοηθεῖν, ἀπαγορεύειν φανερῶς, ὥστ' αὐτὸν διασκεψάμενον, ὅ τι ἂν δοκοίη βέλτιον αὐτῷ τε καὶ τοῖς συνοῦσι πράττειν. Μὴ θαυμάζειν δὲ ὡς, εἴ γε δύναιτο βοηθεῖν, εἰρήκει· οὐ γὰρ ἀδυναμίαν αὐτοῦ κατεγνωκὼς τοιαῦτα φάναι· ἀλλ' εἰδὼς ὡς πᾶσιν ἀνθρώποις ἡ μὲν βούλησις ὁμοίως ἐπ' ἐξουσίᾳ κεῖται, τὸ δύνασθαι δὲ οὐκέτι. Ἐνίοτε γὰρ καὶ αὐτοὶ οἱ μεγάλα δκοῦντες δύνασθαι ὑπό τινων κωλυμάτων τὴν τοῦ πράττειν ἃ βούλονται δύναμιν ἀποστεροῦνται ἢ πολεμίων ἄλλων δυνατωτέρων ἐπικειμένων, ἢ αὐτοὶ ὁμόροις ἔθνεσί τισι μέλλοντες ἐπιστρατεύειν, διὰ τοῦτο φάναι τὸ, εἰ δύναιτο· ὃ δίκαιον αὐτὸν μὴ θορυβεῖν, πολλῶν τοιούτων ἐν τῷ βίῳ συμβαινόντων. Ἔφασκε δὲ ὕστερον ἐξεπίτηδες τοιαῦτα πρὸς Κράλην εἰρηκέναι, ὡς εἰ μὴ βούλοιτο βοηθεῖν, προφάσεως εὐπροσώπου παρὰ τῶν ἐκείνου λόγων εὐπορεῖν, ὥστε τὴν μὲν βοήθειαν ἀπαγορεύειν, μηκέτι δὲ καὶ τὴν φιλίαν τὴν πρὸς αὐτόν. Ἐδεδίει γὰρ μὴ ἐκπολεμωθείη πρὸς αὐτὸν, εἰ μὴ βούλοιτο βοηθεῖν, νομίσας ἤδη διὰ τὴν ἀποτυχίαν τῆς ἐπικουρίας εἰς ὀργὴν ἐξάγεσθαι καὶ ἔχθραν. Ὁ Κράλης δὲ, Καλῶς ἐποίησας, εἰρηκεν, ὦ βασιλεῦ, τὸν λόγον διασαφήσας· ὑπέθραττε γὰρ οὐκ ὀλίγον καὶ ἐθορύβει τὴν διάνοιαν, ὡς ἀγνοῶν τὴν ἐμοὶ παροῦσαν δύναμιν οἰόμενον τοιαῦτα λέγεις. Ἐπειδὴ δὲ τῶν τοιούτων ἀπήλλαξας ὑπονοιῶν, ἤδη σοι τὴν γνώμην καὶ αὐτὸς ποιήσω φανεράν, ὡς δύναμίν τε ἔχω μάλιστα ἀρκοῦσαν πρὸς τοὺς πολεμοῦντάς σοι, καὶ ἡδέως ἂν ἐπικουροίην εἴ γε βούλει καὶ αὐτός. Ἀποκρινομένου δὲ τοῦ βασιλέως, ὡς τῆς μὲν φιλίας ἕνεκα καὶ τῆς προθυμίας τῆς περὶ αὐτὸν, πολλὰς ἂν εἰδείη χάριτας, ἀγνοίη δὲ πρὸς ὅ τι φέρει τὸ, εἰ βούλοιτο καὶ αὐτὸς, μισθὸν τῆς συμμαχίας ὁ Κράλης τὰς ἀπὸ Χριστουπόλεως πρὸς τὴν ἑσπέραν ἁπάσας πόλεις Ῥωμαίοις ὑπηκόους ἤτει· εἰ δὲ τοῦτο ἐπαχθὲς δοκοίη, τὰς γοῦν ἀπὸ Θεσσαλονίκης. Οὐ γὰρ ἐπ' οὐδενὶ κέρδει χρήματά τε ἀναλώσουσι πρὸς τὸν πόλεμον ὑπὲρ αὐτοῦ τοσαῦτα, καὶ διακινδυνεύσωσι πρὸς πᾶσαν τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν, οἷς οὐδ' ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν ποτε ἐτόλμησαν πόλεμον ἄρασθαι τοσοῦτον, ὥστε πρὸς Θρᾴκην, ἢ καὶ περαιτέρω προελθεῖν. Οἴεσθαι δὲ ἀριστά τε καὶ λυσιτελέστατα αὐτῷ βουλεύεσθαι. Εἰ γὰρ ὧν οὐκ ἔστι κύριος ἀποσχόμενος, οὐχ ἑαυτῷ καὶ τοῖς συνοῦσι μόνον, ἀλλὰ καὶ παισὶ μεγάλην ἀφέλειαν πορίσαιτο, καὶ προσέτι τοὺς πολεμιωτάτους διαφθείρας, τῶν

A bus suis ad hostes transeuntibus proditus sit. Si auxiliari nolit, aperte recusĕt, ut cum deliberarit, quid sibi suisque potius conducat, id ăgat. Non debere porro mirari, quod dixerit, si possit auxiliari; **493** non enim quo eum imbecillitatis argueret, ita locutum, sed quia sciat, omnibus mortalibus ex æquo liberum esse velle, posse non item. Interdum enim etiam qui videntur potentia excellere, quibusdam impedimentis potestate faciendi quæ volunt, excluduntur; si aut hostes potentiores urgeant, aut quosdam finitimos populos armis appetituri sint; idcirco dixisse, si possit, quod merito ipsum turbare non debeat, quandc hujuscemodi multa in hominum vita usu veniant. Narrabat postea, scientem ac volentem sic locu- B tum, ut si opitulari nollet, suppetiarum desperandarum, vel ex ipsius verbis honesta sibi facultas suppeditaret, non etiam amicitiæ: metuebat siquidem, ne hostile in se odium susciperet; si adjuvare nollet, ratus Cantacuzenum spe auxilii lapsum, iratum sibi et inimicum esse. Crales vero, Bene factum, inquit, cum verbum tuum exposuisti; haud enim modice terrebar ac perturbabar, cum existimarem te ignorantem quantum possem, ita loqui. Et quia talem mihi suspicionem ademisti, ego nunc te vicissim sensum meum non celabo. Virium adversus hostes tuos habeo plus satis, teque si ipse vis, adjuvabo libenter. Subjiciente imperatore, se amicitiæ et promptæ voluntatis er- o magnam illi habere gratiam, nescire autem, quid C illud sibi velit, «si ipse vis,» Crales præmium societatis omnes Romanorum urbes, a Christopoli usque in Occidentem poscit; si hoc nimium et intolerabile videatur, certe quidem a Thessalonica. Non enim pecuniam tam grandem in bellum pro ipso nulla spe lucri impensuros, totique imperio Romano cum discrimine se opposituros, qui nec pro seipsis unquam ad Thraciam, aut ultra, armati procedere ausi fuerint. Et arbitrari optimum atque utilissimum hoc esse consilium. Si enim illis urbibus, quarum dominus non sit, dimissis, non sibi et exercitui solum, sed et liberis magnum emolumentum comparare, et insuper infensissimis hostibus suis perditis, reliquarum potens evadere D queat, contentum hoc esse debere, nec ultra quam opportunum est, et mediocritas postulat, laborare. Recte, inquit imperator, de lucro ex societate, et opera, et sumptibus in bellum ratiocinaris. Nemo quippe cordatus, nisi prius commodum aliquod e faciendis eluxerit, non gravate defatigari et æruminas perpeti velit. Tu vero si mihi gratificari non vis, non injuria opis tuæ mercedem postules, **494** quam si dem, nullam tibi meriti gratiam debuero. Nec enim qui argento quidpiam ab aliquo emerit, venditori gratias agit. Sin ob solam amicitiam, et ut magno principi pulchrum est, honoris studio gratis mihi opitulabere, primum quidem de teipso, ut decet, merebere: qui non quæstus, ut ignobile vulgus, sed amicitiæ et gloriæ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

causa milites : deinde multo plura quam desideras, habere licebit. Si enim me Romanorum principem germanum amicum habueris, non solum urbium a Christopoli et Thessalonica, usque ad fines tuos, sed et insularum, et Byzantii, et reliquæ Thraciæ imperium habere poteris, quandoquidem amicorum, ut aiunt sapientes, omnia sunt communia (3) : ac præter factorum decus, major atque insignior utilitatis fructus ad te confluet. Si itaque missa cupiditate hac illiberali me audies, ut gratuito mihi succurras, quod te et nobis dignum est præstabis. Sin id facere nulla alia conditione statuisti, nisi Romanorum civitates tibi prodiderimus, aperte edicito, ut Deo nos adjuvante, aliam et commodam rationem ineamus. Plane enim scias velim, nos non multas et nobiles quas dixisti, verum nullam, quamvis abjectissimam volentes tradituros, et cum salute illius libenter filiorum salutem commutaturos.

A ἐπιλοίπων πόλεων κύριος κατασταίη, ἀγαπᾷν προσῆκον, καὶ μὴ πέρα τοῦ καιροῦ καὶ τοῦ μετρίου φιλονεικεῖν. Ὁ βασιλεὺς δὲ, Ὀρθῶς, εἶπε, περὶ τοῦ κέρδους τῆς συμμαχίας, καὶ τῶν πόνων, καὶ τῶν πρὸς τὸν πόλεμον ἀναλωμάτων ἐλογίσω. Οὐδεὶς γὰρ εὖ φρονῶν εἰ μή τινα πρότερον ἐκ τῶν πραττομένων ὠφέλειαν συνορᾷη, κόπτεσθαι καὶ ταλαιπωρεῖν ἕλοιτ' ἂν ἑκών· σὺ δ' εἰ μὲν οὐδεμίαν ἐμοὶ βούλει χάριν καταθεῖναι, λόγον ἂν ἔχοι μισθὸν τῆς συμμαχίας ἀπαιτεῖν· ὃν εἰ παράσχομαι αὐτὸς, οὐδεμίαν εἴσομαί σοι τῆς ἐπικουρίας χάριν. Οὐδὲ γὰρ ὁ ἀργυρίῳ τι παρά του ἐξωνούμενος, χάριν ἂν εἰδείη τῷ πιπράσκοντι τοῦ παρέχεσθαι. Εἰ δὲ φιλίας μόνης ἕνεκα, καὶ τῆς πρεπούσης δυνάστῃ φιλοτιμίας ἕλοιτο προῖκα βοηθεῖν, πρῶτον μὲν τὰ προσήκοντα βουλεύσῃ περὶ σεαυτοῦ, οὐ μισθοῦ ἕνεκα, B ὅπερ πάσχουσιν οἱ πολλοὶ καὶ φαῦλοι τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ φιλίας καὶ φιλοτιμίας στρατευόμενος· ἔπειτα καὶ ὧν ζητεῖς ἐξέσται πλείω ἔχειν μετὰ πολλοῦ τοῦ περιόντος. Εἰ γὰρ ἐμὲ τὸν ἄρξοντα Ῥωμαίων, γνήσιον κτήσῃ φίλον, οὐ τῶν ἐκ Χριστουπόλεως μόνον καὶ Θεσσαλονίκης ἄχρι τῆς σῆς ἡγεμονίας ὅρων πόλεων, ἀλλὰ καὶ νήσων καὶ Βυζαντίου καὶ τῆς ἄλλης Θράκης ἔχειν ἐξέσται τὴν ἀρχήν· κοινὰ γὰρ οἱ σοφοὶ φασι τὰ φίλων, καὶ συμβήσεταί σοι μετὰ τῆς ἀπὸ τῶν ἔργων φιλοτιμίας, καὶ μείζω καὶ θαυμασιωτέραν τὴν ὠφέλειαν κατοῦσθαι. Εἰ μὲν οὖν ἐμοὶ πειθόμενος, καὶ πᾶσαν ὑπεριδὼν μικρολογίαν, προῖκα βοηθήσεις, σεαυτῷ τε καὶ ἡμῖν προσήκοντα βουλεύσῃ. Εἰ δ' ἄρα οὕτως ἔγνωκας ὡς οὐδενὶ τῳ τρόπῳ ἑτέρῳ βοηθήσων, εἰ μή σοι καταπροδοίημεν τὰς Ῥωμαίων πόλεις, ἀλλ' ἡμῖν γε φράσον φανερῶς, ὡς ἂν πρὸς ἕτερόν τι τῶν λυσιτελεῖν τρεπώμεθα δοκούντων Θεοῦ συναιρομένου. Ἴσθι γὰρ, ἴσθι σαφῶς, ὡς οὐ πολλῆς καὶ θαυμασίας, ἃς περ εἴρηκας αὐτὸς, ἀλλ' οὐδεμίαν καὶ τὴν φαυλοτάτην ἐκόντες ὄντες προησόμεθα, οὐδ' ἀλλαξαίμην ἂν ἡδέως αὐτῆς τὴν σφετέραν καὶ τῶν παίδων σωτηρίαν.

CAPUT XLIV.

Dolet recusatione Crales. Helena uxor causam Cantacuzeni apud proceres agens, nullo modo interficiendum docet; nec vacuum dimittendum, sed adjuvandum, idque gratis, una tantum conditione posita, ut amicum se fore et ablatarum civitatum nullam repetiturum juret. Eam a prudentia laudat Liberus, et consilium cum Crale cæterisque amplectitur. Imperator suorum consilium de concedendis quæ Crales peteret, iratus repudiat.

Crales ad spiritus tam excelsos, tantumque in adversa fortuna robur obstupescere, et dolere mirifice quod nihil impetrasset. Helena autem conjux præsens, et cogitationes viri conjectans, nempe urbes sibi ab imperatore negatas ægre ferre, eum de sententia deducturam, accersitis quatuor et viginti totius provinciæ potentissimis proceribus, sic eos affatur : In nostro situm esse arbitrio, præsenti Romanorum imperatori, aut bene facere, aut male, nemo utique inficiabitur. Videndum tamen, utram partem amplexi, prudentiam et utilitatem secuti videamur. Si **495** igitur malefacere voluerimus, aut omnino eum occidemus, aut vacuis, ut aiunt, manibus dimittemus, nulla cura aut ope dignati videlicet. Quod ad cædem attinet, nescio num quis adeo crudeli et efferata natura sit, ut hanc ipsam velle et aliis suadere possit. Nam ut

C Ὁ μὲν οὖν Κράλης ἐξεπέπληκτο μὲν τὴν τῶμαν τοῦ φρονήματος, καὶ τὴν καρτερίαν τὴν ἐν τοῖς δεινοῖς, ἤχθετο δὲ οὐκ ἀνεκτῶς ὅτι μὴ πεῖθαν εἶχεν. Ἑλένη δὲ ἡ γαμετὴ παροῦσα, καὶ τῆς διανοίας τοῦ ἀνδρὸς καταστοχαζομένη ὡς βαρέως φέροι τὴν περὶ τῶν πόλεων ἀπαγόρευσιν τοῦ βασιλέως, μεταστήσασα τὸν ἄνδρα, καὶ τοὺς ἐν τέλει καὶ μεγάλα δυναμένους παρ' αὐτοῖς προσπεμψαμένη τέσσαρας ὄντας πρὸς τοῖς εἴκοσιν, Ὡς μὲν ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, εἶπεν, ἀφιγμένον πρὸς ἡμᾶς τὸν Ῥωμαίων βασιλέα εὖ ποιεῖν, ἢ τὸ ἐναντίον, οὐδεὶς δήπουθεν ἀντερεῖ. Σκεπτέον δὲ ὁποτέρῳ πρόσθεμένους νοῦν ἔχοντα καὶ λυσιτελοῦντα δόξομεν ἑλέσθαι ἑαυτοῖς· εἰ μὲν οὖν ἑλοίμεθα κακῶς ποιεῖν, ἢ ἀποκτενοῦμεν D πάντως, ἢ κεναῖς ἀποπέμψομεν, ὃ φασι, χερσὶ, μηδεμιᾶς προνοίας, ἢ ἐπικουρίας ἀξιώσαντες. Τὸ μὲν οὖν ἀποκτείνειν, οὐκ οἶδα εἴ τις εἰς τοσοῦτον

Jacobi Pontani notæ.

(3) Festive. Nihil hoc dicto vulgatius, quod ab Euripide profectum est. Perlepide hinc probabat Socrates, sapientum esse omnia, quod et alibi a me notatum memini. Quia, inquiebat, *deorum sunt omnia. Sapientes amici sunt deorum. Amicorum omnia sunt communia. Ergo sapientum sunt omnia.* Verumtamen scimus multos sapientes hujus mundi, cum haberent deorum opes, interim multis, etiam necessariis eguisse. Christianis tantum sapientibus dicere cum Paulo licet, *Nihil habentes, et omnia possidentes.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀπανθρωπίας ἥκει καὶ ὠμότητος, ὡς αὐτός τε ἐλέσθαι καὶ τοῖς ἄλλοις συμβουλεῦσαι. πρὸς γὰρ τῷ Θεῷ ἐχθίστην εἶναι τὴν τοιαύτην τόλμαν, καὶ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις σαφῆ παρέχεται κακίας καὶ μοχθηρίας ἀπόδειξιν ὑπερβολῆς. Τὸ γὰρ νῦν τε ὄντα Ῥωμαίων βασιλέα, καὶ πρὶν εἰς τοῦτο ἥκειν σχήματος πολλοῖς πρότερον χρόνοις ὁμοίως ἄρχοντα, καὶ παρὰ πάντων καὶ Ἑλλήνων καὶ Βαρβάρων ἀγαπώμενον καὶ περισπούδαστον ὄντα διὰ τὴν προσοῦσαν ἐπιείκειαν, καὶ σύνεσιν, καὶ φιλοτιμίαν ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς, νῦν ἥκοντα παρ' ἡμᾶς διὰ πραγμάτων μεταβολήν, πρὸς τῷ μὴ προστῆναι, καὶ ἀνήκεστα διαθεῖναι, οὐκ ὠμότητος καὶ ἀπανθρωπίας μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀσεβείας ἔγκλημα ἡμῖν δικαίως περιάψαι. Οὗ δὴ ἕνεκα, τῶν τοιούτων αὐτή τε ἔγνωκα, καὶ ὑμῖν ἀποσχέσθαι παραινῶ· τὸ δ' ἀποπέμπειν ἄπρακτον, ἀβουλίας ἂν τις τιθείη λογιζόμενος ὀρθῶς· οὐ γὰρ μόνον ἀγνοίας περὶ τὰ καλὰ καὶ ἀφιλοτιμίας δικαίως ἂν ἁλοίημεν παρὰ τοῖς κρίνειν τὰ τοιαῦτα δεινοῖς, ὅτι δν ἐπεθύμουν πολλοὶ τῶν δυναστῶν, καὶ πολλὰ ἐπραγματεύοντο φίλον ἔχειν, τοῦτον ἔχοντες αὐτοί, καὶ δυνάμενοι τῶν ἄλλων μᾶλλον τὴν παρ' αὐτοῦ φιλίαν καρποῦσθαι, ἐκόντες ὄντες προηκάμεθα δι' ἀγροικίαν. Ἀλλ' εἴ ποτε συμβαίη καὶ Ῥωμαίων ἄρξαι, μεμνημένος ὡς οὐδεμιᾶς ἐπικουρίας τύχοι παρ' ἡμῶν, ἀλλὰ τόγε εἰς ἡμᾶς ἦκον, καὶ τοῖς πολεμίοις καταπροδοθείη· οὐδὲ γὰρ ἧττον τούτου νυνὶ τὸ ἀποπέμψαι δύναται· ἀμυνεῖται δικαίως, καὶ κακῶς ποιήσει τὰ ἡμέτερα, ἄλλων τε πολλῶν προφάσεων εὐπορήσας ἄν, καὶ τὴν νῦν προδοσίαν ἐπικαλῶν. Δι' ἃ οὐδὲ ἀποπέμπειν ἄπρακτον οἰόμαι λυσιτελεῖν. Δεῖσθαι δὴ βοηθεῖν, ἢ παραχωρήσαντι τῶν πόλεων ὧν αἰτοῦμεν, ἢ προῖκα καὶ διὰ φιλοτιμίαν. Τὸ μὲν οὖν τῶν πόλεων παραχωρεῖν αὐτὸν, ἐμοὶ μὲν ἥδιστον, καὶ μάλιστα βουλοίμην ἄν· ἐκεῖνος δὲ, ὡς ὁρῶμεν, τοσοῦτον ἀπέχει τοῦ διὰ τὴν παροῦσαν δυσπραγίαν κατεπτηχέναι καὶ ταπεινὰ καὶ ἀνελεύθερα φρονεῖν, ὥσθ' ἡδέως ἂν, ὥσπερ ἔφη, τῆς αὐτοῦ καὶ παίδων καὶ πάντων τῶν συνόντων σωτηρίας τὴν μιᾶς καὶ φαυλοτάτης πόλεως ἀλλάξαιτο. Ὅτε τοίνυν οὕτως ἔχει καὶ ἐλευθέρῳ πρέποντα ἀνδρὶ καὶ βασιλεῖ προσήκοντα ἀπεφήνατο, βέλτιον ἐμοί τε ἔδοξε, καὶ ὑμῖν πᾶσι παραινῶ ἣ ἐκεῖνος ἀξιοῖ ποιεῖν, καὶ πᾶσαν μικρολογίαν καὶ ἀνελευθερίαν ἀποῤῥίψαντας, πάσῃ δυνάμει βοηθεῖν, καὶ τὴν Ῥωμαίων αὐτῷ ἡγεμονίαν κατακτᾶσθαι, οὐ μικρὰν ὠφέλειαν ἡγουμένους τὴν παρὰ πάντων ἡμῖν εὔκλειαν ἐσομένην, καὶ τὸ φίλον κτήσασθαι καὶ σύμμαχον τοιοῦτον, ὃν πολλοὶ μὲν ἐπιθυμοῦσι, τυγχάνουσι δὲ οὐδὲ ὀλίγοι· καὶ ὃν οἱ ἔχοντες, ἀγνοήσαντες αὐτοί, καὶ τὰ χείριστα καὶ ἀλυσιτελέστατα βουλευσάμενοι, ἑαυτοῖς ἀπεώσαντο ἑκόντες. Τοῦτο δὲ μόνον παρ' αὐτοῦ αἰτεῖν ὅρκοις βεβαιοῦσθαι, ὥστε σύμμαχόν τε καὶ φίλον διὰ βίου ἡμῖν εἶναι, καὶ ἃς ἔχομεν νυνὶ πόλεις αὐτοί τε καὶ πατέρες οἱ ἡμέτεροι, τῆς Ῥωμαίων ἀφελόμενοι ἡγεμονίας μηδεμίαν ἀπαιτεῖν, ὅταν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς καταστῇ· μηδὲ πόλεμον κινεῖν περὶ αὐτῶν ἐπιχειροῦντα ἀφελέσθαι. Ὧ καὶ αὐτὸν οἰόμαι συνθήσεσθαι

A laceam, tale scelus apud Deum esse odiosissimum, apud homines quoque universos certum incredibilis malitiæ et improbitatis argumentum est. Etenim cum qui nunc Romanorum imperator est, et priusquam insignia accepit, diu imperatoris munus gessit, et omnibus tum Græcis, tum Barbaris charum, et propter eam, qua præditus est, lenitatem, prudentiam, et omnis honestatis studium certatim expetendum, et nunc ad nos rebus labefactatis confugientem, non tantum non tueri ac tegere, sed etiam importunissime violare, non crudelitatis solum et immanitatis, sed impietatis quoque in crimine nos jure posuerit. Quare scelus hujusmodi et ipsa fugere statui, et ut vos æque fugiatis, moneo. Re autem infecta eum dimittere, B id bonus rerum æstimator amentiæ ascripserit. Non enim solum ut honesti ignorantes, et ab omni cogitatione laudis aversi, a peritis judicibus merito redarguemur, si cujus amicitiam multi principes sollicite et laboriose quæsiverunt, hunc ipsi nobiscum habentes, cum possemus ante alios ejus amicitiam consequi, ex quadam rusticitate volentes deseruerimus. Atqui si quando eum Romanis jura dare contigerit, memor, se nullum hinc auxilium abstulisse, sed quantum in nobis fuit, etiam hostibus suis objectum (perinde enim est, nunc ipsum inanem dimittere, atque hostibus prodere), non injuria se ulciscetur, et nobis malum dabit, eum ad alias causas non paucas hæc etiam proditionis accesserit. Quocirca si rei nostræ consultum C cupimus, inanem dimittendum non puto. Relinquitur ergo adjuvandum, aut cedentem urbibus quas petimus, aut gratuito certe, ut istuc nobis honori sit. Si oppidis cederet, id mihi jucundissimum atque optatissimum foret. At ille, quod videmus, tantum abest, ut præsenti calamitate consternatus, humile quidpiam abjectumque cogitet, ut libenter, quemadmodum professus est, etiam filiorum et qui cum eo sunt omnium salutem cum uno et ignobilissimo oppidulo commutaverit. Quando igitur res ita se habet, et ille homini ingenuo atque imperatori decora affirmavit, præstare mihi visum est, et ad idem vos omnes adhortor, ut quæ vult ei concedamus omnique illiberali et sordida cu- D piditate posita, 496 ad Romanum principatum acquirendum totis viribus ei studeamus : non exiguum fructum arbitrati, quam apud omnes gloriam adipiscemur, cum talem amicum nobis sociumque paraverimus, qualem multi exoptantes, pauci inveniunt : et qualem qui habebant, nescientes qualem haberent, rationibus suis longe pessime consulentes, ultro repulerunt. Hoc solum ab eo petendum ut se in omni vita amicum et socium nobis fore, et quas nunc urbes, sive per nos, sive per patres nostros a Romanorum principatu divulsas tenemus, earum nullam repetiturum, quando in imperium venerit, nec bellum ea gratia moturum, sacramento confirmet. Quam conditionem, ut justam, nec quasi idcirco rempublicam

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Romanam prodat, maculæ futuram, non illibenter accepturum confido. Talis fuit Helenæ Cralænæ in conventu sententia. Quæ ut conticuit, et maritus principibus dicendi copiam fecit, addendique, si cui melius aliquid in mentem veniret, Liberus procerum longe potentissimus, qui primus imperatori occurrerat, eumque unice diligebat, Si Cralæna uxor tua, inquit, non satis, aut ad gloriam principatus Triballici parum pertinentia profata esset, liceret cuipiam quod deesset supplere. Nunc tanta inest in ejus oratione intelligentia et consilii bonitas, ut nec multo intelligentissimus meliora, nec benevolentissimus utiliora nobis suadere possit. Quare et ego idem cum ea sentio, teque hortor, uti amplius ne labores, sed hunc imperatoris ad nos adventum clarissimi nominis materiam ducentes, alacriter ei succurramus. Hæc breviter Liberus, quæ cuncti, nihil adjicientes, ut ex vero dicta approbarunt. Crales quoque conjugi gratias agere, quod sibi, ut magno principi gloriosissima et excogitasset, et suasisset, consiliumque etiam ipse ratum habuit. At enim Crale, uxore et dynastis hunc in modum de imperatore consultantibus, quotquot cum eo Romani advenerant, anxii ne propter illius in recusando constantiam a Triballis malo mactarentur, adeuntes rogabant, ut tempori serviret, et quæ tanti momenti non essent, ea ne tam præfracte abnueret, postulataque Barbarorum expleret, ne alioqui ira succensi, in eos acerbe sævirent. Ille torvum ac truculentum intuitus, facessere cum istoc consilio jubet, quod **497** vivo mortuoque magnum dedecus turpitudinemque afferret. Nolle enim imperium Romanum prodere, nec barbaris hominibus ultro in manus dare, quamvis longe majoribus ac dirioribus malis premeretur: verum ita pro eo pugnaturum, et ejus jura custoditurum, velut si eo totosibi subjecto, ipse plenam ac summam statuendi auctoritatem habens, cum Triballis, Mœsis, aut aliis vicinorum Barbarorum de fœdere ageret. Illi severitate responsionis percussi, statim se subduxerunt.

Ὁ δὲ ἐπὶ τῆς ἔξω Διδυμοτείχου συνοικίας δῆμος οὐ πολλῷ ὕστερον οὐκ ἀνεκτὸν ἡγούμενοι, εἰ μὴ τὰ ἴσα καὶ αὐτοὶ τοῖς ἄλλοις δήμοις δρῷεν καὶ διαφθείροιεν τοὺς δυνατούς, τῶν ἀρχόντων αὐτοῖς μὴ συνειδότων, νυκτὸς ἐπὶ τὴν στάσιν ἀλλήλους παρορμήσαντες καὶ καθοπλισάμενοι ὡς εἶχον πάντες ἅμα ἕω πρὸς τὰς πύλας ἐλθόντες, ἐτειχομάχουν, καὶ πάντας ἠπείλουν ἀποκτείνειν τοὺς ἔνδον, εἰ μὴ ἐκόντες προσχωροῖεν· οὕτω γὰρ ἂν μόλις φείσεσθαι μὴ ἀποκτείνειν. Ἀσάνης δὲ καὶ ἡ ἔνδον στρατιὰ ἡγησάμενοι δεινὸν εἰ μετὰ τῶν ἐκ Βυζαντίου καὶ τῆς ἐκ τῆς ἄλλης ἀρχῆς Ῥωμαίων στρατιᾶς καὶ παρὰ τῶν οἰκείων πολιορκοῖντο, ὁπλισάμενοι καὶ αὐτοὶ καὶ ἀνοίξαντες τὰς πύλας συνεπλέκοντο τῷ δήμῳ ἐξελθόντες. Ἐκεῖνοι δὲ οὐδὲ πρὸς ὀλίγον ἀντισχόντες πρὸς τὴν μάχην, ἔφευγον ὡς εἶχον, παῖδας καὶ γυναῖκας μόνας ἀναλαβόντες· καὶ διεσκεδάσθησαν κατὰ τὰς ἄλλας πόλεις μηδὲν ἐπιφερόμενοι ὧν εἶχον πλήν τινων ὀλίγων, οἱ διὰ τὸ μὴ συμμετεσχηκέναι τῆς στάσεως τοῖς ἄλλοις μένειν συνεχωρήθησαν ἐπὶ τῶν οἰκιῶν. Ἡ στρατιὰ δὲ τὰς οἰκίας τῶν φυγόντων διεπόρθουν, καὶ πάντα εἰσεκόμιζον ἐντὸς τειχῶν. Ὀλίγῳ δὲ ὕστερον καὶ τὰς ξυλώσεις καθαιροῦντες ἐχρῶντο πρὸς τὸ πῦρ ὑπὸ τῶν ἐν Βυζαντίῳ ἤδη πολιορκούμενοι. Ἡ γὰρ ἐκ Βυζαντίου στρατιὰ ἄχρι μὲν οἱ ἔξω Διδυμοτείχου πρὸς τοὺς ἔνδον ὠμοφρόνουν, οὐδὲ ἐγγὺς γενέσθαι ἐπεχείρουν· ἀλλὰ εἰσβάλλοντες, τὰ πόρρω διεπόρθουν, καὶ ὡς τάχιστα ἀνεχώρουν. Ἐπεὶ δὲ ἡ στάσις γένοιτο καὶ ἐκπολεμωθεῖεν τοῖς ἔνδον οἱ ἐκτὸς, αὐτοί τε ἐφθάρησαν παντάπασιν ἀνάστατοι γεγενημένοι, καὶ οἱ ἔνδον τὸ πολὺ τῆς δυνάμεως ὑφαιρεθέντες, ἀσθενεῖς τε ἦσαν, καὶ οὐκέτι πρὸς τοὺς πολεμίους ἀξιόμαχοι. Ὅθεν κἀκεῖνοι ἐπιόντες καὶ στρατοπεδευόμενοι, ἐγγὺς διεκαρτέρουν. Οἱ μέντοι ὑπολειπόμενοι τοῦ δήμου ἐν Διδυμοτείχῳ, τῶν οἰκημάτων ὑπὸ τῆς στρατιᾶς καθαιρεθέντων, αὐτοὶ τοὺς λίθους ἐκκαθαίροντες, πρὸς λαχανισμὸν ἐχρῶντο τῷ χωρίῳ. Καὶ τέλος ἤδη εἶχε τὸ περὶ τοῦ χωρίου τούτου τῷ μητροπολίτῃ τῆς αὐτῆς πόλεως ὀλίγῳ πρότερον προειρημένον. Ἔτι γὰρ Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως πρὸς τὴν εἰς τὴν ἑσπέραν ἐκστρατείαν παρασκευαζομένου, ἐδόκει δεῖν διὰ τὸν πόλεμον περὶ τὴν ἔξω συνοικίαν τάφρον περιελαύνειν, ἵνα μὴ ῥᾴδία ἡ εἴσοδος τοῖς πολεμίοις εἴη, εἴ ποτε εἰσβάλοιεν. Διανενεμημένης δὲ τῆς τάφρου κατὰ φατρίας παντὶ τῷ δήμῳ, ὥστε ἀνορύττειν, καὶ τοῖς ἐν τῷ κλήρῳ τῆς ἐκκλησίας πᾶσι παρείχετο μερίς. Δυσχεραινόντων δὲ ἐκείνων διὰ τὸ πονεῖν, καὶ προσαγγελλόντων τῷ μητροπολίτῃ τοὺς ἐπὶ τὰ ἔργα ἀναγκάζοντας, Οὐδὲν μὲν, εἶπεν ἐκεῖνος, τὰ τοιαῦτα πρὸς τὸν πόλεμον λυσιτελήσει. Μετ' οὐ πολὺ γὰρ ὃ περιποιοῦνται χωρίον, πρὸς λαχανισμὸν ἐπιτηδείως ἕξειν. Τοῦ δὲ μὴ δοκεῖν αὐτοὺς τοῦ κοινῇ λυσιτελοῦντος ἀμελεῖν, ἐκέλευε τὰ ἐπιτεταγμένα

At plebs suburbana Didymotichi non multo post minime ferendum putans, si non etiam alios populos æmulata, potentes interficeret, præfectis imprudentibus, noctu ad tumultum inter se cohortati, armatique ut poterant, omnes, bene mane ad portas procedunt, muris oppugnationem inferunt : minantur oppidanos omnes perempturos, ni se dediderint : sic enim vix tamen manus a cæde cohibituros. Hic Asanes et præsidium rem periculosam rati, si præter Byzantios et alios aliunde ex imperio contractos etiam a domesticis obsiderentur, accincti et ipsi, portis apertis cum populo conflicturi erumpunt. Qui nec aliquandiu saltem impetum sustinens, fugit ut potuit, filiis et uxoribus tantum assumptis ; nihilque aliud rerum suarum secum asportans, per alias urbes dissipatus est. Paucis, quod seditionis participes non fuissent, domicilia sua habitare permissum. Milites fugitivorum domibus direptis, totam prædam in urbem intulerunt. Brevi intervallo etiam materiationem destruentes, ea a Byzantiis jam obsessi, ad focum usi sunt. Nam Byzantii quandiu Didymotichenses suburbani cum oppidanis voluntatibus congruebant, ne pedem quidem propius ferre audebant, sed remotiora agri depopulantes, properato se in stativa recipiebant. Tumultu autem et seditione conflata suburbani urbanos hostilem in modum aggressi, et ipsi omnino sedibus suis pulsi perierunt, **508** et urbani imminutis magnopere viribus, pugna hostibus pares amplius non erant. Unde illi, Byzantii, inquam, propius accedere, et locatis castris perseverare non dubitarunt. Ex Didymotichensibus suburbanis restantes, vicinorum ædibus a milite eversis, ipsi lapides et rudera efferebant, et per areas illas oluscula serebant. Et jam evenerat, quod de hoc loco ipsius urbis metropolita non ita pridem vaticinatus fuerat. Nam dum se Cantacuzenus ad expeditionem occidentalem adhuc instrueret, suburbana ad hostem arcendum fossa debere circumdari decernebat. Tributim igitur toti populo, et clericis Ecclesiæ ad fodiendum pars describebatur. Quibus, clericis puta, laborem indignantibus, et exactores operum ad episcopum deferentibus, ille hanc fossam bello nihil profuturam prædixit. Quem enim locum servare et custodire niterentur, brevi olerum sationi idoneum habituros. Verum enim vero ne commodum publicum parvipendere videretur, jussit imperata fieri. Cum non diu post eventus respondisset, Didymotichenses in memoriam prædictionis regressi, virum de ea suspexerunt. Porro a Crale Cantacuzeno adjuvando designati, jamque parati, et ad opus accessuri, dominum suum conveniunt, haud utile se et illum sibimetipsis consilium ini-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

visse autumant, quando tam incaute florem ac nervum potentiæ suæ Cantacuzeno tradidissent. Si enim pace cum Anna imperatrice clam composita ipsis insidietur, nec insidias præsentientes occidat, quid reliquum, nisi ut regressus liberos et conjuges eorum in servitutem abripiat, universumque Triballorum principatum sibi subjiciat? ideo tum demum juvandum (si ipsorum egeat auxilio) quando juniorem filium apud eos obsidem reliquerit: sine obsidibus non juvandum. Sic enim cupide una militaturos, nullamque in futurum malam spem de eo concepturos. Liberus autem privatim Cralem orare, imperatori auctor esset, ut is Manueli juniori filio ipsius Liberi filiam desponderet: audiisse enim Syrgen sponsalia inter ejus filiam et Manuelem hunc, cui eam, Andronico imperatore adhuc in vita manente, despondisset, belli causa rescidisse. Et videbantur Crali quoque duces æquum et bonum postulare. Quamobrem quid velint, imperatori renuntiat; hortatur ut eis obsecundet; **509** hac enim ratione impigre militaturos. Separatim vero de Liberi filia cum filio ejus nuptiis consocianda rogat, et monet, ne quod sit inter ambos ex generis claritate discrimen, sed quantum in præsens efficere hac via possit, intueatur. Nam præterquam quod et aliis Triballis hæ nuptiæ jucundæ sint futuræ, etiam Liberum ipsum non socium modo et amicum, sed et servum plane ipsius fore, omniaque ejus utilitati prompte postpositurum, quod ipsemet polliceatur. Hæc res, ut apparebat, magnum Crali æquitatis et candoris testimonium dabat, quod dynastarum suorum potentissimo cum imperatore se conjungente, adeoque manifeste omnia illius causa facturum pollicente, si is tantum filiam ipsius filio suo collocaret, nihil suspicaretur mali, nec præpedire negotium tentaret, sed adjuvaret magis. Verum istuc non tam æquitati Cralis, quam Liberi opulentiæ, magnæque inter Triballos potentiæ adscribendum, propter quam et ipse Crales eum offendere timebat. Hæc igitur ille, cum et Liberus adesset, apud imperatorem disseruit: qui quod tum illud, tum hoc in præsentia conducere videbat, neutrum recusabat, et ita suspicionem de sociis aliquando lædendis, aut per insidias appetendis eximebat: nescire enim se amicos sic remunerari, quando constaret, nec apertis hostibus unquam insidiatum: et affinitatem cum Syrge non priorem dissuisse; sed eo generum abdicante, causæ nihil esse, cur non et ipse aliam filio suo uxorem jungeret; præsertim cum nondum sic astrictum fuerit matrimonium, ut dissolvere non liceret. Si juramentum intercessisset, nulla de causa id distracturum fuisse. Proinde dimittere se filium, simul generum futurum Libero, simul propter copias sociales, ut ne quid ab se insidiarum metuat; non sic tamen, ut apud eos omnino semperque maneat, sed ubi pater revocaverit, redeat. Liberus ut imperatorem de connubio annuisse cognovit, eum ado-

A πράττειν. Ὧν ὀλίγῳ ὑστερον ἐκβάντων, ἀνεμιμνήσκοντό τε οἱ ἐν Διδυμοτείχῳ, καὶ ἐθαύμαζον τὸν ἄνδρα τῆς προαγορεύσεως. Οἱ μέντοι παρὰ Κράλη βασιλεῖ τῷ Καντακουζηνῷ ἐπιτεταγμένοι συμμαχεῖν, ἐπεὶ παρεσκευασμένοι ἤδη ἦσαν, καὶ ἔμελλον ἔργου ἔχεσθαι, τῷ σφετέρῳ δυνάστῃ προσελθόντες, οὐ λυσιτέλοῦντα ἔφασαν σφᾶς τε αὐτοὺς κἀκεῖνον βεβουλεῦσθαι περὶ ἑαυτῶν, οὕτως ἀπερισκέπτως τὸ κράτιστον τῆς αὐτῶν δυνάμεως ἐγχειρίσαντας Καντακουζηνῷ τῷ βασιλεῖ. Εἰ γὰρ ἐκεῖνος διαλύσεις θέμενος πρὸς Ἄνναν τὴν βασιλίδα κρύφα ἐπιβουλεύσειεν αὐτοῖς, καὶ διαφθερεῖ μὴ προαισθομένους τὴν ἐπιβουλὴν, τί λοιπὸν ἢ ἐπανελθόντα παῖδας καὶ γυναῖκας ἄγειν ἐπὶ δουλείᾳ, καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν Τριβαλλῶν ἀρχὴν ὑποποιεῖσθαι; δι' ἃ οὐ χρῆναι

B χωρὶς ὁμήρων ἐκείνῳ συμμαχεῖν· ἀλλ' εἴ τι δέοιτο τῆς αὐτῶν ἐπικουρίας, τὸν νεώτερον τῶν υἱῶν ὁμηρεύσοντα καταλιπεῖν παρ' αὐτοῖς· οὕτω γὰρ προθύμως συστρατεύσεσθαι, καὶ μηδεμίαν πρὸς τὸ μέλλον πονηρὰν ἐλπίδα σχήσειν. Λίβερος δὲ ἰδίᾳ ἐδεῖτο Κράλῃ, πεῖθειν βασιλέα τὴν ἐκείνου θυγατέρα Μανουὴλ τῷ νεωτέρῳ υἱῷ κατεγγυᾶν· πυθέσθαι γὰρ περὶ Συργῆ, ὡς διαλύσειε τὸν γάμον θυγατρὸς διὰ τὸν πόλεμον, ἦν ἔτι περιόντος Ἀνδρονίκου βασιλέως τούτῳ δὴ κατηγγύησε τῷ Μανουήλ· καὶ ἐδόκει κἀκείνῳ δίκαια καὶ συμφέροντα ἀξιοῦν τοὺς στρατηγούς. Διὸ καὶ ἀπήγγελλε βασιλεῖ τὰ παρ' ἐκείνων εἰρημένα, καὶ συνεβούλευε πείθεσθαι αὐτοῖς, τοῦτον τρόπον προθύμως συστρατευσομένοις. Ἐδεῖτο τε ἰδίᾳ καὶ περὶ Λιβέρου τῆς θυγατρὸς ἐπὶ γάμῳ συ-

C νάπτειν τῷ υἱῷ· καὶ μὴ τὸ διάφορον ἀμφοῖν τῆς εὐδοξίας, ἀλλὰ τὴν συντέλειαν ἣν πρὸς τὰ παρόντα συντέλεσειε, σκοπεῖν. Πρὸς γὰρ τῷ καὶ τοῖς ἄλλοις Τριβαλοῖς πρὸς ἡδονὴν τὸν γάμον εἶναι τοῦ παιδὸς, ἔτι καὶ Λίβερον αὐτὸν οὐ σύμμαχον ἕξειν ἔτι καὶ φίλον, ἀλλὰ δοῦλον ἀκριβῶς, καὶ πάντα προησόμενον προθύμως ὑπὲρ τῶν αὐτῷ λυσιτελούντων, οὕτω γὰρ ἐπαγγέλλεσθαι καὶ αὐτόν. Ἐδόκει μὲν οὖν πολλὴν ἐπιείκειαν καὶ εὐγνωμοσύνην τὸ τοιοῦτο Κράλῃ συμμαρτυρεῖν, εἰ τοῦ παρ' αὐτῷ δυνατωτάτου βασιλεῖ προστιθεμένου, καὶ οὕτω φανερῶς ὑπὲρ ἐκείνου πάντα ποιήσειν ἐπαγγελλομένου, εἰ πείθοιτο μόνον τὴν ἐκείνου θυγατέρα συνοικίζειν τῷ υἱῷ, μήθ' ὑποπτεύειν αὐτὸς, μήτε κωλύειν ἐπιχείρει, συνέ-

D πραττε δὲ μᾶλλον. Τοῦτο δὲ οὐ μᾶλλον τῆς ἐπιεικείας Κράλη ἦν, ἢ τῆς Λιβέρου περιουσίας καὶ τοῦ μεγάλα δύνασθαι παρὰ Τριβαλοῖς, ὥστε καὶ αὐτὸν προσκρούειν ὀρρωδεῖν. Ὁ μὲν οὖν Κράλης τοιαῦτα πρὸς βασιλέα διεξῆει, παρόντος καὶ Λιβέρου. Βασιλεὺς δὲ ἐπείθετο πρὸς ἀμφότερα, λυσιτελοῦντα ὁρῶν ἐν τῷ παρόντι, καὶ τὴν τε ὑποψίαν ἀπωθεῖτο, ὡς ἀδικήσειέ ποτε καὶ ἐπιβουλεύσειε τοῖς συμμάχοις. Οὐ γὰρ τοιαύταις αὐτὸς ἐπίστασθαι τοὺς φίλους ἀμείβεσθαι εὐεργεσίαις, ὅπου γε καὶ τοῖς πολεμοῦσι φανερῶς οὐδέποτε ἐπιβουλεύων ἐφάνη. Καὶ τὸ πρὸς Συργὴν κῆδος οὐκ αὐτὸς διαλύειν πρῶτος ἔφασκεν· ἀλλ' ἐκείνου ἀπειπαμένου μηδεμίαν αἰτίαν εἶναι, εἰ καὶ αὐτὸς ἑτέραν τῷ υἱῷ ἁρμόσεται. Καίτοι γε οὐδ' εἰς τοσοῦτο δεσμῶν ἧκειν τὸν γάμον, ὥστε μὴ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐξεῖναι διαλύειν. Εἰ γὰρ μέχρι-ὅρκων προεχώρει, ἐξ οὐδεμιᾶς ἂν αἰτίας ἐπεχείρησε διασπᾶν αὐτός. Τοιγαροῦν ἀφιέναι τὸν υἱὸν ἅμα μὲν γαμβρὸν ἐσόμενον Λιβέρῳ, ἅμα δὲ καὶ τῆς στρατιᾶς ἕνεκα τοῦ θαρρεῖν αὐτῷ, ὡς οὐδέποτε ἐπιβουλεύσειε, μὴ μέντοι παντάπασι διατρίβειν παρ' αὐτοῖς, ἀλλ' ἐπανήκειν πρὸς αὐτὸν ἡνίκα ἂν καλοίη. Λίβερος δὲ ἐπεὶ ἀκούσειε βασιλέα πεπεισμένον πρὸς τὸ τὴν ἐκείνου θυγατέρα ἄγειν τῷ υἱῷ, προσεκύνει τε καὶ ἠσπάζετο τὸν βασιλέως πόδα, καὶ πολλὰς ὡμολόγει χάριτας ἐκείνῳ τε τῆς εὐεργεσίας, καὶ Κράλῃ τοῦ συνεπιλαβέσθαι πρὸς τὸ ἔργον. Τοῦτο δὲ λόγοις μόνον συνετίθετο ψιλοῖς· ὅρκοις δὲ ἢ δεσμοῖς τισιν ἄλλοις πρὸς τὸν γάμον οὐκ ἐχρήσαντο.

A rans, pedemque deosculans, multas ipsi de beneficio, et Crali de opera gratias egit. At enim hæc nudis tantummodo verbis transigebantur; juramentis aut nexibus aliis ad nuptias conglutinandas non sunt usi.

510 CAPUT XLIX.

Imperator cum auxiliis Pheras venit. Syrges fit Armeniorum rex jure paterno. Pheræi deditionem pertinaciter recusant. Ducum et exercitus morbi et funera. Apocauchus Christopolim præsidia mittit. Triballos abiturientes imperatoris pudor retinet. Romani tumultuantes ab eodem amice increpantur. Facta potestate plurimi ab eo Christopolim discedunt. Ducum ibidem perjurium. Transfugarum ad imperatorem reversio.

Μετὰ δὲ τοῦτο τὴν στρατιὰν παραλαβὼν ἤδη παρεσκευασμένην περὶ θέρους ἐκβολὰς ἅμα καὶ Κράλῃ μετὰ γυναικὸς παρεπομένου ἄχρι τῆς Ῥωμαίων ὅρων ἡγεμονίας. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν, ἀνεχώρουν συνταξάμενοι. Βασιλεὺς δὲ τὴν τεταγμένην ἔχων στρατιὰν, ἐστρατοπέδευσεν ἐν Φεραῖς, καὶ διήγαγεν ἐπὶ τρισὶν ἡμέραις διαλεγόμενος Φεραίοις περὶ τοῦ προσχωρεῖν αὐτῷ. Συργὴς γὰρ μετὰ τὴν ἐπάνοδον τὴν ἐκ Γυναικοκάστρου Φεραῖς ὀλίγον ἐνδιατρίψας, ἦλθε πρὸς Βυζάντιον. Κἀκεῖθεν εἰς Ἀρμενίαν ἀπεχώρησεν, Ἀρμενίων ἐπὶ τὸ σφίσιν ἄρχειν αὐτὸν προσκαλεσαμένων ἐκ πατρῴου προσηκούσης αὐτῷ κλήρου τῆς ἀρχῆς. Φεραῖοι δὲ οὐδὲν μᾶλλον ἢ πρότερον ἦσαν βασιλεῖ τῷ Καντακουζηνῷ παρεσκευασμένοι πολεμεῖν, καὶ τοὺς προσιόντας ἐπὶ τῷ διαλέγεσθαι λίθοις ἔβαλλον καὶ βέλεσιν ἀπὸ τῶν τειχῶν. Ὅθεν καὶ ἡ στρατιὰ ὡς πολεμίων ἀδεῶς τὴν χώραν διεπόρθουν. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐτελεῖτο, Βράκτος τῶν ἡγεμόνων τῆς στρατιᾶς ὁ διαφορώτατος, ἐνόσησε, καὶ διεκαρτέρησεν ἐκεῖ ἡ στρατιὰ ἐστρατοπεδευμένη μίαν ἡμέραν ἐπὶ δέκα. Ἐπεὶ δ' ἐκεῖνος ῥᾴων ἦν, Λίβερος κατείχετο τῇ νόσῳ, καὶ ἔδει τοσοῦτον χρόνον περιμένειν, ἢ καὶ πλείω. Ῥᾳδίως δὲ ἐκείνου, οἱ λοιποὶ ἐνόσουν τῶν ἀρχόντων, καὶ ἡ στρατιὰ σύμπασα σχεδόν. Μέλιτος γὰρ ἐμφορούμενοι καὶ κρεῶν, ὧν ἡ χώρα μάλιστα εὐπόρει, εἶτα ἀποθλίβοντες καὶ σταφυλὰς, καὶ τοῦ ἀπορρέοντος αὐτίκα ἐμφορούμενοι, εἰς πυρετοὺς ἐνέπιπτον καὶ φθοράς. Ἔπειτα ἀπέθνησκον κατεργαζόμενοι ὑπὸ τῆς νόσου. Καὶ τῶν τε μάλιστα ἐν λόγῳ ἐτεθνήκεσαν οὐκ ὀλίγοι, καὶ τῆς στρατιᾶς ὑπὲρ πεντακοσίους καὶ χιλίους. Ῥωμαίων δὲ τῶν βασιλεῖ συνόντων οὐδὲ εἷς, οὔτε μὴν ἐνόσησεν. Ἀπόκαυχος δὲ ὁ μέγας δοὺξ ἐπεὶ ἐπύθετο τὸν Καντακουζηνὸν βασιλέα στρατιὰν ἔχοντα ἐκ Τριβαλῶν περὶ Φεραὰς ἐστρατοπεδευμένον εἶναι, μέλλοντα εἰς Διδυμότειχον ἐπανήκειν, κατὰ τάχος ἔπεμπε τριήρεις εἰς Χριστούπολιν· ἅμα δὲ καὶ στρατιὰν ἐκ τῆς ἠπείρου, ὡς τὸ ἐκεῖσε τείχισμα φυλάξοντας καὶ κωλύσοντας διαβαίνειν τὴν στρατιάν. Ἦν γὰρ ὁ τόπος ἐπιτηδείως ἔχων εἰς φυλακὴν τὴν ἐκ τῶν ὁπλιτῶν, οὐ διὰ τὸν ἐπιτειχισμὸν μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ χρημνώδης ὢν, δύσκολον τοῖς ἱππεῦσι παρείχετο τὴν δίοδον, μάλιστα εἰ καὶ ὑπό τινων

B Præcipiti æstate imperator, Crale cum uxore usque ad confinia prosequentibus, ibique dicta salute recedentibus, cum paratis et attributis sibi copiis Pheras processit: ubi ad triduum manens, cum Pheræis de deditione egit. Syrges enim e Gynæcocastro reversus, non diu Pheris subsistens, Byzantium petivit; inde in Armeniam, ab Armeniis ad sceptrum, ei ex paterna sorte debitum vocatus, discessit. Pheræi nihilo magis quam ante ad Cantacuzeni partes propendebant, et accedentes ad colloquendum saxis ac telis de muro repellebant: quare exercitus agrum ut hostilem secure devastabat. Dum hæc aguntur, Bractus præstantissimus e ducibus morbo corripitur, mansitque eo loci exercitus dies undecim. Postquam ei melius C est factum, Liberus ægrotare cepit, rursumque diebus totidem, aut etiam pluribus illic hærendum fuit. Ubi is quoque convaluit, reliquos duces ac totum ferme exercitum valetudinis incommoditas pervasit. Siquidem melle et carnibus, quibus regio maxime abundat, farti ac distenti, deinde ex uvis compressis musto defluente obruti, in febres et tabem incidebant: tum ita confecti interibant, præsertimque honoratorum non pauci moriebantur. De gregariis autem animas liquere supra mille quingentos: Romanorum nemo ne tentatus quidem est. Apocauchus magnus dux, ut Cantacuzenum cum copiis Triballicis, prope Pheras morantem, Didymotichum reversurum rescivit, subito D triremes Christopolim, simulque ex continenti manum ad murum ibidem custodiendum, et transitu illum prohibendum misit. Erat enim locus defensioni idoneus gravis armaturæ militi, non propter muri altitudinem duntaxat, **511** sed quia propter præcipitia quoque (potissimum si prohibentium vis adesset) equiti perdifficilem transitum efficiebat. Triballi propter morbum et quotidiana multorum funera, ac præsertim, quod murum seu munitionem illam a Romanis occupatam intellexissent, Pheris in patriam redire statuerunt. Imperator cum eos a morbo tam male affectos ad manendum cogere non posset, omnibus proceribus ac ducibus convocatis, eos horta

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tur, ne pusillo sint animo, neve hanc frustrationem in malis numerent; sed illud cogitantes, divina providentia universitatem administrari, et non posse a Deo quidquam fieri, quod non deceat fieri, boni consulerent, omniaque ab illo ad emolumentum suum fieri interpretarentur. Et nunc quidem, inquit, domum redibimus; non multo autem intercedente tempore rursum instructi, Didymoticham, si Deo placuerit, petemus. Triballi magnas imperatori de admonitione gratias agere. Etsi enim de reditu mire lætarentur, tamen imperatorem, si eo invito recedere viderentur, nolebant offendere. Romani stomachari, ac putare, se ad Acherontem ire compelli, tumultuantesque et seditione frementes Christopolim abire velle. Imperator, eorum a se dissensionem meditatamque discessionem videns, advocata concione eos admonet, non avaritia aut ambitione, sed ipsorum causa, qui rogassent, ne se ab Apocaucho sacri cubiculi præfecto ad servitutem et mortem rapi pateretur, hoc periculum subiisse. Deinde in memoriam eis redigit, quæ in ipso belli principio, dixerit: nec justum, nec pium videri, nunc quidem se ad imperium capessendum invitari, et hanc unicam salutis viam censeri; postea vero, si res secus eant, se discriminibus circumventum deseri, uno quoque diffugiente, quo illum sperata vocet utilitas: rursusque admonet, ne trepident animis, neve ob labores et pericula desperationi cedant, sed pro eo ac ingenuos deceat, excelsa et interrita mente, mala istæc tolerent. Haud enim quidquam insigne, et laudabile citra laborem (6) a quoquam feliciter geri. Sin adversis amplius resistere nequeant, iisque penitus succubuerint, oblitique convitiorum ac reprehensionum, quibus Gynæcocastri abeuntes insectati sint, idem modo ipsi cupiant, primum quidem etiam ipsos jure incusandos, qui promissa fefellerint, timidique et ignavi appareant, quando sibi opera sua plurimum prodesse debuerunt. **512** Deinde, se invitos non retenturum: nec enim inde ab initio se ullum coegisse, at se potius quæ noluisset, facere coactum. Sed quibus quidem suave esset labores secum et pericula, et si necesse foret, mortem quoque præ bonis, quæ apud hostes apparerent, amplecti, propius ad se accederent, ut scire posset, quorum operam suo tempore, ac Deo opitulante digna remuneratione compensaret. Qui discriminis societatem detrectarent, abirent. Secundum hæc statim in duas partes discessum est, et plures quidem imperatorem adorantes recesserunt; plus quingenti fortunam cum eo experiri constituerunt. Quibus de amore et fide germana erga se gratiis actis, cum illis reliquiis ad Triballos reversus est. Desertorum pars major du-

A κωλυοιντο. Οἱ Τριβαλοὶ δὲ μάλιστα μὲν διὰ τὴν νόσον, καὶ τὸ πολλοὺς ἀποθνήσκειν καθ' ἡμέραν, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ διὰ τὸ πυθέσθαι τὸ τείχισμα ὑπὸ Ῥωμαίων κατεχόμενον, ἀναστρέφειν ἔγνωσαν ἐκ τῶν Φερῶν πρὸς τὴν οἰκείαν. Βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ βιάζεσθαι οὐκ ἐνῆν οὕτω πάσχοντας κακῶς ὑπὸ τῆς νόσου, τοὺς ἐν τέλει πάντας καὶ ἡγεμόνας συναγαγὼν, παρῄνει μὴ ἀθυμεῖν, μηδὲ τὴν ἀποτυχίαν ταύτην ὡς τι τῶν δεινῶν λογίζεσθαι· ἀλλ' ἐκεῖνο ἐνθυμουμένους, ὡς πάντα μὲν Θεοῦ προνοίᾳ διοικεῖται. Ἀδύνατον δέ τι τῶν μὴ δεόντων ὑπ' ἐκείνου πράττεσθαι πάντα στέργειν, ὡς μάλιστα λυσιτελῶς ἡμῖν πραττόμενα παρὰ Θεοῦ. Καὶ τὸ νῦν μὲν ἔχον, ἐπανελευσόμεθα πρὸς τὴν οἰκείαν. Ὀλίγῳ δὲ ὕστερον πάλιν παρασκευασάμενοι, ἐλευσόμεθα εἰς Διδυμό-
B τειχον, ἂν φίλον ᾖ Θεῷ. Οἱ μὲν οὖν Τριβαλοὶ πολλὰς χάριτας ὡμολόγουν βασιλεῖ πρὸς τὴν παραίνεσιν. Καὶ γάρ τοι μάλιστα χαίροντες πρὸς τὴν ἐπάνοδον, ὅμως μὴ προσκρούειν βασιλεῖ ἐβούλοντο δοκοῦντες ἄκοντος ἀναχωρεῖν. Ῥωμαῖοι δὲ ἐν δεινῷ ἐτίθεντο, καὶ οὐδὲν ἐνόμιζον ἀπεοικέναι τὴν ὁδὸν ἐκείνην, ἢ εἰ πρὸς Ἀχέροντα βαδίζειν ἠναγκάζοντο, καὶ δεινῶς ἐθόρυβοῦντο καὶ ἐστασίαζον, πρὸς τοὺς ἐν Χριστουπόλει βουλόμενοι ἀποχωρεῖν. Ὁρῶν δὲ ὁ βασιλεὺς τὴν διχόνοιαν αὐτῶν, καὶ τὴν μελετωμένην ἀποστασίαν, περιστησάμενος ἑαυτῷ καὶ ὑπομνήσας, ὡς οὐκ ἰδίας πλεονεξίας, ἢ τιμῆς ἐπιθυμίας, ἀλλ' αὐτῶν ἕνεκα δεομένων μὴ περιΐδεῖν, διαφθαρέντας καὶ δουλωθέντας Ἀποκαύχῳ τῷ παρακοιμωμένῳ τὸν
C ἀγῶνα ὑπελθεῖν. Ἔπειτα καὶ ὧν ἐν ἀρχῇ τοῦ πολέμου μάλιστα διαλεχθείη πρὸς αὐτοὺς, ὡς οὔτε δίκαιον, οὔτε ἄλλως εὐσεβὲς, νῦν μὲν πάντας πρὸς τὸ βασιλέα γίνεσθαι παρακαλεῖν, καὶ μίαν ταύτην ὁδὸν σωτηρίας συνορᾶν, ὕστερον δὲ ἂν μὴ κατὰ γνώμην τὰ πράγματα ἐκβαίνῃ, καταλείποντας αὐτὸν ἐν τοῖς κινδύνοις ἕκαστον ἀναχωρεῖν ὅποι ἂν δοκῇ συμφέρειν, αὖθις παρῄνει μικροψυχεῖν, μηδ' ἀπαγορεύειν πρὸς τοὺς πόνους καὶ τοὺς κινδύνους, ἀλλ' ἀνδράσι πρέπουσαν γενναίοις ἐπιδεικνυμένους εὐψυχίαν τε καὶ τόλμαν, καρτερεῖν ἐν τοῖς δεινοῖς. Οὐδὲ γάρ τι τῶν μεγάλων καὶ ἐπαινουμένων ἄνευ πόνων ἄν ποτέ τινι κατορθωθείη. Εἰ δ' ἥττηνται παντάπασιν ἐν τοῖς δεινοῖς, καὶ ἀντέχειν πρὸς αὐτὰ οὐκέτι οἷοί τέ
D εἰσιν, ἀλλὰ τῶν προτέρων ἐπιλελησμένοι λοιδορῶν καὶ μέμψεων, αἳ τοὺς ἐκ Γυναικοκάστρου ἀποστάντας ἔβαλλον, πρὸς τὰ ἴσα ὥρμηνται καὶ αὐτοὶ νυνὶ, πρῶτα μὲν μέμψεσθαι αὐτοῖς δικαίως, ὡς τὰ ὑπεσχημένα παραβαίνουσι, καὶ φαινομένοις κακοῖς περὶ αὐτὸν, ἡνίκα μάλιστα ἔδει συνόντας ὠφελεῖν. Ἔπειτα οὐ κατασχήσειν ἄκοντας· οὐδὲ γὰρ, οὐδ' ἐξαρχῆς αὐτῷ τι πρὸς ἀνάγκην τινὶ εἰργάσθαι· ἀλλ' αὐτὸς μᾶλλον καὶ ἃ μὴ κατὰ γνώμην ἦν πρὸς ἀνάγκην πράττειν ἡγεῖτο. Ἀλλ' οἷς μὲν ἦδὺ τοὺς μετ' αὐτοῦ πόνους καὶ κινδύνους καὶ θάνατον εἰ δέοι, τῶν

Jacobi Pontani notæ.

(6) Terentius *Non fit sine periculo facinus magnum et memorabile.* Laborem gloriæ patrem vocavit Euripides. Vide symbolas nostras in illud ex *Georg.* lib. I: *Labor omnia vincit improbus*, ubi laborem ex optimis scriptoribus laudavimus.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

παρὰ τοῖς πολεμίοις δοκούντων ἀγαθῶν ἀλλάττεσθαι, A ἰέναι πρὸς αὐτὸν, ἵν' εἰδείη καὶ αὐτὸς τίσι τὰς ἀμοιβὰς τῶν πόνων ἀξίας καιροῦ καλοῦντος, καὶ Θεοῦ συναιρομένου ἀποδοίη· τοὺς δ' αὐτῷ μὴ συγκινδυνεύειν αἱρουμένους ἀποχωρεῖν. Αὐτίκα τε εἰς δύο διῃροῦντο· καὶ οἱ πλείους μὲν προσκυνήσαντες βασιλέα ἀπεχώρουν· ὑπὲρ πεντακοσίους δὲ συγκινδυνεύειν εἵλοντο, οἷς καὶ πολλὴν ὁμολογήσας χάριν τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας καὶ πίστεως ἀδόλου, ἀνέστρεφε μετὰ τῆς ἄλλης στρατιᾶς. Τῶν δὲ ἀφεστηκότων οἱ πλείους μὲν ὁμολογίας χωρὶς προσεχώρησαν τοῖς ἐν Χριστουπόλει στρατηγοῖς καὶ προσεδέχθησαν ἀσμένως παρ' αὐτῶν· ὅσοι δὲ μάλιστα ἐν λόγῳ ἦσαν, πέμψαντες ἠτοῦντο πίστεις παρὰ τῶν ἀρχόντων. Οἱ δὲ ὤμνυον μὲν, γνώμην δὲ εἶχον ὡς καὶ μετὰ τοὺς ὅρκους εἰς πεῖραν ἄξοντες πλείστων ἀλγεινῶν. Ἅτε οὖν εἴτε αὐτοὶ αἰσθόμενοι τῆς ἀπάτης ἐκ τῶν λόγων, εἴτε καὶ παρά του τῶν συνόντων μηνυθείσης, τὸν κίνδυνον διαδράντες αὖθις πρὸς βασιλέα ἐπανῆκον· βασιλεὺς δὲ αὐτοῖς τὸ ἄστατον τῆς γνώμης καὶ μικρόψυχον ὀνειδίσας, αὖθις ἐφῆκεν αὐτῷ συνδιατρίβειν.

cibus, qui erant Christopoli, citra pactum aut conditionem se adjunxerunt, a quibus libenter accepti sunt: præcipui fidem pignori petiverunt. Et jurabant quidem duces, cum interim in animo haberent, etiam sic plurimum illos vexare. Quorum fraudulentia sive ex eorum verbis animadversa, sive ab aliquo illis familiari detecta, periculo evitato ad imperatorem redierunt: qui, adjectione et mobilitate animi illis exprobata, denuo secum esse permisit.

CAPUT L.

Mendacium ducum apud Christopolim. Inde Byzantii publica lætitia. Quod ibidem propter Cantacuzenum multi perpessi, itemque in aliis urbibus. Quæ contra illi faverent. Immanitas præfectorum per aliquot exemplа, et cujusdam Persæ captivi humanitas in flagellatos. Impostor sacræ confessioni illudens. Iterum de victo Cantacuzeno gratiæ aguntur.

Οἱ μέντοι ἐν Χριστουπόλει στρατηγοί, ἐπεὶ Τριβαλῶν ἡ στρατιὰ καὶ ὁ βασιλεὺς ἀνεχώρησαν ἐκ Φερῶν πρὸς τὴν οἰκείαν, πέμψαντες ἐν Βυζαντίῳ, βασιλίδι ἀπήγγελλον καὶ μεγάλῳ δουκὶ, ὡς ἄχρι τοῦ διατειχίσματος μετὰ Τριβαλῶν ἐλθὼν ὁ Καντακουζηνὸς, διελθεῖν μὲν οὐ δυνηθείη ἡμῶν ἰσχυρῶς ἀμυνομένων. Ἀναστρεφούσης δὲ τῆς στρατιᾶς, ὅσοι Ῥωμαίων αὐτῷ συνῆσαν, καταλιπόντες ἦκον πρὸς ἡμᾶς, πλὴν δέκα πάντες· αὐτὸς δὲ ὑπ' αἰσχύνης ἀμυθήτου, ὅ τι χρήσασθαι μὴ ἔχων ἑαυτῷ πρὸς Ἄθῳ ἦλθε τὸ ἱερὸν ὄρος, ὡς ἐκεῖσε τὴν βασιλείαν, ἣν ἀδίκως ἥρπασε καὶ παρανόμως ἀποθησόμενος, καὶ σχῆμα μοναχῶν περιθησόμενος. Εὐθὺς μὲν οὖν ἐν Βυζαντίῳ πανήγυρις ἦν λαμπρὰ καὶ ἑορτῶν ἡ χαριεστάτη· καὶ ὁ δῆμος πρὸς τὸ θεομήτορος Ὁδηγητρίας τέμενος ἐχώρουν πανδημεὶ, εὐχαριστήρια τῆς νίκης ἀποδώσοντες, καὶ οἱ ἐν τέλει μάλιστα, εἶτα καὶ οἱ ἄλλοι πεζῇ τοῖς πολλοῖς ὁμοίως. Καὶ οὐδεὶς ἐτόλμα ἀπολείπεσθαι, ἀλλὰ καὶ οἳ μάλιστα ἠνιῶντο καὶ ἐδυσχέραινον τὴν βασιλέως δυσπραγίαν, κἀκεῖνοι τοῖς ἄλλοις ὁμοίως ἀνάγκην εἶχον συνεορτάζειν, ἢ μᾶλλον συνασχημονεῖν, ἢ τῆς κατηφείας χαλεπὰς καὶ ἀπαραιτήτους παρείχοντο εὐθύνας. Οὐ γὰρ μόνον εἴ τις Καντακουζηνῷ τῷ βασιλεῖ συμπράττων φωραθείη, ἐκολάζετο ὠμῶς, ἀλλὰ καὶ εἴ τις πρὸς τὰ πραττόμενα μὴ ἡδέως διακείμενος, ἀλλὰ ἦθος ἐμφαίνων ἀποστρεφομένου φωραθείη, τὰς ὁμοίας δίκας τοῖς ἁλωκόσι ἐπὶ προδοσίᾳ φανερῶς διδόναι ἠνάγκη. Καὶ πολλοὶ ἐκ τοιούτων αἰτιῶν ἀπώλοντο, οὐκ ἐν Βυζαντίῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὰ ταῖς ἄλλαις πόλεσιν ἄχρι Θεσσαλονίκης. Τὰ γὰρ περαιτέρω καὶ πρὸς ἑσπέραν κοινῇ, οἵ τε δῆμοι καὶ οἱ δυνατοὶ τῶν πόλεων βασιλεῖ προσεῖχον Καντακουζηνῷ. Ὅθεν οὐδὲ πρὸς στάσεις ἐχώρησαν καὶ πολέμους ἐμφυλίους, ἀλλ' ἐν οἷς μάλιστα αἱ ἄλλαι μεγάλαις ἐχρήσαντο συμφοραῖς καιροῖς, ἐν τούτοις αὗται πρὸς εὐνομίαν καὶ εἰρήνην διῳκοῦντο.

Verum enimvero duces Christopoli, postquam Triballi, et imperator Pheris retro redierunt, Byzantium ad Augustam et magnum ducem nuntiatum mittunt, Cantacuzenum cum ad murum discludentem venisset, ipsis fortiter propellentibus, transire non potuisse. Revertentibus autem in suam provinciam Triballis, quotquot ei militassent Romanos, omnes, extra decem, ad se transilisse: illum quid faceret nescientem, præ pudore incredibili ad sacrum montem Atho, ibi imperium, quod præter fas et ecclerate rapuisset depositurum, et monachum induturum concessisse. Confestim Byzantii dies festus publice agi splendidissimus, omniumque jucundissimus, et populus **513** certatim, in primisque principes, cæterique pedibus, plebeium in morem, Deiparæ Hodegetriæ templum concursare, eique victoriam gratulari. Nec vero quisquam huic gratulationi deesse audebat. Quin etiam quos imperatoris adversa fortuna cruciabat maxime, festum diem simul celebrare, vel potius simul turpiter agere, aut mœroris sui pœnas immites ac indeprecabiles sustinere cogebantur. Non enim solum, si quis a Cantacuzeno imperatore facere deprehendebatur, crudeliter puniebatur; sed etiam si quis ad ea quæ fiebant non bilaritatis, verum aversionis significationem vultu daret, perinde atque si esset proditionis convictus, sine misericordia multabatur: multique tum Byzantii, tum aliis in urbibus, Thessalonicam usque his de causis communi luce privabantur: siquidem in ulterioribus versus occidentem, plebs et optimates promiscue imperatori Cantacuzeno favebant. Quare in illis oppidis nec ditiones, nec bellum civile exsistebat, sed dum alia calamitatibus affligerentur, ipsa bonis legibus pacifice gubernabantur. Quæ a Thessalonica ad Byzantium pertinebant, nihil grave non patiebantur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Semel enim inducta discordia, præsidia quidem et optimates Cantacuzeno studebant, illum incommodis mederi posse existimantes : at plebs impulsu seditiosorum (quibus bello aliena involantibus ditescere licebat), Cantacuzeno et optimatibus pariter adversabatur, iisque multis modis incommodabat, non solum facultates diripiendo, et uno momento ex divitibus pauperrimos efficiendo, sed et carceribus includendo, et omne genus vexationis in illos conferendo. Quibus vero urbium præfecturæ commissæ erant, hi summum imperium habentibus quam simillimi, feros sese carnifices præstabant, et in humana figura belluarum immanitatem exercebant. Eo namque sævitiæ progressi sunt, ut præter alios complures crudeliter punitos, etiam Patriciotam funiculis suspensum, in tormentis mori siverint. Siderum autem usque ad defectionem animæ verberibus indigne contusum, in tenebricosum quemdam carcerem nudum, velut mortuum, nulla cærimonia projecerunt. Quem sic instar exanimis ad dies aliquot jacentem, Persa quidam bello captus, et divinitus illo carcere detentus, non vulgari cura ex multis illis plagis recreavit. Parem curam idem **514** captivus in Synadenam, ipsam quoque inhumaniter ad mortem pene flagellatam, et nudam in eumdem carcerem detrusam usurpavit. Omnium commune crimen erat antiqua in Cantacuzenum benevolentia, et nosse occultatas ab eo pecunias, quas indicare compellebantur. Nec tamen a nobilioribus adeo atrociter flagellandis abstinebant. Asaninam enim, Michaelis Asanis, filiorum Asanis despotæ primogeniti uxorem fidiculis attractam diu loris cecideruntⁱ, ut consciam redarguentes quarumdam litterarum, quæ a Cantacuzeno Byzantium super nonnullis interficiendis venissent, quas sibi exhiberi jubebant. Hæc pauca exempla de multis narravimus ; propter quæ tantus pavor injectus est omnibus per imperium Romanum optimatibus, ut nec necessitudine conjunctissimis fiderent, ne forte ab iis proderentur. Tali autem quodam eventu majori terrore concussi sunt. Qui in Constantini magni palatio vincti attinebantur, cum jam dies jejuniorum agerentur, et quemque de rebus suis ad patrem spiritualem referre, peccatorumque exomologesin (*i*) instituere oporteret; quandoquidem ipsis

Αἱ δὲ ἀπὸ Θεσσαλονίκης ἄχρι Βυζαντίου, οὐδὲν ἦν ὅ τι μὴ ὑπέμενον. Καθάπαξ γὰρ εἰς δύο διαιρεθεῖσαι, στρατιὰ μὲν, καὶ οἱ ἄλλοι ἄριστοι τῶν πολιτῶν τὰ Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως ᾐροῦντο, ἐκεῖνον οἰόμενοι δυνήσεσθαι τὰς κατασχούσας στήσειν συμφοράς· οἱ δῆμοι δὲ τῶν στασιαστῶν ἐναγόντων, οἷς ἐκ τοῦ πολέμου τὰ ἑτέρων ἔχουσι πλουτεῖν ἐνῆν, πρός τε βασιλέα Καντακουζηνὸν καὶ τοὺς παρ' ἑκάστοις δυνατοὺς ὁμοίως ἐπολέμουν, καὶ πολλὰ διετίθεσαν κακὰ, οὐ μόνον τὰς οὐσίας διαρπάζοντες, καὶ ἀπορωτάτους ἐκ πλουσίων ἀποδεικνύντες ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ, ἀλλὰ καὶ δεσμωτηρίοις κατακλείοντες, καὶ ἄλλην πᾶσαν εἰς αὐτοὺς κάκωσιν ἐπιδεικνύμενοι, οἵ τε τὰς ἀρχὰς τῶν πόλεων ἐπιτετραμμένοι, τοῖς τῶν ὅλων ἄρχουσι πραγμάτων μάλιστα ἐξομοιούμενοι, κολαστικοί τινες καὶ ἀνήμεροι καὶ θηριώδεις ἐφιλοτιμοῦντο εἶναι. Ἐκεῖνοι γὰρ εἰς τοσοῦτον ὠμότητος προῆλθον, ὡς ἄλλους τε πολλοὺς ἀπανθρώπως τιμωρήσασθαι, καὶ Πατρικιώτην ταῖς βασάνοις ἐναποθανεῖν ἐᾶσαι καλλωδίοις ἐξηρτημένον. Σιδηρᾶν δὲ μετὰ τὸ αἰκίσασθαι μέχρι ἄπνουν εἶναι, ζοφώδει τινὶ δεσμωτηρίῳ ἐναπέῤῥιψαν γυμνὸν οἷα δὴ νεκρὸν, οὐδὲ ὁσίας ἀξιώσαντες. Ὃν οὕτως ἄπνουν ἀπεῤῥιμμένον ἐπί τινας ἡμέρας, τῶν Περσῶν τις δοριάλωτος θείᾳ προνοίᾳ τῷ δεσμωτηρίῳ ἐκείνῳ καθειρχθείς, προνοίας τε ἠξίωσεν οὐ τῆς τυχούσης, καὶ τῶν πολλῶν ἐκείνων ἀνεκτήσατο αἰκισμῶν. Τὴν ὁμοίαν δὲ ὁ δοριάλωτος ἐκεῖνος πρόνοιαν καὶ πρὸς Συναδηνὴν ἐπεδείξατο, ἀπανθρώπως κἀκείνην αἰκισθεῖσαν ἐγγὺς θανάτου, καὶ γυμνὴν εἰς ἐκεῖνο τὸ δεσμωτήριον ἀπορῥιφεῖσαν. Πᾶσι δὲ ἦν ἔγκλημα ἡ περὶ βασιλέα τὸν Καντακουζηνὸν προτέρα εὔνοια, καὶ τὸ χρήματα ἐκείνου κρυπτόμενα εἰδέναι, ἃ ἠναγκάζοντο φανεροῦν. Οὐ μὴν οὐδὲ τῶν εὐγενεστέρων ἀπείχοντο οὕτως αἰκίζειν ἀπανθρώπως. Ἀσανίναν γὰρ τὴν Ἀσάνη τοῦ Μιχαὴλ γαμετὴν τοῦ πρώτου τῶν Ἀσάνη τοῦ δεσπότου υἱῶν, σχοινίοις αἰωρήσαντες, ἐμάστιξαν ἐφ' ἱκανὸν, ἐπικαλοῦντες, ὡς συνειδείη εἰς Βυζάντιον παρὰ Καντακουζηνοῦ ἐπὶ διαφθορᾷ τινων γράμματα ἀφιγμένα, ἃ ἐκέλευον δῆλα καὶ αὐτοῖς ποιεῖν. Ταῦτα μὲν οὖν ἐκ πολλῶν ὀλίγα εἴρηται, δι' ἃ εἰς τοσοῦτον ἦλθον φόβου οἱ ἁπανταχοῦ τῆς Ῥωμαίων γῆς ἄριστοι τῶν πόλεων, ὡς μηδὲ τοῖς οἰκειοτάτοις ἄγαν θαῤῥεῖν τὴν προδοσίαν δεδοικότες. Συμβὰν δέ τι καὶ τοιοῦτον μᾶλλον ἐξεφόβησεν. Οἱ γὰρ ἐν Κωνσταντίνου τοῦ

Jacobi Gretseri notæ.

(*i*) En usum annuæ confessionis in quadragesima apud Græcos, qui πατέρα πνευματικὸν, vel absolute, sine adjuncto, πνευματικὸν vocant, quem nos *Confessarium*, seu *patrem spiritualem*. Quomodo autem Græci confiteantur, explicavit Hieremias patriarcha Constantinopolitanus in sua censura cap. 11, his verbis : Λέγομεν τοίνυν ἀποκρινόμενοι, ὅτι πρῶτον μὲν ὁ τοιοῦτος οἰκονόμος ὀφείλει εἶναι πνευματικὸς ἰατρὸς, ἀκριβῶς ἐπιστάμενος τὰ πνευματικά. Εἶτα ὁ ἐξομολογούμενος εἰς ὅσα δυνηθῇ καὶ ἐνθυμηθῇ κατ' εἶδος εἰπεῖν καὶ ἐξομολογήσασθαι μετὰ συντετριμμένης καρδίας καὶ τεταπεινωμένης, etc. *Respondemus primum quidem talem ministrum* (sacramenti pœnitentiæ) *debere esse spiritualem medicum, spiritualia accurate doctum. Deinde confitentis munus est, ut quantum fieri et recordari potest, peccata in specie confiteatur cum corde contrito et humiliato.* Capite sequenti fuse disserit idem patriarcha περὶ τῶν ἱκανοποιήσεων de *satisfactionibus et pœnitentiis*, a pneumatico seu spirituali patre imponi solitis. Mos hic instituendæ confessionis Ecclesiæ Græcæ perpetuus fuit, nec a Nectario patriarcha Constantinopolitano sublatus; nam presbyter ille, cujus officium abrogasse fertur, non privatæ, sed publicæ pœnitentiæ præerat : de quo copiose cardinalis Bellarminus, lib. III *De pœnit.* cap. 14, et Franciscus Turrianus, lib. IV *De dogmaticis characteribus verbi Dei.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μεγάλου τοῖς βασιλείοις ὄντες δεσμῶται, ἐπεὶ τῶν νηστειῶν παρῆσαν αἱ ἡμέραι, καὶ ἔδει ἀναθέσθαι τὰ κατ' αὐτοὺς ἀνδρὶ πνευματικῷ, καὶ ἐξομολόγησιν ποιήσασθαι τῶν πεπλημμελημένων, ἐπεὶ μὴ ἐξῆν αὐτοῖς εἰσάγειν οἷς ἐθάρρουν, ἠτοῦντο παρὰ τῶν ἀρχόντων εἰσελθεῖν, ὃν ἂν βούλοιντο αὐτοί. Οἱ δέ τινα, Γλύκαν ὄνομα, φαῦλον ἄνθρωπον, καὶ περὶ μέθαις ἡσχολημένον, καὶ ἕτερα ἀτοπώτερά τινα, ἱμάτια μοναχῶν ἐνδύσαντες, καὶ τὸ λεγόμενον μέγα σχῆμα περιθέντες, προσέπεμπον τοῖς δεσμώταις, οἷα πνευματικόν· ἐκείλευόν τε τοὺς λογισμοὺς τῶν ἀνδρῶν ἀνερευνᾶν, ὅ τι περὶ Καντακουζηνοῦ διανοοῦνται, καὶ εἰ συνίσασί τινας καὶ ἄλλους τὰ αὐτὰ ἐκείνοις ῥρημένους. Ὁ δὲ, τὴν ὑπόκρισιν κέρδους ἕνεκα ὑπελθὼν ἠδέως, καὶ γενόμενος πρὸς τοὺς δεσμώτας, μετὰ τῶν πλημμελημάτων τὴν ἐξομολόγησιν, ἠρώτα ἕκαστον ἰδίᾳ καὶ περὶ Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως, ὅ τι διανοοῦνται πράττειν. Ἐκεῖνοι δὲ ὑποπτεύσαντες οὐχ ὅπερ ἦν, ἀλλὰ πνευματικὸν μὲν εἶναι ἀληθῶς, τῷ μέρει δὲ προσέχειν τῆς περὶ πατριάρχην καὶ Ἀπόκαυχον τὸν μέγαν δοῦκα φατρίας, δείσαντες, ἀπέσχοντο παντάπασι τοῦ καὶ τὰ πεπλημμελημένα ἐξομολογεῖσθαι. Ὁ ἐμπαίκτης δὲ ἐκεῖνος ἐπεὶ μηδὲν ἀπώνατο τῆς πονηρίας, ἐκεῖθεν ἐξελθών, ἃ τε κακῶς ἐνέδυ ἀπεδύσατο ἐνδύματα, καὶ κοσμικὴν ἔχων ἐσθῆτα, τὰ συνήθη πάλιν περιῄει δρῶν. Τὸ δράμα δὲ τοῦτο λίαν πάντας ἐξεφόβησε, καὶ πᾶσιν ἔπεισεν ὁμοίως ἀπιστεῖν. Τούτων δὲ ἡ βασιλὶς οὐδὲν τοῖς πράττουσι συνῄδει, ἀλλὰ πάντα διῳκεῖτο μάλιστα μὲν Ἀποκαύχου τοῦ μεγάλου ἐπιτάττοντος δουκὸς, μετ' ἐκεῖνον δὲ καὶ τῶν ἄλλων τῶν συνομοτῶν. Πατριάρχης δὲ κατ' ἐκείνην τὴν περίοδον τῶν νηστειῶν, τῆς μεγάλης ἐνιστηκυίας παρασκευῆς, ἐν ᾗ ὁ ἐμὸς Χριστὸς ὑπὸ Ἰουδαίων συνελαμβάνετο, αὐτὸς πολλοὺς τοὺς τῷ νεῷ τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας διὰ τὴν ἀσυλίαν προσπεφευγότας παρεδίδου, καὶ συλληφθέντες ἤγοντο εἰς δεσμωτήρια, καὶ πολλὰ καὶ δυσχερῆ ὑπέμενον. Δι' ἃ δὴ πάντα, ἐπεὶ ἠγγέλλετο καὶ τότε Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα καταλειφθέντα μόνον ὑπὸ τῶν οἰκείων εἰς ὄρος ἔρχεσθαι τὸ ἱερὸν ἐπὶ τῷ μοναχῶν ὑποδῦναι σχῆμα, πάντες ἔθεον πεζοὶ παρὰ τὸ τῆς Ὁδηγητρίας τέμενος, εὐχαριστίας ἀποδώσοντες τῆς ἐκείνου καταλύσεως.

A introducere cui fiderent non licebat, petierunt a magistratibus, ut eo mitterent quem vellent. Qui Glycam quemdam, hominem nequam, poculis et aliis inhonestioribus rebus vacantem, magno quod dicitur schemate (veste monastica) indutum, pro spirituali Patre mittunt : cui mandant, explorare illorum animos, quid de Cantacuzeno sentiant, num alios norint qui secum paria sentiant. Glycas personam hanc quæstus gratia libenter induit, et ad vinctos adiens, post admissorum confessionem, quemque sejunctim etiam de Cantacuzeno, quid meditaretur interrogat. At illi non quod erat, sed revera Patrem spiritualem, factioni autem patriarchæ et Apocauchi deditum suspicati, a peccatis detegendis omnino ex timore abstinuerunt. Illusor vero ille, cum nequitia sua nihil promovisset, inde B exit, et quæ male induerat vestimenta exuens, cum sæculari cultu iterum artem consuetam factitans circumibat. Hoc drama valde omnes perterruit, et ad omnibus æque diffidendum incitavit. Atque horum nihil imperatrice conscia, sed omnia in primis Apocaucho magno duce, deinde reliquis conjuratis auctoribus agitabantur. **515** Patriarcha autem illa jejuniorum periodo, magna Parasceve instante in qua Christus meus a Judæis comprehensus est, ipse multos qui ad Dei Sapientiæ templum, ceu ad asylum confugerant, comprehendendos tradidit; comprehensique, atque in vincula perducti, multos et diros cruciatus sustinebant. Ob hæc omnia, cum et tunc nuntiaretur, Cantacuzenum C solum a domesticis suis derelictum, in sacrum montem ad monachi habitum capessendum discessisse, omnes pedibus ad templum Hodegetriæ, gratias de illo victo et everso acturi, convolarunt.

CAPUT LI.

Imperator a Crale Edessam repetit et accipit statim; iterumque ob defectum præsidii imponendi eidem ad tempus relinquit. Apocauchus Didymotichum invadit, sed frustra. Empythium castellum obsidet. Didymotichii ad verum nuntium colligunt animos. Empythii obsidio solvitur. Didymotichi penuria victus laborant; Scythæ populatum venientes, vacui redeunt. Scopelenses Scythas temere aggressi, peccatum suum magno luunt. Apocauchus bellum protostratori genero committit, qui ab episcopo monetur, ut labore supervacaneo desistat.

Βασιλεὺς δὲ ὁ Καντακουζηνὸς ἐπεὶ ἐκ Φερῶν ἀνέστρεφεν, εἰς Ἔδεσσαν ἐλθών, ἣν περιεστρατοπεδευμένος ὁ Κράλης ἐπολιόρκει, τὴν μὲν πολίχνην εὗρε προσχωρήσασαν ἐκείνῳ χρήμασι διαφθείραντι τοὺς ἔνδον. Ἀναμιμνήσκων δὲ τῶν ὅρκων, καὶ τῶν συνθηκῶν τῶν πρὸς αὐτὸν, οἷς ἐνεγέγραπτο, εἰ πόλιν τινα τῶν Ῥωμαίοις ὑπηκόων, καὶ ἀπόντος βασιλέως, ἢ ὅπλοις, ἢ τρόπῳ δή τινι ὑποποιήσαιτο ἀποδιδόναι βασιλεῖ, ἥτει τὴν πολίχνην. Ὁ Κράλης τε παρείχετο ἕτοιμος, φάσκων πάντα τὰ ὑπεσχημένα πράξειν, καὶ ὅπλοις καὶ χρήμασι καὶ πάσῃ δυνάμει συμμαχήσειν. Βασιλεὺς δὲ τότε πρὸ τὴν πολίχνην μένειν αὐτὸς ἀλυσιτελὲς ὁρῶν, περὶ γὰρ τῆς εἰς Δίβυ ὁτειδ

D Cantacuzenus imperator, ut Pheris redeundo Edessam venit, quam Crales obsederat, corruptis pecunia civibus ad eum defecisse invenit. Recordatus ibi sanciti cum eo fœderis, in cujus conditionibus erat scriptum, si quam urbem Romanorum, et absente imperatore, aut armis, aut alio quodam modo subegisset, uti eam illi restitueret, oppidulum repetebat. Quod cum Crales sine dilatione redderet, affirmaretque præstiturum se quidquid promisisset, armisque, et pecunia, et tota sua potentia illi adjutorem fore, cernens nullo se emolumento illic moraturum (nam in reditu Didymotichum tota mente et cogitatione versabatur), nec posse de

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

suis, quos ducebat, honestum præsidium relinquere, cum et numero exigui essent, et ut ibi sine eo manerent, adduci nequirent, quanquam ingratis (necessitate nimirum id extorquente) Crali oppidum ut proprium tuendum dimisit, donec se ejus recipiendi opportunitas ostenderet. Interea cum eodem in Triballos redit. Apocauchus magnus dux accepto nuntio imperatorem Pheris cum Triballis revertisse, opinans Didymotichenses eo casu vehementer perculsos, facile inter se dissensuros, atque eos se domiturum confidens, quotquot potuit Byzantii, et per urbes Thraciæ peditum manipulos, equitumque catervas contrahens, eo venit, **516** et super deditione verba fecit. Illis sermonem aspernantibus, cum oppugnare mœnia propter firmitatem non auderet, propugnatoresque magnanimos ac strenuos se expugnaturum desperaret, castellum Empythium obsidione vallatum, machinis verberare instituit, felicem se numeraturus, si caperet. Porro Didymotichense præsidium ad urbem sibi tradendam occulte sollicitabat; nullo tamen effectu. Nam cum quidam ab imperatore superveniens indicasset, falsa esse, quæ de illo sparsa fuissent, sed propter morbum, qui exercitum pervasisset, eum redire, et adventum ad illos apparare, instaurarunt animos, pro eo quidvis facere ac perferre paratissimi. Magnus dux parvo tempore in Empythii obsidione consumpto, ut allatum est, Scythas ingenti multitudine in fines Romanos se infudisse, anxius obsidionem solvit, nulloque servato ordine, Adrianopolim festinavit. Qui Didymotichi erant in præsidio, confusione animadversa, opinatique aliquid eis novi contigisse, unde tanta perturbatio exstitisset, mox in castra irruentes, paucos occidunt: commeatum, pecora et impedimenta secum in urbem auferunt. Ex quo enim suburbani armis in urbanos expeditis victi vastatique sunt, nec urbani terram coluerunt, cum scirent, nihil se inde utilitatis percepturos, si obsessi, hostem per se repellere non possent, sed vicinas urbes incursantes ac deprædantes vitam propagabant. Tum vero penitus ab hoste intra muros cohibiti, non mediocri penuria laborabant. Scythæ totam Thraciam pervagati, quoniam populationi nihil restabat, quod bello intestino regio jam exinanita et exhausta esset, et quod superfuerat, se in urbes recepisset, vacui reversi, non procul a Scopelo tetenderunt. Scopelenses intellecto eos sine præda domum remeare, consueta imprudentia temere concitati, armis ut quisque poterat correptis, etiam urbis præfectum Michaelem, præsidiariis quotquot erat assumptis, cum Barbaris cominus confligere cogunt. Quo facinus tam audax detrectante, hortanteque ut conatu absisterent, quia certo perituri, non modo bene monenti non obtemperarunt, verum etiam custodiendum quibusdam tradiderunt, supplicium proditionis in eum expensuri, ubi e pugna revertissent. Non enim quoniam eorum imbecillitatem nosset, ideo in hostes ire nolle: **517** sed

A χον ἐπανόδου πᾶσα ην αὐτῷ ἡ σπουδή. Ἐκ τε τῶν οἰκείων φρουρὰν ἀξιόλογον μὴ δυνάμενος καταλείπειν, ὀλίγων τε ὄντων τῶν συνεπομένων, καὶ μὴ πειθομένων χωρὶς ἐκείνου ἀπολείπεσθαι ἐκεῖ, τὴν μὲν πολίχνην, ὡς ἰδίαν καὶ ἄκων κατέλιπε πρὸς Κράλην φυλάττειν ὑπ' ἀνάγκης ἄχρις οὗ καιροῦ καλοῦντος, αὖθις ἀπολάβῃ. Αὐτὸς δὲ ἅμα Κράλῃ, πρὸς τὴν Τριβαλῶν ἀνεχώρουν γῆν. Ἀπόκαυχος δὲ ὁ μέγας δοὺξ ἐπεὶ πύθοιτο ἐκ Φερῶν ἀνακεχωρηκότα βασιλέα μετὰ Τριβαλῶν, ὑποπτεύσας τοὺς ἐν Διδυμοτείχῳ σφόδρα τεθορυβῆσθαι, καὶ πρὸς διχοστασίαν ἔσεσθαι ῥᾳδίους, καὶ διὰ ταῦτα παραστήσεσθαι ἐλπίσας, στρατιὰν ὅση ἦν ἐκ Βυζαντίου, καὶ τῶν κατὰ Θρᾴκην πόλεων συναγαγὼν πεζήν τε καὶ ἱππικήν, κατὰ Διδυμότειχόν τε ἐγένετο, καὶ προσῆγε

B λόγου: περὶ παραδόσεως. Ὡς δ' ἐκεῖνοι παρεδέχοντο οὐδαμῇ τοὺς λόγους, τὸ μὲν τειχομαχεῖν ἀπεγίνωσκε διά τε καρτερότητα τειχῶν, καὶ εὐψυχίαν καὶ τόλμαν τῶν ἐχόντων, ἀνάλωτον νομίζων, τὸ Ἐμπυθίου δὲ φρούριον περιστρατοπεδευσάμενος, ἐπολιόρκει καὶ μηχαναῖς ἐχρῆτο καὶ τειχομαχίαις, περὶ πλείονος τὸ παραστήσασθαι ποιούμενος. Ἐπεχείρει δὲ κρύφα καὶ τοῖς ἐν Διδυμοτείχῳ εἰ δύναιτο πείθειν τὴν πόλιν παραδοῦναι. Ἦνυε δὲ οὐδέν· ἀριγμένου γάρ τινος παρὰ βασιλέως καὶ μεμηνυκότος, ὡς οὐκ ἀληθῆ τὰ περὶ ἐκείνου εἰρημένα εἴη, ἀλλ' ὑποστρέψειε μὲν διὰ τὴν περὶ τὴν στρατιὰν συμβᾶσαν νόσον, αὖθις δὲ παρασκευάζοιτο ὡς ἀφιξόμενος, ἀνεθάρσησάν τε καὶ ἕτοιμοι ἦσαν, ὡς ὑπὲρ ἐκείνου πάντα καὶ πεισόμενοι καὶ πράξοντες. Ὁ μέγας δὲ δοὺξ ὀλίγα τῇ

C τοῦ Ἐμπυθίου ἐνδιατρίψας πολιορκίᾳ, ἐπεὶ πύθοιτο ἀθρόον στρατιὰν Σκυθικὴν εἰς τὴν Ῥωμαίων ἐμβεβληκυῖαν, ἀσυντάκτως ὑπὸ δέους τῆς πολιορκίας ἀπαναστάς, πρὸς Ἀδριανούπολιν ἐχώρει σπουδῇ πολλῇ. Οἱ δὲ ἐν Διδυμοτείχῳ τὴν ἀταξίαν ὁρῶντες τῆς τῶν Ῥωμαίων στρατιᾶς, καὶ νομίσαντές τι περὶ αὐτοὺς συμβεβηκέναι τὸ μάλιστα οὕτω θορυβῆσαν, αὐτίκα τε ἐγένοντο εἰς τὸ στρατόπεδον, καί τινων ἐκράτησαν ὀλίγων ἐπιθέμενοι, σίτου τε καὶ βοσκήματα καὶ ἄλλας διαρπάσαντες ἀποσκευάς, εἰσῆγον ἐντὸς τειχῶν. Ἐξ ὅτου γὰρ οἱ ἐκ τῆς ἔξωθεν συνοικίας πολέμων ἁράμενοι πρὸς τοὺς ἔνδον, ἀνέστησαν ἡττηθέντες, οὐδ' οἱ ἔνδον γεωργίαις προσεῖχον, εἰδότες ὡς οὐδεμία τις ὠφέλεια ἐκ τούτων ἔσται αὐτῶν

D πολιορκουμένων, καὶ τοὺς ἐπιόντας ἀμύνεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν οὐ δυναμένων, ἀλλὰ τὰς πλησίον πόλεις καταφρέχοντες καὶ ληΐζόμενοι διέζων. Τότε δὲ παντάπασιν ὑπὸ τῆς στρατιᾶς εἰργόμενοι τειχήρεις, οὐ μετρίως ἐπιέζοντο ἐνδείᾳ. Τὸ μέντοι Σκυθικὸν, πᾶσαν καταδραμὸν τὴν Θρᾴκην, ἐπεὶ ληΐζεσθαι οὐδὲν ἐνῆν, πρότερόν τε ὑπὸ τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς ἀλλήλους τῆς χώρας διεφθαρμένης, καὶ τότε εἴ τι περιῆν ἔτι εἰς τὰς πόλεις καταφυγόντος, κεναῖς ἀναστρέψαντες χερσὶν, οὐ μακρὰν Σκοπέλου τὴν στρατοπεδείαν ἐποιήσαντο. Ὁ δὲ ἐν Σκοπέλῳ δῆμος πυθόμενοι, ὡς Σκύθαι ληΐσάμενοι μηδὲν, πρὸς τὴν οἰκείαν ἐπανέρχονται, τῇ συνήθει ἀσυνεσίᾳ παραβόλως ὁρμηθέντες, ὅπλα ὡς εἶχον ἕκαστος, ἁράμενοι, ἠνάγκαζον καὶ τὸν τῆς πόλεως ἡγεμόνα Μιχαὴλ παραλαβόντα

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

καὶ τοὺς στρατιώτας ὅσοι ἦσαν παρ' αὐτοῖς, συμ- A
πλέκεσθαι ἐγγὺς οὖσι τοῖς βαρβάροις. Τοῦ δὲ πρὸς
τὸ τόλμημα ἀπαγορεύοντος, καὶ παραινοῦντος ἀπ-
έχεσθαι τῆς πείρας ὡς θανατοῦντας φανερῶς, οὐ
μόνον οὐκ ἐπείθοντο τὰ βελτίω συμβουλεύοντι, ἀλλὰ
παρέδοσάν τισι φρουρεῖν, ὡς ἐπειδὰν ἐκ τῆς μάχης
ἀναστρέψωσιν, ἀμυνούμενοι αὐτὸν τῆς προδοσίας.
Οὐ γὰρ ἀδυναμίαν αὐτοῖς συνειδότα μὴ ἐθέλειν στρα-
τηγεῖν ἐπὶ τοὺς πολεμίους· ἀλλὰ χαριζόμενον αὐτοῖς
ὡς ἐκ τῆς Διδυμοτείχου πολιορκίας τὸν μέγαν δοῦκα
ἀναστήσασιν, ὅσον οὐδέπω μέλλοντα διὰ τὴν ἔνδειαν
αὐτοῦ κρατεῖν. Αὐτοὺς δὲ ἐκείνοις ἐπελθεῖν τε καὶ
κρατῆσειν οὐ τοῦ πολεμίους εἶναι μόνον, ἀλλὰ καὶ
διὰ τὴν εἰς τὸν μέγαν δοῦκα εὔνοιαν. Τῷ γὰρ ἐκεί-
νου δέει μηδὲν λυμηναμένους τὴν Ῥωμαίων, πρὸς
τὴν οἰκείαν ἀναστρέφειν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ. Τοιαῦτα B
οἱ κακοδαίμονες εἰπόντες καὶ νεανιευσάμενοι, ἐχώ-
ρουν κατὰ τῶν Σκυθῶν, κελεύσαντες αὐτοῖς καὶ τοὺς
στρατιώτας ἕπεσθαι. Οἱ δὲ εἶποντο ἀνάγκῃ, αἱρε-
τώτερον ἡγούμενοι αὐτοὺς, εἰ δέοι, τοῖς βαρβάροις
μαχομένους ἀποθνήσκειν, ἢ πανοικεσίᾳ διαφθείρε-
σθαι ὑπὸ τῶν δημοτῶν. Ἐπεὶ δὲ ἐγγὺς τοῦ στρατο-
πέδου ἦσαν τῶν Σκυθῶν, βοῇ πόῤῥωθεν ἐχρῶντο καὶ
ἀλαλαγμοῖς, καὶ ἐχώρουν δρόμῳ κατ' αὐτῶν, οὐ γὰρ
ᾤοντο ἀντισχήσειν οὐδὲ πρὸς βραχύ· ἀλλ' ὑποπτή-
ξαντας, ἑτοίμους ἑαυτοὺς παρέχεσθαι ἀνδραποδίζε-
σθαι. Διὸ καὶ σχοινία ἕκαστος ἐπεφέροντο τοῦ τοὺς
ἁλωσομένους βαρβάρους ἕνεκα δεσμεῖν, ἵνα μὴ δια-
διδράσκοιεν ἄδετοι ἀγόμενοι. Οἱ Σκύθαι δὲ νομίσαν-
τες στρατιὰν πεζὴν ἰέναι ἐπ' αὐτοὺς, τῶν ἵππων
ἐπιβάντες, ἐξήγοντο τοῦ στρατοπέδου ὡς μαχούμε- C
νοι. Οἱ δὲ, ὡς μόνον εἶδον τοῦ στρατοπέδου ἐξιόν-
τας, τοῦ προτέρου φυσήματος ἐπιλαθόμενοι ἐτρέ-
ποντο πρὸς φυγήν. Ὑπτίου δὲ ὄντος τοῦ πεδίου καὶ
ὕλης παντάπασι ψιλοῦ, διαδρᾶναι ἠδυνήθη οὐδὲ εἷς,
ἀλλὰ πάντες κατεκόπησαν ὑπὸ τῶν Σκυθῶν πλὴν τῶν
ἱππέων. Οὗτοι γὰρ διά τε τὸ πολὺ αὐτῶν τοὺς Σκύ-
θας ἔτι ἀφεστάναι, ἡνίκα ἡ τροπὴ ἐγένετο, ἄλλως
θ' ὅτι καὶ πρὸς τὸν πεζὸν ἠσχόληντο οἱ βάρβαροι,
διασωθῆναι εἰς τὴν πόλιν ἠδυνήθησαν. Οὕτως ἡ
ἄνοια καὶ ἡ παράλογος ὁρμὴ πρὸς ἀνηκέστους ἐξάγει
συμφοράς. Ἀπόκαυχος δὲ ὁ μέγας δοὺξ, μετὰ
τῶν Σκυθῶν τὴν εἰσβολὴν, Ἀνδρόνικον Παλαιολόγον
τὸν πρωτοστράτορα, ὃς ἦν γαμβρὸς αὐτῷ, ἄρχοντα
συμπάσης ἀποδείξας τῆς στρατιᾶς, καὶ τὸν πρὸς D
Διδυμότειχον ἐπιτρέψας πόλεμον, αὐτὸς εἰς Βυζάν-
τιον ἐπανῆκε. Πρωτοστράτωρ δὲ συχνὰς ἐποιεῖτο
κατὰ Διδυμοτείχου ἐκδρομὰς, καὶ πάλιν ἀνέστρεφε
ταχέως. Οὐ γὰρ ἦν ὅ τι κακώσει διαφθείρας οὐδενὸς
ὄντος ἔξω τειχῶν. Οἱ δὲ ἑδδον στρατιῶται αὐτοῦ
ἀναχωροῦντος, τοὺς περιοίκους λῃζόμενοι, καὶ σῖτον
διαρπάζοντες καὶ βοσκήματα, διέφερον τὸν πόλεμον,
οὐδὲν ἀγεννὲς οὔτε πράξαντες, οὔτε μελλήσαντες διὰ

ipsis hostibus gratificari, ut qui ab obsidione Didymotichi Apocauchum magnum ducem jamjam urbem commeatu defectam occupaturum submovissent, quos invadere ac debellare non solum quia hostes sint, sed etiam studio magni ducis debeant, cujus metu nulla Romanorum provinciæ illata vastitate, brevi spatio se domum referant. Talia infelices illi novarumque rerum cupidi fabulati, contra Scythas militibus sequi jussis prodierunt. Qui invito sequebantur, optabilius rati, cum Barbaris, si opus esset, pugnando interfici, quam plebis furore cum tota domo deleri. Scytharum castris appropinquantes, eminus sublato clamore in eos incurrunt; non enim vel parum se opposituros existimabant, sed timore exanimatos, pro captivis abducendos se præbituros. Ideo funes quilibet ad barbaros illos constringendos secum portabat: ne, si absque vinculis ducerentur, aufugerent. Scythæ credentes peditum agmen adventare, equos conscendunt; castris pugnaturi progrediuntur. Scopelenses simul atque illos castris viderunt egredi, obliti prioris insolentiæ, in fugam se penetrant. Sed per plana campi nullo prorsus obvio nemore, præter equites nemo evasit: concisi ad unum omnes. Illi enim, equites, inquam, quod Scythæ adhuc longius distabant, quando fuga iniri cœpta est, deinde quod iidem in peditibus mactandis erant occupati, incolumes in urbem pervenere. Sic stultitia et expers rationis impetus in mala præsentissima homines præcipitant (7). Apocauchus post Scytharum irruptionem Andronico Palæologo protostratore, genero suo, supremo exercitus duce designato, et Didymotichensi bello ei commendato, Byzantium repetit. Palæologus Didymotichum frequenter incursare, et subito se recipere: nec enim erat incolis nocendi occasio, cum extra muros nihil superesset. At præsidiarii ipso recedente, vicinos depopulando, annonamque ac pecora diripiendo bellum tolerabant: nec ob inopiam victus quidquam parum virile aut faciebant, aut facturi erant. Cum aliquando adortus esset illos protostrator, per epistolam metropolita monuit, eos belligerando cum imperatore, in cujus potestate omnino, nec ita diu post futuri sint, inani labore defatigari: nec ad finem cogitata perducturos, cum interim laborare non desinant, et aliis magna detrimenta invehant. Hortabatur igitur, ut sibi obsequentes, maleficia omitterent. **518** Si enim non evenerint, quæ ego dico, inquit, non est locutus in me Spiritus sanctus. Tabellario iter abnuente ob timorem, ne ista de causa haberetur male, episcopus jussit esse bono animo: tantummodo enim aliquot plagas

Jacobi Pontani notæ.

(7) Horatius lib. III, ode 4.
Vis consilii expers mole ruit sua:
Vim temperatam di quoque provehunt
In majus: idem odere viros
Omne nefas animo moventes.
Hoc ipsum strophis sequentibus aliquot exemplis illustrat.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

relaturum. Atque hæc ut prædicta fuerant, ita evenerunt.

ἐκείνου πάνυ δεομένων. Βασιλεὺς δὲ καὶ πρότερον μὲν ἐν μεγάλῃ ἐτίθετο φροντίδι τὸ πρὸς Διδυμότειχον ἀπαίρειν, καὶ τότε δὲ ὑπὸ τοῦ Ταρχανειώτου παρακληθείς, μᾶλλον τὴν ἐπάνοδον ἐπέσπευδε, καὶ Κράλην ἐπὶ τὰ ἴσα παρεκάλει· καὶ παρεσκεύαστο ἤδη ἡ στρατιὰ ἡ μέλλουσα συναίρεσθαι τῷ βασιλεῖ πρὸς τὴν ἐπάνοδον. Καὶ Ταρχανειώτης μὲν βασιλέα τε καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν πολλῆς ἐμπλήσας ἡδονῆς καὶ προθυμίας, οὐδὲ γὰρ ἐξ ὅτου βασιλεὺς εἰς Τριβαλοὺς ἦκεν, ἀξιόχρεώς τις οἴκοθεν ἀφῖκτο πρὸς αὐτὸν, δίει τῶν κατεχόντων τὰς ὁδοὺς, αὖθις ἐπανῆκε πρὸς Διδυμότειχον, διαλαθὼν τοὺς πολεμίους, καὶ ἀπήγγελλε σαφέστερον τὰ περὶ βασιλέως· καὶ ὡς εἴη παρεσκευασμένος ἐπανήκειν ἅμα στρατιᾷ ὀλίγῳ ὕστερον. Ἀπόκαυχος δὲ ὁ μέγας δοὺξ πρὸς Κράλην πέμψας ἐδήλου τε, ὅτι ἥξει ναυσὶ πρὸς τὴν Μακεδονίαν, καὶ ὡς βούλοιτο συντυχεῖν αὐτῷ συνεδήκας ποιησόμενος, αἳ μάλιστα ἔσονται αὐτῷ καθ' ἡδονήν. Κράλης δὲ περὶ τῆς συντυχίας πρότερον ἐρόμενος, εἰ ἐπιτρέπει, βασιλέα, ὡς οὐκ ἐκώλυεν, ἀλλὰ μᾶλλον ἐνεδίδου, πρὸς Ἀμφίπολιν συντέθειτο ἀλλήλοις συντυχεῖν, ὁ μὲν ναυσὶν ἐκ θαλάττης, ἵππῳ δὲ ὁ Κράλης ἐξ ἠπείρου. Σκοπὸς δὲ ἦν τῆς συντυχίας ἀμφοτέροις, Κράλῃ μὲν εἰ δύναιτο Ἀπόκαυχον τὸν μέγαν δοῦκα ζωγρεῖν ἀμυνομένῳ τοῦ πρὸς βασιλέα ἕνεκα πολέμου· Ἀποκάυχῳ δὲ ὥστε Κράλην πεῖσαι πόλεμόν τε μὴ πρὸς αὐτὸν κινεῖν, Παλαιολόγον Ἀνδρόνικον τὸν γαμβρὸν βουλόμενον βασιλέα Ῥωμαίων ἀποφαίνειν, καὶ βασιλέα εἴργειν Καντακουζηνὸν, καὶ μὴ ἐᾶν εἰς τὴν Ῥωμαίων ἐπανήκειν, κώλυμα ἐσόμενον γαμβρῷ πρὸς τὴν ἀρχήν. Τῶν ἄλλων γὰρ οὐδένα ἐποιεῖτο λόγον. Τοῦτο μὲν οὖν, εἴτε ἀληθῶς ἐβούλετο ὁ μέγας δοὺξ, εἴτε μὴ, φανερὸν οὐκ ἐξεγένετο, τοῦ περὶ ταῦτα διακονουμένου καὶ τὰ ἀπόρρητα συνειδότος Χρέλη πρότερον ἀποθανόντος. Πρὸς γὰρ τὸν Ἀνδρονίκου τοῦ γαμβροῦ πατέρα ἐν Φεραῖς ὁ μέγας δοὺξ τὰ τοιαῦτα διά τινων τῶν μάλιστα εὐνουστάτων ἀπαγγέλλων, κἀκείνου Χρέλῃ διαλεγομένου περὶ Μελενίκου διατρίβοντι, καὶ δι' ἐκείνου τὰς Κράλῃ λαμβάνοντος ἀπολογίας, αὖθις ὁ μέγας δοὺξ ἐπυνθάνετό τε περὶ ὧν ἐδεῖτο, καὶ ὅσα ἦν κατὰ γνώμην αὖθις ἀπεκρίνετο. Κράλης δὲ ὡς ἀληθῶς τοιαύτην διεβεβαιοῦτο πρὸς Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα τὴν μεγάλου δουκὸς ἀξίωσιν εἶναι, καὶ ἐβουλεύετο, ὅ τι δέοι πρὸς ταῦτα κρίνεσθαι, βασιλεύς τε μὴ κωλύειν συνεβούλευεν, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ συμπράττειν, ἵνα μᾶλλον ὁ περὶ αὐτὸν Ἀποκαύχου φθόνος γίνοιτο φανερός· καὶ ὡς οὐκ εὐνοίᾳ τῇ πρὸς βασιλίδα καὶ βασιλέα τὸν υἱὸν, τὸν ἐμφύλιον κινοίη πόλεμον, ἀλλ' αὐτῷ τὴν Ῥωμαίων ἐκ παντὸς τρόπου περιποιούμενος ἡγεμονίαν. Κράλης μὲν οὖν ἅμα βασιλεῖ τῷ Καντακουζηνῷ ἐν τοῖς Ἀλμυροῖς προσαγορευομένοις λάκκοις ἐστρατοπεδεύετο ἐλθών, καὶ περιέμενε τὸν εἰς Ἀμφίπολιν τοῦ μεγάλου δουκὸς κατάπλουν ὡς ἐκεῖσε συνεσόμενος. Ἐν Βυζαντίῳ δὲ οἱ μὲν ἄλλοι τῶν εὐγενεστέρων καὶ μάλιστα ἐν λόγῳ, Καντακουζηνισμὸν ὑπὸ μεγάλου δουκὸς ἐπικληθέντες, δεσμωτήρια τε ᾤκουν, καὶ οὐδεμιᾷ ἀπείρατοι

et tunc a Tarchaniota inflammatus multo magis Cralemque de subsidio hortabatur : jamque copiæ quæ cum illo abirent instruebantur. Et Tarchaniota quidem, imperatore quique cum eo erant plurimum exhilaratis et excitatis (nec enim quisquam, ex quo ad Triballos abierat, alicujus nominis domo ad eum, timore vias obsidentium, venerat), Didymotichum repetivit, hostes latens, et quo loco res imperatoris sitæ essent, pauloque post cum auxiliis adfuturum certo nuntiavit. Apocauchus missis legatis Crali significat, se in Macedoniam navigaturum, cupereque fœderis sibi quidem optatissimi faciendi causa cum eo colloqui. Crales ex imperatore prius quærit, an se cum illo congredi permittat. Quo non dissuadente, imo annuente potius, Amphipolis consensu deligitur, quo ille navibus e mari, hic equitatu ex continente veniat. Scopus in hoc congressu erat utrique, Crali nempe, ut Apocauchum vivum caperet, si posset, eumque propter bellum adversus imperatorem ulcisceretur : Apocaucho, ut Crali persuaderet, ne se, volentem Andronicum Palæologum generum suum imperatorem declarare, armis impediret, et Cantacuzenum coerceret, nec in Romanorum provinciam reverti sineret, impedimento videlicet futurum genero ad imperium; alios enim parvipendebat. Hoc utrum magnus dux revera desiderarit, necne, Chrele in hoc subserviente, secretorumque conscio prius mortuo, incompertum mansit. Patri quippe Andronici generi Pheras magnus dux talia per quosdam amicissimos nuntians, eoque cum Chrele, qui apud Melenicum manebat, agente, et per illum Cralis responsa accipiente, rursum magnus dux quæ opus erat interrogabat, et ille quæ sentiret, denuo respondebat. Ut autem confirmavit Crales, magnum ducem contra imperatorem Cantacuzenum vere istuc petere, et quid respondendum esset quæsivit, imperator hortatus est, ut se ab illo conveniri pateretur, quo ejus in se invidia testatior evaderet : nimirum non benevolentia erga Augustam et imperatorem filium civile hoc bellum ab eo inflammari, sed ut sibi per fas et nefas imperium acquireret. Ita Crales una cum Cantacuzeno ad Salsos lacus, ut appellantur, veniens, castra facit, magni ducis appulsum ad Amphipolim, ut ibi eum conventurus, exspectans. **529** Byzantii vero alii de nobilitate et viri honoratissimi a magno duce Cantacuzenismi postulati, carceribus tenebantur, et incommodis vexabantur omnibus. Qui autem ad bellum ei adjumento fuerant, quique faciebant, ut crederet imperatrix, Cantacuzenum sibi moliri insidias, eorum partim mediocriter tangebat, et a gubernaculis dejiciebat, litis contra se materiam subministrans, ut cum illos perdidisset, reprehensione careret, quasi juste eos punivisset, cum sibi male voluissent. Quæ et ipsi cernentes, maleque jam in futurum ominantes, sibi ipsis et aliis

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ingentes creasse calamitates intelligebant : juvare autem semet, magno duce omnia jam suo dominatu tenente, non poterant. Cæterum Georgius Chumnus, magnus stratopedarcha, unus de belli auctoribus, ad imperatricem adiens, magnum ducem clam accusavit, qui opes reipublicæ inutiliter dissiparet, et ad bellum terrestre classem nihil profuturam instrueret. Qui enim classis contra Cantacuzenum cum apud Triballos manentem, tum Didymotichum urbem procul a mari semotam obtinentem dimicaret? Dabat itaque consilium, ut impensis infructuosis abstineretur, et excogitaretur quidpiam, quod ad totius reipublicæ emolumentum redundaret : id esse pacem et fœdus cum Cantacuzeno, quod utilitatem summam polliceretur. Tam importuno namque bello adversus illum suscitato, inquit, et studiosissime illato nihil nos profecisse, sed eum damni expertem apud Triballorum principem adhuc hærere, esseque in multa gratia : et exercitum conscribi, quicum, ut audimus, Didymotichum revertatur : et Didymotichenses de animo erga illum suo nihil remittere, neque bello tam propinquo cruciari, sed potius Thraciæ urbibus universis nocere immitius quam Cerberum, omnia deprædantes, funditusque devastantes : hæc mihi nequaquam e re nostra, neque in finem bonum desitura videntur. Quare pacem cum illo suscipiendam sentio. Nunc enim in aliena regione profugus, et opem externam exposcens, obviis eam ulnis amplectetur, si moderata petiverimus. Si domi fuerit, seseque corroboraverit, metuo ne nobis eam flagitantibus ipse neget, explorata spe victoriæ confisus videlicet. Imperatrix eum cum ratione consentientia suadere, et postea quod consultantibus e republica visum fuerit facturos dixit; **530** hoc tempore, impensa jam facta, solutoque classiariis stipendio, abnavigationem justam videri. Hæc illa affirmavit, quod ei magnus dux receperat, si in Macedoniam navigasset, Cantacuzenum vinctum adducturum, perinde quasi Crales se illum traditurum promisisset, si ipsemet ad se venisset : et quod Cantacuzenum tempore belli multis attritum difficultatibus, et matre in carcere exstincta, filioque Andronico diu jam vinculis et aliis incommodis afflicto, immensaque vi pecuniæ spoliatum ; pluribus præterea cum insolentia et contumelia in illum designatis, et amicissimis cognatisque, aliis vita fortunisque simul expulsis, aliis ex illustrissimis et opulentis ad paupertatem redactis, et in custodiam delrusis, non facile ad pacem inclinaturum, sed vindicaturum se modis omnibus, et par pari relaturum cogitaret. Hinc ad consilia pacis agitanda lenta esse ac torpere, quod laborem inanem putaret. Nam priusquam ad tantam indignitatem veniretur, et sui omni crudelitate contumeliaque in eum debaccharentur, præ aliis pacem sese concupiscere complura dabat indicia : ita prorsus existimans, ejus odio bellum istuc a principio concitatum fuisse, nec cum sibi ac filiis

A κακοπραγίας ἦσαν. Τῶν δὲ αὐτῷ συναραμένων πρὸς τὸν πόλεμον, καὶ πεπεικότων βασιλίδα, ὡς ἐπιβουλεύοιτο παρὰ Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως, τῶν μὲν ἤδη παρῄπτετο μετρίως, καὶ καθῄρει τῶν ἀρχῶν, ἀφορμὴν παρέχων τῆς πρὸς αὐτὸν διαφορᾶς· ἵν' εἰ διαφθείρειε μηδεμίαν μέμψιν ἔχοι, ὡς οὐ δικαίως ἀμύνοιτο αὐτοὺς, κακοὺς περὶ αὐτὸν γεγενημένους. Τῶν δὲ ἐμελλεν, ἃ συνορῶντες καὶ αὐτοὶ καὶ πονηρὰν περὶ τῶν μελλόντων ἤδη ἔχοντες ἐλπίδα, ἠσθάνοντο μὲν ὡς σφίσι τε αὐτοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις αἴτιοι κατέστησαν μεγάλων συμφορῶν, βοηθεῖν δὲ οὐκ εἶχον ἑαυτοῖς, πάντα ἤδη μεγάλου δουκὸς ὑφ' ἑαυτῷ πεποιημένου. Χοῦμνος δὲ Γεώργιος ὁ μέγας στρατοπεδάρχης, εἷς ὢν τῶν τὸν πόλεμον κεκινηκότων, βασιλίδι προσελθών, ἠρέμα κατεμέμφετο μεγάλῳ
B δουκὶ, ὡς εἰς οὐδὲν δέον τὰ κοινὰ καταναλίσκοντι, καὶ πρὸς πόλεμον ἠπειρώτην στόλους ἐξαρτυομένῳ μηδὲν ὀνήσοντας. Πρὸς τί γὰρ ὁ στόλος ἐναντιώσεται Καντακουζηνῷ αὐτῷ τε παρὰ Τριβαλοῖς ὄντι καὶ Διδυμότειχον κατέχοντι πόλιν μακρὰν θαλάσσης ᾠκισμένην; συνεδούλευέ τε μᾶλλον τῶν τοιούτων ἀπέχεσθαι ἀνονήτων δαπανῶν, πρός τινα δὲ χωρεῖν ἐπίνοιαν τοῖς ὅλοις πράγμασι συνοίσουσαν. Τοῦτο δὲ εἶναι, εἰρήνην τίθεσθαι πρὸς Καντακουζηνὸν καὶ σπονδὰς, αἳ μάλιστα δόξειεν λυσιτελεῖν. Τὸ γὰρ τοσούτου πολέμου πρὸς αὐτὸν κεκινημένου, καὶ πάσης σπουδῆς εἰσενηνεγμένης, μηδὲν ἡμᾶς δυνηθῆναι πλέον, ἀλλ' ἐκεῖνόν τε ἀπαθῆ κακῶν, καὶ πολλῆς εὐνοίας ἀπολαύοντα παρὰ τῷ Τριβαλῶν δυνάστῃ ἔτι
C διαμένειν, παρασκευαζόμενόν τε ὡς ἀκούομεν εἰς Διδυμότειχον ἐπανήκειν μετὰ στρατιᾶς. Τούς τε ἐν Διδυμοτείχῳ μηδὲν ὑφεῖναι τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας, μηδ' ὑπὸ τοῦ περιεστηκότος πολέμου πιεσθῆναι, ἀλλὰ μᾶλλον αὐτοὺς ταῖς κατὰ Θρᾴκην πάσαις πόλεσι, κερδέρων εἶναι χαλεπωτέρους, πάντα διαφθείροντας ἄρδην καὶ ληΐζομένους, οὐ πρὸς ἡμῶν ἔμοιγε εἶναι φαίνεται, οὐδὲ πρός τι τέλος λήξειν ἀγαθόν. Διό μοι καὶ παραινεῖν ἐπῆλθε, τίθεσθαι τὴν πρὸς αὐτὸν εἰρήνην. Νῦν μὲν γὰρ ὑπερόριος ἐν ἀλλοτρίᾳ διατρίβων καὶ τῆς παρ' ἑτέρων δεόμενος ἐπικουρίας, ἑτοίμως ἂν ὑπακούσειε πρὸς τὴν εἰρήνην, εἰ μέτρια αἰτοίημεν. Εἰ δ' οἶκοι τι γένοιτο καί τινος εὐπορήσειε δυνάμεως, δέδοικα μὴ δεομένων ἡμῶν ἀπαναίνοιτο αὐτὸς, οἷα δὴ βεβαίας ἤδη τοῦ περιγενήσεσθαι ἡμῶν ἐλπίδας ἔχων. Βασιλὶς δὲ λόγον μὲν
D ἔχοντα εἶπε παραινεῖν, καὶ ὕστερον ὅ τι ἂν δοκῇ λυσιτελεῖν κοινῇ σκεψαμένους πράττειν· τὸ δὲ νῦν ἔχον, τῆς δαπάνης ἤδη γεγενημένης καὶ τὸν μισθὸν ἐχόντων τῶν τριηριτῶν, δίκαιον ποιεῖσθαι τὸν ἀπόπλουν. Ταῦτα δὲ αὐτῇ εἴρηται, ὅτι τε ἐπηγγέλετο ὁ μέγας δοὺξ, εἰ πρὸς Μακεδονίαν ἀποπλεύσειε Καντακουζηνὸν ἄξειν δεσμώτην, ὡς παραδώσειν ἐπαγγελομένου Κράλη, εἰ πρὸς αὐτὸν ἀφίκοιτο αὐτός. Καὶ ὅτι πολλῶν ἤδη τῶν πρὸς βασιλέα Καντακουζηνὸν ὑπὸ τῷ τοῦ πολέμου χρόνῳ γεγενημένων δυσχερῶν, καὶ τῆς τε μητρὸς δεσμωτηρίῳ ἐναποθανούσης, καὶ Ἀνδρονίκου τοῦ υἱοῦ πολὺν ἤδη χρόνον δεσμοῖς προσταλαιπωρήσαντος, καὶ ἄλλῃ κακώσει χρημάτων τε ἀπείρων ἡρπασμένων, καὶ πολλῶν ἀτόπων ἄλλων.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ἐφ' ὕβρει ἐκείνου εἰργασμένων, καὶ τῶν ἐπιτηδείων μάλιστα καὶ συγγενῶν, τῶν μὲν αὐταῖς οὐσίαις συναπολωλότων, τῶν δ' ἐκ περιφανεστάτων καὶ πλουσίων ἀπόρων καὶ δεσμωτῶν κατεχομένων, οὐ ῥᾳδίως ἤλπιζε Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα πεισθήσεσθαι πρὸς τὴν εἰρήνην, ἀλλ' ἀμυνεῖσθαι παντὶ τρόπῳ, καὶ ἴσ' ἀντ' ἴσων ἀποδώσειν· ἃ ναρκᾶν αὐτὴν ἐποίει, καὶ ἀποχνεῖν πρὸς τὸ βουλεύεσθαι περὶ εἰρήνης οἰομένην ἀνήνυτα πονεῖν. Ἐπεὶ ὅτι γε πρὶν εἰς τοσοῦτον ἀτοπίας ἐξεληλακέναι, καὶ πᾶσαν ὠμότητα καὶ ὕβριν τοὺς περὶ αὐτὴν ἐνδείξασθαι πρὸς βασιλέα, τῶν ἄλλων αὐτῇ μᾶλλον ἠρεῖτο τὴν εἰρήνην, πολλὰ δείγματα ἐξενήνοχεν αὐτὴ πεισθεῖσα ἀκριβῶς, ὡς φθόνῳ τῷ πρὸς βασιλέα ὁ πόλεμος ἐκινήθη τὴν ἀρχήν, ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνος ἐπεβούλευεν αὐτῇ καὶ τοῖς παισὶν, ὡς οἱ συκοφάνται κατηγόρουν. Τότε δ' οὖν ὅμως τὴν περὶ τῆς εἰρήνης ὑπερέθετο διάσκεψιν. Ἀπόκαυχος δὲ ὁ μέγας δοὺξ, ἐπεὶ ἐφωπλισμέναι ἦσαν αἱ τριήρεις, ἀπέπλευσεν εἰς Ἀμφίπολιν, τὸ μὲν δοκεῖν ὡς κατὰ βασιλέως Καντακουζηνοῦ τῷ Κράλῃ διαλεξόμενος, καὶ πείσων προδιδόναι· ὡς δὲ διῐσχυρίζετο ὁ Κράλης, ἵνα μὴ πολεμοίη τῷ γαμβρῷ βασιλεῖ μέλλοντι Ῥωμαίων ἀναδείκνυσθαι. Τοῦτο μὲν οὖν εἴς τι προφανὲς οὐκ ἠδυνήθη προελθεῖν· μεταξὺ γὰρ τοῦ χρόνου τριβομένου, ἐτελεύτησεν ὁ Χρέλης, ὃς αὐτοῖς τῶν ἀποῤῥήτων ἐκοινώνει. Καὶ ὁ μέγας τε δοὺξ εἰς Βυζάντιον ἐξ Ἀμφιπόλεως ἀπῆρε μηδενὶ θαῤῥήσας ἑτέρῳ τὰ ἀπόῤῥητα. Καὶ ὁ Κράλης περὶ τῶν πόλεων ἠσχόλητο τὴν ἐπιμέλειαν, ἃς Χρέλῃ κατέχοντος ἐλάμβανεν αὐτὸς μετὰ τὴν τελευτήν· καὶ ἐκ τῶν πρὸς ἐπικουρίαν βασιλέως τεταγμένων τοὺς βελτίστους ἀπολεγόμενος, κατέλιπεν αὐταῖς φρουράν. Αὐτὸς δὲ τοὺς ἐπιλοίπους ἔχων, μετὰ βασιλέως ἦκεν εἰς Φεράς.

insidias meditatum, cujus sceleris a sycophantis insimulabatur. Tunc tamen de pace deliberationem differebat. Apocauchus instructis triremibus Amphipolim navigavit, præ se ferens acturum apud Cralem contra Cantacuzenum, et ut is sibi traderetur, effecturum, ut autem Crales autumavit, ne genero imperatori Romanorum designando armis obsisteret. Hoc itaque in apertum evadere non potuit; intercedente enim tempore Chreles arcanorum utrique conscius decessit, et magnus dux Amphipoli Byzantium renavigavit, nemini quæ tacita vellet committens; Crales vero in procurandis urbibus, quarum possessionem defuncto Chrele adierat occupatus, delectis optimis ex decreto imperatori subsidio, eos in præsidiis reliquit. Ipse cum cæteris eumdem Pheras est prosecutus.

531 CAPUT LV.

Crales Pheræos ad deditionem imperatori faciendam hortatur. Recusant pertinaciter, præcipue Constantinus Palæologus et metropolitanus. Conditio eis oblata ab imperatore et repudiata, interfecto etiam legato crudelissime. Miles Romanus desperans, Didymotichum redire percupit; sequitur consilium imperator. Crales Pheræis vastitatem infert. Triballi imperatorem in Thraciam sequentes, quales fuerint. Ad Cralem pro majori auxilio redire decernit: dissentientibus Romanis ac nolentibus, cogitur parere imperator et Didymotichum tendere. Monetur a Didymotichensibus de periculo. Miraculum circa litteras ad imperatorem et reversio ad Triballos. Protostrator suis fit suspectus. Apocauchus Byzantii cum gratulationibus excipitur. Falsus de Cantacuzeno rumor. Apocauchus quosdam custodia multat.

Καὶ πρίν τι κακοῦν τὴν χώραν, πρεσβείαν πρὸς Φεραίους πέμψας, παρῄνει βασιλεῖ τὴν πόλιν ἐγχειρίζειν. Ὅρκους γὰρ αὐτοῖς πρὸς ἀλλήλους γεγενῆσθαι, σύμμαχον καὶ αὐτὸν καὶ φίλον εἶναι τῶν πόλεων, αἳ προσχωρήσουσι βασιλεῖ, πολέμιον δὲ ταῖς ἠρημέναις πολεμεῖν. Εἰ μὲν οὖν καὶ αὐτοὶ πειθόμενοι προσχωρήσουσιν ἑκόντες βασιλεῖ, νῦν τε ὡς τάχιστα ἀναχωρεῖν αὐτῶν, καὶ ὕστερον μηδέποτε κακώσειν ἐπηγγέλετο. Εἰ δ' ἀγνωμονεῖεν καὶ μὴ πείθοιντο, τεμεῖν αὐτοῖς τὴν γῆν ἠπείλει, καὶ τὰ ἔσχατα διαθήσειν. Φεραῖοι δὲ τὴν πρεσβείαν ἀπεπέμψαντο, πάντα οἴσειν πρότερον εἰπόντες, ἢ Καντακουζηνῷ δουλεύσειν. Ἐνῆγε δὲ αὐτοὺς πρὸς τοῦτο οὐχ ἧττον μὲν καὶ ἡ ἀλογία καὶ ἡ ἀκρισία διὰ τὸ πρὸς βασιλέα ἔχθος τὰ ἔσχατα αἱρουμένους ὑπομένειν, ἐνὸν ἀποθεμένους σώζεσθαι. Μάλιστα δὲ ὁ Παλαιολόγος Κωνσταντῖνος, ὃς ἦγε τὴν πόλιν τότε, Ἀποκαύχῳ τε ἐς τὰ μάλιστα φίλος ὢν, καὶ τῶν ἀποῤῥήτων κοινωνὸς, καὶ τὴν πίστιν ἀκραιφνῆ καὶ τὴν εὔνοιαν αὐτῷ τηρῶν ὅτι κηδεστῇ Ἀνδρονίκῳ τῷ υἱῷ· καὶ ὁ μητροπολίτης, πόλεμον ἄσπονδον πρὸς βασιλέα ἐξαρχῆς εὐθὺς ἀνῃρημένος ἐξ οὐδεμιᾶς αἰτίας. Βασιλεὺς δὲ, ἐπεὶ ἐκεῖνοι τὴν πρεσβείαν ἀπεπέμψαντο, συνορῶν οἳ κακῶν ὑπ' ἀναισθησίας συνελαύνονται, καὶ ὡς Ῥωμαίων τῇ ἀρχῇ πόλις

Priusquam autem agro populationem inferret, oppidanos per internuntios est cohortatus ut imperatori urbem dederent, cui ipse juraverit, urbium se illi permittentium amicum et socium, contra pugnantium hostem fore. Quamobrem si consilio suo obsequentes in ejus potestatem libentes concederent, et modo ocyssime discessurum, et in posterum nunquam eos infestaturum. Si ad hæc ingrati, monita sua aspernentur, corruptis segetibus et excisis arboribus omnia miserrime vastaturum, et extremas clades illaturum. Pheræi fanda nefanda citius se passuros, quam Cantacuzeno servitutem servituros legatis respondent. Huc eos non minus rationis et judicii egestas agebat, ut propter odium in imperatorem conceptum, ultima perpeti, quam eo ejecto salvi esse mallent. Præcipue tamen Constantinus Palæologus, qui tunc urbem moderabatur, et Apocauchum, filii sui Andronici socerum singulariter diligebat, integramque fidem secretorum conscius ei præstabat. Insuper metropolitanus, qui nulla injuria lacessitus, a principio statim bellum implacabile in imperatorem susceperat. Imperator legatione sic dimissa prospiciens, quo miseriarum inconsideratissimi mortales semet præcipitarent, et civitatem amplam atque floren-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tem Romano ademptam imperio Triballis obsessuris necessario serviturum, de familiaribus unum rogatum misit, ut sibi ipsis parcerent, nec odio in illum semet atrocissime multarent : sed nunc sibi providerent, et neque se, neque præsidium, neque præfectum reciperent : tantummodo imperatrice Anna, et ejus filio imperatore nominatis, se quoque eadem honoris appellatione cum illis dignarentur, perindeque sui in solemnibus sacrificiis meminissent, **532** atque hac demum via obsidione se eximerent : Triballos quippe propter fœdus et jusjurandum, quo se illi obstrinxissent, eos de cætero non lasuros. Ubi in Thraciam redierit, et reliquo imperio Romano potitus fuerit, tum ipsi quoque subesse velint. Sin aliquid de se Deus statuerit, et inter homines agere desierit, tum vel ad imperatorem Romanum se applicent (si forte ab hostibus eos liberare queat), aut frumento et reliquo commeatu suppeditante, obsidionem tolerent. Nunc ne adeo de semet mercantur male, ut cum salvis et incolumibus per prudentiam et solertiam esse liceat, ultro perniciem suam cum hostium armis ad se attrahant. Hæc imperator Pheræis suadebat, et ut iis tanquam valde conducibilibus parerent, rogabat. Quibus illi auditis, contumelias et maledicta in eum affatim evomunt aiuntque, magis eum sui ipsius suorumque, quam Pheræorum saluti debere prospicere. Quin et legatum interficiunt, corpus quadrifariam immanis belluæ dissecant; partes funibus per turres suspendunt. Indigne tulit imperator, fecisseque rem crudelitatis et incogitantiæ plenam judicavit. Per quemdam Georgium quoque foris interceptum litteras ad eos misit, quibus immanitatem eis et consilii pravitatem exprobravit, calamitatesque multas ipsis importandas prænuntiavit, et tunc ab se imploraturos auxilium, quando sibi aliud, quam eorum vicem dolere, fas non erit. Romani summa desperatione conflictabantur, sic secum ratiocinantes. Quia Pheræi tam nefandum scelus essent ausi, ad aliam urbem imperatori viam prorsus jam præclusam esse. Unde eum adeuntes obsecrant ne diutius cunctetur, neve frustra laborantes tempus conterere patiatur, sed Didymotichum festinent ut cum suis commilitonibus aut aliquid nanciscantur boni, si res felicius ibunt, aut si ita necesse fuerit, simul occumbant. Quoniam igitur reversionem summopere concupiscebant, placuit imperatori quoque eorum sequi consilium; et salutato Crale, assumptisque quas dabat copiolis, iter capessit. Crales Pheris relictus, agrum deformabat, et flamma ferroque devastabat, ac perdebat omnia penitus. Imperator procul Pheris animadvertens, sequentes se Triballos nihil esse præter turbam inutilem (fortissimos siquidem Crales antea segregatos, urbibus quas Chrele mortuo acceperat, pro præsidiariis attribuerat, **533** adhæc diuturna expeditione exhaustos ac maceratos (Grælem quippe plus duos menses secuti fuerant),

A μεγάλη καὶ καλὴ μέλλει ἀφαιρεῖσθαι ὑπὸ τῆς πολιορκίας ἀνάγκη Τριβαλοῖς δουλεύσουσα, τῶν οἰκείων πέμψας ἕνα, παρεκάλει φείδεσθαι αὐτῶν, καὶ μὴ μίσει τῷ εἰς ἐκεῖνον, τὰ ἀνήκεστα σφᾶς αὐτοὺς διατιθέναι· ἀλλὰ νῦν μὲν πρόνοιάν τινα αὐτῶν ποιεῖσθαι, καὶ μήτε δέχεσθαι εἰς τὴν πόλιν, μήτ' αὐτὸν, μήτε φρουρὰν, μήτε ἡγεμόνα, ἀλλὰ μόνον τῆς βασιλίδος Ἄννης καὶ βασιλέως τοῦ υἱοῦ φημιζομένων, εὐφημίας καὶ αὐτὸν ἅμα ἐκείνοις ἀξιοῦν καὶ μνημονεύειν ἐν τελεταῖς ταῖς ἱεραῖς, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον τῶν ἐκ τῆς πολιορκίας ἀπαλλάττεσθαι κακῶν· οὐκέτι γὰρ ἀδικήσουσιν οὐδὲν αὐτοὺς οἱ Τριβαλοὶ διὰ τοὺς ὅρκους καὶ σπονδὰς τὰς πρὸς αὐτόν. Ἀναχωρήσαντος δὲ αὐτοῦ πρὸς Θρᾴκην, ἂν μὲν καὶ τῆς ἄλλης ἀρχῆς φαίνοιτο Ῥωμαίων ἐγκρατής, ὑπείκειν καὶ αὐτούς. Εἰ δέ τι περὶ B αὐτοῦ ὕστερον βουλεύσαιτο ὁ Θεὸς καὶ ἀπόλοιτο ἐξ ἀνθρώπων, τότ' ἤδη ἢ τῷ βασιλεύοντι Ῥωμαίων προσέχειν, ἂν δύνηται ἐλευθεροῦν ἀπὸ τῶν πολεμίων, ἢ σῖτον ἔχοντας καὶ ἄλλην ἀφθονίαν, ὑπομένειν τὴν πολιορκίαν. Νυνὶ δὲ μὴ οὕτω κακῶς περὶ σφῶν αὐτῶν βουλεύσασθαι, ὥστε ἐκόντι ἐλέσθαι τὰ δεινὰ, καὶ τὸν πόλεμον ἑλκῦσαι κατ' αὐτῶν ἑνὸν συνέσει καὶ ἀγχινοίᾳ διασώζεσθαι. Βασιλεὺς μὲν οὖν τοιαῦτα Φεραίοις συνεβούλευε, καὶ πείθεσθαι ἐδεῖτο ὡς συνοίσουσι μεγάλως. Ἐκεῖνοι δὲ ἐπεὶ ἀκούσειαν, βασιλέως μὲν πολλὰς ὕβρεις κατέχεον καὶ λοιδορίας· καὶ μᾶλλον ἔφασαν ἐκείνῳ περὶ ἑαυτοῦ, καὶ τῶν συνόντων βουλευτέον ἂν εἴη ὅπη σωθήσεται, ἢ περὶ C ἡμῶν. Τὸν δὲ πρεσβευτὴν ἀποσφάξαντες καὶ διελόντες τετραχῆ θηριωδῶς καὶ ἀπανθρώπως, τὰ τμήματα ἀνῆψαν καλλιδίοις ἐν τοῖς πύργοις. Ἃ βασιλεὺς μὲν δεινὰ ἠγεῖτο, καὶ πολλὴν τῶν ἀνδρῶν ἀπανθρωπίαν κατεγίνωσκε καὶ ἀβουλίαν, ἔπεμπε δὲ καὶ γράμματα αὐτοῖς διά τινος Γεωργίου ἔξω συλληφθέντος, τήν τε ὠμότητα καὶ τὴν κακοβουλίαν ὀνειδίζοντα, καὶ πολλῶν προανασφωνοῦντα δεινῶν ἐπαγωγὴν, καὶ ὡς τότε τῆς παρ' αὐτοῦ δεήσονται ἐπικουρίας, ἡνίκα μηδ' αὐτῷ τοῦ ὑπὲρ αὐτῶν ἀνιᾶσθαι πλέον τι ἐξέσται. Οἱ δὲ συνόντες Ῥωμαῖοι ἐν πάσῃ ἤδη καθέστασαν ἀμηχανίᾳ, καὶ ἄπορον παντάπασιν ἡγοῦντο πόλιν βασιλεῖ ἑτέραν προσελθεῖν, Φεραίων τοιαῦτα τετολμηκότων. Ὅθεν καὶ ἐδέοντο βασιλέως συνελθόντες μηκέτι μέλλειν, μηδὲ D κατατρίβειν τὸν καιρὸν ἀνήνυτα πονοῦντας, ἀλλ' εἰς Διδυμότειχον ἐπείγεσθαι, ὡς ἅμα τοῖς οἰκείοις ἤ τινὸς τυγχάνειν ἀγαθοῦ, εἰ πρὸς τὸ βέλτιον αὐτοῖς τὰ πράγματα χωροίη, ἢ ἀποθνήσκειν εἰ δεήσειεν. Ἐδόκει μὲν οὖν καὶ βασιλεῖ τοῖς ἐκείνων πείθεσθαι βουλεύμασιν οὕτω περιπλείστου ποιουμένοις τὴν ἐπάνοδον. Καὶ συνταξάμενος Κράλῃ, παραλαβών τε τὴν στρατιὰν ὅσην αὐτὸς παρείχετο συνέπεσθαι, εἴχοντο ὁδοῦ. Κράλης δὲ ἐν Φεραῖς ὑπολειπόμενος, ἔτεμνε τὴν γῆν, καὶ ἐδῄου πάντα ἄρδην διαφθείρων. Βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ γένοιτο μακρὰν Φερῶν, συνιδών, ὡς ἡ ἑπομένη στρατιὰ τῶν Τριβαλῶν ὄχλος μόνον ἀνόνητός εἰσι, τοὺς ἀρίστους γὰρ αὐτῶν ἀπολεξάμενος πρότερον ὁ Κράλης, φρουρὰν κατέλιπε ταῖς πόλεσιν, ἃς Χρέλη ἔχοντος μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἔλαβεν αὐτὸς, ἄλλως τε καὶ τῶν ὑπολειφθέντων χρονίῳ τε στρατείᾳ τεταλαιπωρηκότων· ἦσαν γὰρ πλέον ἢ δυσὶ πρότερον μησὶ Κράλῃ ἐπόμενοι στρατευομένῳ· ἄλλως τε καὶ δέει ἀσχέτῳ κατεχομένων, καὶ νομιζόντων οὐκ εἰς Θράκην, ἀλλ' εἰς Πάρθους ἢ Ἰνδοὺς στρατεύεσθαι, ὅθεν οὐκ ἐξέσται μηχανῇ οὐδεμιᾷ οἴκαδε ἐπανελθεῖν, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἵππους πολεμιστηρίους, καὶ ὅπλα, καὶ εἴ τι ἐπιφέροντο χρήσιμον πρὸς τὸν πόλεμον, οἴκαδε ἀποπεμπόντων, ἵνα ταῦτα γοῦν τοῖς παισὶν ὑπολειφθείη, ὡς ἐκείνων ἀπολουμένων πάντως· ταῦτα δὴ συνορῶν ὁ βασιλεὺς, καὶ βουλόμενος εἰς Διδυμότειχον μὴ οὕτως ἀφικέσθαι ἀσθενὴς, ὥσθ' ὑπὸ Βυζαντίων καὶ αὐτὸς πολιορκεῖσθαι· οὔτ' αὐτῷ γὰρ οὔτε τοῖς συνοῦσι τοῦτο μάλιστα συνοίσειν· ἐσκέψατο εἰς Κράλην ἀναστρέφειν, καὶ στρατιὰν ἀξιόχρεων αἰτεῖν, ὥστε εἰς Διδυμότειχον φοβερὸν τοῖς πολεμίοις ἐλθόντα εἶναι, ἀλλὰ μὴ καταφρονεῖσθαι διὰ τὴν ἀδυναμίαν. Ἐπεὶ δὲ καὶ τοῖς συνοῦσι Ῥωμαίοις ἐκοινοῦτο τὴν βουλὴν, πάντες ὥσπερ ἐκ συνθήματος πάντα μᾶλλον ἔφασαν αἱρεῖσθαι ὑπομένειν, καὶ μυρίων θανάτων κατατολμᾶν, ἢ εἰς τὴν γῆν αὖθις ἀναστρέφειν Τριβαλῶν. Οὐ γὰρ ἐνόμιζον εἰς γῆν πορεύσεσθαι ἡλίῳ περιλαμπομένην, καὶ ὑπὸ ἀνθρώπων οἰκουμένην, ἀλλ' εἰς ᾅδου κευθμῶνας, καὶ νεκρῶν διατριβάς, καὶ ἄλλο εἴ τι δυσχερέστερον. Πολλὰ δὲ βασιλέως παραινοῦντος, ὡς βελτίω καὶ λυσιτελέστερα βουλεύοιτο καὶ δεομένου πείθεσθαι, οὐδ' ἄκροις παρεδέχοντο ὠσὶν, ἀλλὰ πάνθ' ὅσα ἂν τις εἴποι δεινὰ φορητότερα ἡγοῦντο, ἢ εἰς Τριβαλοὺς αὖθις ἀναστρέφειν. Βασιλεὺς δὲ, τόν τε κίνδυνον ὁρῶν, ὡς οὐ μικρὸς ἐκ τοῦ πείθεσθαι τοῖς συνοῦσιν οὕτως ἀλυσιτελῆ, καὶ βουλευομένοις καὶ πράττειν ἤδη ὡρμημένοις ἀλογίστως, ὅ τί τε χρήσαιτο τοῖς πράγμασιν οὐκ ἔχων, τῶν συνόντων πείθεσθαι μὴ δυναμένων, πρότερον αὐτοῖς πολλὰ διαλεχθεὶς, καὶ φανερὸν ποιήσας, ὡς διὰ τὴν αὐτῶν μικροψυχίαν καὶ ἀβουλίαν ἀνάξια ἑαυτοῦ, καὶ τῆς στρατηγίας καὶ τῆς πείρας πράττει, ἐπείθετό τε ἄκων αὐτοῖς πρὸς τὴν βουλὴν, καὶ παρεκελεύετο θαρρεῖν, ὡς τοῦ Θεοῦ προστησομένου, ὥσπερ δὴ καὶ ἄλλοτε πολλάκις ἐν κινδύνοις οὐ μικροῖς, καὶ εἴχοντο ὁδοῦ. Ἐπεὶ δὲ ἦσαν Χριστουπόλεως οὐ μακρὰν, περιτυγχάνουσι Ῥακωδυτοῦντι ἐκ Διδυμοτείχου ἀφιγμένῳ, ὃς παρεῖχε γράμματα βασιλεῖ παρὰ βασιλίδος· τῆς γυναικὸς, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐν Διδυμοτείχῳ, φυλάττεσθαι παραινοῦντα, καὶ μὴ ἀπερισκέπτως πρὸς αὐτοὺς χωρεῖν, εἰ μὴ δύναμιν ἄγει μεγάλην, καὶ πρὸς τοιούτους ἀξιόχρεων πολεμίους. Πρωτοστράτωρ γὰρ ὁ Παλαιολόγος, πολλὴν ἄγων στρατιὰν πεζήν τε καὶ ἱππικὴν ἐν Περιθεωρίῳ στρατοπεδευόμενος, τὴν αὐτοῦ ἄφιξιν περιμένει ὡς μαχούμενος. Ἀπόκαυχός τε ὁ παρακοιμώμενος ἔχων ἑβδομήκοντα τριήρεις ἐν αἷς κατέπλευσεν εἰς Ἀμφίπολιν, ἐνταῦθα καὶ αὐτὸς ἐφορμεῖ· περὶ ὧν δέον βουλευσάμενον αὐτὸν πράττειν, ὅ τι ἂν δοκῇ συμφέρειν. Συμβέβηκε δέ τι περὶ τὰ γράμματα ἐκεῖνα θαυμαστὸν καὶ τῆς Θεοῦ περὶ τὸν βασιλέα κηδεμονίας φανερῶς. Ὡς γὰρ ἐν Βυζαντίῳ ἐμνήσθη, ὡς στρα-

A præterea immensa quadam formidine attonitos, nec in Thraciam, verum ad Parthos aut Indos, unde nullis artibus unquam ad patrios lares repedare possent, militatum se proficisci arbitrantes (quam ob causam et equos militares, et arma, et si quid aliud militiæ idoneum portabant, domum remittebant, ut ipsis omnino perituris, ea saltem sibi haberent liberi); hæc, inquam, animadvertens imperator, nolensque Didymotichum sic infirmus accedere, ut ipse quoque a Byzantiis obsideretur (nec enim sibi suisque id multum profuturum), ad Cralem redire et a Crale sufficiens auxilium petere cogitavit, ut cum Didymotichum venisset, hostibus terrori, non contemptui esset. Communicata re cum Romanis, omnes velut de
B compacto quæcunque potius se perpessuros, et mille mortibus caput objecturos, quam ad Triballos redituros confirmarunt. Non enim ad terram quæ solis radiis vestiretur, et ab hominibus incoleretur, sed ad inferorum valles, vitamque cum mortuis agendam, et si quid inamœnius ac tristius est, se reversuros credebant. Impensius autem hortante imperatore, ut melius et utilius sapere vellent, roganteque ut parerent, eas voces auribus aversantes, omnia gravia quæ dici possunt, isthoc in Triballos reditu leviora ducebant. Imperator cum periculum non modicum provideret, si suis tam parum frugifera volventibus, et tam inconsulto aggredi parantibus obsequeretur, et quid
C ageret nesciret, quandoquidem flectere milites non poterat, multa præfatus, quibus planum fecit, se propter illorum imbelles animos et temeritatem, indigna suo nomine, auctoritateque imperatoria, et usu militari committere, eorum desiderio invitus paruit, cohortans, uti Deo fiderent, qui quomodo antehac sæpe in periculis non parvis, tutorem se præbiturus esset. Atque his dictis, cœpto itinere perrexerunt. Non longe a Christopoli in peditem Rhacidytuntem vocabulo, Didymoticho cum litteris ab imperatrice uxore et præsidio ad imperatorem missum incidunt: quibus litteris eum admonebant, caute ageret, et ne inconsiderate ad eos veniret, nisi magnas totque hostibus pares copias adduceret. Palæologum enim
D protostratorem cum peditatu **534** et equitatu non mediocri ad Peritheorium sedere, et adventum ejus ad confligendum exspectare. Ibi etiam Apocauchum cum triremibus septuaginta, quibus Amphipolim navigaverat, in portu stare, de quibus capto consilio facere debeat, quod prodesse videbitur. Circa litteras autem illas admirabile quidpiam, et quam imperator Deo curæ esset, manifestum indicium evenit. Ut enim Byzantii intellectum est, ipsum cum exercitu ex Triballis Didymotichum revenire; et protostrator universum peditatum equitatumque ducens, magnis utique cum viribus Peritheorium devenit; et Apocauchus eodem Amphipoli cum septuaginta navibus eadem de causa appulsus, cum aliis copiis sibi exspe-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

etandum, reditumque imperatoris intercludendum censuit. Dispositis autem per viam, ut mos est, custodibus ad intercipiendos qui inter Didymotichenses et imperatorem commearent, qui hanc epistolam ferebat comprehensus, et ad protostratorem perductus deque litteris examinatus, habere se litteras confessus est, statimque porrexit, quibus imperator rogabatur, ne qua illum moraretur segnities, sed ad eos advolaret. Nam qui essent Didymotichi in præsidio equites et pédites, loca Thraciæ depopulatos victum sibi comparasse. Similiter opifices et alios, quotquot manuum labore vitam transigerent, alimonia abundare: mediis civibus nihil quo se alant undecunque suppetere, et eos inopia supra modum premi. Precabantur igitur imperatorem imperatrix conjux et alii, citissime rediret, quo adventus ejus cives tanto malo levaret. Lectis litteris protostrator, curioso nimirum et solerti facinore, auro dato et promissis, se in illum et domum ejus (Selybrianus autem erat) beneficum futurum, persuadet tabellario, ut epistolam illam suo arbitratu et modo transcriptam, pro vera et germana uxoris epistola ad Cantacuzenum apportet, ac de facto nihil dicat. Facit ille quod petebatur, et protostrator quanquam nolens imperatori ejusque exercitui commodat. Ut enim recitata est, et Cantacuzenici de insidiantibus sibi copiis cognoverunt, esse multis partibus suis majores, modisque omnibus valentes, militibus veteranis constantes scilicet, Deo de cura erga se et aversione mali, atque etiam imperatrici de studio et sollicitudine erga ipsos gratias ingentes egerant, et ob majus periculum, **535** quæ prius odiosa et invisa erant, facillima et utilissima judicantes, haud ægre retro redierunt. Sic imperator cum suis improviso discrimini ereptus, ex hostium nequitia fructum cepit uberrimum. At magnus dux, ut accepit eum ducentem manum admodum despicabilem, et superatu facillimam, propter litteras a genero suo immutatas revertisse, aperte succensuit, acriterque hominem increpuit, qui per stultitiam suam hosti profuisset. Ac multi de Apocauchi factione etiam in crimen violatæ fidei protostratorem vocabant, scientem volentemque Cantacuzeno, cui occulte studeret, profuisse confirmantes. Is vero juramento interposito, nihil ejusmodi se voluisse asseverabat, sed velut cœlesti quadam vi eo impulsum esse, cum putaret se Cantacuzenum cum numeroso adventantem exercitu decepturum, si ei terrefacto reversionem persuasisset. Hæc ad hunc modum acta sunt, et Cantacuzenus ad Cralem se recepit. Apocauchus Byzantium cursum reflexit, quem incolæ multis plausibus et encomiis admirandis, servatorem, propugnatorem, liberatorem vocitantes exceperunt. Circumquaque tum fama percrebuit, Cantacuzenum ne audentem quidem obtueri magnum ducem, desperata salute revertisse, et ad sanctum montem ibi revera monachum professurum abire

A τιὰν ἔχων ἐκ Τριβαλῶν βασιλεὺς ὁ Καντακουζηνὸς αὖθις ἐπανέρχοιτο εἰς Διδυμότειχον, πρωτοστράτωρ τε συμπάσης πεζῆς καὶ ἱππικῆς δυνάμεως στρατηγῶν πολλὴν ἔχων δύναμιν εἰς Περιθεώριον ἀφίκτο, καὶ Ἀπόκαυχος ὁ μέγας δοὺξ ἐξ Ἀμφιπόλεως ταῖς ἑβδομήκοντα ναυσὶν ἀναστρέφων τῆς αὐτῆς ἕνεκα αἰτίας, ἔγνω δεῖν περιμένειν καὶ αὐτὸς μετὰ τῆς ἄλλης στρατιᾶς, καὶ βασιλεῖ τὴν ἐπάνοδον κωλύειν. Τῶν ὁδῶν δὲ ὡς ἔθος φυλαττομένων, ἵνα μὴ λανθάνοιεν ἐκ Διδυμοτείχου ἢ βασιλέως πρὸς ἀλλήλους
B ἀφικνούμενοί τινες, ὁ τὰ γράμματα κατέχων τοῦτο, συνελήφθη καὶ ἦχθη πρὸς πρωτοστράτορα· ἀνερευνώμενος δὲ περὶ γραμμάτων, ὡμολόγει ἔχειν, καὶ παρείχετο εὐθύς· τὰ δὲ ἐδεῖτο βασιλέως τάχιστα ἥκειν πρὸς αὐτοὺς καὶ μὴ ῥᾳθυμεῖν. Τῶν γὰρ ἐν Διδυμοτείχῳ τὸ μὲν στρατιωτικὸν ἱππεῖς τε καὶ πεζοὶ τὰ κατὰ Θρᾴκην χωρία λῃζόμενοι ἀφορμὰς τοῦ βίου ἐποιοῦντο. Ὁμοίως δὲ καὶ χειροτέχναι καὶ ἄλλοι ὅσοις ὁ βίος ἦν ἐκ τῶν χειρῶν πονοῦντες καὶ ἐργαζόμενοι, διέζων τῶν ἀναγκαίων εὐπορούντες. Οἱ μέσοι δὲ τῶν πολιτῶν πάνυ κραταιῶς ἐπιέζοντο ὑπὸ ἐνδείας μηδεμίαν οὐδαμόθεν εὐπορίαν ἔχοντες. Διὰ ταῦτα οὖν ἐδέοντο βασιλέως βασιλίς τε ἡ γυνὴ ὁμοίως καὶ οἱ ἄλλοι, τάχιστα ἐπανήκειν, ὡς τῆς αὐτοῦ ἐπιδημίας τοῖς πολίταις ἐσομένης μεγάλων
C συμφορῶν ἀπαλλαγῆς. Πρωτοστράτωρ δὲ ἐπεὶ τὰ γράμματα ἀνέγνω, περίεργόν τι δῆθεν ποιῶν καὶ ἀγχινοίας ἄξιον, ἔπειθε τὸν ἄγοντα, χρυσίον παρασχόμενος, καὶ αὐτὸν ἐπαγγειλάμενος καὶ οἰκείους εὖ ποιήσειν· Σηλυβριανὸς γὰρ ἦν· ὥστε τὰ γράμματα μεταγραφέντα ᾗ αὐτῷ ἐδόκει, Καντακουζηνῷ ἀγαγόντα παρασχεῖν, μηδὲν ἀπαγγείλαντα τῶν εἰργασμένων, ἀλλ' ὡς ὄντα βασιλίδος τῆς γυναικός. Ὁ μὲν οὖν ἐποίει κατὰ τὰ κεκελευσμένα, καὶ πρωτοστράτωρ ἄκων ὠφέλησε βασιλέα τε καὶ τοὺς περὶ αὐτόν. Ὡς γὰρ τά τε γράμματα ἀνεγινώσκετο καὶ ἤκουον περὶ τῆς ἐνεδρευούσης στρατιᾶς οἱ περὶ βασιλέα, ὡς πολλαπλασίων τε αὐτῶν εἴη καὶ τοῖς
D πᾶσιν ἐῤῥωμένη, οἷα δὴ οὔπω χθὲς καὶ πρώην τῶν οἰκιῶν εἰς τὴν στρατείαν ἐξελθόντες, Θεῷ τε πολλὰς ὡμολόγουν χάριτας τῆς εἰς αὐτοὺς προνοίας καὶ τῶν κινδύνων τῆς ἀπαλλαγῆς, καὶ βασιλίδι τῆς σπουδῆς καὶ τῆς φροντίδος τῆς περὶ αὐτούς, καὶ ἅσμενοι ὑπέστρεφον, τοῦ μείζονος κινδύνου τὰ δυσχερῆ πρότερον καὶ δυσάρεστα, ῥᾷστα καὶ λυσιτελέστατα φαίνεσθαι ποιοῦντος. Οὕτω μὲν οὖν βασιλεύς τε καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν ἀπροσδοκήτων ἐῤῥύοντο κινδύνων, ἐκ τῆς παρὰ τῶν πολεμίων πονηρίας μέγιστα ὠφεληθέντες. Ὁ μέγας δὲ δοὺξ πυθόμενος, ὡς πάνυ φαύλην ἄγων στρατιάν, καὶ ἐς τὰ μάλιστα εὐεπιχείρητος ὤν, ἀναστρέψειεν ἐκ τῶν γραμμάτων, ἃ μεταποιήσειεν ὁ γαμβρὸς, πολλὴν αὐτῷ ἐπῆγε μέμψιν, καὶ ὠργίζετο φανερῶς, ὅτι τὸν ἐχθρὸν ἐξ ἀβουλίας ὠφελήσειε. Πολλοὶ δὲ καὶ τῶν τὰ ἴσα ἠρημένων Ἀποκαύχῳ, καὶ ἀπιστίας πρωτοστράτορα ἐγράφοντο, ὡς ἑκὼν εἶναι Καντακουζηνὸν ὠφελήσειεν ἰσχυριζόμενοι κρύφα τὰ ἐκείνου ἠρημένος. Ὁ δ' ὀρκοις διεβεβαιοῦτο, ὡς οὐδὲν αὐτῷ τοιοῦτον συνειδείη, ἀλλ' ὥσπερ ὑπό τινος ἀγόμενος δυνάμεως κρείττονος

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

εἰς τοῦτο προαχθείη· νομίζων σφάλλειν Καντακουζηνὸν μετὰ βαρείας ἥκοντα δυνάμεως, εἰ πείσειεν ἀναστρέφειν ἐκφοβήσας. Ταῦτα μὲν οὖν τοῦτον ἐπέπρακτο τὸν τρόπον, καὶ Καντακουζηνὸς ὁ βασιλεὺς αὖθις εἰς Κράλην ἐπανῆκεν. Ἀπόκαυχος δὲ ὁ μέγας δοὺξ εἰς Βυζάντιον ἀπέπλευσε, καὶ ὑπεδέχοντο αὐτὸν οἱ ἐν Βυζαντίῳ μετὰ κρότων πολλῶν καὶ θαυμασίων τῶν ἐγκωμίων, σωτῆρα, καὶ πρόμαχον, καὶ ἐλευθερωτὴν ἀποκαλοῦντες. Περιηγγέλλετό τε πανταχόθεν, ὡς Καντακουζηνὸς οὐδ' ἀντιβλέψαι δυνηθεὶς πρὸς μέφαν δοῦκα, ὑπέστρεψε τῆς οἰκείας σωτηρίας ἀπογνούς, καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν ὄρος ἀφίξεται ὄντως μοναχῶν σχῆμα ἐνδυσόμενος· ἄλλως γὰρ οὐκ ἂν ἐξέσται περιεῖναι. Καὶ ἑορτὴ πανταχοῦ συνεχρότουν τῶν εὐαγγελίων ἕνεκα. Ὁ μέγας δὲ δοὺξ ὀλίγῳ ὕστερον μεγάλῳ στρατοπεδάρχῃ τῷ Χούμνῳ τὴν πρὸς Καντακουζηνὸν βουλευθεῖσαν εἰρήνην, ὥς τι ἔγκλημα ἐπικαλέσας· οὐ γὰρ διέλαθεν αὐτὸν, ἃ πρὸς βασιλίδα πρότερον εἰρήκει περὶ τῆς εἰρήνης· κατέκλεισεν αὐτόν τε καὶ τὸν υἱὸν ἀπρόϊτον εἰς τὴν οἰκίαν. Μετ' ἐκεῖνον δὲ καὶ Ἀσάνην τὸν Κωνσταντῖνον καὶ τὸν υἱόν· καὶ ἀξίας ἀπετίννυον αὐτοῖς ἀντιμισθίας τοῦ πρὸς τὴν τοσαύτην τῶν Ῥωμαίων φθορὰν αὐτῷ συνάρασθαι. Εἶτα καὶ τοὺς ἄλλους ἐπῄει, ὥσπερ φλὸξ ἀεὶ τῶν προσαπτομένων ἐπιλαμβανομένη.

A constituisse : alioqui secure non victurum. Ubique item festi dies ob tam lætos nuntios indicebantur. Porro magnus dux non multo post Chumno magno stratopedarchæ datum pacis consilium ut crimen exprobrans (nec enim ignorabat quid cum Augusta egisset), in ejus ipsius domo cum filio eum inclusit, et adiri vetuit. Deinde Constantinum quoque Asanem cum filio, dignam illam illis mercedem rependens, quod ad tantam Romanorum perniciem administros se ipsi præbuissent. Post alios, veluti flamma, quæ semper quidquid attingit, depascitur et consumit.

536 CAPUT LVI.

Concio Irenes imperatricis magnanimitatis plena. Ad Alexandrum Mœsorum regem de societate legatio et falsa promissio, certis de causis. Alexander Cantacuzeni reditum impedire, eumque occidere conatur. Calliditas in copiis Didymotichum missis. Fames oppidanorum. Mœsorum ducum fraus. Mœsi nolunt ab urbe recedere. Episcopi cohortatio et prædictio; item epistola ad Apocauchum pro Cantacuzeno et quædam vaticinia. Mœsi Persarum adventu territi fugiunt. Eorum satrapam Amurium ut Irene imperatrix acceperit. Ejusdem amor in Cantacuzenum et moderatio. Transitus per murum apud Christopolim.

Οἱ ἐν Διδυμοτείχῳ δὲ πυθόμενοι, ὡς αὖθις ὑποστρέψειεν ὁ βασιλεὺς εἰς Τριβαλοὺς, δεινὰ ἐποιοῦντο, καὶ θορύβου ἦσαν μεστοὶ καὶ ταραχῆς. Αἰσθομένη δὲ ἡ βασιλὶς Εἰρήνη, καὶ μεῖζον ἐπιδειξαμένη, ἢ κατὰ γυναικεῖον φρόνημα, συνεκάλει πάντας, καὶ παρῄνει μὴ τὰ πραττόμενα ἡγεῖσθαι τῶν ἄγαν δεινοτάτων· ἴσως γάρ τοι μᾶλλον ἂν οὕτω λυσιτελεῖν δόξειε Θεῷ, ἐκέλευέ τε διανίστασθαι, καὶ μὴ καταπίπτειν, ὡς πολλῶν καὶ μεγάλων ἐλπίδων ἔτι ὑπολειπομένων. Βασιλέα γὰρ πρὸς τὴν ἐπάνοδον οὐκ ἀπαγορεύσειν, ἀλλ' ἥξειν τε μετὰ μικρὸν, καὶ τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας, καὶ τῆς ἀνδρίας, καὶ τῆς καρτερίας ἀμείψεσθαι ἀξίως. Καὶ τούτοις τοῖς λόγοις ἀνεκτᾶτό τε οὐ μετρίως, καὶ χρηστότερα ἐλπίζειν ἔπειθεν. Ἐδόκει δὲ δεῖν κοινῇ βουλευομένοις, καὶ πρεσβείαν πρὸς Ἀλέξανδρον τὸν βασιλέα Μυσῶν ποιεῖσθαι, καὶ συνθήκας τίθεσθαι ἐπὶ τούτοις πρὸς αὐτὸν, ὥστε σύμμαχον αὐτοῖς εἶναι καὶ φίλον, καὶ βοηθεῖν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, καὶ μηδενὸς ἀμελεῖν ὧν προσήκει φίλῳ πρὸς αὐτούς· κἂν μὲν ἐπανέλθῃ βασιλεὺς ὁ Καντακουζηνὸς, αὐτὸν αὐτῷ τῆς συμμαχίας καὶ τῆς φιλίας τὰς χάριτας ἐκτίνειν. Εἰ δὲ συμβαίη, ἢ πολέμῳ ἢ ἑτέρῳ τρόπῳ πρὶν ἐπανήκειν τελευτᾶν, αὐτῷ τὴν πόλιν παραδιδόναι, καὶ τῆς ἀρχῆς ἀφίστασθαι Ῥωμαίων. Τοῦτο δὲ οὐχ οὕτω καὶ ἀληθῶς αὐτοῖς ἐδέδοκτο ποιεῖν· ἀλλὰ φενακίζειν ἐπειρῶντο τὸν Μυσὸν ἕνεκα δυοῖν· τοῦ τε αὐτὸν τῆς ἐλπίδος ἕνεκα αὐτοῖς ὠφέλειάν τινα παρέχειν, καὶ τοῦ βασιλίδα τὴν Ἄνναν καὶ Ῥωμαίους τοὺς αὐτοὺς πολιορκοῦντας πυθομένους, ὡς συμβάσεις περὶ παραδόσεως ποιοῦνται πρὸς Μυσοὺς, μὴ λίαν ἐπιτίθεσθαι, ἀλλ' ἀνακωχήν τινα παρέχειν, δεδιότας μὴ δι' ὀργὴν σφᾶς τε

B Qui Didymotichi erant, ubi cognoverunt imperatorem denuo ad Triballos rediisse, moleste tulerunt, tumultus ac trepidationis pleni. Id sentiens Irene imperatrix, animumque ac spiritum supra sexum gerens, concione advocata hortatur, ne præsentem statum pro deploratissimo habeant; fortassis enim Deo videri sic magis conducere; non demittendos, sed erigendos animos, utpote multa et magna spe adhuc reliqua. Imperatorem enim non tardaturum in reditu, paulo re post affuturum, et eorum in se benevolentiam, fortitudinem ac tolerantiam pro dignitate compensaturum. Istiusmodi verbis milites illa mirifice recreabat, et ad feliciora speranda excitabat. Decretum est porro communi sententia, Alexandrum regem Mœsorum per legatos appellandum, C et cum eo fœdus ita feriendum, ut ipsorum socius et amicus esset, arma conjungeret, et nullum amicitiæ munus officiumque non præstaret: et ut Cantacuzenus imperator redux ipse ei hujus amicitiæ societatisque præmium persolveret. Sin eum aut in pugna, aut aliter ante reditum emori contigisset, ipsi urbs Didymotichum, ab imperio Romano segregata, traderetur. Quod quidem revera facere inter se non statuerant; sed eum ludificari duabus de causis attentabant, tum ut hac spe illectus, aliquo ipsis auxilio succurreret, tum ut Anna Augusta, et Romani qui obsidebant, obsessos de urbe tradenda cum Mœsis pacisci audientes, segnius instarent, induciasque concederent, timentes ne ira stimulante, seque et oppidum Mœsis dederent. Hac illi mente fœdus libente Mœso-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

rum rege, et omnimodam opem pollicente iciebant. Atqui contra opinionem cecidit. Alexander enim percusso fœdere in eam conditionem, ut si Cantacuzenus non rediret, ei civitas transderetur, ratus si quo modo illum de medio sustulisset, pro certo **537** eam habiturum, nihil inausum reliquit, quo reditionem ejus impediret, aut etiam si posset, illum interimeret, crebrisque legationibus Cralem et Helenam sororem suam, illius conjugem sollicitabat, ne Cantacuzenum dimitterent, sed vinctum in carcere custodirent, vel potius occiderent : sic enim posse eos imperium Romanum citra laborem adipisci. Crales cohortationes ejus ut nefarias, uxore potissimum adnitente, et in eo fratri adversante repudiavit. Mœsus copiis, quantas urbi obsidendæ putabat sufficere, missis, prope muros castris positis servare jussit, perinde quasi pro obsessis contra Romanos propugnaturos : reipsa, ut oppidum ipsimet commodius obsiderent et oppugnarent. Factum. Nam Romanis sæpe quidem incursantibus, sed festine recedentibus, Didymotichenses licentiam nacti, Thraciæ urbes noctu diuque depopulantes, inde victum sibi quæritabant. Mœsis autem postea invadentibus, assiduoque per dies plurimos incumbentibus, res eorum vehementer in angustum redactæ sunt, omnibus jam ob famem de vita periclitantibus, siquidem Mœsi peræque et Romanos urbem adoriri, et urbanos urbe exire prohibebant. Quod si qui de more ad prædandum egrederentur (hæc enim erat ipsis maxime necessaria ad vitam sustentandam excogitata ratio), occurrentes Mœsi (quorum in hoc providentiam et sollicitudinem magnam latere utique non poterant) equis et armis nudatos in urbem regredi sinebant. Si Didymotichenses hujusmodi prædones apud duces exercitus deferrent, asseverantissime respondebant, se facti inscios, nec suos esse tam audaces, sed Romanos, qui ipsi quoque prædatum circumirent, jubebantque castra perambulantes, a raptoribus sua auferre, si quo signo eos cognoscerent, et extrema supplicia minabantur, si quis talis repertus fuisset. Sed hi nulli cernebantur; nam duces hujusmodi prædatores cum præda statim in Mœsiam mittebant. Hoc igitur modo Didymotichenses in maximas difficultates reique cibariæ penuriam adducti sunt. Tum animadverso periculo, Irene imperatrix Mœsis præcepit uti ab urbe abscederent, amplius eorum auxilio opus non esse, quod satis præstitissent, atque idcirco se non tantum ipsorum regi, verum etiam ipsismet multas gratias agere. Mœsi neutiquam se recessuros, sed continenter ibidem pro imperio regis ad opem ipsis ferendam mansuros affirmare. **538** Eo responso Didymotichenses nimiopere perturbati ac territi, nihil jam sibi decesse ad exitium arbitrabantur. At episcopus urbis hosce motus, tamque atroci calamitati se submittentes animos intuens, progressus in medium labantes erigit et confirmat : quæ

A αὐτοὺς Μυσοῖς καὶ τὴν πόλιν παραδῶσιν. Οἱ μὲν οὖν τοιαύτῃ γνώμῃ τὰς συνθήκας ἐποιοῦντο, ἀσμένως καὶ τοῦ Μυσῶν βασιλέως δεξαμένου, καὶ παντὶ τρόπῳ συμμαχήσειν ἀπαγγελλομένου. Τὸ δ' ἀπέβαινεν ἐναντίως, ἢ ᾠήθησαν αὐτοί. Ἀλέξανδρος γὰρ, ἐπεὶ οἱ ἐν Διδυμοτείχῳ τὰς συνθήκας ἐποιήσαντο, ὡς εἰ μὴ Καντακουζηνὸς ὁ βασιλεὺς ἐπανήξει, παραδώσειν αὐτῷ τὴν πόλιν νομίσας, εἰ τρόπῳ δή τινι ἐκεῖνον διαφθείρειε, βεβαίως τὴν πόλιν ἤδη ἔχειν, πάντα κάλων ἐκίνει κωλύειν τὴν ἐπάνοδον αὐτῷ, ἢ εἰ δύναιτο καὶ διαφθείρειν· καὶ πρεσβείας πρὸς Κράλην πέμπων συχνὰς, καὶ Ἑλένην τὴν ἀδελφὴν Κράλῃ συνοικοῦσαν, παρῄνει Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα μὴ ἀνιέναι, ἀλλὰ δήσαντας ἐν δεσμωτηρίῳ φρουρεῖν, ἢ καὶ ἀποκτείνειν· οὕτω γὰρ ἂν ἐξέσται
B τὴν Ῥωμαίων ἔχειν ἀρχὴν ἀπονητί. Κράλῃς μὲν οὖν αὐτοῦ τὰς παραινέσεις φαύλας ἡγούμενος, οὐ παρεδέξατο, μάλιστα εἰς τοῦτο ἐναγούσης καὶ τῆς γυναικός. Ἐκεῖνος δὲ καὶ στρατιὰν πέμψας ὅσην ᾤετο ἀρκεῖν τοῖς ἐν Διδυμοτείχῳ πρὸς πολιορκίαν, ἐκέλευσε φυλάττειν παραστρατοπεδευσαμένους· πρόφασιν μὲν ὡς βοηθήσοντας ἐπὶ Ῥωμαίους τοὺς πολιορκοῦντας, τῇ δ' ἀληθείᾳ, ἵν' αὐτοὶ μᾶλλον ἀκριβέστερον πολιορκοῖεν. Ὅπερ δὴ καὶ κατὰ τὴν ἐκείνου γνώμην ἐτελεῖτο. Τῶν γὰρ Ῥωμαίων, συχνὰς μὲν ποιουμένων τὰς καταδρομὰς, τάχιστα δὲ ἀναχωρούντων, ἀδείας οἱ ἐν Διδυμοτείχῳ τυγχάνοντες, τὰς κατὰ Θράκην ἐλῄζοντο πόλεις καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, καὶ ἐκ τῆς ἁρπαγῆς καὶ
C λεηλασίας ἐποιοῦντο τὰς τοῦ βίου ἀφορμάς. Τῶν Μυσῶν δὲ ἐπελθόντων, καὶ συνεχῶς ἐπικειμένων ἐφ' ἡμέραις πλείσταις, εἰς στενὸν κομιδῇ περιέστη τὰ πράγματα αὐτοῖς, πάντων ἤδη κινδυνευόντων ὑπὸ τοῦ λιμοῦ διαφθαρῆναι· Μυσοὶ γὰρ ὁμοίως Ῥωμαίους τε ἐκώλυον τοῖς ἐν Διδυμοτείχῳ ἐπιέναι, καὶ αὐτοὺς τῆς πόλεως μὴ ἐξιέναι. Εἴ γάρ τινες ἐξίοιεν ἐφ' ἁρπαγήν, ὥσπερ εἰώθεσαν· (οὗτος γὰρ ἦν αὐτοῖς ἀναγκαιότατος πόρος πρὸς τὸ ζῆν) προστυγχάνοντες οἱ Μυσοὶ, πάντως δὲ οὐκ ἐνῆν διαλαθεῖν πολλὴν πρόνοιαν τούτους καὶ φροντίδα ποιουμένους, ἵππους τε ἀπεστέρουν, καὶ ὅπλα, καὶ γυμνοὺς ἠφίεσαν ἐπανήκειν πρὸς τὴν πόλιν. Εἰ δὲ προσαγγέλοιεν τοὺς ταῦτα πράττοντας οἱ ἐκ Διδυμοτείχου πρὸς τῆς
D στρατιᾶς τοὺς ἡγουμένους, οἱ δὲ μηδὲν εἰδέναι διετείνοντο, μηδὲ τῆς σφετέρας εἶναι στρατιᾶς τοὺς τολμῶντας τὰ τοιαῦτα, ἀλλὰ Ῥωμαίους· καὶ αὐτοὺς ἐπὶ ληστείᾳ περιϊόντας, ἐκέλευόν τε τὸ στρατόπεδον περιϊέναι, εἴ τι γένοιτο γνώρισμα λαβεῖν ἐκ τῶν ἀπολομένων, καὶ τὰ ἔσχατα ἠπείλουν διαθήσειν, εἴ τινα τοιοῦτον λάβοιεν. Τὰ δὲ ἦσαν οὐδαμοῦ· πρότερον γὰρ ἐξέπεμπον αὐτοὶ πρὸς Μυσίαν τοὺς τοιαῦτα εἰργασμένους. Τοῦτον μὲν οὖν τὸν τρόπον ἐν στενῷ κατέστησαν κομιδῇ τοὺς ἐν Διδυμοτείχῳ· πάνυ γὰρ ὑπὸ ἐνδείας ἐπιέσθησαν. Συνορῶσα δὲ ἤδη τὸν κίνδυνον ἡ βασιλὶς Εἰρήνη, ἀπανίστασθαι ἐκέλευε τῆς πόλεως, ὡς οὐκέτι δεομένης τῆς παρ' αὐτῶν ἐπικουρίας, ἀρκούσης ἤδη γεγενημένης· δι' ἣν οὐ βασιλεῖ μόνον τῷ αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς χάριν ὁμολογεῖν πολλήν. Οἱ δὲ οὐδενὶ τρόπῳ ἔφασαν

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀναστήσεσθαι, ἀλλὰ διηνεκῶς αὐτόθι μενεῖν ἐπικου- A
ροῦντας· οὕτω γὰρ αὐτοῖς εἶναι προστεταγμένον
παρὰ βασιλέως τοῦ σφετέρου. Ἡ τοιαύτη δὲ ἀπολο-
γία πολλὴν ἐνέβαλε ταραχὴν καὶ πτοίαν τοῖς ἐν
Διδυμοτείχῳ· ἤδη γὰρ αὐτοῖς ἐφαίνετο ὁ ὅλεθρος
ἐλλείπων κατ' οὐδέν. Ὁ δὲ τῆς πόλεως ἀρχιερεὺς
ὁρῶν ἤδη κλονουμένους, καὶ πρὸς τὴν ὑπερβολὴν τῆς
δυσπραγίας ἐνδιδόντας, παελθὼν εἰς μέσους,
παρεθάρρυνε, καὶ οὐκ εἶα καταπίπτειν, κατὰ γνώ-
μην Θεῷ πάντα τὰ τῇδε πράττεσθαι εἰπών, καὶ τὰς
τοιαύτας ἐπηρείας ὑπ' ἐκείνου παρεχωρεῖσθαι, ἵνα
τὸ πρὸς βασιλέα φίλτρον ὑμῶν δοκιμασθῇ· ὃς ἥξει
τε μετὰ μικρὸν, καὶ πάντας ἀμείψεται ταῖς προση-
κούσαις εὐεργεσίαις. Μηδὲ γὰρ οἴεσθε ἐκεῖνον μὴ
κατὰ γνώμην βασιλεύειν Θεῷ· τοῦτο γὰρ αὐτὸς
σαφέστατα εἰδέναι. Ἀμφισβητῶν γὰρ ἔφασκεν ἐν B
ἀρχῇ περὶ ἐκείνου, εἰ μὴ κατ' εὐδοκίαν, ἀλλὰ μᾶλλον
κατὰ παραχώρησιν Θεοῦ εἰς τοῦτο ἦλθε σχήματος
ἰδίᾳ πειθόμενος ἐπιθυμίᾳ καὶ ὁρμῇ, καὶ δεδοικὼς
μὴ καὶ αὐτὸς συναπόλοιτο, τοῖς Θεῷ συνὼν βουλευ-
σαμένοις ἐναντία εὐχαῖς προσανέχειν, καὶ δέήσεσι
τὸ Θεῖον ἐκκλεῖσθαι, ὥστε διδαχθῆναι περὶ αὐτοῦ,
εἰ μὴ ὀργίζοιτο περὶ τῶν γινομένων. Ἐκκαλυφθῆναι
δὲ αὐτῷ παρὰ τοῦ πνεύματος ὅτι κατ' εὐδοκίαν
μᾶλλον εἴη τὸ βασιλεύειν Καντακουζηνὸν, ᾧ καὶ
πεισθέντα καὶ πᾶσαν ἀμφιβολίαν ἀποθέμενον ἐν
Διδυμοτείχῳ μένειν τῇ βουλήσει τοῦ Θεοῦ συναιρό-
μενον τὰ δυνατά. Οὐ γὰρ ἄν τις αὐτοῦ κατηγοροίη,
ὅτι τῶν ἐν τῷ παρόντι βίῳ τινὸς δέοιτο παρὰ βασι-
λέως· οὔτε γὰρ πρότερον, οὔτε μέχρι νῦν τοιούτου
τινὸς παρά τινος ἐδεήθη· καὶ αὐτοῖς παραινεῖν νυνὶ C
γενναίως ἵστασθαι πρὸς τῶν δεινῶν τὰς ἐπαγωγὰς,
ὡς οὐ μέχρι πολλοῦ τινος ἐσομένας, ἀλλ' ὀλίγῳ
ὕστερον λυθησομένας ζλεων αὐτοῖς ἐπιβλέψαντος
Θεοῦ· τοὺς γὰρ πολιορκοῦντας τούτοις Μυσοὺς ἐν
προσχήματι φιλίας καὶ τὴν παροῦσαν ἔνδειαν ἐπαγα-
γόντας ἐν ἑπτὰ ταῖς ἐσομέναις μάλιστα ἡμέραις
συμπατοῦντας ὄψεσθε ἀλλήλους, καὶ φυγῇ τὴν σωτη-
ρίαν ποριζομένους, καὶ τῶν περισχόντων ἀπαλλά-
ξεσθε δεινῶν. Ὁ μὲν οὖν μητροπολίτης τοιαῦτα
εἶπε, πᾶσι δὲ εὐθὺς ἐπῆλθε βελτίω προσδοκᾶν, καὶ
τῆς ἀθυμίας ἀπηλλάττοντο. Ἤιδεσαν γὰρ αὐτὸν τὰ
μέλλοντα εἰδέναι μᾶλλον, ἢ τὰ παρεληλυθότα ἕτερον,
καὶ ὡς προφητεύοντι προσεῖχον φανερῶς. Διηπόρουν
δὲ ὅτι ἂν εἴη τὸ Μυσοῖς αἴτιον ἐσόμενον φυγῆς. Ὁ D
δ' αὐτὸς ἀρχιερεὺς καὶ Ἀποκαύχῳ τῷ μεγάλῳ δουκὶ
ἔγραψε τοιαῦτα· ὡς ἀποροίη ὅτου ἕνεκα πεῖραν
αὐτοῦ πολλάκις ἐν πολλοῖς πρότερον ἐσχηκὼς, καὶ
τῶν εἰρημένων τὴν ἔκβασιν οὐκ εἰς μακρὰν, οὐδ'
εἰς ἕτερόν τινα, ἀλλ' εἰς ἑαυτὸν ἰδὼν σαφέστατα
γεγενημένην, νῦν ἀπιστοίη παντάπασι, καὶ λόγους
οἴοιτο εἰκῇ λεγομένους τὰ εἰρημένα ὑπ' αὐτοῦ.
Αὐτὸς δὲ καίτοι μὴ βουλομένῳ πείθεσθαι, οὐδὲν
ἧττον συμβουλεύσειν, ἃ αὐτῷ τε καὶ Ῥωμαίοις
ἅπασι λυσιτελήσειν οἴεται· ἐκκαλυφθῆναι γὰρ αὐτῷ
παρὰ Θεοῦ, ὡς οὐκ ἐκείνῳ μᾶλλον, ἀλλὰ Καντακου-
ζηνῷ τῷ πρὶν μὲν μεγάλῳ δομεστίκῳ, νυνὶ δὲ βα-
σιλεῖ γεγενημένῳ, τὸ τοῖς βασιλέως παισὶν ἐπιτρο-
πεύειν καὶ συμβασιλεύειν προστήκει. Διὸ καὶ δεδό-

hic fiunt, omnia divino nutu fieri, et hujusmodi
miserias atque clades Deum permittere, ut eorum
erga imperatorem amor illustretur, qui propediem
venturus et pro eo ac mereatur, unumquemque
remuneraturus sit. Non enim putandum, eum Deo
nolente imperare, imo volente, quod ipse norit
certissimo. Nam cum principio dubitaret num di-
vina voluntate, an indulgentiæ potius et cupiditati
suæ ac lubidini obsecutus, purpuram assumpsis-
set, timeretque ne si ab illis esset, quorum cogi-
tationes Deo contrariæ sunt, una cum illis etiam
periret, ad preces et vota incubuisse, divinumque
numen fatigasse ut se doceret, ecquid sibi ista
probarentur. Tum sibi per spiritum revelatum
placere Deo, Cantacuzenum imperare. Se vero
citra hæsitationem credidisse, et Didymotichi
manere, ut quantum possit, operam ac studia sua
cum divina voluntate conjungat. Neque enim a
quoquam se accusari posse, quasi quidpiam rerum
humanarum ab imperatore sibi quærat: usque
nunc enim nihil tale ab ullo quæsivisse. Et se illos
hortari, ut hoc tempore viriliter malis præsentibus
resistant, quæ Deo propitiis oculis respiciente,
brevi in nihilum casura sint. Mœsos quippe istos
obsessores, et obtentu amicitiæ præsentis auctores
inopiæ, septem omnino diebus futuris fuga salutem
petentes, atque inter se conculcantes visuros, et
quibus nunc circumdentur malis, fore liberos.
Hæc ut metropolita disseruit, omnes confestim
posita tristitia spem fortunæ melioris ingressi sunt.
Norant siquidem, perspectiora esse illi futura,
quam aliis præterita, et tanquam vati animos
eidem palam attendebant. Cur vero Mœsi fugam
facturi essent, de hoc ambigebant. Idem antistes
Apocaucho magno duci in hanc sententiam scri-
psit: Non videre se, quamobrem cui sui documenta
sæpe in multis habuisset, dictorumque suorum
eventum non in longum dilatum, nec ad alios,
sed ad se pertinuisse manifestissime sciret, nunc
penitus fidem sibi denegaret, et pro verbis ina-
nibus duceret, quæ dicerentur. Porro se, quan-
quam refraganti, nihilominus quæ cum ipsi, tum
Romano **539** imperio universo conducere sen-
tiret, suadere velle. Sibi enim a Deo indicatum,
non ipsi, verum Cantacuzeno, qui prius magni
domestici munus gessisset, nunc imperatori re-
nuntiato convenire imperatoris defuncti liberis
tutorem esse, et una cum illis imperare. Unde et
hoc ei divinitus datum: ipsi autem eidem sub-
esse, et rem navalem curare ac mari præsidere.
Monebatque ut datis contentus, septa ne trans-
siliret, atque ut se audiret, rogabat: haud enim
bene eventurum si contra divinum consilium
venerit. Se quoque principio potissimum creationis
Cantacuzeni factum ægrius ferentem, et cogitantem
ne forte aliud Deo videretur, precibus operam
dedisse et ab ipso his verbis doctum fuisse: Sic
volo, sic complacitum est, sic decerno, imperare
Joannem Cantacuzenum, fiat. Quæ igitur Deo

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

complacuerunt, mortalium nemini fas esse irrita reddere conari, quia nec potest. Precabatur insuper, ne ista cuidam gloriationi et ostentationi virtutis ascriberet; non enim in id superbiæ barathrum decidisse, ut talia adversus Deum mentiatur, sed ad fructum multorum, inique adeo et contra omnem justitiæ legem bello pereuntium, et ad ipsum errore liberandum, dum se Cantacuzeno imperatore superiorem fore confidit, hæc dicta esse: quibus si paruerit, quantum operæ pretium fecerit, brevi intellecturum. Sin minus, tamen plane cogniturum, se amicum esse veritatis, a qua ista didicerit. Hactenus litteræ metropolitani Didymotichensis ad magnum ducem, quibus perspicue Cantacuzenum inimicos superaturum prænuntiavit. Iis ille perlectis nihil respondit. Cæterum non de imperatore solo multa istiusmodi, sed de privatis quoque nonnullis haud pauca vaticinatus est. Cum enim Michael Bryennius Pamphili præfectus, insidiis a populo esset appetitus, et Byzantium in vinculis adductus, et ab archontibus carcere damnatus, pauloque post a præfecto custodiæ parva de causa per insanum furorem adeo flagellis laceratus, ut pro mortuo haberetur, fama Didymotichum ad ejus propinquos volante, et illis episcopum rogitantibus, ut uxori necem mariti aperiret, quo reverentia et pudore illius cohibita, vitam sibi ad nuntium tam funestum ne abrumperet, episcopus Bryennium non esse mortuum dixit, **540** cæsum tam atrociter, ut ad saniem et inflammationes ex flagellatione coercendas, sale opus fuerit. Verumtamen adhuc vivere, et tam inhumaniter aliis de causis quibusdam secretioribus flagellatum esse, reditusque ad uxorem et liberos illam præcipue causam fore. Dimissum enim e carcere ad plagas curandas, Didymotichum fugam arrepturum. Tempore autem procedente et imperatore præsente, pro ipso in acie occubiturum. Quæ omnia exitus docuit. Absolutus namque a carcere Bryennius, ut a medicis curaretur, opportunitatem fugiendi nactus, domum incolumis pervenit; postea in pugna contra Momitzilum ante pedes imperatoris oppetiit. Tali gratia ille a Deo dignatus erat, et futura quasi quæ oculis conspiciuntur, præsciebat. Mœsi, qui ad Didymotichum castra habebant, haud diu post intelligentes e suis exploratoribus, Persas classem ad Hebri ostia appulisse, prae tumultu trepidi, invicem conculcantes (quod episcopus prædixerat) aufugiebant, nec ubi terrarum se abscondissent, apparebat. Didymotichenses fugæ causam ignorantes, mirari quid ita turbarent Mœsi. Parvo temporis intervallo nuntiatur, Amurium filium Aitinæ, Cantacuzeni longe amantissimum, qui multa antea suæ in illum voluntatis charitatisque argumenta dederat (ob illum quippe etiam imperatorem Andronicum juniorem bello adversus Phocæam et Lesbum juverat), cum accepisset gravibus conflictantem infortuniis, totoque Romano imperio

σθαι παρὰ Θεοῦ· ἐκείνῳ δὲ ὑπ' ἐκεῖνον εἶναι καὶ περὶ ναῦς ἀσχολεῖσθαι καὶ θαλασσοκρατεῖν. Συνεβούλευέ τε ἔχεσθαι τῶν δεδομένων, καὶ μὴ ὑπὲρ τὰ ἐσχαμμένα πηδᾶν, καὶ ἐδεῖτο πείθεσθαι· μηδὲ γὰρ ἂν εἰς τέλος ἥξειν ἀγαθὸν αὐτῷ τὸ τοῖς βεβουλευμένοις ἀνθίστασθαι Θεῷ. Καὶ αὐτὸς γὰρ ἐν ἀρχῇ μάλιστα ἔφασκε τῆς ἀναῤῥήσεως Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως περὶ τῶν πραττομένων δυσχεραίνων, καὶ λογιζόμενος, εἰ μὴ κατὰ γνώμην εἴη Θεῷ τὰ εἰργασμένα, καὶ διὰ τοῦτο δεήσεσι προσκείμενος καὶ ἱκεσίαις, ἐκδιδαχθῆναι παρὰ Θεοῦ αὐταῖς λέξεσιν, ὡς Θέλω, εὐδοκῶ, ὁρίζω βασιλεύειν Ἰωάννην τὸν Καντακουζηνόν, καὶ γενέσθω. Ἃ τοίνυν ὁ Θεὸς εὐδόκησεν, οὐδένα δίκαιον ἀνθρώπων πειρᾶσθαι καταλύειν, ὅτι μηδὲ δυνατόν· ἠξίου τε μὴ κόμπον τὰ τοιαῦτα οἴεσθαι καὶ ἄλλως ἐπίδειξιν ἀρετῆς· μηδὲ γὰρ ἂν εἰς τοσοῦτον ἀπονοίας βάραθρον ἐληλακέναι, ὡς τοιαῦτα καταψεύδεσθαι Θεοῦ· ἀλλὰ τῆς τε ὠφελείας τῶν πολλῶν, ἀδίκως οὕτω καὶ παρὰ πάντα τοῦ δικαίου νόμον ἀπολλυμένων ὑπὸ τοῦ πολέμου, καὶ τοῦ αὐτὸν ἐξελέσθαι, ὑφ' ἧς κατέχεται ἀπάτης, οἰόμενον Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως περιγενήσεσθαι εἰρῆσθαι τὰ τοιαῦτα· οἷς εἰ πεισθείη, εἴσεται τὴν ὠφέλειαν οὐκ ἐν μακρῷ· εἰ δ' οὐ πεισθείη, πάντως εἴσεται ὡς ὀληθείας φίλος αὐτὸς καὶ παρ' ἐκείνης τὰ τοιαῦτα δεδιδαγμένος. Τοιαῦτα μὲν ὁ Διδυμοτείχου ἔγραφε πρὸς μέγαν δοῦκα, διαῤῥήδην περὶ Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως προλέγων, ὡς τῶν ἀδικούντων περιέσται. Ἐκεῖνος δὲ ἐπεὶ τὰ γράμματα ἀνέγνω, οὐδὲν πλέον ἀπεκρίνατο. Οὐ περὶ βασιλέως δὲ μόνον ἐκεῖνος πολλὰ τοιαῦτα προηγόρευεν, ἀλλὰ καὶ περὶ ἰδιωτῶν τινων οὐκ ὀλίγα. Βρυεννίου γὰρ τοῦ Μιχαὴλ, Παμφίλου ἄρχοντος, ἐπιβουλευθέντος τε ὑπὸ τοῦ δήμου, καὶ δεσμώτου εἰς Βυζάντιον ἀπαχθέντος, δεσμωτήριόν τε ὑπὸ τῶν ἀρχόντων οἰκεῖν κατεψηφισμένου, ἐπεὶ χρόνῳ ὕστερον μικρᾶς τινος ἕνεκα αἰτίας ὁ τῆς φρουρᾶς ἄρχων, ὑπὸ μανίας ἀλόγου καὶ θυμοῦ, εἰς τοσοῦτον ἠκίσατο σφοδρῶς, ὡς νομισθῆναι καὶ ἀποθανεῖν, πρὸς τοῖς οἰκείοις ἐν Διδυμοτείχῳ τῆς φήμης διαδραμούσης, κἀκείνων τοῦ ἀρχιερέως δεομένων ἀπαγγέλλειν τῇ γυναικὶ τοῦ ἀνδρὸς τὴν τελευτὴν, ἵν' ὑπὸ τῆς πρὸς ἐκεῖνον αἰδοῦς κατεχομένη, μὴ τὴν ψυχὴν ἀποῤῥήξῃ πρὸς τὴν ἀγγελίαν, ἐκείνος οὔτε τετελευτηκέναι ἔφασκε Βρυέννιον, ἀλλὰ ζῆν· τετύφθαι μέντοι εἰς τοσοῦτον ἀπανθρωπίας, ὡς καὶ ἀλῶν δεηθῆναι τὰς σηπεδόνας καὶ φλεγμονὰς τὰς ἐκ τῶν μαστίγων καταστλούντων· μὴ μέν τοί γε ἀποθανεῖν, ἀλλὰ ζῆν, καὶ τὴν ἀπανθρωπίαν τῶν αἰκισαμένων, ἄλλων τε τινῶν ἀποῤῥητοτέρων ἕνεκα αὐτῷ ἐπενεχθῆναι, καὶ τῆς εἰς παῖδας καὶ γυναῖκα ἐπανόδου αἰτία μάλιστα ἐκείνη ἔσται. Τοῦ δεσμωτηρίου γὰρ ἀπολυθεὶς ἐπὶ τῷ ἰᾶσθαι τὰς πληγὰς, διαδρὰς ἀφίξεται ἐνθάδε· χρόνῳ δὲ ὕστερον καὶ βασιλέως παρόντος, πεσεῖται μαχόμενος ὑπὲρ αὐτοῦ. Ἃ πάντα ὕστερον κατὰ τὴν ἐκείνου πρόῤῥησιν ἀπέβαινεν. Ἀφεθεὶς γὰρ τοῦ δεσμωτηρίου ὁ Βρυέννιος ἐπὶ τῷ προνοίας τινὸς τυχεῖν παρὰ τῶν ἰατρῶν, καιροῦ τυχὼν διεσώζετο, οἴκαδε διαδρᾶναι δυνηθείς· ὕστερον δὲ, ἐν τῇ πρὸς Μομιτζίλον μάχῃ ἔπεσε μα-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

χόμενος ἐπίπροσθεν βασιλέως. Τοιαύτης ἦν ἐκεῖνος χάριτος ἠξιωμένος παρὰ Θεῷ, καὶ τὰ ἐσόμενα ὡς ὁρώμενα προῄδει. Οἱ μέν τοι Μυσοὶ οἱ περὶ Διδυμότειχον ἐστρατοπεδευμένοι μετὰ μικρὸν παρὰ τῶν σφετέρων πυθόμενοι σκοπῶν, ὡς πλῆθος Περσικῶν νεῶν τῇ τοῦ Ἕβρου προσέσχεν ἐκβολῇ, ὑπὸ τοῦ θορύβου καὶ τῆς ταραχῆς ἀλλήλους συμπατοῦντες τὴν ἀρχιερέως πρόῤῥησιν τάχιστα ἀνεχώρουν, καὶ ὅποι γῆς κατεδύοντο ἀγνοούμενοι. Οἱ δὲ ἐν Διδυμοτείχῳ τὴν αἰτίαν ἀγνοοῦντες τῆς φυγῆς, ἐθαύμαζον ὅ τι ποτ' ἂν εἴη τὸ οὕτω θορυβῆσαν τοὺς Μυσούς. Μετὰ μικρὸν δὲ ἠγγέλλετο ὡς Ἀμοὺρ ὁ τοῦ Αἰτίνη φίλος ὢν ἐς τὰ μάλιστα Καντακουζηνῷ τῷ βασιλεῖ, καὶ πολλὰς ἀποδείξεις τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας καὶ πρότερον παρεσχημένος, δι' ἐκεῖνον γὰρ καὶ βασιλεῖ τῷ νέῳ Ἀνδρονίκῳ πρὸς τὸν κατὰ Φωκαίας καὶ Λέσβου πόλεμον συνεπολέμησε, πεπυσμένος περὶ αὐτοῦ, ὡς μεγάλης χρήσαιτο κακοπραγίας, κοινῇ τῶν Ῥωμαίων αὐτῷ πάντων ἐκπολεμωθέντων, καὶ αὐτὸς μὲν ᾤχετο ἐς Τριβαλοὺς φυγάς, Διδυμότειχον δὲ ὁ μόνον καταλέλειπτο γυναικί τε καὶ τέκνοις καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ὑπολειφθεῖσι φίλοις καταφυγή, δεινῶς ὑπὸ τῆς συχνῆς πολιορκίας ὑπὸ ἐνδείας ἐπιέσθη, καὶ κινδυνεύει τὸ τοῦ φίλου σκάφος αὐτανδρον ἀπολωλέναι, ὀγδοήκοντα καὶ τριακοσίας ναῦς τὰς συμπάσας ὁμοῦ παραλαβών, καὶ μείζους καὶ ἐλάσσους, ἐν αἷς ἐνακισχίλιοι πρὸς δισμυρίους ἐπιβάται κατελέγοντο, παρὰ τὸ τοῦ Ἕβρου στόμα προσέσχε. Πέμψας δὲ καὶ ἐκεῖνος πρίσβεις πρὸς Εἰρήνην τὴν βασιλίδα, ἀπήγγελλε τὰ ἴσα· ἐδήλου τε ὅτι ἥξει καὶ αὐτὸς μετὰ μικρόν. Εἰρήνη δὲ ἡ βασιλὶς, τούς τε στρατιώτας ἔπεμπεν, ὅσοι ἦσαν καὶ τοὺς ἄλλου· τῶν εὐγενεστέρων εἰς ὑπάντησιν ἐκείνου, καὶ ἵππους ἑκατὸν, ὡς ἂν αὐτός τε χρήσαιτο, καὶ μὴ πεζῇ βαδίζῃ, καὶ τοῖς ἄλλοις διαδῷ. Ἀπήγγελλόν τε οἱ κεκομικότες, μὴ μέμφεσθαι τῆς ὀλιγότητος, ὡς διὰ τὸν περισχόντα πόλεμον, αὐτῶν μᾶλλον ἵππων δεομένων, καὶ διὰ τοῦτο τῶν παρόντων οὐ πλείους παρέχεσθαι δεδυνημένων. Τοὺς μὲν οὖν ἵππους ἐδέξατο ἀσμένως, καὶ βασιλίδι χάριτας τῆς εὐεργεσίας ὡμολόγει· διέδωκε δὲ τοῖς εὐγενεστέροις τῶν Περσῶν, καὶ μάλιστα προήκουσι καθ' ἡλικίαν. Ἐρόμενος δὲ περὶ τοῦ φίλου βασιλέως εἰ ζῇ, πολλὰ στενάζων, καὶ δάκρυα τῶν ὀφθαλμῶν ὑπὸ συμπαθείας ἀφιείς, ἐπεὶ ἐπύθετο ζῆν Θεοῦ βουλο-

eidem infesto ad Triballos profugisse, et Didymotichum, quæ sola uxori, liberis, amicorumque reliquiis perfugium relinquebatur, propter obsidionem extrema inopia premi, parumque abesse, quin navis amici cum ipsis vectoribus submergatur (16), deductis numero trecentis octoginta navibus majoribus, et minoribus, et in undetriginta millibus impositis (17), ad Hebri ostia applicuit: atque hæc missis ad Irenen imperatricem nuntiis, simulque semet mox affuturum significavit. Irene omnes præsidiarios et nobiles ei obviam mittit; equos præterea centum, quorum uno ipse uteretur, ne pedibus incederet, reliquos comitibus distribueret. Renuntiabant autem qui illos ducebant, non debere ea paucitate offendi: nam propter præsens bellum equorum raritate laborari, atque ideo plures his suppeditare nequivisse. **541** Equos Amurius non invitus accepit, et imperatrici pro ista gratia grates egit, interque Persas nobiliores, ac præsertim ætate provectiores dispertivit. Percunctatus autem de charo sibi imperatore num viveret, idque multa gemens, et lacrymans, ex commiseratione videlicet, ubi audivit eum Dei beneficio superstitem esse, primum quidem Numini laudes dixit, cujus ope ad tuendum illum ipse cum suis tam prompti ac magnanimi essent; deinde illis quoque eadem de causa gratias egit, et se multa atque eximia debere pronuntiavit, qui tam variis et ingentibus sese pro illo discriminibus obtulissent, stipatusque bis mille selectis militibus ad urbem pedibus et ipse processit. Orantibus qui Didymoticho obviam prodierant, ut equo uteretur, et alios insuper extra centum illos subministrantibus, non est motus, duo millia nobiliorum esse dicens, dignos in primis qui equitarent. Quia vero qui in tantum numerum distribuerentur non sufficerent, præstare, et se peditem incedere, laboremque communicantem, viæ molestiam illis leviorem reddere (18). Ita Didymotichum venit, ubi paucos dies moratus, quibus Didymotichenses Thraciæ pagos deprædantes sibi victum conquirere oportebat, postquam negotium ex sententia transegerunt, magnumque frumenti numerum, et alia ad victum idonea cum peco e

Jacobi Pontani notæ.

(16) Id est, *quin Cantacuzenus una cum suis omnibus intereat*. Conditionem ac statum suum navi seu navigationi, et adversam conditionem sive sortem infelici navigationi, ac tempestati naufragioque comparare, usitatum est bonis scriptoribus tum poetis, tum oratoribus, quod hic Amurius Cantacuzeno facit. Naves porro quæ cum vectoribus aut deprimuntur, aut capiuntur, Græcos nunc voce juncta αὐτάνδρους, nunc separatis vocibus, σὺν τοῖς ἀνδράσιν dixisse, ostendit Victorius lib. XXV, cap. 8.

(17) Trecentis navibus tantum numerum imposuit. Sed ex sequentibus triginta unum millia colliguntur. Si enim jussit sequi se viginti millia, cum selectis mille quingentis, et novem millia quingentos ad navium custodiam reliquit, ergo summa conficit triginta unum. Sed vel erratum librarii est in numero, vel auctor lapsus est memoria.

(18) Laudabile factum Amurii, exæquantis se militibus suis, dum equo repudiato, una cum illis pedibus incedit. In VI *Æneid.* poeta Æneam cum Trojanis suis arbores cedentem, et ad Miseni cadaver cremandum advolventem facit:

Necnon Æneas opera inter talia primus
Hortatur socios, paribusque accingitur armis.

In quem locum sat multa adduximus in symbolis nostris, quibus demonstraremus, duces et imperatores, qui sese militibus nonnumquam, velut obliti, atque immemores suæ personæ ac dignitatis, ferendis laboribus, atque oneribus, aliisque rebus vilibus obeundis ac patiendis exæquassent, magnam laudem adeptos.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

in urbem intulerunt, mandavit ut quidquid in tentoriis suis prædarum esset, Didymotichensibus donaretur. Curatum ut mandarat. Præterea quingentos ex selectis illis duorum millium segregatos, et de reliquo exercitu novem millia ad naves in reditum suum custodiendos misit : cæteros ad vicena millia, præter mille quingentos selectos, sequi jussit, ad imperatorem profecturus. Ambulabat igitur ipse, et reliqui universi, demptis centum illis, qui senectutis imbecillitate pedibus ingredi non poterant. Cumque ad murum juxta Christopolim venissent, quoniam qui illic in præsidio erant, adversus tantas copias nil valebant, stationem ipsis deserentibus, Persæ multis locis eo perfosso transierunt, et non procul inde noctem duxerunt.

A μένου, πρῶτα μὲν ὡμολόγει χάριτας Θεῷ, πολλὴν αὐτοῖς τὴν πρόνοιαν καὶ τόλμαν ὑπὲρ βασιλέως παρεσχημένῳ. Ἔπειτα δὲ καὶ αὐτοῖς τῶν αὐτῶν ἕνεκα καὶ χάριτας ὡμολόγει, καὶ πολλῶν καὶ μεγάλων ὀφειλέτην ἑαυτὸν ἀπέφαινεν, ὡς κινδύνους μεγάλους καὶ πολλοὺς ὑπὲρ ἐκείνου ἐνεγκοῦσι· τὴν στρατιάν τε παραλαβὼν, πεζὸς ἐχώρει καὶ αὐτὸς εἰς Διδυμότειχον, δισχιλίους λογάδας ἔχων περὶ ἑαυτόν. Δεομένων δὲ τῶν ἐκ Διδυμοτείχου ἵππῳ χρῆσθαι, καὶ παρεχομένων καὶ ἑτέρους πρὸς τοῖς ἑκατὸν οὐκ ἐπείθετο αὐτὸς, δισχιλίους εἶναι φάμενος τοὺς εὐγενεστέρους, καὶ μάλιστα ἀξίους ἵπποις χρῆσθαι. Ἐπεὶ δὲ μὴ εὐπορίᾳ πᾶσι διαδοῦναι, βέλτιον πεζεύειν καὶ αὐτὸν, ἐν τῷ συμπονεῖν αὐτοῖς ῥᾴω καὶ φορητοτέραν τὴν ἐκ τῆς ὁδοῦ ποιοῦντα ταλαιπωρίαν. Οὕτω μὲν οὖν μέχρι καὶ Διδυμοτείχου ἦλθεν· ἡμέρα, δὲ περιμείνας οὐ πολλὰς ἐν αἷς ἔδει τοὺς εἰς Διδυμότειχον, τὰς κατὰ Θρᾴκην πορθοῦσι κώμας σῖτον πορίζειν ἑαυτοῖς, ἐπεὶ ἐπράττετο αὐτοῖς τὰ κατὰ γνώμην, καὶ σῖτον εἰσεκομίζοντο πολὺν, καὶ τὰ ἄλλα ἐπιτήδεια, καὶ βοσκήματα ἐκέλευεν, ὅσα ἦσαν ἐν τῷ στρατοπέδῳ τῷ σφετέρῳ ἐκ τῆς λείας τοῖς ἐν Διδυμοτείχῳ παρέχειν· καὶ ἐπράττετο ᾗ προσέταττεν ἐκεῖνος. Πεντακοσίους τε ἐκ δισχιλίων ἐκείνων λογάδων ἀπολεξάμενος, καὶ ἐννακισχιλίους ἐκ τῆς ἄλλης στρατιᾶς, ἔπεμπεν εἰς τὰς ναῦς, φρουρήσοντας ἄχρις ἐπανήξει· τὸ δὲ λοιπὸν στρατόπεδον εἰς δισμυρίους ὄντας ἐπὶ πεντακοσίοις καὶ χιλίοις τοῖς λογάσιν, ἕπεσθαι ἐκέλευεν, ὡς ἐκεῖσε ἀφιξόμενος ἔνθα διατρίβει βασιλεύς. Ἦσαν οὖν ἅπαντες καὶ αὐτὸς πεζῇ, πλὴν τὴν τῶν ἑκατὸν ἐκείνων, ἀδυνάτων ὄντων πεζεύειν διὰ γῆρας. Καὶ γενόμενοι παρὰ τὸ ἐν Χριστουπόλει τείχισμα, ἐπεὶ ἀντέχειν οὐχ οἷοί τε ἦσαν οἱ φρουροῦντες πρὸς τοσαύτην δύναμιν, πολλαχοῦ διατεμόντες ἐκείνων ἐκλιπόντων, διέβησάν τε, καὶ ηὐλίσαν ἐγγὺς τὴν νύκτα.

542 CAPUT LVII.

Pheræi Amurium commentitiis litteris circumscribunt. Quingenti Persæ mortui frigore præter captivos. Amurius domum redit. Didymotichenses prædones præ frigore ad hostes confugientes quomodo habiti. Oppida se imperatrici dedere cupientia, cur non recipiantur. Angores et sollicitudines Cantacuzeni, cui Arbenus homo obscurus auxilium spondet et de Berrhœa acquirenda consilium dat. Cralis in ea re gratificandi propensa voluntas. Quibus de causis facta deditio. Ad imperatorem legati, qui eum aversant. Admonitio Cralenæ de non cunctando.

Pheræi, postquam nuntiatum est, Persarum copias per ipsos transituras, vastitatem agro suo metuentes, adhæc odio in imperatorem id inique ferentes (ne quid videlicet a Persis adjuvaretur), summo duci verba danda censuerunt, litterasque commentitias sub persona imperatoris ad eum miserunt. Iis secundum salutationem gratiæ Amurio singulares de studio erga se agebantur, ex quo multos ejus causa labores, ac sumptus tolerasset. Deinde hortabatur, uti ex eo loco, in quo epistolam acciperet, retro abiret, ne imprudens noceret, dum prodesse cuperet. Se enim in extimis Triballorum finibus versari, unde jam redire non sit proclive. Si ipsi per mediam Pheræorum regionem proficiscantur, timendum, ne princeps Triballus præsentem amicitiam in iram, et odium vertens, male sibi faciat, ut qui bellum cum barbaris, ac pestem ei crearit. Hæc litteris præscribebantur. Quas cum Amurius legisset, nihil subesse fraudis suspicans, sed revera ab imperatore missas existimans, huc illuc perplexus versabat animum, revertereturne, sicut monebatur, an ad Cantacuzenum porro pergeret, quem cum tam ingenti agmine perquirere, rursus difficile, et operosum esset. Hæc illum per noctem secum volutantem, exorta subito frigoris immensitas, ducentis per

B Φεραῖοι δὲ πυθόμενοι περὶ τῆς στρατιᾶς τῆς Περσικῆς ὅτι μέλλει διιέναι κατ' αὐτοὺς, καὶ τὴν τε βλάβην δείσαντες, ἣν κακώσειν ἔμελλεν αὐτοῖς τὴν χώραν, ἄλλως τε καὶ μίσει τῷ πρὸς βασιλέα δυσχεραίνοντες μὴ ὑπὸ τῶν Περσῶν ὠφεληθῇ, ἔγνωσαν δεῖν παράγειν τὸν ἄρχοντα τῆς στρατιᾶς, καὶ γράμματα πλασάμενοι ὡς ἐκ βασιλέως ἔπεμπον πρὸς αὐτόν. Ἃ μετὰ τὸ προσαγορεύειν, πολλὴν ὁμολογοῦντα χάριν τῇ εἰς αὐτὸν εὐνοίας, ὅτι πολλὴν ὑπέμεινε καὶ πόνον καὶ δαπάνην δι' αὐτὸν, ἔπειτα ἐκέλευεν ἀναστρέφειν· ἐξ οὗπερ ἂν ἐγγένοιτο τοῖς γράμμασι τόπου περιτυχεῖν, μὴ καὶ ἄκων βλάψῃ νομίζων ὠφελεῖν. Ἐκεῖνον γὰρ ἐν ἐσχατιαῖς τῆς Τριβαλῶν διατρίβειν γῆς, ὅθεν οὐ ῥᾴδιον ἐπανελθεῖν νυνί. Εἰ δ' αὐτοὶ χωροῖεν πρὸς C ἐκεῖνον διὰ μέσης τῆς γῆς τῶν Τριβαλῶν, δέος μὴ αὐτῶν ὁ ἄρχων ἀντὶ φιλίας, ἣν ἐνδείκνυνται πρὸς αὐτὸν νυνὶ, πρὸς ἔχθραν καὶ ὀργὴν μεταστραφῇ, καὶ διάθηται κακῶς, ὡς αἴτιον πολέμου βαρβαρικοῦ, καὶ φθορᾶς αὐτῷ γεγενημένον. Τοιαῦτα μὲν οὖν τὰ γράμματα ἐκέλευεν. Ἀμοὺρ δὲ ἐπεὶ ἀνέγνω, τῶν μὲν συνεσκευασμένων ὑπώπτευεν οὐδέν· νομίσας δὲ ἐκ βασιλέως εἶναι ἀληθῶς, ἀμφιβόλοις λογισμοῖς ἐπάλαιεν, εἰ δεῖ ἀναστρέφειν κατὰ τὰ κεκελευσμένα, ἢ ἥκειν πρὸς αὐτὸν, ὡς δυσχερὴς ἐν αὖθις εἰς ἀναζήτησιν ἐκείνου μετὰ τοσαύτης στρα-

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

τιᾶς ἐλθεῖν. Τοιαῦτα δὲ αὐτῷ λογιζομένῳ τῆς νυκτὸς, χειμὼν ἐξαίσιος ἐπιγενόμενος, ὡς καὶ διακοσίους τῷ στρατοπέδῳ ὑπὸ κρύους ἐναποθανεῖν, ἠνάγκασεν ἀναστρέφειν, πολλὰ καὶ τῶν γραμμάτων πρὸς τὴν ἐπάνοδον συναραμένων. Ἐλθὼν δὲ εἰς Βήραν, ἔνθα αὐτῷ ὡρμίζοντο αἱ νῆες κατὰ τὸν Ἕβρον ποταμὸν, εὗρε κατ' ἐκείνην τὴν νύκτα καὶ τῶν ἐν ταῖς ναυσὶ τριακοσίους ἀποθανόντας· αἰχμαλώτων δὲ πλὴν ὀλίγων, πάντας, ὀλίγους ὄντας καὶ αὐτοὺς διὰ τὸ μὴ τὴν στρατιὰν πρὸς λείαν ἐπιπλέον διασκεδασθῆναι τῆς προκειμένης ἕνεκα στρατείας Ἀμοὺρ τὸν σατράπην οὐκ ἐᾷν. Εἰς Διδυμότειχον δὲ πρὸς βασιλίδα τὴν Εἰρήνην γράμμασι δηλώσας τῆς ἐπανόδου τὴν ἀνάγκην, καὶ παραιτησάμενος, ὡς διὰ τὸν χειμῶνα μὴ πρὸς αὐτὴν ἐπανήκει προσκυνήσων, ἀπέπλευσεν εἰς τὴν οἰκείαν. Μετὰ δὲ τοῦτο, ἐπεὶ ὁ χειμὼν ἐπεκράτει σφοδρότατος κατ' ἐκεῖνο τοῦ ἔτους, οἱ ἐκ Βυζαντίου, καὶ τῆς ἄλλης Θράκης ἡσύχαζον, καὶ οὐκ ἐπῄεσαν τοῖς ἐν Διδυμοτείχῳ· ἀλλ' ἀναγκαίως διεχείμαζον ἐν ταῖς οἰκίαις. Ἐκεῖνοι δὲ ὑπ' ἐνδείας ἀναγκαζόμενοι καὶ τῶν ἄλλοις φοβερωτάτων κατατολμᾶν, πεζοί τε ὀλίγῳ πλείους διακόσιοι, καὶ ἱππεῖς ἐλάττους τούτων, πρὸς ἁρπαγὴν, τῆς πόλεως ἐξελθόντες, οὕτως ὑπὸ σφοδροῦ κατελήφθησαν χειμῶνος, ὡς ἀναγκασθῆναι αὐτόμολοι πρὸς τοὺς πολεμίους ἀφικέσθαι, ἐκλείποντες ἤδη ὑπὸ κρύους. Οἱ μὲν οὖν πεζοὶ πάντες, ὁμοῦ πρὸς Λιτιτζαν πολίχνην ἐλθόντες, ἐπεὶ ὁ τῆς πόλεως ἄρχων, τὰ βασιλέως κρύφα ἠρημένος ἦν, ἐν μιᾷ οἰκίᾳ τοὺς ἄνδρας κατακλείσας, ὡς φρουρεῖσθαι δῆθεν πυρί τε ἀνακτησάμενος, καὶ τῇ ἄλλῃ τῶν ἀναγκαίων χορηγίᾳ, μετὰ τρίτην ἡμέραν, ἐκὼν εἶναι, ἐνεδίδου αὐτοῖς πρὸς τὸν δρασμόν· καὶ διαδράντες ὁμοῦ πάντες σὺν θεῷ εἰς Διδυμότειχον ἐπανῆκον. Ὅθεν καὶ αἰτίαν ἔσχε παρὰ τοῖς πολεμοῦσι βασιλεῖ. Οἱ μέν τοί γε ἱππεῖς ἄλλοι ἄλλοσε διασκεδασθέντες, οἱ μὲν, καὶ φιλανθρώπου τινὸς ἐπέτυχον ξενίας, καὶ ἀπαθεῖς κακῶν πρὸς τὰς οἰκίας ἐπανῆκον, τῶν βασιλέως φίλων πρὸς τὴν σωτηρίαν συναραμένων· οἱ πλείους δὲ αὐτῶν, ὀλίγῳ προσηνέστερον ἐξενίσθησαν παρὰ τῶν ὑποδεξαμένων, ἢ οἱ περὶ Ὀδυσσέα παρὰ Κύκλόπος. Ἀπέθανε μέν τοι ἐξ αὐτῶν οὐδείς, ἀλλὰ χρόνων ὕστερον κατ' ὀλίγους εἰς Διδυμότειχον αὖθις ἐπανῆκον γυμνοὶ μετὰ πεῖραν ἀλγεινῶν πολλῶν. Ἔαρος δὲ ἤδη ἀρχομένου, οἵ τε ἐκ Διδυμοτείχου ἐπῄεσαν ταῖς κατὰ Θράκην πόλεσι, καὶ κακῶς ἐποίουν λῃζόμενοι, ὡς καὶ πολλὰς αὐτῶν πρὸς τὰς συνεχεῖς ἐφόδους καὶ τὰς ληστείας ἀπειρηκυίας, τῇ βασιλίδι Εἰρήνῃ ἐθέλειν προσχωρεῖν· κἂν οἱ ἐν Διδυμοτείχῳ μὴ ἐδέχοντο, ἀπολεῖσθαι φάσκοντες εἰ πείθοιντο. Οὔτε γὰρ εὐπορεῖν φρουρῶν οἱ αὐτὰς φυλάξουσιν, αὐτοί τε λιμῷ ταλαιπωρήσειν

castra enectis, ad reversionem compulit, eodem litteris eum vehementer incitantibus. Ut Beram attigit, ubi naves subductæ stabant in Hebro flumine, invenit eadem nocte mortuos vectores trecentos captivosque demptis paucis, omnes: quanquam et ipsi erant pauci numero, quod Amurius ipse militem propter propositam expeditionem prædabundum amplius discurrere non pateretur. Exarata porro ad Irenem imperatricem epistola qua necessitatem reditus sui declarabat, et simul veniam petebat, quo asperitate frigoris impeditus, ad ei valedicendum non reverteretur, pelago 543 remenso domum discessit. Post quia illo anno hiems intoleranda sæviebat, Byzantii, et reliqui Thraces Didymotichensibus incursandis abstinentes, volentes nolentes in sua loca hiematum recesserunt. At illi rerum egestate coacti, quamvis maxime cæteris formidanda audere peditesque aliquando plures ducentis, et equites his pauciores ad prædandum egressi, frigorum vi sic afflictati sunt, ut jam viribus deficientes, ultro ad hostes confugere compellerentur. Cum itaque pedites simul in oppidulum Lititzam venissent, quoniam præfectus occulte Cantacuzeno favebat, in unis ædibus, quasi in custodia conclusis, et luculento foco aliisque necessariis recreatis, post diem tertium libens fugiendi copiam fecit; qui simul omnes Didymotichum redierunt. Indę hospes ille apud inimicos imperatoris in crimine fuit. Verum equitibus aliis alio dispersis, nonnulli et benignum hospitium repererunt, et sine noxia domum revenerunt, amicis imperatoris eorum saluti opitulantibus: plures autem paulo humanius, quam illi in Odyssea a Cyclope accepti sunt (19). Nemo quidem ab iis jugulatus est; sed post aliquod tempus panci, nudi, et multa perpessu acerba experti, Didymotichum revenerunt. Vere jam ridente, Didymotichenses Thraciæ oppida adoriri ac depopulari, ut eorum complura assiduis impressionibus ac deprædationibus fatigata ac desperantia ad imperatricem Irenem transire vellent, etsi a Didymotichensibus non reciperentur, sibi pereundum dicentibus, si annuerent. Non enim abundare præsidiariis, quos ipsis tutandis darent, et se fame cruciatum iri, nisi vicinos deprædari liceret; aliud enim nullum suppetere ad vitam tolerandam subsidium. Byzantii vero urbem, quantum poterant, affligebant, et Cantacuzenus imperator iterum eodem redire parabat, cui Crales auxilium, sed nec magnum et ignavum adjungebat. Quare variis distractus cogitationibus, plenus erat dubitationis, ecquid reformata Romanorum potentia in Triballos rediret, an cum tam exiguo timi-

Jacobi Pontani notæ.

(19) Vide *Odyss.* η, quemadmodum tractentur a Polyphemo Ulyssis socii. Vide etiam extremum tertium *Æneid.* et, si placebit, Ovid. XIV *Metamorph.* ab eo loco, *Quid mihi tunc animi*, etc.

Paulo humanius fuisse habitos dicit, quasi diceret, tantum non etiam ab illis devorati sunt, quod sociis Ulyssis faciebat illud monstrum horrendum, informe, ingens. Visceribus enim miserorum, et sanguine atro vescebatur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dorum numero toti se imperio objectaret. Sed præcipua quam sentiebat difficultas erat, quod absumpta jam, quam domo attulerat pecunia, in tam multos, quos ducebat (omnes enim ejus impensa vixerant, ad duos annos quibus Romanorum pulsi finibus exsularant), et honoris causa **544** etiam in Triballorum duces, quid ageret non videbat, si per hostium loca Didymothicum petere non liceret. Nec enim inde dabatur afferendam curare pecuniam, nec a Triballis fœnori sumere: quorum pars omnimodis servirent, pars et in summa paupertate viverent, et si non egerent, mutuum dare nollent, quod imperatorem majoribus semper cumulari miseriis aspicerent, metuerentque, ne in ipso itinere penitus interiret. Quocirca curis gravissimis jactabatur, inopiam et inevitabile periculum reputans, quæ se, et suos oppressura essent. Verumtamen nulli se aperiens, Deum solum precabatur, qui hujusmodi rebus finem dare potis est. Ecce autem quidam Arbenus nomine, Clereno, antea Romanis subjecto oppido, oriundus, accedit, patrisque sui erga imperatorem benevolentiam rememorans, nihilo minus et se aiebat velle illi inservire, eique prodesse quantum maxime posset. Nec mirandum, si tam claro genere prognato, tam admirabili et magno viro, ipse homo abjectus, et perobscurus opem promitteret: siquidem, et mus aliquando, ut esset in fabulis (20), leonem multis, durisque vinculis liberasset. Suadebat igitur, ut quoniam a Crale missus esset, ut cum Berrhœotis de urbe tradenda ageret, et multis promissis eo induceret, si vellet ipse etiam amicis scriberet, et per illos cæteris quoque persuaderet, uti se in urbem reciperent: quæ ampla et populosa, et præsidio militari, rebusque omnibus firma et munita, in præsentibus malis non mediocri solatio esse queat. Se enim quamvis Crali subjectum, male Berrhœam aliasque occidentales urbes ipsum quam Cralem dominum agnoscere, cui nolentes parituræ sint, cum contra in eum propendeant. Hæc audiens imperator, gaudio exsiluit, et a tot sollicitudinibus respiravit, divinum Numen se respexisse et hominem instinctu suo concitasse ratus. Quærebat autem, num primarios nosset, et ad quos scribendum hortaretur. Eo affirmante, se omnes nosse, et optimos quosque nominante, ei imperator ut probe consulenti obsequens, sine mora scripsit. Suasit præterea Arbenus, Cralem quoque, si possit, eo permoveat, ut sibi eam cedat, aperteque causam ejus apud Berrhœotas agat. Hoc namque et imperatori fore utilissimum, et congressum hunc sibi periculum nullum creaturum, si urbs ei

A εἰ μὴ λῃζεσθαι ἐξέσται τοὺς περιοίκους· ἐτέρα γὰρ αὐτοῖς πρὸς τὸ ζῆν εὐπορία οὐδεμία ἦν. Οἵτε ἐκ Βυζαντίου, Διδυμότειχον ἐκάκουν ὅσα δυνατά· βασιλεύς τε ὁ Καντακουζηνὸς παρεσκευάζετο αὖθις, ὡς εἰς Διδυμότειχον ἐπανήξων· καὶ ὁ Κράλης, παρείχετο μὲν στρατιὰν ἐπικουρήσουσαν, ὀλίγην δὲ καὶ φαύλην. Καὶ διὰ τοῦτο βασιλεὺς, πολλοῖς ἐστρέφετο λογισμοῖς, καὶ φροντίδων ἦν ἀνάπλεως εἰ δεήσει πάλιν ἢ τὴν Ῥωμαίων δείσαντας δύναμιν, αὖθις ἀναστρέφειν εἰς Τριβαλοὺς, ἢ μετὰ τοσούτων καὶ οὕτω φαύλων πρὸς πᾶσαν τὴν ἀρχὴν Ῥωμαίων διακινδυνεύειν. Μεγίστη δὲ ἦν αὐτῷ τῶν δυσχερειῶν, ὅτι τῶν χρημάτων, ἃ οἴκοθεν ἦλθεν ἔχων ἀναλωθέντων πρός τε τοὺς συνόντας ὄντας τοσούτους, πάντες γὰρ διετρέφοντο ἐκ τῶν βασιλικῶν

B ἐπὶ δυσὶν ἔτεσιν, ἐν οἷς τῆς Ῥωμαίων γῆς ἀπελθόντες ἦσαν ὑπερόριοι, καὶ πρὸς Τριβαλοὺς τοὺς τῶν στρατοπέδων ἡγουμένους διὰ φιλοτιμίαν, ἐν ἀπόρῳ εἶχετο τοῦ τί χρὴ δρᾶν, εἰ μὴ ἐξέσται τὴν πολεμίαν διελθόντας εἰς Διδυμότειχον ἐλθεῖν. Οὔτε γὰρ ἐξῆν ἐκεῖθεν χρήματα μεταπέμπεσθαι, οὔτε παρὰ Τριβαλῶν δανείζεσθαι, τῶν μὲν, πάντη δεδουλωμένων καὶ συζώντων ἐσχάτῃ ἀπορίᾳ· τῶν ἐχόντων δὲ, δανείζειν οὐ βουλομένων, διὰ τὸ βασιλέα ὁρᾶν μείζοσιν ἀεὶ ταῖς δυσπραγίαις κεχρημένον, καὶ ὑποπτεύειν μὴ παντάπασι διαφθαρείη πρὶν οἴκαδε ἐπανῆκειν· οὗ δὴ ἕνεκα πολλῇ μὲν ἐκυμαίνετο τρικυμίᾳ λογισμῶν τὴν ἔνδειαν ἐννοῶν,

C ὑφ' ἧς περισχεθήσεται καὶ τὸν ἄφυκτον κίνδυνον αὐτὸς, καὶ οἱ περὶ αὐτόν. Ἐξέφαινε δὲ πρὸς οὐδένα τὰ ἀπόῤῥητα, καὶ μόνου Θεοῦ ἐδεῖτο, τοῦ λύειν τὰ τοιαῦτα δυναμένου. Αὐτίκα δέ τις προσελθὼν Ἀρμπενος ὠνομασμένος, ἐκ Χληρηνοῦ πρότερον Ῥωμαίοις ὑπηκόου πόλεως, πατρῴαν τε ὁμολόγει εὔνοιαν τῷ βασιλεῖ, καὶ αὐτὸς οὐδὲν ἧττον ἔφασκε βούλεσθαι νυνὶ χρήσιμον ἑαυτὸν αὐτῷ παρέχειν, καὶ βοηθεῖν τρόπῳ ὁποίῳ ἂν δύναιτο δυνατωτάτῳ· θαυμαστὸν δὲ οὐδὲν εἰ τηλικούτῳ ὄντι καὶ θαυμασίῳ καὶ μεγάλῳ, οὐδενὸς ἄξιος ὢν αὐτὸς καὶ ἀφανείᾳ πολλῇ συζῶν, ἐπαγγέλλεται βοηθεῖν, εἴ κα

D μῦς ποτε, κατὰ τὸν μῦθον, λέοντα ἐῤῥύσατο πολιῶν καὶ χαλεπῶν δεσμῶν. Συνεβούλευέ τε ὡς εἰ βούλοιτο, ἐπεὶ πρὸς Κράλη προσπεμφθείη, Βερροιώταις διαλεξόμενος αὐτοῖς περὶ παραδόσεως τῆς πόλεως καὶ πείσων ὑποσχέσεσι πολλαῖς, γράφειν καὶ αὐτὸν τοῖς φίλοις, καὶ δι' ἐκείνων καὶ τοὺς ἄλλους πείθειν δέχεσθαι εἰς τὴν πόλιν, ἣ μεγάλη τε οὖσα καὶ πολυάνθρωπος, καὶ στρατιᾷ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἐῤῥωμένη, οὐ μετρία γένοιτ' ἂν παραῤῥυχὴ πρὸς τὰς περιεχούσας δυσπραγίας. Αὐτὸς γὰρ καί τοι ὑπὸ Κράλην τελῶν, μᾶλλον βούλοιτο Βέῤῥοιάν τε καὶ τὰς ἄλλας ἑσπερίους πόλεις, αὐτῷ μᾶλλον ἢ Κράλῃ προσχωρεῖν· ἐκείνῳ γὰρ ἀνάγκη

Jacobi Pontani notæ.

(20) Hæc fabula, ut arbitror, nec apud Æsopum, nec apud Gabriam, ullumve alium mythographum reperitur. Est tamen ad docendum idonea [illegible], homines potentes aliquando parvarum rerum, et hominum minime potentium auxilio egere. Quid enim mure abjectius, invalidius? quid leone nobilius, robustius?

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δουλεύειν, βασιλεῖ δὲ μᾶλλον εὐνοεῖν. Βασιλεὺς δὲ ἀκούσας, ὑπερήσθη μὲν ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις, καὶ τῶν πολλῶν ἀνέπνευσε φροντίδων, τὸ Θεῖον αὐτοῦ πρόνοιάν τινα πεποιῆσθαι οἰηθείς, καὶ τὸν ἄνδρα πρὸς τοιαῦτα κεκινηκέναι. Ἤρετό τε εἰ τοὺς ἐν λόγῳ μάλιστα εἰδείη. Βερροιωτῶν καὶ πρὸς οὕς τινας αὐτῶν συμβουλεύει γράφειν, τοῦ δὲ, πάντας μὲν εἰδέναι εἰρηκότος, τοὺς ἀρίστους δὲ ἐκλεξαμένου, ἐπείθετό τε ὁ βασιλεὺς, ὡς καλῶς βεβουλευμένῳ, καὶ ἔγραφεν αὐτίκα. Ἀρμπενος δὲ συνεβούλευεν εἰ δύναιτο καὶ Κράλην πείθειν ἐνδοῦναι αὐτῷ καὶ φανερῶς ὑπὲρ αὐτοῦ διαλεχθῆναι Βερροιώταις· βασιλεῖ τε γὰρ τὰ μέγιστα λυσιτελήσειν τὸ τοιοῦτο, καὶ αὐτῷ τὴν συντυχίαν μηδένα κίνδυνον ὕστερον ἂν ἐπαγαγεῖν, εἰ ἡ πόλις προσχωροίη βασιλεῖ. Ἐπείθετό τε ὁ βασιλεὺς αὐτίκα, καὶ πρὸς Κράλην ἐλθὼν, ἐπυνθάνετο, εἰ βούλοιτο πρὸς Βέρροιαν πέμπειν Ἀρμπενον. Τοῦ δὲ συνθεμένου, Ἐβουλόμην, εἶπε γράφειν καὶ αὐτὸς καὶ παραινεῖν εἰς τὴν πόλιν δέχεσθαι. Ἐννοῶν δὲ οἷα δράσειαν Φεραῖοι τὸν πρεσβεύοντα ἀπεκτονότες, πρὸς τὴν ἐπιχείρησιν ἀμβλύνεσθαι, δεδοικὼς μὴ καὶ ἄλλῳ τῶν κακῶν ὁμοίων αἴτιος καταστῇ. Συνεβούλευέ τε μᾶλλον γράφειν αὐτὸς ὑπὲρ αὐτοῦ· ἅμα δὲ καὶ Ἀρμπένῳ ἐπιτρέπειν Βερροιώταις τὰς πρὸς ἀλλήλους αὐτῶν συνθήκας καὶ τοὺς ὅρκους φανεροὺς ποιεῖν, καὶ ὡς εἴη καὶ σοὶ πρὸς ἡδονὴν τὸ προσχωρεῖν αὐτοὺς αὐτῷ. Ὁ δὲ, τὰ μὲν γράμματα ἐπέτρεπεν αὐτὸν ὑπαγορεύοντα γράφεσθαι, οἷα ἂν δοκῇ αὐτῷ συμφέρειν. Ἀρμπενον δὲ ἐκέλευεν ὑπὲρ βασιλέως Βερροιώταις διαλέγεσθαι, καὶ φανερὸν αὐτοῖς ποιεῖν, ὡς οὐδὲν ἡγοῖτο διαφέρειν αὐτῷ τε προσχωρεῖν καὶ βασιλεῖ. Οὕτω μὲν οὖν ἡ ἐπίνοια αὐτοῖς εἰς τέλος ἦκεν. Ἀρμπενος δὲ εἰς Βέρροιαν ἐλθὼν, τά τε Κράλῃ γράμματα παρείχετο ἀναγινώσκεσθαι ἐπ' ἐκκλησίας, καὶ τὰ βασιλέως τοῖς ἐπιτηδείοις κρύφα διεδίδου. Βερροιῶται δὲ καὶ πρότερον μὲν τὰ βασιλέως ἠρημένοι, οἵ τε ἄριστοι ὁμοίως καὶ ὁ δῆμος ἦσαν, καὶ τότε δὲ ὑπὸ τοῦ Τριβαλῶν πολέμου πιεζόμενοι, πολλὰς γὰρ αὐτοῖς καὶ συνεχεῖς ἐποιοῦντο τὰς ἐφόδους, καὶ κακῶς ἐποίουν τὴν χώραν ληῒζόμενοι, καὶ συνορῶντες ἤδη, ὡς ἐν χρῷ κινδύνου καθεστᾶσι δουλεύειν Τριβαλοῖς ἀναγκαζόμενοι, ἄλλως τε καὶ ὑπὸ τῶν ἀρίστων ἐναγόμενοι, πλὴν γὰρ ὀλίγων τὰ βασιλέως ἦσαν πάντες ἠρημένοι, ἐψηφίσαντο τὴν βασιλέως κάθοδον· αὐτίκα τε ἠροῦντο πρέσβεις, ἐκ μὲν τῶν ἀρίστων, Ἀστραπήρην, τοῦ δήμου δὲ, Ἀλληλούϊαν· ἐκ τῶν κατειλεγμένων δὲ τῷ κλήρῳ τῆς ἐκκλησίας, Σύρον ὠνομασμένον· καὶ ἔπεμπον πρὸς βασιλέα, τάχιστα δεόμενοι ἥκειν πρὸς αὐτούς. Οἱ πρέσβεις δὲ ἐπεὶ ἦκον, τήν τε ἀρχαίαν εὔνοιαν τῆς πόλεως ἐδήλουν βασιλεῖ, καὶ ὡς τοῦ πολέμου τοῦδε τοῦ συγγενικοῦ Ῥωμαίοις κεκινημένου, μετέωροι αὐτοὶ ἦσαν, καὶ τὴν αὐτοῦ ἐπιδημίαν ἦγον δι' εὐχῆς, καὶ πρόθυμοι ἦσαν αὐτῷ προσνέμειν ἑαυτοὺς, καὶ τὸν πόλεμον συγκατεργάζεσθαι. Ἐπεὶ δὲ ἐκ προδοσίας τῶν συνόντων συμβαίη περὶ αὐτὸν τὰ δυσχερῆ, καὶ ἔλθοι ὑπερόριος πρὸς Τριβαλοὺς, μάλιστα μὲν βεβουλῆσθαι εὐθὺς ἐξαρχῆς εἰς τὴν πόλιν προκαλεῖσθαι, δεδοικότας δὲ μὴ διὰ ταῦτα

A se adjunxerit. Amplectens consilium imperator statim ad Cralem adit, num **545** Arbenum Berrhœam mittere velit percunctatur. Quo aiente, Volebam et ipse ad eos scribere, inquit, eosque orare, uti me in urbem admitterent. Sed mecum repetens, quo pacto legatum meum Pheræi ante tractaverint, quem contrucidarunt, cœpto destiti, timuique ne alium in simile malum conjicerem. Hortabatur itaque Cralem, ut ipse potius pro se scriberet, et nihilo minus Arbeno mandaret, ut is amborum inter se fœdera sancita palam indicaret, et ipsi etiam voluptati futurum, si ad Cantacuzenum se aggregarint. Crales eo dictante, quas sibi commodas duceret, exarari litteras permisit, Arbenoque præcepit, pro imperatore
B apud Berrhœotas dissereret, illosque doceret, Cralem arbitrari, nihil interesse, ad ipsum, an ad illum se conferrent. Sic illis commentum ex animi sententia processit. Arbenus Berrhœam ingressus, Cralis litteras in conventu recitandas exhibet et alias imperatoris occulte per ejus fautores spargit. Berrhœotæ et antea ab imperatore minime alieni, optimates æque ac vulgus et tunc a Triballis pressi (crebro enim, continenterque eos incursabant, et agrum populationibus infestum reddebant), et intelligentes præterea, nihil propius esse, quam ut Triballorum jugum, quamvis nolentes perferant: ad hæc ab optimatibus impulsi (præter paucos, siquidem omnes imperatori adhærebant), ei reditum decernunt: illicoque legatos,
C de primoribus quidem Alteroperem, de plebe Alleluiam, de ordine clericorum Syrum deligunt, ac per eos rogant uti ad se approperet. Legati antiquam civitatis in illum benevolentiam exponunt et eam inter hæc arma civilia animi pependisse ejusque adventum exoptasse, cui se dedere, et ad bellum adjumento esse percupierint. Quoniam autem suorum proditione in hæc infortunia incidisset, et exsul ad Triballos abiisset, cogitasse statim a principio ad urbem suam illum accersere, sed timore, ne ob id in calamitatem miserabiliorem devolveretur, Crale propter invidiam, et occupatam civitatem insidias ei instructuro, hactenus quievisse. Nunc, quia occasio venerit, et Crales id
D approbare videatur, venire ipsos, ut eum multo cum gaudio, lætitiaque accipiant. Proinde moveat ab se moras, neve in aliud tempus differat, ne quis casus rem totam disturbet atque evertat. Imperator civitati de hac erga se **546** voluntate, et separatim legatis de ipsorum erga se studio honorifice gratias agit, Cralique summam legationis renuntiat: qui admiratus, non etiam Berrhœam, ut reliquas urbes, verba de imperatore fieri vetuisse, ipse quoque rem ad exitum deducendam judicavit. Helena vero conjux mire sollicita, imperatorem admonere, ne opportunitati deesset, sed omnibus postpositis, Berrhœam sui juris facere solum contenderet. Didymotichum redire, esse id quidem necessarium: verumtamen

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Berrhœam, quæ multum bello conductura sit, A obtinere, haud minus profuturum : suadebatque ne exercitum ad sequendum se comparantem exspectaret, sed assumptis Germanis, quos Crales, et ipsa darent, semper ad expeditionem paratis (quod meritorii essent), una cum propriis Berrhœam festinaret. Et si quidem promissis stantes eum acceperint, et reliqui exercitus ope indiguerit, postea jam instructum, paratumque venturum esse. Sin immutati eum rejecerint, reversum, paratis cum copiis uti, et cum eis reditum periclitari posse. Hæc imperatorem Cralis uxor admonebat, ipsaque mercenarios suos Latinos suppeditabat et virum idem ut faceret permovebat.

δυσχεραίνειν, ἥκειν καὶ αὐτοὺς σὺν ἡδονῇ πολλῇ καὶ προθυμίᾳ παραληψομένους. Συνεβούλευόν τε μὴ μέλλειν, μηδὲ ὑπερτίθεσθαι τὸν καιρὸν, μή τι συμβὰν ἕτερον λυμήνηται τῇ πράξει. Βασιλεὺς μὲν οὖν τῇ τε πόλει πολλὰς ὡμολόγει τῆς εὐνοίας χάριτας, καὶ τοῖς πρέσβεσι τῆς εἰς αὐτὸν σπουδῆς, Κράλῃ δὲ ἀπήγγελλεν ὅσα οἱ ἐκ Βερροίας πρέσβεις εἶποιεν· θαυμάσας δὲ ἐκεῖνος ὅτι μὴ τοὺς περὶ βασιλέως λόγους, ὡς καὶ αἱ λοιπαὶ τῶν πόλεων ἀπαγορεύοιεν, ἐπέκρινε καὶ αὐτὸς εἰς πέρας ἄγεσθαι τὸ ἔργον. Ἑλένη δὲ ἡ τούτου γαμετὴ, καὶ πολλὴν εἰσῆγε τὴν σπουδὴν καὶ παρῆνει βασιλεῖ μὴ τὸν καιρὸν προΐεσθαι· ἀλλὰ πάντα δεύτερα ἡγησάμενον, μόνου ἔχεσθαι τοῦ Βέρροιαν ὑποποιεῖσθαι. B

Ἀναγκαίαν μὲν γὰρ καὶ τὴν εἰς Διδυμότειχον ἐπάνοδον εἶναι, οὐχ ἧττον δὲ λυσιτελήσειν καὶ τὸ Βέρροιαν κατασχεῖν, πολλὰ δυναμένην πρὸς τὸν πόλεμον συνάρασθαι. Συνεβούλευέ τε μὴ τὴν παρασκευαζομένην αὐτῷ ἕπεσθαι περιμένειν στρατιάν· ἀλλὰ Γερμανοὺς παραλαβόντα, ὅσους Κράλης τε παρέξεται καὶ αὐτὴ, ἀεὶ πρὸς τὰς στρατείας παρεσκευασμένους ὄντας, διὰ τὸ μισθοφορεῖν, ἅμα τοῖς οἰκείοις, σπεύδειν ἐπὶ Βέρροιαν. Κἂν μὲν δέχωνται ὥσπερ ἐπαγγέλλονται, εἰ δέοιτο καὶ τῆς στρατιᾶς ἐκείνης πρὸς ἐπικουρίαν, ὕστερον ἥξειν παρασκευασθείσαν. Εἰ δὲ μεταβαλόντες ἀποπέμποιεν, ἀναστρέψαντα χρῆσθαι τῇ στρατιᾷ ἤδη παρεσκευασμένῃ καὶ ἀποπειρᾶν πρὸς τὴν ἐπάνοδον. Τοιαῦτα μὲν ἡ Κράλη ὑπετίθετο γαμετὴ τῷ βασιλεῖ, καὶ αὐτὴ παρείχετο τοὺς ἰδίους μισθοφόρους Λατίνους, καὶ τὸν ἄνδρα ἔπειθε.

CAPUT LVIII.

Imperatorem Berrhœenses læti accipiunt. Thessalonicam invadit, a qua occupanda per zelotas et populum impeditur. Cralis perfidia, qui et Thessalonicensem præfectum in imperatorem exstimulat. Germani eum deserere nolunt, quibus obsequens Berrhœam redit. Naves plurimæ Thessalonicam appelluntur. Propter exuentidantem Axium imperator affligitur. Tribullorum dolus. Ex consultatione decernitur tentandum transitum. Filii duo imperatoris commendantur.

Imperator Crali de amicitia, ejusque conjugi, C tum de illa, tum de sollicitudine erga se gratiis ample actis, cum mercenariis et Romanis suis Berrhœam veniens, portis apertis hilariter exceptus est, obtuleruntque se cives ad militandum suis stipendiis, desiderio quodam laudis et gloriæ, promptissime. Mox item Servia ultro se dedidit, urbs ad confinia Thessaliæ posita, et Platamon, urbs maritima : oppidula præterea non pauca, ut Petra, Sosqus, Staridola. Imperator ex deditis urbibus pro temporis brevitate collectis copiis non mediocribus, advocatoque nihilominus consobrino Joanne Angelo cum equitatu Thessalico, Thessalonicam se convertit, castraque ad Galycum flumen **547** non procul ab urbe locavit : quod speraret sui studiosos introitum sibi, de quo jam secum per internuntios egerant, confecturos; id quod aliter evenit. Zelotæ namque, et populus suspicati non illum absque colloquio cum quibusdam super urbe tradenda habito adventare, diligentissime eam custodiebant, ut amici imperatoris, eorum quæ volebant agere nihil possent. Ergo receptio Thessalonicæ ad hunc modum impediebatur. Nihilo sécius imperator, spe non prorsus abjecta, in stativis manebat. Crales postquam Berrhœa aliisque oppidis receptis, ipsum jam sibimet opem ferre posse animadvertit, causa nulla intercedente, fidem mutat : præteritaque necessitudine

Βασιλεὺς δὲ Κράλῃ τε πολλὰς τῆς φιλίας χάριτας ὁμολογήσας, καὶ γαμετῇ, καὶ τῆς φιλίας ἅμα καὶ τῆς περὶ αὐτὸν σπουδῆς, τοὺς μισθοφόρους ἔχων ἅμα τοῖς συνοῦσι Ῥωμαίοις, ἦκεν εἰς τὴν Βέρροιαν, καὶ ἐδέξαντο προθύμως ἀνοίξαντες τὰς πύλας παρεῖχόντό τε ἑαυτοὺς πρὸς τὰς στρατείας ὑπὸ φιλοτιμίας προθυμοτάτους καὶ χωρὶς ἀναλωμάτων. Αὐτίκα δὲ Σέρβιά τε προσεχώρουν ἐκοντὶ, περὶ τὰ μεθόρια Θετταλίας κειμένη πόλις, καὶ Πλαταμὼν, ἑτέρα παραθαλασσία· καὶ φρούρια οὐκ ὀλίγα· τὸ μὲν, Πέτρα προσαγορευόμενον, ἕτερον δὲ Σωσκὸς, καὶ Σταρίβολα τρίτον. Βασιλεὺς δὲ ὡς ἐν βραχεῖ ἐκ τῶν προσθεμένων πόλεων στρατιὰν οὐκ ὀλίγην συναγαγὼν, μεταπεμψάμενός τε καὶ τὸν ἀνεψιὸν Ἄγγελον Ἰωάννην, τὴν Θετταλικὴν ἵππον ἄγοντα, ἐπεστράτευσε Θεσσαλονίκῃ, καὶ ἐστρατοπέδευσεν ἐν Γαλυκῷ, οὐ πολὺ ἄπωθεν τῆς πόλεως· ἤλπιζε γὰρ αὐτῷ τοὺς ἐπιτηδείως ἔχοντας καταπράξεσθαι τὴν εἰς Θεσσαλονίκην εἴσοδον, ἦσαν γὰρ αὐτῷ διειλεγμένοι περὶ τούτου· τὸ δὲ οὐχ ἁπήντα ὥσπερ ἤλπιζεν. Οἱ ζηλωταὶ γὰρ καὶ ὁ δῆμος, ὑποπτεύσαντες μὴ ἄνευ τῶν ἐπὶ παραδόσει διαλεγομένων ἀφικέσθαι, πολλὴν ἐποιοῦντο σπουδὴν περὶ τῆς πόλεως τὴν φυλακήν· δι' ἃ οὐκ εἶχον οἱ τὰ βασιλέως ἠρημένοι τῶν δοκούντων πράττειν τί. Ἡ μὲν οὖν Θεσσαλονίκης ἄλωσις οὕτως ἐκωλύετο. Βασιλεὺς δὲ παρέμενεν ἔτι ἐν τῷ στρατοπέδῳ πρὸς τὴν πρᾶξιν οὐ παντάπασιν ἀπειρηκώς. Κράλης δὲ ἐπεὶ Βέρροιά τε καὶ αἱ ἄλλαι πόλεις προσ-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐχώρησαν βασιλεῖ, καὶ ἤδη ἑαυτῷ ἀμύνειν ἐώρα δυνατὸν, ἐξ οὐδεμιᾶς μεταβολῶν αἰτίας, τὴν προτέραν φιλίαν εἰς πικρίαν μεταμείψας, ἑαυτῷ τε ἐμέμφετο τοῦ μὴ βασιλέα παρακατέχειν, καὶ πάντα τρόπον τὴν δύναμιν ἐπειρᾶτο καταλύειν· καὶ πέμψας, ἀνεκαλεῖτο τοὺς ἰδίους μισθοφόρους οὐ τὴν ἀπέχθειαν ἐκφαίνων, ἀλλ' ἑτέρας τινὰς προφασιζόμενος αἰτίας· Μιχαὴλ τε Μονομάχῳ, μεγάλῳ κονοσταύλῳ τὴν ἀξίαν ὄντι, Θεσσαλονίκης τότε ἄρχοντι συνεβούλευε πέμψας κατὰ βασιλέως χωρεῖν καὶ μὴ σφόδρα δεδιέναι, ὅλως τε ἔτι ὀλίγην κεκτημένον δύναμιν, καὶ τὸ κράτιστον τῆς παρούσης ὑφαιρούμενον ὑπ' αὐτοῦ νυνί. Τοὺς γὰρ καταφράκτους Λατίνους οὓς ἄγει ἀνακεκλῆσθαι ὑπ' αὐτοῦ ἰδίους ὄντας, καὶ μὴ αὐξάνεσθαι ἐᾷν, ἀλλὰ προεπιχειρεῖν ἕως ἐστὶν ἀδύνατος· εἰ γὰρ μὴ κωλύοιτο ὑπ' αὐτῶν, ἀλλὰ σωζόμενοι μόνον ἀγαπῷεν, τάχιστα ἐπάξεσθαι αὐτὸν, μεγάλην περιβεβλημένον δύναμιν. Μονομάχος δὲ καὶ οἱ ἐν Θεσσαλονίκῃ τοιαῦτα πεπυσμένοι, καὶ οἰόμενοι βασιλεῖ συνεπιθήσεσθαι αὐτοῖς καὶ Κράλην, ἐσκέπτοντο εἰ χρὴ ἐπὶ μάχην ἐξιέναι. Γερμανοὶ δὲ ἐπεὶ τὰ παρὰ Κράλῃ ἀκούσειαν προστεταγμένα, πολλὴν μὲν ἐκείνου κακοήθειαν κατεγίνωσκον καὶ τρόπων εὐκολίαν. Βασιλεῖ δὲ προσελθόντες ἀπήγγελλόν τε ὅσα προσετάχθεῖεν, καὶ ἐδέοντο μὴ θορυβεῖσθαι· ἀλλὰ θαρρεῖν ὡς καὶ αὐτῷ Κράλῃ, ἂν ἐπίῃ, μαχεσομένους ὑπὲρ αὐτοῦ, οὕτω γὰρ εἶναι νόμιμον αὐτοῖς· καὶ εἰ πράττοιεν, οὐ κακῶς ἀκούσειν παρὰ τοῖς οἰκείοις. Εἰ γὰρ ἐκ τοῦ τὸν μισθὸν παρέχοντος, ἕφασαν, ἑτέρῳ τῳ προσταχθείημεν ἐπικουρεῖν, οἵκοι μὲν καὶ ἐν ἀσφαλείᾳ καθεστῶτι, ῥᾳδίως ἀποσταίημεν ἄν, τοῦ τὸν μισθὸν παρέχοντος κελεύοντος· στρατευομένῳ δὲ καὶ πρὸς μάχην παρατεταγμένῳ, οὐχ ἡμῶν εἶναι ἀπολείπειν· προδοσίαν γὰρ ἄντικρυς τὸ πρᾶγμα εἶναι· οὐ τῶν πάντων, οὐδὲν ἀτολμητότερον ἡμῖν, οὐδὲ μεῖζω φέρει τὴν αἰσχύνην. Δι' ἃ οὐδὲ σὲ καταλείψομεν ἐνθάδε, ὥσπερ ἐκέλευσεν ἐκεῖνος· ἀλλ' ἐν ἀσφαλείᾳ οἵκοι καταστήσαντες ἀναχωρήσομεν. Συνεβούλευόν τε μὴ μέλλειν, ἀλλ' εἰς Βέρροιαν τάχιστα ἐπανήκειν· Κράλην γὰρ δῆλον ἤδη εἶναι ἠρημένον πολεμεῖν. Βασιλεὺς δὲ αὐτοῖς τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας καὶ τῶν τρόπων τῆς εὐγενείας ἐπαινέσας, ἐπείθετό τε καὶ ἀνέστρεφεν ἤ ἐκεῖνοι συνεβούλευον, μηδὲν τῶν μελετωμένων πρᾶξαι δυνηθεὶς διὰ τὴν Κράλη μάλιστα μεταβολήν. Ἡ δὲ ἐν Θεσσαλονίκῃ στρατιὰ, ὡς ἐπύθοντο βασιλέα ἀναστρέφοντα, τῆς πόλεως ἐξελθόντες, εἵποντο μὲν, καὶ παρεῖχον δόκησιν ὡς προσβαλοῦντες· οὐκ ἐτόλμων δὲ συμμίγνυσθαι. Τῆς αὐτῆς δὲ ἡμέρας, καὶ ἐκ τῶν ἐν Θεσσαλονίκῃ φίλων γράμματα πρὸς βασιλέα ἦκε, μηνύοντα ὡς τῆς αὐτῆς ἡμέρας Ἀπόκαυχος ὁ μέγας δοὺξ, ναυσὶν ἑβδομήκοντα Ῥωμαίων Θεσσαλονίκῃ προσχοίη, καὶ συμμαχίδας ἄγων Περσικὰς δύο καὶ τριάκοντα· καὶ τοὺς ἐκ Βυζαντίου, καὶ Θρᾴκης καὶ Μακεδονίας ἱππέας οὐ πολλῷ ὕστερον προσδοκίμους εἶναι ἥξειν. Τοὺς μὲν οὖν φίλους, τῆς ἀγγελίας ἕνεκα, ἐπῄνεσεν ὁ βασιλεύς. Αὐτὸς δὲ παρὰ τὸν Ἄξιὸν ἐλθὼν, καὶ πειρώμενος διαβαίνειν· οὐ συνεχωρεῖτο πλημμυροῦντος τοῦ ποταμοῦ ἐξ ὄμβρων ῥαγδαίων ἀθρόον κατενεχθέντων.

A in amaritudinem conversa, semet incassi, quod cum non retinuerit: conaturque modis omnibus ejus potentiam evertere. Mercenarios etiam, celato odio, et aliis quibusdam prætextis rationibus revocat: et Michaelem Monomachum contostaulum Thessalonicæ tum præfectum incitat, uti eum invadat, neu pertimescat, cum præsertim adhuc invalidus sit, et ipse illi robur, ac nervum sustulerit (Latinos enim cataphractos a se ut suos revocatos), neu opes illius crescere sinat, sed adhuc infirmum aggrediatur. Nisi enim eum prætruncaverint quodam modo, sed se salvos esse contenti fuerint, brevissimo intervallo magnis auctum viribus eos oppressurum. Monomachus et Thessalonicenses hæc audientes, opinantesque Cralem una

B imperatorem invasurum, num ad prælium exeundum esset, consultationi permittunt. Germani mandata Cralis accipientes, insignis illum malevolentiæ, levitatisque condemnant; atque ad imperatorem accedentes, quid ipsis imperatum sit narrant, rogant ne angatur, sed adversus ipsum Cralem etiam, si adoriatur, pro ipso dimicaturos confidat. Hoc enim sibi patrium esse, imperatores defendere: et si fecerint, non male apud gentem suam audituros. Si enim ab eo qui stipendia numerat, inquiebant, alterum quempiam domi secure sedentem adjuvare ac defendere jussi essemus, facile ad ejus imperium desisteremus: ab eo autem qui exercitum ducat, et ad pugnam

C acies disposuerit deficere, a nostris moribus abhorret, cum sit manifesta proditio: ut proinde nihil ex omnibus minus commissuri simus, quandoquidem non aliud nobis fœdiorem dedecoris notam inusserit. **548** Quod cum ita sit, nec te hic deseremus, ut ille jussit: sed cum te domi in tuto constituerimus, recedemus. Addebant, ne procrastinaret, sed Berrhœam primo quoque tempore rediret; jam enim satis liquere, Cralem arma cogitare. Imperator eos de egregia in se humanitate, morumque ingenuitate collaudans, quo suadebant redit, propter Cralis mobilitatem nihil eorum ex-

D secutus quæ statuerat. Qui erant Thessalonicæ milites, ut imperatorem recessisse acceperunt, foras se educentes, recedentem insecuti sunt, impressionem, ut apparebat, facturi. Cæterum cicre pugnam non audebant. Eodem die ab amicis Thessalonica scriptum est, eadem luce Apochauchum septuaginta Romanorum, et Persicis subsidiariis duabus et triginta navibus Thessalonicam appulisse: Byzantios item, Thracas et Macedonas equites non multo post venturos exspectari. Imperator amicos de nuntio laudavit, et ad Axium flumen appropinquans, quod ex largissimis imbribus restagnaret, transitum frustra tentavit. Quod illi grave ac molestum accidit. Nam præterire fluvium per provinciam Cralis labentem, non modicam suspicionem dabat, quasi hostiles cum eo inimicitias gereret, præsertim cum etiam prope alicubi castra haberet, et delitere in tentoriis,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

usque dum aquæ subsedissent, id vero ne ipsis obesset, verebatur. Timebat enim ne, quod erat probabile, cum ex Thracia, et Madedonia equitatus longe major suo, et ex triremibus gravis et levis armaturæ, et socii Persæ supervenissent, ipse tantam paucitatem adversa acie illis opponere non posset. Sed casus quidam alius perturbationem graviorem attulit. Nam versus ulteriorem ripam Triballorum globus se ferens, ad imperatorem mittit: socia arma spondet, si contra Thessalonicenses imminentes eorum auxilio indigeat. Atqui nihil æquum cudebant; sed sive a Crale clam submissi, sive per se despotæ sui mentem conjectantes (bellum scilicet imperatori cogitare) eo animo veniebant, ut conserta jam pugna, victrici parti se adjungerent, victamque diriperent: quod imperatori peracerbum videbatur, si in ipso certamine ad Romanos simul et Triballos utrinque constitutos attendere cogeretur. Verumtamen difficultate ista, et anxia cura quid ageret distracto, visum ibi **549** noctem agere. Proceres autem, et Angelum consobrinum, præterea Matthæum et Manuelem filios cogens (qui quanquam juvenilibus annis nondum exactis, intelligentia, et consilio propter ingenii magnitudinem, virtutisque indolem cedebant nemini. Præterea quod cum patre diu jam militaverant, non solum erant bello egregii, nihilque magnanimitatis, fortitudinis, et in rebus arduis tolerantiæ a se desiderari patiebantur: sed etiam ad recta perspicienda, eademque periculosis temporibus perficienda expediti, et ad alios consilio juvandos erant idonei. Hinc et pater in deliberationibus gravioribus, maximeque seriis eorum sententias audiebat, easque sæpenumero sequebatur: non quod iis gratificaretur, neque enim id rerum necessitas sinebat, sed quod ita in primis conducere existimaret); cum his itaque, et reliquis deliberatione in multam noctem producta visum primum imperatori, deinde aliis omnibus non illic manendum et periculum minus majori anteferendum, aditoque Axio flumine transitum explorandum: reputando, præstare utique rursum in Triballos (quos forsitan modo aliquo propulsare poterunt) quam in Romanos et socios eorum barbaros incidere. Hæc igitur illi sentiebant.

Ἔδόκει δὲ δεινὸν τῷ βασιλεῖ καὶ πολλῆς ἄξιον φροντίδος· τό τε γὰρ παριέναι τὸν ποταμὸν διὰ τῆς Κράλη ὑπηκόου ῥέοντα, οὐ μικρὰν παρεῖχεν ὑποψίαν, ἐκείνου δοκοῦντος ἐκπεπολεμῶσθαι· ἄλλως τε, καὶ οὐ μακράν, ἀλλ' ἐγγὺς που μετὰ στρατιᾶς ἐστρατοπεδευμένου, καὶ τὸ μένειν ἐστρατοπεδευμένους, τῶν ὑδάτων περιμένοντας ἀμβλυνθῆναι τὴν ὁρμήν, οὐ πρὸς αὐτῶν ἔσεσθαι ὑπώπτευεν· ἐδεδίει γὰρ μὴ ὥσπερ ἦν εἰκὸς τῶν τε ἐκ Θρᾴκης καὶ Μακεδονίας ἱππέων πολλαπλασιόνων ὄντων, ἢ ὧν ἦγεν αὐτὸς, καὶ τῶν ἐκ τῶν τριήρεων ὁπλιτῶν καὶ ψιλῶν, καὶ Περσῶν τῶν συμμάχων ἐπελθόντων οὐχ οἷός τε ᾖ ἀμύνεσθαι ἐκ παρατάξεως πολλῷ τῷ μέτρῳ καταδεεστέρους ἄγων. Συμβὰν δέ τι καὶ ἕτερον, μᾶλλον ἐθορύβει. Πρὸς γὰρ τὴν Ἀξειοῦ περαίαν στρατιὰ ἐλθοῦσα Τριβαλῶν, πέμποντες πρὸς βασιλέα, κατὰ συμμαχίαν μὲν ἔφασκον ἥκειν τὴν αὐτοῦ εἴ δέοιτο αὐτῶν τῆς ἐκ Θεσσαλονίκης στρατιᾶς ἐπιθεμένης. Ἦσαν δὲ οὐδὲν ἐννοοῦντες δίκαιον· ἀλλ' εἰθ' ὑπὸ Κράλη λάθρα προσπεμφθέντες, εἴτε καὶ παρ' ἑαυτῶν αὐτοὶ τῆς τοῦ δεσπότου γνώμης στοχασάμενοι, ὡς πολεμεῖν ἔγνω βασιλεῖ γνώμην ἦκον ἔχοντες, ὡς εἰ μάχη συναφθείη, προσθησόμενοι τοῖς ἔχουσι τὸ πλέον, καὶ τοὺς νενικημένους διαρπάσοντες, ὅπερ καὶ μᾶλλον ἐδόκει τῶν δεινοτάτων βασιλεῖ, εἰ παρ' αὐτὴν τὴν συμβολὴν Ῥωμαίοις τε ὁμοῦ καὶ Τριβαλοῖς προσέχειν ἀναγκάζοιτο ἑκατέρωθεν παρατεταγμένοις, ὁμῶς οὕτως ἔχοντι δυσκολίας καὶ φροντίδος περὶ τῶν πρακτέων, ἐδόκει δεῖν αὐτοῦ αὐλίσασθαι τὴν νύκτα. Τοὺς ἐν τέλει δὲ μάλιστα, καὶ Ἄγγελον τὸν ἀνεψιὸν, προσέτι δὲ καὶ τοὺς υἱοὺς Ματθαῖον καὶ Μανουὴλ συναγαγών, ἦσαν γὰρ οὐδενὸς λειπόμενοι πρὸς σύνεσιν καὶ εὐβουλίαν, καί τοι μήπω τὴν μειρακικὴν ὑπερβάντες ἡλικίαν, διὰ φύσεως μέγεθος, καὶ εὐφυΐαν τὴν πρὸς τὰ καλὰ, ἄλλως θ' ὅτι καὶ βασιλεῖ τῷ πατρὶ πολὺν ἤδη συστρατευόμενοι χρόνον, οὐ περὶ τὰ πολέμια μόνον ἀγαθοὶ καὶ εὐψυχίας καὶ τόλμης καὶ καρτερίας τῆς πρὸς τὰ δεινὰ οὐδὲν ἐλλείποντες, ἀλλὰ καὶ νοῆσαι τὰ δέοντα καὶ κατὰ πράξασθαι ἐν καιρῷ κινδύνων ὀξεῖς, καὶ βουλεύσασθαι ἑτέροις ἦσαν ἱκανοί, δι' ἃ καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῖς πρὸς τῶν βουλευμάτων τὰ μάλιστα σπουδῇ δεόμενα ἐχρῆτο, καὶ ἐπείθετο οὐκ ὀλιγάκις· οὐ χαριζόμενος, οὐ γὰρ εἶα τῶν πραγμάτων ἡ ἀνάγκη· ἀλλὰ νομίζων μάλιστα λυσιτελεῖν. Μετ' ἐκείνων δ' οὖν, καὶ τῶν ἐπιλοίπων ἄχρι πόρρω βουλευόμενοι νυκτῶν, ἐδόκει βασιλεῖ τε πρῶτον, ἔπειτα καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι, μὴ μένειν· ἀλλὰ τὸν κουφότερον τῶν κινδύνων προτιμᾶν, καὶ παριόντας τὸν Ἀξιὸν ἄχρις ἂν ἐξῇ, πόρον ζητεῖν ᾗ διαβατὸς ἔσται· βέλτιον λογισαμένους αὖθις Τριβαλοῖς περιτυχεῖν, οὓς ἴσως ἂν καὶ δύναιντο τρόπῳ δή τινι ἀποσκευάζεσθαι, ἢ Ῥωμαίοις καὶ βαρβάροις τοῖς συμμάχοις. Τοῖς μὲν οὖν ἐδέδοκτο τοιαῦτα.

CAPUT LIX.

Imperator Thraciæ urbibus præter paucas sub ditionem redactis, versus Adrianopolim, et Byziam, quæque ad Pontum pertinent profectus, quotquot se dedere nollent prædabundus incursabat. Præmissis vero occulte internuntiis, cum amicis B negotium suum agebat, quorum et antea Adrianopoli non pauci erant, et tum, quod imperium Romanum ad illum inclinare animadvertebant, plures exstiterunt. Quin imo accersebant eum, ut qui possent, si modo appareret, una portarum occupata et aperta, illum in civitatem introducere. Imperator prædicata eorum propensa voluntate, actisque gratiis, hortatur, ne quid prius inceptent, quam ipsum ad mœnia conspiciant. Formidabat namque ne deprehensi seque negotiumque perderent; et simul de die convenit, quo et ipse adesset, et qui de urbe capienda secum agebant, ad opus aggrediendum parati essent. **623** Verum enim vero, antequam imperator adveniret, illi turmatim obambulantes, postquam eorum quidam in C Branum forte inciderunt, cui urbis custodia statim ab initio propter optimates trucidatos ab imperatrice credita fuerat: is enim seditionis princeps plebem in eos concitaverat: cum igitur accedentem aspicerent, et impetum cohibere non possent (etenim ob injurias et cædes factitatas cane et angue pejus illum oderant), neglecta hortatione imperatoris in hominem invadunt. Proditione jam manifesta, reliqui item timore periculi jungunt operas. Cum frequentes essent, et plebs conniveret (quod bello premebatur), hostibus prævalentes, alios comprehendunt, alii fuga clandestina libentes se periculo subduxerant. Manuel Apocauchus magni ducis filius, urbis præfectus, ut imperatoris fautores victoriam consecutos vidit, D urbe relicta, in castellum non procul situm, nomine Bucellum confugit. Branus captivus claves urbis porrigere, ac supplicare ne occideretur. Illi civitatis jam sine controversia compotes ad direptionem converti, et cum Brani tum aliorum domos expilare. Deinde ob adeptam victoriam compotare, et poculis inter se invitare. Victi ebrios et gressu vacillantes cum intuerentur, redeunte virtute in præcordia, armis eos adorti, facillime vincunt; multos orco demittunt; quosdam urbe pellunt; reliquos in carcerem collariis injectis contrudunt; rursumque Brano et Augustæ studiosis urbem obtinentibus. Apocauchus præfectus Bucello reducitur. Hæc ut accepit imperator,

Βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ τὰς κατὰ τὴν κάτω Θρᾴκην πόλεις πλὴν ὀλίγων ὑπεποιήσατο ἁπάσας, ἐπὶ τὴν Ἀδριανοῦ ἐχώρει, καὶ Βιζύην, καὶ τὰς μέχρι Πόντου καὶ ἑκάκου κατατρέχων, καὶ λῃζόμενος μὴ προσχωρούσας· προπέμπων δὲ καὶ κρύφα, διελέγετο τοῖς οὖσι φίλοις, ἐν τῇ Ἀδριανοῦ δὲ πρότερόν τε ἦσαν οὐκ ὀλίγοι, καὶ τότε ἐπεγένοντο ὁρῶντες ἤδη τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν πρὸς ἐκεῖνον ἀποκλίνασαν, οἳ καὶ πέμψαντες ἐκάλουν, ὡς δυνάμενοι, εἰ μόνον ὀφθείη, μιᾶς τῶν πυλῶν κρατήσαντες, εἰσάγειν εἰς τὴν πόλιν. Βασιλεὺς δὲ αὐτοὺς τῆς προθυμίας ἐπαινέσας, καὶ τῆς εὐνοίας τῆς περὶ αὐτὸν, ἐκέλευε μὴ πρότερον ἐπιχειρεῖν, πρὶν ἐκεῖνον ἴδωσι τοῖς τείχεσιν ἐφεστηκότα. Ἐδεδίει γὰρ μὴ κατάφωροι γεγενημένοι, σφᾶς τε αὐτοὺς καὶ τὴν πρᾶξιν ἀπολέσωσιν. Ἅμα δὲ καὶ ἡμέραν συνετίθετο ἐν ᾗ αὐτόν τε παρεῖναι ἔδει, καὶ τοὺς πράττοντας τὴν ἅλωσιν πρὸς τὸ ἔργον εἶναι παρεσκευασμένους. Ἐκεῖνοι δὲ πρὶν βασιλέα ἥκειν, κατὰ συστήματα περιῖόντες, ἐπεί τισιν αὐτῶν συνέβη Βράνῳ περιτυχεῖν, ὃς τὴν φυλακὴν τῆς πόλεως εὐθὺς ἐξαρχῆς διὰ τῶν ἀρίστων τὴν φθορὰν παρὰ βασιλίδος ἐπιστεύθη, ἐκεῖνος γὰρ τῆς στάσεως ἦρξε τὸν δῆμον τοῖς ἀρίστοις ἐπαγαγών· τοῦτον οὖν ἰδόντες παριόντα καὶ κατασχεῖν μὴ δυνηθέντες τὴν ὀργὴν, ἄκρατον γὰρ ἐκείνῳ τὴν ὀργὴν ἐφύλαττον διὰ τὴν πρὸς αὐτοὺς γεγενημένην ὕβριν καὶ φθορὰν, ἀμελήσαντες τῶν βασιλέως παραινέσεων ἐπέθεντο, ἤδη δὲ τῆς προδοσίας φανερᾶς γεγενημένης, καὶ οἱ λοιποὶ προσεβοήθουν δείσαντες τὸν κίνδυνον. Πολλοὶ δὲ ὄντες ἅμα καὶ τοῦ δήμου ἐνδιδόντος, ἐπιέζοντο γὰρ ὑπὸ τοῦ πολέμου, κραταιῶς περιεγένοντο τῶν πολεμίων, καὶ τοὺς μὲν συνελάμβανον αὐτῶν, οἱ δὲ ἦσαν ἀφανεῖς, ἅσμενοι τὸν κίνδυνον διαφυγόντες. Ἀπόκαυχος δὲ Μανουὴλ ὁ τοῦ μεγάλου δουκὸς υἱὸς, τῆς πόλεως ἔχων τὴν ἀρχὴν, ὡς εἶδε τοὺς τὰ βασιλέως πράττοντας περιγενομένους, ἐκλιπὼν τὴν πόλιν, ἦλθεν εἰς Βουκέλου φρούριόν τι οὐ μακρὰν ἐκείνης ὠχισμένον. Ὁ Βράνος δὲ συλληφθεὶς, τά τε κλεῖθρα παρείχετο τῆς πόλεως, καὶ ἐδεῖτο μὴ ἀποθανεῖν. Οἱ δὲ, ὡς ἤδη καθαρῶς τῆς πόλεως ἦσαν ἐγκρατεῖς, ἐτράποντο ἐφ' ἁρπαγὴν, καὶ τήν τε Βράνου, καὶ τὰς ἄλλων διήρπαζον οἰκίας. Ἔπειτα καὶ πρὸς πότους καὶ φιλοτησίας διὰ τὴν νίκην ἑαυτοὺς ἐξέδωκαν. Οἱ νενικημένοι δὲ μεθύοντας καὶ παραφερομένους αὐτοὺς ὁρῶντες, ἀναθαρσήσαντες καὶ ἐπιθέμενοι ἀόπλοις καὶ μεθύουσιν, ἐκράτησάν τε ῥᾷστα, καὶ ἀπέκτειναν αὐτῶν πολλοὺς, ἐνίους δὲ ἐξήλασαν τῆς πόλεως, τοὺς δὲ λοιποὺς ἤγαγον εἰς δεσμωτήρια ὑπὸ κλοιοῖς· καὶ ἡ πόλις αὖθις

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ὑπὸ Βράνῳ ἦν, καὶ τοῖς πράττουσι τὰ βασιλίδος. Καὶ Ἀπόκαυχον τὸν σφῶν ἄρχοντα πέμψαντες ἤγαγον ἐκ Βουκέλου. Βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ ἐπύθετο τὰ γεγενημένα, οὐ μετρίως ἤχθετο, οὐ μόνον τῆς πόλεως ἀποτυχών, ἀλλὰ καὶ τῶν φίλων ἀπολλυμένων ἐκ τῆς ἀβουλίας. Ἀπόκαυχος δὲ Μανουὴλ ὁ τοῦ μεγάλου δουκὸς υἱὸς, πρὸς βασιλέα κρύφα πέμψας, πρῶτον μὲν ἔφασκε καὶ αὐτὸν ἀκούοντα παρά τε τῶν ἄλλων καὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ πολλὰ καὶ δεινὰ κατηγορούντων, πείθεσθαι καὶ αὐτὸν, καὶ νομίζειν ἐκείνους ἀληθεύειν· χρόνῳ δὲ πρότερον πολλῷ, ἀκριβῶς τῶν γινομένων τὰς αἰτίας ἐξετάζοντα, τοῦτον μὲν ἀδίκως πολεμούμενον εὑρίσκειν, ἐκείνους δὲ τὰ ἔσχατα ἀδικοῦντας οὐκ αὐτὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ σύμπαντας Ῥωμαίους οὕτως ἐξανδραποδιζομένους καὶ ἀπολλυμένους ἄρδην δίκ τὴν ἐκείνων φιλαρχίαν καὶ ἀγνωμοσύνην· ὅθεν καὶ ἀγανακτεῖν οὐκ ἀνεκτῶς πρὸς τῶν πραττομένων τὴν ἀτοπίαν. Ἐλπίζων δέ τινα ταχέως λύσιν τῶν κακῶν γενήσεσθαι, φέρειν τὴν μετ' ἐκείνων διατριβήν. Νυνὶ δὲ ἐκείνων μὲν ὁρῶντα τὴν ἀπόνοιαν, καὶ ὡς οὐδὲ τῶν κακῶν ἤδη περιστάντων τὰ δέοντα περί τε σφῶν αὐτῶν καὶ τῶν ἄλλων ἔγνωσαν βουλεύεσθαι, ἀλλ' ἀπωθοῦνται τὴν εἰρήνην, μάλιστα ὑπ' αὐτοῦ παρακαλούμενοι τοῦ τοσαῦτα καὶ πρότερον καὶ μέχρι νῦν ἀδικουμένου, καὶ τῶν εἰς αὐτὸν τοσούτων καὶ τηλικούτων δεινῶν γεγενημένων παρεχομένου ἀμνηστίαν, τήν τε ἐκείνων βδελυξάμενον ἀγνωμοσύνην, καὶ τὴν αὐτοῦ θαυμάσαντα μεγαλοψυχίαν καὶ καρτερίαν, καὶ τὸ οὕτω τῆς κοινῆς ὠφελείας ἕνεκα τὰ καθ' ἑαυτὸν προΐεσθαι ἑτοίμως, μὴ ἐκείνοις ἐπιπλέον δύνασθαι συνεῖναι· ἀλλὰ τὰ αὐτοῦ ἥρῆσθαι μᾶλλον, καὶ ἐξ αὐτῆς τὰ αὐτοῦ πράττειν, καὶ προκινδυνεύειν αὐτοῦ μάλιστα βούλεσθαι καὶ τοῦ δικαίου. Τοιαῦτα μὲν Ἀπόκαυχος ὁ τοῦ μεγάλου δουκὸς υἱὸς πρὸς βασιλέα κρύφα διελέγετο. Βασιλεὺς δὲ ὁμοίως ἐπῄνει τε τῆς αἱρέσεως τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ χάριτας τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας ὡμολόγει, καὶ ἀφορμὰς παρείχετο τοῦ πράττειν ὅ τι δύναιτο ὑπὲρ αὐτοῦ προθύμως. Μετ' οὐ πολλὰς δὲ ἡμέρας, ἀποστάντα πρὸς αὐτὸν, ἐπεὶ μὴ καὶ τὴν πόλιν ἠδύνατο προσάγειν, τοὺς συναιρομένους οὐκ ἔχων πρὸς τὸ ἔργον, πρότερον γὰρ ὀλίγῳ ἅπαντες οἱ βασιλέως φίλοι ὑπ' ἀνοίας διεφθάρησαν, ἀσμένως τε ἐδέξατο ὁ βασιλεὺς, καὶ τιμῆς ἠξίωσε καὶ εὐμενείας πλείστης. Μετὰ τοῦτο δὲ ἐπεὶ ἡ Ἀδριανοῦ ἀνεπιχείρητος ἐδόκει, Βιζύῃ ἐπεστράτευσεν ὁ βασιλεὺς, καὶ ἐπόρθει τὴν χώραν· πρεσβείαν δὲ ἔπεμπε πρὸς τὴν πόλιν, παραινῶν αὐτῷ παραδιδόναι, καὶ μὴ κενῆς ἐλπίδος ἕνεκα τοσαύτην ζημίαν ὑπομένειν διαφθειρομένων τῶν ἀγρῶν· μετὰ γὰρ τῶν κακῶν τὴν ἐπιφορὰν, παραδώσουσιν ἀνάγκῃ πιεσθέντες. Βιζύοι δὲ, οὔτε ἐπηγγέλλοντο σφᾶς αὐτοὺς καὶ τὴν πόλιν παραδιδόναι, οὔτε πρὸς τὴν εἰωθυῖαν ἀναισχυντίαν ἐτράποντο καὶ τὰς ὕβρεις· ἀλλ' εὐφήμως καὶ σωφρόνως ἀπείπαντο τὴν πρεσβείαν. Νομίσας δὲ ὁ βασιλεὺς ἀρχὴν προσχωρήσεως εἶναι τὴν εὐγνωμοσύνην, συνεώρα γὰρ ὑπενδιδόντας πρὸς τὰς συνεχεῖς ἐφόδους καὶ τὴν κάκωσιν, ἔγνω δεῖν τὴν στρατιὰν ἀπάγειν τὴν ταχίστην, ἵνα μήτε ἡ χώρα διαφθείροιτο, μέλλουσα γίνεσθαι μετ' ὀλίγον ὑπ' αὐτὸν, αὐτοί τε τυχόντες ἀδείας, τὰ δέοντα βουλεύσαιντο περὶ σφῶν, καὶ ἀνέστρεφεν εἰς Ἀπρῶν.

A non solum propter frustrationem civitatis, sed etiam propter amicos ipsorummet stultitia perditos summopere doluit. Ad quem Manuel Apocauchus misit, qui ei suis verbis diceret, se quoque tum patrem ipsum, tum alios multum et graviter illum accusantes audientem credidisse, ac vera illos loqui putavisse. Cæterum jampridem causis rerum accurate discussis, invenisse ipsum nulla sua culpa bello lacessi : illos autem longe iniquissimos, ob amorem dominandi, et improbitatem suam non ipsum modo, sed Romanos omnes in servitutem et extremum exitium conari præcipitare. Ex quo tam nefario eorum conatu sibi stomachum moveri vehementissime. **624** Quia vero confidisset, cito malis finem futurum, in eorum sodalitio perseverasse. Nunc quia eorum vecordiam perspiciat, qui neque malis jam supra caput astantibus sibi aliisque consulendum statuerint, sed pacem repudient, ab eo potissimum invitati, qui tam multas et graves injurias hucusque sibi impositas perpetua oblivione deleturum promittat, et eorum scelus exsecratum, et ejus excelsum animum ac tolerantiam admiratum, et quod boni communis gratia res suas adeo non invite projiciat, non posse de cætero imperatrici favere, sed ejus partes amplexum potius, ab hac ipsa hora illi opera inserviturum, proque illo et justitia nullum discrimen recusaturum. Hæc ille clanculum. Cui imperator et de mutato consilio laudem impertivit, et de animo erga se tam egregio gratias egit, et quod posset pro se impigre faciendi occasionem præstitit. Diebus aliquot intermissis, cum ad eum transiret, simul autem urbem tradere nequiret, quod administris hujus operis careret (nuper siquidem omnes imperatoris amici per insipientiam interierant), libenter illum accepit, summoque honore et gratia dignatus est. Deinde quoniam Adrianopolis invadenda non videbatur, Bizyam movit, agrumque vastavit. Legatione porro ad cives missa, hortatus est eos, uti sese dederent, neve propter inanem spem tanta agris detrimenta inferri sustinerent : eo enim compulsum iri, ut etiam post vastationem se dederent. Bizyenses neque se urbem dedituros spondere, neque ad solemnem impudentiam et contumelias confugere, sed legationem honeste modesteque rejicere. Ratus autem imperator agnitionem beneficii principium deditionis fore (observabat enim propter assiduitatem incursionum vexationumque paulatim eos de pertinacia remittere ac cedere), exercitum quam celerrime removendum censuit, ut neque regio vastaretur, paulo post in suam ditionem ventura, et ipsi securitatem adepti, salubria sibi meditarentur, et Apros revertit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

625 CAPUT LXXIX.

Amzas Persa socium ad imperatorem occidendum subornatum prodit. Eum occidi imperator vetat, liberumque dimittit. Bizyenses habita consultatione se dedunt. Acclamatur Annæ imperatrici et filio, deinde Cantacuzeno et uxori. Deditio plurium oppidorum. Manuel Asanes fit præfectus Bizyæ. Miserabilis exitus protostratoris, et aliorum amicorum Apocauchi. Ejusdem astus, quo ignaviæ opinionem effugeret; et ejus non insulsa irrisio, gravisque reprehensio.

Apris degentem Amzas quidam adiens, se cum quodam Scarano appellato paulo ante Byzantio profugisse nuntiat. Ac se quidem citra dolum et calliditatem advenire, Scaranum non item, sed multis pollicitationibus ac muneribus a magno duce illectum, si ipsum imperatorem occidisset. Eumdem Scaranum sperantem ipsum sibi ad cædem intrepide obeundam, propter generis communionem (erat enim Amzas quoque Persa), adjutorem fore, arcanum aperuisse. Se, quod insidias contra imperatorem intentatas habere tacitas periculosum judicaret, hominem et machinationem ejus indicare voluisse. Scaranus imperatoris jussu extemplo comprehenditur : qui cum duceretur, qui astabant ad eum trucidandum prosiliunt. Tum imperator interfectorem hostis sui loco habiturum minatur, id enim argumento fore communicati cum eo consilii, et propterea miserum occidere, ne ab eo prodatur. Illi timore minarum hominem missum faciunt : ita Scaranus mortem effugit. Productum porro in medium imperator interrogavit, verane essent, quæ Amzas detulisset. Reus promissis ac donis plurimis se ad ipsum occidendum a magno duce male impulsum confitetur, et hujus ergo advenatasse. Erat enim animo nobili ac militari, et viribus robustissimis. Mandat eum custodiri imperator, ut diligentius postridie inquisiturus. Noctu interim ministris fidelissimis dat negotium, ut illum e castris eductum dimittant : Amzam ob insidias patefactas honorifice donat. Rursus Bizyam expeditione parata, visum incolas ante per legatos appellare : per quos hortatur uti sponte se dedant, necessitatem ne operiantur; tum enim non ipsis, sed necessitati subactionis gratiam habiturum. Nam et prius cum sibi oppugnaturo bonis verbis respondissent, mox recessisse, tempusque ad salutare consilium capiendum indulsisse : et nunc si se volentes dedant, agrum eorum nihil incommodi passurum; **626** si adhuc insipienter detrectaverint, ne suam postmodum, quam sensuri sint, calamitatem sibi ascribant. Bizyenses auditis oratoribus in cœtum coeunt, quid agant, deliberant. Una est omnium et concors sententia ad imperatorem transeundum, qui præter jus et fas armis appetitus, et Romano imperio pulsus esset, quique adversariis suis nocere posset. Georgium Palæologum præfectum, nisi sequatur, cum tota re familiari Byzantium remigrare jubent. Is imperatori se submittere nolens, humanitatem istam multa gratiarum actione prosecutus, discedit, cui se metropolita, patriarcham timens, adjungit. Bizyenses duos de optimatibus, totidem de populo et ecclesiasticis, omnes numero sex deligunt, quos ad

A Ἔνθα διατρίβοντι Ἀμζᾶς τις ὄνομα προσελθών, ἐμήνυεν ὡς ἅμα τινὶ ἑτέρῳ Σκαράνῳ προσαγορευομένῳ ὀλίγῳ πρότερον ἐκ Βυζαντίου προσέλθοιεν φυγάδες. Αὐτὸν μὲν οὖν ἀδόλως προσελθεῖν καὶ ἀπανούργως, Σκαράνον δὲ οὐχ ὁμοίως, ἀλλὰ πολλαῖς ὑποσχέσεσι καὶ δωρεαῖς παρὰ μεγάλου δουκὸς πεισθέντα, εἰ αὐτὸν ἀνέλοι· νομίσαντα δὲ Σκαράνον ξυλλήψεσθαι αὐτῷ διὰ τοῦ γένους τὴν πρὸς τὰς σφαγὰς καὶ τοὺς φόνους ἑτοιμότητα, ἐκ Περσῶν γὰρ Ἀμζᾶς τὸ γένος ἦν, ἐκκαλύψαι τὸ ἀπόῤῥητον. Τὸν δὲ, ἡγησάμενον δεινὸν τὴν κατὰ βασιλέως συγκρύπτειν ἐπιβουλὴν, τόν τε ἄνθρωπον μηνύειν καὶ τὴν γνώμην. Σκαράνος μὲν οὖν αὐτίκα συνελαμβάνετο κελεύσαντος βασιλέως· ἀγόμενον δὲ οἱ περὶ βασιλέα ὥρμηντο ἀνελεῖν. Βασιλεὺς δὲ ἠπείλησεν, ἀπιστίας B εἰς αὐτὸν τὸν φονεύσοντα κρινεῖν· ἀπόδειξις γὰρ ἂν εἴη τοῦ ἑαυτῷ τὴν πρᾶξιν συνειδέναι τὸ τοῦτον ἀνελεῖν, ἵνα διαφύγῃ τοὺς ἐλέγχους. Οἱ μὲν οὖν οὕτως ἀνεχώρουν, δείσαντες τὴν ἀπειλήν. Σκαράνος δὲ ὅμως ἐῤῥύετο τοῦ θανάτου. Παραστησάμενος δὲ ὁ βασιλεὺς ἠρώτα εἰ εἴη ἀληθῆ, ὅσα Ἀμζᾶς αὐτοῦ κατηγορήσειε. Ὁ δὲ συνωμολόγει, πολλαῖς ὑποσχέσεσι καὶ δωρεαῖς ὑπὸ μεγάλου δουκὸς παραπεπεῖσθαι πρὸς τὸ ἀνελεῖν αὐτὸν, καὶ ἐπὶ τούτῳ ἥκειν· ἦν γὰρ γενναῖός τε τὴν ψυχὴν καὶ πολεμικὸς, καὶ τὴν ῥώμην τοὺς ἄλλους ὑπερέχων. Τὸν μὲν οὖν ἐκέλευεν ὁ βασιλεὺς φυλάττεσθαι, ὡς ἐς τὴν ὑστεραίαν πλείω ποιησόμενος ἐξέτασιν περὶ αὐτοῦ. Νυκτὸς δὲ ἐκέλευε τῶν οἰκετῶν τοῖς πιστοτάτοις τοῦ στρατοπέδου ἐξαγαγόντας ἀπο- C λύειν· Ἀμζᾶν δὲ φιλοτίμως ἠμείψατο ὁ βασιλεὺς τῆς μηνύσεως τῆς ἐπιβουλῆς. Παρασκευαζομένῳ δὲ αὖθις Βιζύῃ ἐπιστρατεύειν, ἐδόκει δεῖν πρότερον πρεσβείαν ποιεῖσθαι πρὸς αὐτοὺς, καὶ παρῄνει ἑκουσίως προσχωρεῖν, καὶ μὴ τὴν ἀνάγκην περιμένειν· τότε γὰρ οὐκ αὐτοῖς, τῇ ἀνάγκῃ δὲ τὴν χάριν εἰδήσειν τῆς αὐτῶν καταδουλώσεως. Καὶ πρότερον γὰρ ἐπιστρατεύσας, ὅτι σωφρόνως ἀπεκρίναντο, ταχέως ἀπεχώρησε, καιρὸν αὐτοῖς παρέχων τοῦ τὰ δέοντα συμβουλεύσασθαι ὑπὲρ αὐτῶν· καὶ νῦν εἰ προσχωροῖεν ἑκουσίως, οὐδεμίαν ὑποστήσεται κάκωσιν ἡ χώρα· εἰ δ' ἀγνωμονοῖεν ἔτι, τὴν ἐπαγωγὴν αὐτῷ μὴ προσλογίζεσθαι τῶν κακῶν. Βιζύιοι δὲ ἐπεὶ ἐδέξαντο τὴν πρεσβείαν, ἐκκλησίαν συναθροίσαντες, ἐβουλεύοντο ὅ τι δέοι πράττειν. Καὶ ἐδόκει πᾶσι D ψήφῳ κοινῇ προσχωρεῖν τῷ βασιλεῖ, ἀδίκως τε πολεμουμένῳ, καὶ ἀπελαυνομένῳ τῶν Ῥωμαίων τῆς ἀρχῆς καὶ δυναμένῳ βλάπτειν· καὶ Παλαιολόγον Γεώργιον τὸν ἄρχοντα αὐτῶν ἐκέλευον, εἰ μὴ βούλοιτο σὺν αὐτοῖς προσιέναι βασιλεῖ, πᾶσαν ἔχοντα τὴν ἀποσκευὴν εἰς Βυζάντιον ἀποχωρεῖν. Κἀκεῖνος αὐτοῖς πολλὴν ὁμολογήσας τῆς εὐγνωμοσύνης χάριν, ἀπεχώρει, μὴ βουλόμενος προσιέναι βασιλεῖ, συνείπετο δὲ καὶ ὁ μητροπολίτης, δείσας πατριάρχην. Βιζύιοι δὲ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δύο τε τῶν ἀρίστων ἀπολεξάμενοι, καὶ τοῦ δήμου καὶ τῆς Ἐκκλησίας τοσούτους ἑτέρους, πρὸς βασιλέα πρέσβεις ἔπεμπον, καὶ τὴν πόλιν παρεδίδουν· ἔφασαν δὲ καὶ αὐτοὶ πρότερον μὲν ὑπὸ τῶν ἀρχόντων ἐξηπατημένοι, ἀγνωμοσύνην τε αὐτοῦ κατηγορεῖν, καὶ ἐπιβουλὴν καὶ προδοσίαν ἐγκαλεῖν τῶν βασιλέως παίδων. Ἐπεὶ δὲ τοῦ χρόνου τριβομένου, ἐκεῖνοι συκοφαντοῦντες ἀπεδείκνυντο καὶ τὰ μέγιστα ἠδικηκότες, αὐτὸς δὲ ἀδικούμενος καὶ ἐπιβουλευόμενος, καὶ οὐδὲν ἐπιεικὲς ἀκούων, ἔπειτα καὶ τὴν κοινὴν ἐρῶντες πανωλεθρίαν, ἢ ὀλίγου δεῖν Ῥωμαίους ἅπαντας διέφθειρεν, ἀκούοντές τε καὶ αὐτὸν ἀεὶ δέομενον περὶ εἰρήνης, ἐκείνους δὲ αἱρουμένους τὸν τοσούτων αἴτιον πόλεμον κακῶν, δεινὰ μὲν ἡγεῖσθαι τὰ πραττόμενα, καὶ προθυμεῖσθαι, εἴ τις δύναμις ἐνῆν, λύσιν τινὰ ἐξευρίσκειν τῶν κακῶν. Ἐπεὶ δ' αὐτοῖς τοῦτο οὐκ ἐν ἐφικτῷ, τοὺς μὲν ἄλλους ἅπαντας τῆς συμφορᾶς οἰκτείρειν, αὐτοὺς δὲ τὰ λυσιτελῆ βουλευομένους ἑαυτοῖς, ψήφισμα ποιήσασθαι προσχωρεῖν ἐκόντας, καὶ τὴν πόλιν παραδιδόναι, καὶ μὴ τῆς ἑτέρων ἀνοίας ἀποτίνειν αὐτοὺς δίκας. Τοιαῦτα μὲν οἱ Βιζύῃοι ἐπρέσβευον. Βασιλεὺς δὲ τῆς εὐβουλίας ἐπαινέσας, τοῖς τε πρέσβεσι δῶρα παρασχών, ἦλθε πρὸς τὴν πόλιν, ἑπομένους ἔχων καὶ τοὺς πρέσβεις, καὶ ὁ δῆμος ἅπας μετὰ τῶν ἀρίστων ἐξῆλθεν ὑπαντήσων. Ἔπεσι δὲ ἐγένετο ἐγγὺς πυλῶν, πρῶτα μὲν ἐκέλευεν Ἄνναν τὴν βασιλίδα εὐφημεῖν, καὶ μετ' ἐκείνην βασιλέα τὸν υἱὸν, τρίτους δὲ μετ' ἐκείνους, αὐτόν τε καὶ Εἰρήνην βασιλίδα τὴν γυναῖκα· καὶ ἐτελεῖτο ἡ εὐφημία κατὰ τὰ κεκελευσμένα. Τὸν ἴσον δὲ τρόπον κἀν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν ἐποίει· καὶ μετὰ τὰς ἱερὰς μυσταγωγίας ὁμοίως τὴν τῶν βασιλέων μνήμην ἐκέλευε ποιεῖσθαι. Εὐθὺς μὲν οὖν προσεχώρουν καὶ τὰ περὶ Βιζύην πολίχνια ὄντα οὐκ ὀλίγα, καὶ πᾶσιν ὁ βασιλεὺς ἐφίστη ἡγεμόνα καὶ διῴκει, ᾗ αὐτῷ ἐδόκει ἄριστα. Βιζύης δὴ ἄρχοντα κατέστησε τὸν γυναικὸς ἀδελφὸν Ἀσάνην τὸν Μανουήλ. Ἦν γάρ τινα καὶ οἰκειότητα πρὸς τὴν πόλιν ἀρχαίαν ἔχων. Πρωτοστράτωρ γὰρ ὁ τούτου πενθερὸς ἐκεῖ τὴν οἰκίαν ἔχων ἐξαρχῆς, κτήσεις τε πλείστας καὶ μεγάλας εἶχεν ἐν αὐτῇ, καὶ τῶν συγγενῶν, καὶ τῶν οἰκείων ἐκεῖ πολλοὶ κατῴκουν, ὑφ' ὧν ἤγετο σχεδὸν ἡ πόλις. Διὰ ταύτην δὴ τὴν οἰκειότητα πρὸς πρωτοστράτορα, τὸν γαμβρὸν αὐτοῖς ἐπίστησεν ἄρχειν Ἀσάνην τὸν Μανουήλ. Πρωτοστράτωρ γὰρ μετὰ τὴν ἐν Γυναικοκάστρῳ τοῦ βασιλέως ἀναχώρησιν ὑπὸ μεγάλου δουκὸς πολλὰ φενακισθεὶς, καὶ εἰς τοὺς πρώτους τῶν φίλων τεταγμένος, πρωτοβεστιάριός τε ὀλίγῳ ὕστερον ἀναδειχθεὶς, ἔπειτα εἰς τὴν οἰκίαν κατεκλείσθη, καὶ ζόφον κατεκρίθη τοῖς ἄλλοις ὁμοίως φίλοις, καὶ χρόνον οὕτω συχνὸν διανύσας φρουρούμενος ἐν τῇ οἰκίᾳ, ὕστερον ἐτελεύτησε, πένης καὶ ἄτιμος ἐξ εὐπόρου καὶ περιφανοῦς γεγενημένος. Πατριάρχῃ δὲ τῷ Ἱεροσολύμων ἄρτι τότε ἐκ Βυζαντίου διαδράντι, ὑποπτευομένῳ καὶ πάσχειν μέλλοντι κακῶς, καὶ ἀφιγμένῳ πρὸς αὐτὸν, ὁ βασιλεὺς τὴν Βιζύης ἐνεχείρησεν Ἐκκλησίαν, ὥστε τὰ τοῖς ἱεροῖς κανόσιν ἐνδεδομένα πράττειν, ἐπεὶ ταύτης ὁ ἀρχιερεὺς ἀπεχώρει· τὴν βασιλέως ἀποστολὴν

imperatorem mittunt, et urbem tradunt : fatenturque et ipsi, se prius a præfectis illum pro improbo, et insidiatore, et imperatoris filiorum proditore accusantibus delusos esse. At postquam tempore procedente illos calumniatores fuisse iniquissimos, ipsumque injuriose et insidiose tractatum et maledictis confixum apparuisset, cumque vidissent communem pestem, qua Romani pene omnes interierint, et audissent ipsum pacem sine intermissione flagitare, illos contra bellum tot malorum causam paci præferre, graviter tulisse, paratosque ad remedium tantis ærumnis afferendum fuisse, si modo ullum invenire potuissent. Sed quoniam non ea esset ipsorum facultas, aliorum omnium ita afflictorum misericordia commoveri : et ut sibimet prospicerent, decrevisse in ejus se potestatem ultro cum urbe tradere, ne alienæ amentiæ pœnas luant. Hæc Bizyenses. Imperator probato tam laudabili consilio legatos muneratur, et iis prosequentibus ad urbem fertur : cui plebs universa cum optimatibus se obviam effundit. Ubi ad portas fuit, primum quidem Annæ imperatrici, deinde filio ejus imperatori, postremo sibi et uxori suæ Irenæ faustum acclamari jussit, quod fecerunt. Eodem modo per alias urbes fieri, et inter sacrificandum similiter imperatorum mentionem celebrari voluit. Statim igitur non pauca in circuitu oppida accesserunt, quibus singulis imperator præfectos dedit, earumque statum quæ optima visa est ratione formavit. Byziæ Manuelem Asanem, uxoris suæ fratrem præfectum delegit, cui vetus quædam cum civibus illis conjunctio consuetudinis intercedebat. **627** Protostrator quippe ejus socer illic domicilium ab initio, multasque et amplas possessiones habebat. Præterea cognatorum et familiarium ejus complures ibi incolebant, a quibus ferme civitas administrabatur. Ob hanc igitur familiaritatem conjugis suæ germanum Manuelem Asanem præfectum ipsis, ut dicebamus, constituit. Nam protostrator post secessionem ab imperatore apud Gynæcocastrum a magno duce egregie ludificatus, et inter principes amicorum cooptatus, pauloque post protovestiarius declaratus, postea domi suæ inclusus, et tenebris similiter ut alii ejusdem ducis amici damnatus, ita perdiu in ædibus suis custoditus, tandem egens et infamis ex copioso et illustri mortuus est. Patriarchæ autem Hierosolymorum, qui suspectus et pœnas daturus recens Byzantio ad se confugerat, imperator Bizyensem Ecclesiam sacrorum canonum concessu regendam commendavit : quandoquidem ejus episcopus, adventum ipsius aversatus, aufugerat. Toto orbis statu composito, Chariopolim se recepit, et oppida restantia ad deditionem partim armis coegit, partim oratione ad persuadendum accommodata invitavit. Jam vero magnus dux captus intra urbem latendi fastidio (aliæ siquidem Cantacuzeno se permiserant, aliæ obsessæ et quotidianis populationibus divexatæ nutabant, cum subsidium ab illo nullum, quam-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

vis crebro et cum lamentatione suarum ærumnarum expetitum consequerentur) ne, ut in turbulenta tempestate relicto imperii clavo otiosus sedere, ac salutem desperare vulgo videretur, quiddam singulare instituit, ut quibusdam Byzantio necessariis distineri crederetur. Et qui ante id tempus bonum et justum nunquam pili fecerat, justum et rectum in causis et litibus observandum, præconis voce promulgavit : sedensque in monasterio Christi Servatoris et benefici, toto die forum agebat, in contractibus et privatis controversiis occupatus. Nec erat Rhadamantho inferior, qui quod fuisset in vita justissimus, apud inferos arbitria facere dictus est : ignorans miser, nihil esse tam ignavum tamque ridiculum, quam ducem, tanto bello urgente, disceptandis vacare litibus, et dum prodesse vult privatis singulis, omittere communia.

A νος ἐπιδημίαν. Ἐπεὶ δὲ πάντα διῴκητο τὰ κατὰ τὴν πόλιν βασιλεῖ, αὖθις ἀνέστρεφεν εἰς Χαριούπολιν, καὶ τὰς μήπω προσχωρησάσας πόλεις τοῖς τε ὅπλοις ἐβιάζετο, καὶ λόγοις πιθανοῖς ἐπεχείρει πείθειν προσχωρεῖν αὐτῷ. Δοὺξ δὲ ὁ μέγας, ἐπεὶ τὸ διατρίβειν τειχῶν ἔξω ἀπηγόρευεν· αἱ μὲν γὰρ τῶν πόλεων Καντακουζηνῷ προσεχώρησαν τῷ βασιλεῖ, αἱ δὲ, πολιορκούμεναι καὶ κακῶς πάσχουσαι ταῖς καθημεριναῖς ἐφόδοις, ἀμφίβολοι ἤδη ἦσαν, ἐπικουρίας γὰρ οὐδεμιᾶς παρ' αὐτοῦ ἐτύγχανον, συχνὰς ποιούμενοι τὰς πρεσβείας, καὶ τὴν κακοπραγίαν ὀδυρόμενοι, ἵνα μὴ δοκοίη, ὥσπερ ἐν μεγάλῳ κλύδωνι τοὺς οἴακας τῆς ἀρχῆς καταλιπὼν, ἀργὸς καθῆσθαι πρὸς τὸ διασώζειν ἀπειπών, ἐσκέψατό τι περιεργότερον, ἵνα τοῖς πολλοῖς δοκοίη ἀναγκαίων τινῶν πέρι Βυζαντίῳ ἐν-

B διατρίβειν· καὶ ὃς οὐδέπω πρότερον οὐδένα τοῦ ἀγαθοῦ καὶ δικαίου λόγον ἐποιήσατο, δικαιοσύνην ἐκή-

ρυξε καὶ εὐθύτητα περὶ τὰς δίκας· καὶ καθήμενος ἐν τῇ μονῇ Χριστοῦ τοῦ Σωτῆρος καὶ εὐεργέτου, ἐδίκαζε διὰ πάσης τῆς ἡμέρας, περὶ συμβόλαια, καὶ ἰδιωτικὰς ἀμφισβητήσεις ἀσχολούμενος. Ἔφρόνει δὲ Ῥαδαμάνθυος οὐδὲν ἧττον ἐπὶ τούτοις, ξῦς καὶ τὴν νεκρῶν δίκην ἐλέγετο ἐπιτετράφθαι διὰ τὴν δικαιοσύνην· ἀγνοῶν ὡς οὐδὲν ἀγενέστερον καὶ καταγελαστότερον στρατηγοῦ ὑπὸ πολέμου τοσούτου περιῤῥεομένου, καὶ συμβολαίοις σχολάζοντος, ἵνα τοὺς καθ' ἕκαστον ἰδιώτας ὠφελοίη, τῶν κοινῶν καταμελῶν.

628 CAPUT LXXX.

Lepide et nequiter deceptus Gabalas homo corpulentus et obesus, super ducenda Apocauchi filia. Et quomodo Apocauchus eum conatus sit vita privare, imposturis admirabilibus et simulationibus vaferrimis. Notandum hoc exemplum, si ullum aliud hujus generis.

Gabalas autem logotheta, quoniam tempus longum jam abierat, cum magnus dux filiam suam C
secus quam jurarat, nuptum sibi non daret, moram valde indignatus, de matrimonio eum appellat, orans ut quod jurasset aliquando re præstaret. Respondet ille, se quoque id percupere, nec ei rei quidquam prævertendum ducere, sed sponsam et matrem ejus ab eo ut nimium corpulento atque obeso abhorrere. Proinde medicamentis utendum, si forte contractis visceribus gracilior, et sponsæ suæ amabilis redderetur : propter vastitatem enim illam, et proportionem non bene respondentem, nihil esse eo deformius atque injucundius. Gabalas hoc merum esse figmentum et astutam dissimulationem suspicabatur. Quia vero amori puellæ penitus succubuerat (45), quæ quis vel paulum prudens non ignorasset, ipse nescire volebat, et ejus causa D
etiam risu dignissima sibi experiunda censebat.

Γαβάλας δὲ ὁ μέγας λογοθέτης τοῦ χρόνου τριβέ-
μένου, ἐπεὶ τὸν γάμον τῆς θυγατρὸς ὁ μέγας δοὺξ κατὰ τοὺς ὅρκους οὐκ ἀπεδίδου, ἐδυσχέρανέ τε οὐ μετρίως τὴν τριβὴν, καὶ μεγάλῳ δουκὶ περὶ τοῦ γάμου διελέγετο, ἀξιῶν ποιεῖν κατὰ τοὺς ὅρκους. Ὁ δ' ἔφασκε, καὶ αὐτῷ διὰ σπουδῆς εἶναι, καὶ προῦργου παντὸς, τὴν νύμφην ὃε καὶ τὴν μητέρα ἀπαναίνεσθαι διὰ τὴν πολυσαρκίαν. Συνεβούλευέ τε φαρμακείαις χρήσασθαί τισιν, εἴ πως γένοιτο τῶν ἐγκάτων συνεσταλμένων, λεπτότερον φανῆναι, καὶ ἐπέρασιον τῇ νύμφῃ· πάνυ γὰρ ἔχειν ἀηδῶς πρὸς τὴν ἀσυμμετρίαν τῶν σαρκῶν. Ὁ δ' ὑπώπτευε μὲν σκήψεις εἶναι καὶ προφάσεις τὰ τοιαῦτα, καὶ εἰρωνείαν ἀκριβῶς· τῷ δὲ κατάκρας ἠττῆσθαι τῷ τῆς κόρης ἔρωτι, ἃ καὶ ὀλίγα φρενῶν μετέχων συνῆκεν ἄν τις, αὐτὸς ἐβούλετο ἀγνοεῖν· καὶ ἐδόκει δεῖν τοῖς καταγελαστοτάτοις ἐπιχειρητέα εἶναι διὰ τὴν κόρην· διαλεχθεὶς δέ τινι ἰατρῷ ἐξ Ἰταλίας ἀφιγμένῳ περὶ τῆς πολυ-

Jacobi Pontani notæ.

(45) O miserum Gabalam, ut se excarnificari frustra sinit! Mira sunt, quæ quidam ob amorem mulierum puellarumve leguntur fecisse, seu honestum et licitum, quod eas uxores cuperent, seu turpe et vetitum. Caput est apud Jovianum Pontanum libro priore *De fortitudine*, quo docet, qui ob amorem pugnent, fortes non esse : *Sed nec in ordine fortium collocandi videntur*, inquit, *qui ob libidinem amoresque vel adoriuntur periculosa, vel perpetiuntur tristia. Nam et amantes multa audent, plura etiam, quamvis gravia, æquo animo ferunt : in eo tamen peccant, quod vel aggrediuntur, quæ aggredienda non sunt, vel tolerant, quæ tolerari nullo modo debent, nec quam ob causam debent; quippe quibus proposita sit voluptas ea quæ homini cum belluis est communis, indignum sane pretium. Mox subjicit exemplum de quodam Galeatio Mantuano, qui Papiæ in ponte puellam, quam unice amabat, obviam habuit. Ea ut per blandam aliquam jocandi speciem amantem ad colloquium invitaret, Quin tu, inquit, bellissime amator, qui tantum tibi armatus in acie places e ponte in amnem amoris gratia desilis? Hoc ille audito, concitato repente equo sese demisit in fluvium, quo exanimato, vix Ticino natabundus emersit. An hic tibi magnus videbitur? cui nihil aliud tanto fuerit quæsitum periculo, quam ut mulierculæ, et quidem jocanti satisfaceret, quæ sese, ne id aspiceret, avertisse dicitur.*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

σαρκίας, ἔπειθε μεγάλοις μισθοῖς ἐπαγγελλόμενον καὶ αὐτὸν, εὐσταλὲς τὸ σῶμα καὶ σύμμετρόν τισι ποιήσειν φαρμακείαις, καὶ δὴ τἆλλα πάντα δεύτερα ἡγούμενος, λουτροῖς ἐσχόλαζε καὶ ἐμέτοις καὶ κενώσεσι γαστρὸς ᾗ τῷ ἰατρῷ ἐδόκει, ὀλιγοσιτίᾳ τε προσεῖχε, καὶ τἆλλα πάντα ἐπετήδευεν, ὅσα πρὸς λεπτότητα συναίρεται. Ἐξ ὧν ἠτόνει μὲν καὶ ἀδρανὴς ἦν, καὶ παρελύετο τὴν ῥώμην, ἡ γαστὴρ δὲ ὀλίγα πρὸς τὸν ὄγκον ἐνεδίδου. Ὑποπτεύσας δὲ ὁ μέγας δοὺξ, ὡς ὕστερόν ποτε ἀπαγορεύσας πρὸς τὰς φαρμακείας εἶσεται σαφῶς τὴν εἰρωνείαν, καὶ δείσας μὴ διὰ τὸ περιορᾶσθαι πρὸς τὸν κατ' αὐτοῦ πόλεμον αὖθις ἐκτραπῇ καὶ πείσῃ βασιλίδα τίθεσθαι σπονδὰς πρὸς Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα περὶ εἰρήνης, ὃ τῶν κινδύνων αὐτῷ ὁ φοβερώτατος ἐδόκει, ἐσκέψατο τρόπῳ δή τινι διαφθείρειν καὶ αὐτόν· καὶ τῶν συνειδότων τὰ ἀπόῤῥητα αὐτῷ τινας προσέπεμπε μηνύοντας· δι' εὔνοιαν δῆθεν τῷ μεγάλῳ λογοθέτῃ, ὅτι βασιλεῖ μάλιστα ὀργίζοιτο αὐτῷ, τὴν δὲ αἰτίαν ἀγνοεῖν· οἳ καὶ τοιαῦτα προσαγγέλλοντες ἐξεφόβουν. Ἔπειτα καὶ ὅρκους ᾐτοῦντο δῆθεν ὑπὲρ τοῦ μηθενὶ καταδήλους ποιεῖν τοὺς τὰ ἀπόῤῥητα μηνύσαντας. Οὕτω μὲν οὖν ἐκεῖνοι ἐκακούργουν τὴν πεπλασμένην δήλωσιν τῶν ἀποῤῥήτων. Γαβαλᾶς δὲ οἰόμενος εἶναι ἀληθῆ τὰ εἰρημένα, πανταχόθεν ἐκυμαίνετο καὶ περιηντλεῖτο λογισμοῖς, καὶ σύννους καὶ ὠχρὸς ἐφαίνετο, καὶ ταῖς φροντίσι συντετηκώς. Δοὺξ δὲ ὁ μέγας, τῶν πραττομένων ἄγνοιαν ὑποκρινόμενος, ἠρώτα τὴν αἰτίαν τῆς συννοίας καὶ τῆς ὠχριάσεως. Ὁ δὲ, οὐδὲν ὑπωπτευκὼς περὶ ἐκείνου φαῦλον, οἷα δὴ κηδεστῇ καὶ ἀλγήσαντι ὑπὲρ ἐκείνου, πᾶν τὸ ἀπόῤῥητον ἐξέφαινε, καὶ ἐπικουρίας τυχεῖν τινος ἐδεῖτο, καὶ γνώμην εἰσηγεῖσθαι, ᾗ χρησάμενος ἔξω ἔσται τῶν κινδύνων. Οὐδὲν γὰρ ἦν τὸ μέσον τοῦ ὑποπτευθῆναι τότε καὶ διαφθαρῆναι. Δοὺξ δὲ ὁ μέγας ἔφασκε μὲν τοιαῦτα καὶ αὐτὸς ἀκηκοέναι περὶ αὐτοῦ, ἡγεῖσθαι δὲ μὴ ἀληθῆ, ὅμως ὑπετίθει τὴν οὐσίαν παρὰ τοῖς φίλοις ἐκτιθέναι. Τὴν γὰρ πολιτευομένην νυνὶ παρὰ Ῥωμαίοις ἔφασκε συκοφαντίαν καὶ διαβολὴν, πάντα ὀντινοῦν φυλάττεσθαι χρεών. Καὶ γὰρ αὐτὸς τῶν κοινῶν ἀπάντων ἄρχων, καὶ τῆς πρώτης παρὰ Ῥωμαίοις ἀπολαύων τιμῆς καὶ εὐπραγίας, οὐ μάλιστα αὐτοῖς θαῤῥεῖν, ἀλλὰ τὰ πλείω καὶ πολυτελέστερα τῶν ὄντων, ἔν τε Ἐπιβάταις τῷ φρουρίῳ, καὶ πρὸς τῷ ἐν Μαγκάνοις πύργῳ ἔχειν. Αὐτὸν δὲ ἐπεὶ μὴ συμβαίη φρούριόν τι ἔχειν, ᾧ χρήσαιτο πρὸς τοιαύτας τῶν πραγμάτων μεταβολὰς, ἑτέρῳ τρόπῳ τινὶ τῆς οὐσίας προνοεῖν, ἵν' εἴ τι συμβαίη δυσχερὲς, οὐ γὰρ μάτην παρὰ βασιλίδος ὑποπτεύεσθαι, τὴν γοῦν οὐσίαν ἔχῃ, καὶ μὴ ἀμφοτέρων οὐσίας τε ἅμα καὶ ἀρχῆς τῶν πραγμάτων ἀποστερηθῇ. Ὁ μὲν οὖν τοιαῦτα συνεβούλευε. Λογοθέτης δὲ ὁ μέγας τὴν ἐπιβουλὴν μὴ συνιδὼν, ἐπείθετό τε, καὶ τὰ ὄντα πρὸς τοὺς φίλους ἐξετίθει. Ὁ δ' αὐτίκα προσέπεμπε τοὺς βασιλίδι τὰ πραττόμενα μηνύσοντας, ὡς αὐτοῦ μὴ συνειδότος. Παρῆνουν τε οἱ προσαγγέλλοντες, μὴ τοιαῦτα περιορᾷν· οὐ γὰρ ἐπ' ἀγαθῷ τὴν οὐσίαν τὸν μέγαν λογοθέτην ἐκτιθέναι· ἀλλ' ἢ στάσιν βουλεύεσθαι ποιεῖν ἐπὶ τῷ Καντακουζηνῷ βασιλέα δέχε-

A Collocutus igitur cum quodam medico, qui ex Italia nuper venerat, de ista corpulentia, ingenti mercede eum demulsit, et is se corpus ejus quibusdam medicinis ad decorem et gracilitatem traducturum spopondit. Mox posthabitis omnibus, ad præscriptum medici balneis, vomitionibus, crebris alvi ductionibus dat operam, parum cibi et potionis adhibet, cæteraque omnia ad corporis extenuationem valentia sedulo usurpat. Ex quibus languor, imbecillitas, nervorumque dissolutio exsistebat, at ventris moles parum imminuebatur. Veritus autem magnus dux, ne tandem pharmacis defatigatus, technam perspiceret : et timens ne, quia contemptus esset, rursus arma contra ipsum ferret, atque imperatricem ad fœdus cum Cantacuzeno patrandum impelleret, quo nullum periculum impensius metuebat, illius quoque interficiendi rationem excogitavit. Nam quosdam sibi a secretis misit, qui, ut magno logothetæ, benevolo animo indicarent, Augustam ei iratam esse vehementer : causam se nescire. Talibus nuntiis hominem exterrebant. Deinde et juramentum exigebant, horum arcanorum indices nemini prodituros. Sic **629** illi in commentitiis secretis significandis se malitiose gerebant. Gabalas mendacium minime olfaciens, undique cogitationum fluctibus jactabatur, meditabundus, pallidus et præ sollicitudinibus contabescens. Magnus autem dux, rei gestæ ignorationem præ se ferens, tristitiæ et palloris hujus causam exquirebat. Tum Gabalas candide, tanquam socero et vicem suam dolituro, arcanum, ut erat, reserat, ejusque opem aliquam et consilium implorat, quo usus discrimen evadat; nam tunc inter suspectum esse et jugulari nihil erat medium. Hic magnus dux, se quoque hæc de illo audivisse; putare tamen vera non esse. Nihilominus uti facultates suas amicis concrederet, monere. Quæ enim nunc apud Romanos regnum tenerent sycophantia et calumnia, eas cavere unumquemque oportere. Nam et se, totius reipublicæ caput ac principem, honoribusque ac felicitate inter Romanos præcipuum, neutiquam illis fidere, sed majorem ac pretiosiorem partem rerum suarum Epibatis in castello, et arce in Manganis recondidisse. Ipse vero quoniam castello careret, quo in istiusmodi rerum commutationibus uteretur, alio quodammodo facultates suas tuendas : ut si quid adversum accidat (non enim frustra apud imperatricem in suspicionem cecidisse), saltem sua retineat, ne simul illis tamque amplo magistratu privetur. Magnus logotheta non intellectis insidiis paret, et fortunas suas apud amicos collocat. Quid multa? Subito magnus dux mittit, qui, quod agebatur, imperatrici, quasi se minime conscio, patefacerent : et hortabantur qui nuntiabant, ne rem istam negligeret; non enim magnum logothetam sincero fine res suas apud amicos deposuisse, sed aut seditionem ad Cantacuzenum recipiendum machinari, aut ad illum cogitare deficere. Imperatrix dicta examinans, ut a

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

multis vera esse audivit (clam siquidem a consciis magni ducis, eo id struente, in multos secretum disseminatum fuerat), acerbe tulit, manifestamque defectionem rata, quid pœnarum in eum statueret, deliberabat. Cum insidiæ processissent, et magnus logotheta Gabalas facultatibus alibi depositis sederet, carceremque exspectaret, et Augusta ut perfido irasceretur, magnus dux simulata necessitate quadam publica, Hierum, quod est oppidum ad ostia Ponti, **630** triremi conscensa navigavit, quique primum logothetæ iram imperatricis indicarant, eos ad finem negotio imponendum reliquit. Rursum igitur accedentes illi, perfusique lacrymis, et dejectis humi vultibus, certiorem faciunt, illa nocte in summo discrimine futurum, imperatrice scilicet iracundia effervescente : et hortantur, ut sibi provideat. Subornarant interim ex alia conspiratione, qui eadem hora ad ejus ædes venirent, et sine nomine, num ipse esset intus sciscitarentur, velut his verbis horribile quiddam præsignificantibus; non enim alias sic tractare illum Romani, sed multa cum observantia et assentatione consueverant. Gabalas omnibus indiciis necem sibi in foribus esse conjiciens, et formidans ne quibusdam ex odio in se irruentibus male periret, cum tremore ac pavore magno in templum Sophiæ, tanquam ad asylum facta fuga, quoniam ne sic quidem se salvum fore credebat, et producere vitam non mediocriter cupiebat, monachi habitum induit, vix etiam hac ratione se servatum iri sperans; adeo minis attonitus et concussus erat medullitus. Magnus dux totum maleficium ex sententia evenisse postquam intellexit, Hiero reversus, ilicet ædem Sophiæ petit, inventoque ibi logotheta cum vestitu monastico, plangit mirum in modum, et viduitatem filiæ lamentatur (46), doletque dolorem inconsolabilem. Logotheta ejus luctum levare multis verbis nititur, aitque, nihil contigisse novi, si humanis rebus semper aliter et aliter volventibus et inconstantibus, nunc quidem meliora, nunc deteriora et ipse expertus esset. Et apparebat Apocauchum ad hæc aliquantum acquiescere. Paulo post magnus logotheta imperatricis jussu ad monasterium sanctissimæ Virginis abiit. In fuga autem, abjecto monachi cultu, adornanda deprehensus, in carcerem datur. Sic igitur et hunc ex medio magnus dux removit, qui bellum contra Cantacuzenum non vulgariter promoverat : condignam nimirum mercedem pro pestiferis cladibus eo bello invectis ei rependens.

A σθαι, ἢ ἀφίστασθαι διανοεῖσθαι πρὸς ἐκεῖνον. Ἡ βασιλὶς δὲ τὰ περὶ μεγάλου λογοθέτου εἰρημένα ἐξετάζουσα, ὡς ἐπυνθάνετο παρὰ πολλῶν εἶναι ἀληθῆ, κρύφα γὰρ παρὰ τῶν συνειδότων πρὸς πολλοὺς διεδόθη τὸ ἀπόῤῥητον, τοῦ μεγάλου δουκὸς οὕτω φυσκευάσαντος, ἠγανάκτει, καὶ ἀποστασίαν εἶναι· ᾤετο τὸ πρᾶγμα φανερῶς· καὶ ἐδουλεύετο ὅ τι δέοι χρῆσθαι τῷ μεγάλῳ λογοθέτῃ. Ἐπεὶ δὲ ἤδη πέρας εἶχεν ἡ ἐπιβουλὴ, καὶ λογοθέτης τε ὁ μέγας πᾶσαν ἐκθέμενος τὴν οὐσίαν, ἐκάθητο δεσμωτήριον περιμένων, καὶ ἡ βασιλὶς ὠργίζετο πρὸς τὴν ἀποστασίαν, πλασάμενος ὁ μέγας δούξ τινα τῶν δημοσίων χρείαν, εἰς Ἱερὸν τὸ πρὸς ἐμβολὰς τοῦ Πόντου ἀπέπλεε τριήρει, τοὺς δὴ πρῶτον τὴν βασιλίδος δῆθεν ὀργὴν μηνύσαντας, τῷ μεγάλῳ λογοθέτῃ κατέλιπεν ἐπιθεῖναι τέλος

B τῇ ἐπιβουλῇ· προσελθόντες γὰρ ἐκεῖνοι αὖθις δεδακρυμένοι καὶ κατηφεῖς, ἐμήνυον ὡς ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ πρὸς ἔσχατον κινδύνου ἥξει, βασιλίδος μάλιστα ἐξοργισμένης, καὶ πρόνοιάν τινα αὐτοῦ ἐκέλευον ποιεῖσθαι· τῆς αὐτῆς δὲ ὥρας καὶ ἑτέρους ἐκ συνθήματος παρεσκεύαζον ἀφικνουμένους παρὰ τὴν οἰκίαν τὴν ἐκείνου, ἀνωνύμως οὕτως εἰ αὐτὸς αὐτόθι εἴη ἐρωτᾷν, ὥς τι δεινὸν τοῦ λόγου προσημαίνοντος. Οὐ γὰρ εἰώθεσαν ἐκείνῳ πρότερον οὕτω προσφέρεσθαι Ῥωμαῖοι, ἀλλὰ πολλὴν τὴν θεραπείαν προσῆγον καὶ τὴν κολακείαν. Γαβαλᾶς δὲ ἤδη τὸν ὅλεθρον ἐκ πάντων τεκμαιρόμενος, καὶ δείσας μὴ καὶ παραπόλοιτο, τινῶν πρὸς ἔχθραν ἐπελθόντων, ὑπότρομος καὶ περιδεὴς εἰς τὸν τῆς Θεοῦ Σοφίας γενόμενος νεὼν, οὐδ' οὕτω

C σώζεσθαι ἐπείθετο· ἀλλὰ φιλοψυχῶν πολλὰ, τὴν ἐσθῆτα ἀποδὺς, σχῆμα μοναχῶν περιεβάλετο, οὕτως οἰόμενος μόλις ἑαυτῷ τὴν σωτηρίαν ἐκπορίσειν· τοσοῦτον ἐξεπέπληκτο ταῖς ἀπειλαῖς καὶ τὰς φρένας κατεσείσθη. Ὁ μέγας δὲ δοὺξ ἐπεὶ πύθοιτο πᾶσαν κατὰ νοῦν κακουργίαν ἀποδᾶσαν, ἐκ τοῦ Ἱεροῦ ἐπανελθὼν, αὐτίκα πρὸς τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας τὸν νεὼν ἀφίκτο, καὶ τὸν μέγαν λογοθέτην εὑρηκὼς τὰ μοναχῶν ἠμφιεσμένον, ἐκόπτετο πολλὰ, καὶ τὴν χηρείαν ἀπωδύρετο τῆς θυγατρὸς, καὶ ἀπαραμύθητα ἐπένθει. Λογοθέτης δὲ ὁ μέγας πολλοῖς παρεμυθεῖτο λόγοις, οὐδὲν καινὸν συμβεβηκέναι φάσκων, εἰ τῶν ἀνθρωπίνων ἀεὶ πραγμάτων ἄλλοτε ἄλλως φερομένων καὶ ἀστατούντων, νῦν μὲν βελτιόνων, νῦν δὲ χειρόνων ἐπειράθη καὶ αὐτός· καὶ

D ἐδόκει τὸ πολὺ τῆς λύπης διὰ τὴν ἐκείνου παραμυθίαν ἀποτίθεσθαι. Ὕστερον δὲ ὀλίγῳ πρὸς τὴν τῆς παμμακαρίστου μονὴν ὁ μέγας ἀφίκτο λογοθέτης, τῆς βασιλίδος κελευούσης· φωραθεὶς δὲ διαδιδράσκειν μέλλων, καὶ τὰ μοναχῶν ἀπαμφιέννυσθαι, εἰς δεσμωτήριον ἐνεβλήθη. Οὕτω μὲν οὖν καὶ τοῦτον ἀπεσκευάσατο ὁ μέγας δοὺξ, μεγάλα μὲν πρὸς τὸν Καντακουζηνοῦ συναράμενον τοῦ βασιλέως πόλεμον, ἀξίων δὲ ἀπολελαυκότα παρ' ἐκείνου ἀμοιβῶν, ἧς ἐπήγαγεν ἀμυθήτου φθορᾶς ὁ πόλεμος Ῥωμαίοις.

Jacobi Pontani notæ.

(46) Cur viduitatem, cum non esset vidua? nec enim cum quoquam nupta fuerat. Sed jureconsulti etiam nondum nuptam appellare solent viduam. Quoniam scilicet vidua dicta sit ut vecors, vesanus qui sine corde, sine sanitate esset : et illa sine duitate.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

631 CAPUT LXXXI.

Orchanis Persæ societatem præ imperatrice Cantacuzenus obtinet. Capta ab eo oppida ad Pontum. Mirabile somnium Manuelis ejus filii. Imperator ad portas Byzantii venit. Apocauchus cum paucis earessus refugit. Romani et Persæ agrum, imperatore et Romanis commiserantibus, depopulantur.

Βασιλεὺς δὲ ὁ Καντακουζηνὸς πυθόμενος, ὡς βασιλὶς πρεσβείαν ποιοῖτο πρὸς Ὀρχάνην ἐπὶ συμμαχίᾳ, πέμψας καὶ αὐτὸς ἔπραττεν, ὅπως αὐτῷ μᾶλλον, καὶ μὴ Βυζαντίοις πρόσθοιτο. Καὶ εἵλετο Ὀρχάνης τὴν πρὸς Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα μᾶλλον συμμαχίαν. Καὶ πέμψας Χατζὴν τὸν εὐνοῦχον, ἐτέλει τὰς σπονδάς. Ὄντος δὲ οὐ μακρὰν αὐτοῦ, ἀλλὰ τῆς ἐκ Παφλαγονίας ἄχρι Φρυγίας παραλίου ἄρχοντος, ῥᾳδίως μετεπέμπετο Καντακουζηνὸς ὁ βασιλεὺς τὴν συμμαχίαν ἡνίκα ἔδει· ὃ καὶ μάλιστα ἐκάκωσε τὰ πράγματα Ῥωμαίων· ὡς ἐπιπλεῖον γὰρ καὶ βασιλέως μὴ δεομένου περαιούμενοι οἱ Πέρσαι, τὰς μήπω βασιλεῖ προσχωρησάσας πόλεις ἐκάκουν, ὡς πολεμίας. Τότε δὲ ἐκ τῆς Ὀρχάνη στρατιᾶς ἔχων συμμαχίαν, ταῖς πρὸς τὸν Πόντον πόλεσιν ἐπεστράτευσε, καὶ εἷλε πάσας πλὴν Σωζοπόλεως. Εἷλε δὲ καὶ τὴν ἐν τῇ Δέρκῃ τῇ λίμνῃ πόλιν· καὶ φρούριόν τι ἕτερον οὐ μακρὰν Βυζαντίου, Ἐμπυρίτην προσαγορευόμενον· εἶτα ἀνέστρεφεν εἰς τὴν οἰκείαν. Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, καὶ Μανουὴλ ὁ νεώτερος τῶν βασιλέως υἱῶν Βερροίᾳ ἐνδιατρίβων, ὄναρ ἔγραφεν ἰδεῖν τοιοῦτον. Ἐδόκει ἐπὶ κλίνης αὐτὸς ἑστάναι· βασιλέα δὲ τὸν πατέρα τήβεννον ἔχοντα καὶ χιτῶνα περιπόρφυρα, καὶ ἱερατικὸν ἐπιτραχήλιον χρυσοῦν, πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν, δύο δὲ ἑτέρους ἑκατέρωθεν αὐτῷ παρέπεσθαι, ὧν ἄτερος μὲν οὐ γνώριμος ἦν, εἶχε δὲ τὸ προφήτου Ἡσαΐου βιβλίον ἀνεῳγμένον· Λαντζαρέτος δὲ ὁ δεύτερος τὸ βασιλέως ξίφος εἶχεν ἐν χερσί. Βασιλέα δὲ κηρὸν αὐτῷ παρεσχημένον, καὶ σφραγῖδα, ἄμφω ἐρυθρὰ, Σφράγισον, πρὸς τὸν υἱὸν εἰπεῖν. Τοῦ δὲ σφραγίσαντος, ζῶντα λέοντα ἐντυπωθῆναι τῷ κηρῷ, ἄστρον λαμπρότατον τῷ δεξιῷ κατέχοντα ποδὶ, καὶ πρὸς τῷ ὤμῳ ἕτερον μικρὸν ἔχοντα ἐγκεκολαμμένον ἄστρον. Βασιλέα δὲ εἰπεῖν, Ἀνάστησον αὐτόν· ἀναστήσαντος δὲ τοῦ υἱοῦ, τὸν τὸ βιβλίον Ἡσαΐου κατέχοντα εἰπεῖν, « Ὁ Θεὸς ὡδήγησεν αὐτὸν ἐξ Αἰγύπτου, ὡς δόξαν μονοκέρωτος αὐτοῦ, ἐδεσθαι ἔθνη ἐχθρῶν αὐτοῦ, καὶ ταῖς βολίσιν αὐτῶν κατατοξεύσει, καὶ τὰ πάχη αὐτῶν ἐκμυελιεῖ. Ἀνακλιθεὶς ἀνεπαύσατο ὡς λέων, καὶ ὡς σκύμνος· τίς ἐγερεῖ αὐτόν; Οἱ εὐλογοῦντές σε εὐλογημένοι, καὶ οἱ καταρώμενοί σε κεκατήρανται. » Ταῦτα δὲ ἐδόκει τῷ βιβλίῳ ὄντα ἐγγεγραμμένα ἀναγινώσκειν. Βασιλεὺς δὲ αὖθις τῷ υἱῷ προσέταττε σφραγίσαι. Σφραγίσαντος δὲ πάρδαλις ἐξῆλθε ζῶσα, καὶ χάρτην εἶχε θατέρῳ τῶν ποδῶν, ᾧ ἐνεγέγραπτο, Ἰδοὺ θηρίον ἕτερον ὡσεὶ πάρδαλις· καὶ ἐξουσία ἐδόθη αὐτῷ. » Κελεύσαντος δὲ βασιλέως

A Imperator ut rescivit imperatricem missa legatione Orchanis societatem expetere, missis et ipse oratoribus id egit, ut ad se, non ad Byzantios auxilia mitteret. Qui legato Chatze eunucho fœdus cum Cantacuzeno iniit. Cumque non longe distaret, sed a Paphlagonia maritima usque in Phrygiam imperitaret, facile Cantacuzenus quoties indigebat Persarum manum accersebat, qui Romanas regiones infestabant plurimum; nam sæpius, imperatore etiam non rogante, trajicientes, quæ nondum se dediderant urbes, ut hostiles direptionibus affligebant. Tunc vero ab Orchanis exercitu habens subsidium, contra oppida ad oram Ponti sita profectus, omnia præter Sozopolim subegit. Cepit item oppidum in Derce palude, et castellum B quoddam non procul Byzantio, Empyriten vocabulo : deinde in provinciam rediit. Sub idem tempus Manuel junior filius ejus Berrhœæ manens, tale visum per somnum sibi oblatum scripsit. Videbatur sibi sedere super lectulo (47), patrem autem togam et tunicam purpura prætextas indutum, gestantemque a collo pendens monile sacerdotale aureum accedere, dextra lævaque stipatum duobus, quorum alter ignotus prophetæ Isaiæ volumen apertum tenebat; alter Lantzaretus gladium imperatoris manu portabat; et ipsum imperatorem ceram et sigillum, ambo rubra, porrigentem dicentemque : Signa. Cum signasset, vivum leonem in cera impressum apparere, dextro C pede stellam tenentem lucidissimam, et juxta armum aliam stellam modicam, velut insculptam habentem. Tum imperatorem dicere, Excita ipsum. Quod cum faceret, qui librum Isaiæ tenebat, hæc inde videbatur recitare, « Dominus dux ejus fuit ex Ægypto, ut gloriam unicornis ejus, ut comedat gentes inimicorum ejus, et jaculis eorum jaculabitur, et crassitiem eorum emedullabit. Recubuit et quievit ut leo, et ut catulus leonis, quis excitabit illum? Qui benedicunt tibi, sunt benedicti, et qui maledicunt, maledicti[1]. » **632** Hæc ille libro inscripta recitare videbatur. Imperator rursus filium signare jussit. Cum signasset, expressa est viva pardalis, altero pede chartam sustinens cum hac inscriptione : « Ecce fera altera ut pardus, et potestas ei data est[2]. » Cumque imperator ei qui librum tenebat præcepisset, ut feræ prophetiam D legeret, eadem legebat. Tertium signare jussit. Cumque signasset, felis etiam viva exivit, quæ

[1] Num. XXIV, 8, 9. [2] Dan VII, 6.

Jacobi Pontani notæ.

(47) De hoc somnio viderit lector quid sentiat, et quomodo verum sit, quod ait postea sic evenisse. Commista sunt autem verba Scripturæ sanctæ, et consarcinata aliquoties, ut nescias quid ex quo loco adducatur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

lingua extra dentes ejecta, terram lambere videbatur. Quam cum filius in sublime extulisset, lingua felis extendi, et terram similiter circumlingere visa est. Tum qui librum ferebat, jussu imperatoris prophetiam legit : « Ecce fera altera, et dixerunt ei : Ascende, comede carnes multas[3]. » Posthæc imperator sigillum aliud viride filio dans, in ceram imprimere jussit, cumque impressisset, exivit viva ciconia, scyphum vitreum pede sustentans, in quo acetum inesse apparebat. Tenens autem librum legebat : « Dederunt in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me aceto[4]. Videbunt in quem transfixerunt. » Adhuc jussus signavit, et hippocentaurus exivit, dextra manu hastam gestans. Qui autem vaticinia legebat : « Ecce, inquit, aliud animal præcellens, et validum vehementer[5]. » Ad extremum imperator : Benedictus Deus noster, ait, omni tempore, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen. Gloria tibi Domine, quia vivi adhuc vidimus vaticinia hæc evenisse (48). Videbatur porro mandare filio, ut occultaret animalia, quæ mox in cerea sigilla convertebantur : quæ manibus ut poterat occultans, cum patre, deposito monili sacro, exivit, et in eo articulo somno solutus est. Talis species filio imperatoris dormienti obtigit. Ad quem autem pertinuerit, usque hodie latet. Et hæc is secundum quietem se vidisse (*j*), ad patrem scripsit. Imperator paulum Didymotichi hærens, collectis omnibus quas habebat copiis Romanis, paucisque Persarum adjunctis, rursum in Byzantii fines irrupit, et ad portam Gyrolymnes bonam diei partem constitit. Ex urbe egressus est nemo ; verumtamen in mœnibus instructi visebantur, qui hostem accedentem repellerent. Magnus dux solus cum paucis exiens, pro portis stetit. Imperator, ut ipsum esse cognovit, caduceatores misit. Ille se cognitum intelligens, in urbem retro cessit, et qui missi fuerant, inanes reverterunt. **633** Imperator, quoniam advesperascebat, ad portam Cameli castra fecit ; postridieque exiguo numero secum in castris manente, major pars Romani Persæque prædatum discurrerunt. Et Romani quidem pecora et alia agebant ferebantque ; Persæ etiam homines captivos ducebant. Nec solum ipsis patientibus ea res acerbissimum lu-

A τῷ κατέχοντι τὸ βιβλίον τοῦ θηρίου τὴν προφητείαν λέγειν, τὰ ἴσα εἶπε. Βασιλεὺς δὲ καὶ τρίτον ἐκέλευε σφραγίσαι τῷ υἱῷ. Καὶ σφραγίσαντος, ἐξῆλθε γαλῆ ζῶσα καὶ αὐτή. Τὴν γλῶτταν δὲ τῶν ὀδόντων προβεβλημένη, ἐδόκει λείχειν τὴν γῆν· τοῦ βασιλέως δὲ υἱοῦ εἰς ὕψος αἴροντος, ἡ γλῶσσα τῆς γαλῆς μηκύνεσθαι ἐδόκει, καὶ τὴν γῆν ὡσαύτως περιλείχειν. Ὁ τὸ βιβλίον δὲ κατέχων, βασιλέως κελεύοντος, τὴν προφητείαν λέγειν· « Ἰδοὺ θηρίον, εἰπεῖν, ἕτερον, καὶ εἶπον αὐτῷ· Ἀνάβηθι, φάγε σάρκας πολλάς. » Μετὰ τοῦτο δὲ ὁ βασιλεὺς, σφραγῖδα πράσινον ἑτέραν παρεῖχε τῷ υἱῷ, καὶ ἐκέλευε ταύτῃ σφραγίζειν τὸν κηρὸν, καὶ σφραγίσαντος, ἐξῆλθε πελαργὸς ζῶν, σκύφον ἔχων ὑέλινον τῷ ποδί. Ἐδόκει δὲ ὁ σκύφος ὄξος ἔχειν· ὁ τὸ βιβλίον δὲ κατέχων, εἶπεν· « Ἔδωκαν

B εἰς τὸ βρῶμα μου χολὴν, καὶ εἰς τὴν δίψαν μου ἐπότησάν με ὄξος· ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν. » Αὖθις δὲ ὁ τοῦ βασιλέως υἱὸς ἐσφράγισε κελευσθείς· καὶ ἱπποκένταυρος ἐξῆλθε, τῇ δεξιᾷ χειρὶ δόρυ κατέχων. Ὁ δὲ τὰς προφητείας λέγων, « Ἰδοὺ καὶ ἕτερον θηρίον, εἶπεν, ἔχθαμβον καὶ περισσῶς ἰσχυρόν. » Μετὰ τοῦτο δὲ ὁ βασιλεὺς, Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, εἶπε, πάντοτε, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. Δόξα σοι ὁ Θεὸς, ὅτι ζῶντες εἴδομεν τὰς προφητείας ἀποβάσας. Ἐδόκει δὲ κελεύειν τῷ υἱῷ συγκρύπτειν τὰ ζῶα. Τὰ δὲ εὐθὺς ἐδόκουν σφραγῖδες γεγενῆσθαι ἐκ κηροῦ, ἃς ὡς ἐνῆν συγκρύπτων

testificandi, contra quam pollicitus sit, faciat. Proinde neque antea filium imperatoris imperio spoliare cogitasse, neque nunc spoliaturum: sed id omnimodis ei conservaturum. Sive enim armis Byzantium cum ipso imperatore capiat, sive pacem illi accipiant, seque certis conditionibus imperatoris collegam patiantur: sive alio quodam modo vincat, paterno eum principatu non depulsurum, sed rursus imperatorem Romanum, filia sua in matrimonium ei data secum esse permissurum. Nec istuc solum, sed etsi contigerit illum aliam ducere (bello longius extenso scilicet), aut filiam suam ante nuptias in fata abire, non aliter facere, nec propter aliorum improbitatem nequam se, et ingratum erga imperatorem deortum, sibi charissimum, ejusque filios ostendere decrevisse. His apud se fixis, illos posse cognoscere, quomodo petant, quæ ipse præstare nequeat. Non enim profecto instar segetum creandos imperatores, sed aut nullum alium esse imperatorem: aut qui est, eum occidi oportere. Hoc autem se facere neutiquam posse, demonstratione non egere. Certo enim sibi persuadeant, si omnes, quotquot Græcis et Barbaris per orbem terrarum imperitant, venirent, unanimesque promitterent, se ipsi subjectos fore, **672** et communem omnium mortalium regem salutaturos, sub ea conditione, ut Joannem imperatorem adolescentem interficeret, electurum potius vitam perpetuo pauperrimam obscurissimamque degere, quam adeo improba, et scelerata in animum inducentem, omnibus hominibus jura dare; idque non solum propter patrem ejus imperatorem, sed etiam propter ipsum, qui in causa belli adversum se suscepti nullo modo fuerit. Ob ætatem enim infirmiorem nihil adhuc publici muneris administrasse, ut id facere potuerit. Quia igitur ita ipse statuerit, ne se a sententia detorquere conentur, si forte aliter ipsi sentiant, nec hæredi legitimo subesse in futurum velint, alium autem quærant qui ipsis imperet, apud se quidem, illum haud facile, aut omnino nunquam inventum iri. Si a se desciscant, potestatem habituros faciendi quæ libuerit: se tamen molitionem illorum non modo non secuturum, sed quantum in se sit, etiam prohibiturum. Hæc ad proceres, et exercitum imperator, cum filium ejus imperatorem designari peterent. Quem ut permovere nequiverunt, petitione destiterunt, ejus modestiam, animique præstantiam suspicientes, quod post tot casus, et discrimina rerum non magis consanguineis, quam imperatoris defuncti liberis imperium tradere cuperet.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

CAPUT XCIII.

Cædis Thessalonicensium causa exponitur, quam Palæologus Joannis Apocauchi in præfectura collega præbuit. dum potestate abutitur; quem Apocauchus occidit. Zelotarum scelus et impietas. A populo quidam trucidantur. Unus per forum trahitur, lapidibusque et liynis impetitus occiditur. Apocauchus se pro Cantacuzenico gerit, Zelotas punit, defectionem ad imperatricem simulat, patre occiso Cantacuzenismum aperte profitetur, et Thessalonicam ei tradit, concilio approbante. Georgius Cocalas, et Andreas Palæologus laudantur.

Sub idem tempus populus Thessalonicensis multos cives occidit, ex tali quadam causa. Magni ducis filius Joannes Apocauchus, dignitate magnus primicerius, et præfectus Thessalonicæ, neque sic erat comparatus, ut contra eos, qui Cantacuzeni partium videbantur fureret: neque tamen aperte eorum studia adjuvabat. Cernens porro, non modicam Zelotarum potentiam, et eos urbem totam per se gubernantes, sibique inane **673** præfecti nomen relictum, iniique ferebat, nec leviter indignabatur. Michael enim Palæologus, zelotarum caput, ejusque in præfectura collega, æqualitate magistratus minime contentus, sed plus sibi arrogans, vehementer eum cruciabat: cui vi et armis resistendum non putabat, cum zelotas tam multos et plebem quæ ab illis regebatur, pertimesceret. Accedebat, quod pater adhuc vivebat. Alium itaque modum circumspiciebat, quo illo disperdito, præfecturam solus obtineret. Ob id optimates potis imum, et qui Cantacuzeno studere videbantur, ad auctoritatem suam alliciebat, sibique socios adjungebat, jucunde cum illis confabulans, seque earumdem esse partium subinsinuans. Ubi illi nullo negotio in ejus fidem concesserunt, et honorato eum comitatu cinxerunt, statim collegæ per insidias eadem moliri instituit. Quo eum simul amici, Palæologum capitali odio prosequentes maximopere incitabant, quod per tempus belli omne in eos acerbitatis ac petulantiæ suæ virus effuderat, facultates eorum publicando, ipsos in carcerem compingendo, multos in exsilium ejiciendo, et omnem denique sceleris modum exsuperando. Erat enim ad male faciendum natus, et levi de causa, atque ob suspicionem duntaxat atroces pœnas exigebat. Postquam de eo interimendo convenit, et quidam de iis, quos mire vexaverat, hoc sibi muneris deposcit, Apocauchus cum stipatoribus suis, omnibus intrinsecus armis contectis, ne quasi res novas molirentur, deprehendi possent, ad regionem civitatis in primis solitariam accedit, populi motum ac tumultum ex cæde oriturum veritus: simulataque deliberatione de republica collegam, ut cum eo sententiam collaturus accersit. Qui meditatæ sibi necis ignarus, paucis comitantibus accedit. Cum ambiguus sermo texeretur, Palæologus antea in congressione ob magistratum fastuosior, tunc quoque asperius respondit. Illi de industria conviciis hominem magis irritare. Tum rem ipsam suspicione attingens, eos videlicet novi quippiam machinari, ad fugam cum minis dirissimis effertur. Quem prævenions qui cædem susceperat, gladio in viscera adacto eum interficit. Zelotæ subito e

Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, καὶ ὁ ἐν Θεσσαλονίκῃ δῆμος ἀνεῖλε πολλοὺς τῶν πολιτῶν ἐξ αἰτίας τοιαύτης. Ὁ τοῦ μεγάλου δουκὸς υἱὸς Ἀπόκαυχος, ὁ Ἰωάννης, μέγας ὢν πριμικήριος, τὴν ἀξίαν, τὴν ἀρχὴν Θεσσαλονίκης ἐπιτετραμμένος, οὔθ' οὕτως εἶχεν, ὥστε μαίνεσθαι κατὰ τῶν ῥᾳθύμως δοκούντων τὰ Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως, οὔτε φανερῶς συνέπραττεν αὐτοῖς. Ὁρῶν δὲ τοὺς Ζηλωτὰς, ἐπιπολὺ, καὶ τὴν πόλιν πᾶσαν ἀγοντας δι' ἑαυτῶν, ἐκείνῳ δὲ κενὸν ὄνομα τῆς ἀρχῆς περιλειπόμενον, δεινὰ ἐποιεῖτο καὶ ἠγανάκτει οὐ μετρίως. Παλαιολόγῳ γὰρ Μιχαὴλ, κεφάλαιον ὢν τῶν Ζηλωτῶν, καὶ συνάρχειν ἐκείνῳ τεταγμένος, λυπηρὸς ἦν μάλιστα τῇ ἐξουσίᾳ χρώμενος οὐκ ἴσως. Τὸ μὲν οὖν φανερῶς ἀντικαθίστασθαι πρὸς πόλεμον, οὐκ ἐδοκίμαζεν. Ἐδεδίει γὰρ πολλοὺς ὄντας τοὺς Ζηλωτὰς καὶ τὸν δῆμον ἀγόμενον ὑπ' ἐκείνων· ἄλλως θ' ὅτι καὶ ὁ πατὴρ ἐκείνῳ ἔτι ἔζη. Ἐσκέψατο δὲ τρόπῳ δή τινι ἑτέρῳ διαφθείρειν, καὶ τὴν ἀρχὴν ἅπασαν ἐφ' ἑαυτὸν μετάγειν τῶν πραγμάτων, καὶ τοὺς μάλιστα ὁρίστους, καὶ τὰ Καντακουζηνοῦ δοκοῦντας ῥᾳθύμως ἔχειν τοῦ βασιλέως ὑπεποιεῖτο, καὶ προσηταιρίζετο συνομιλῶν ἡδέως καὶ παραφαίνων ἀμυδρῶς, ὡς τὰ ἴσα καὶ αὐτὸς αὐτοῖς αἱροῖτο. Ἐπεὶ δ' ἐκεῖνοι μᾶλλον προσεχώρουν, καὶ σύστημα ἦν περὶ αὐτὸν οὐκ ἀγενὲς, ἐπεβούλευεν εὐθέως ἀποκτείνειν τὸν συνάρχοντα. Συνεξώρμων δὲ μάλιστα καὶ οἱ φίλοι, ἀπεχθῶς περὶ ἐκεῖνον μετὰ πάσης ἔχοντες ὑπερβολῆς. Οὐδὲν γὰρ παροινίας καὶ πικρίας ἐκεῖνος πρὸς αὐτοὺς ἐνέλιπε κατὰ τὸν πολέμου χρόνον, τάς τε οὐσίας δημεύων, καὶ δεσμωτηρίοις καταπλείοις, καὶ ὑπερορίοις πολλοὺς τοὺς πλείους, καὶ πᾶσαν κακίας ἐνδεικνύμενος ὑπερβολήν· ἦν γὰρ μάλιστα ἔχων εὐφυῶς περὶ τὸ κακουργεῖν, καὶ μικρᾶς ἕνεκα αἰτίας καὶ ὑποψίας μόνης μεγάλας δίκας ἀπαιτῶν. Ἐπεὶ δὲ ἐδέδοκτο ἀποκτείνειν, καὶ ὑφίστατο τὸ ἔργον τις τῶν πρότερον ὑπ' ἐκείνου πολλὰ κεκακωμένων, Ἀπόκαυχος τοὺς περὶ αὐτὸν ἔχων πάντας ἔνδον ὡπλισμένους, ἵνα μὴ ὦσι κατάφωροι νεωτερίζοντες, πρὸς τὰ τῆς πόλεως μάλιστα ἀοίκητα μέρη ὑπεχώρει, τοῦ δήμου τὴν κίνησιν ὑποπτεύων, καὶ τὴν ἐκ τοῦ ὄχλου ταραχὴν, σκηψάμενος δέ τι βουλεύεσθαι τῶν κοινῶν, μετεκαλεῖτο καὶ τὸν συνάρχοντα, ὡς κοινωνήσοντα τῆς βουλῆς· ὁ δὲ, μηδὲν εἰδὼς τῶν ἐσκαιωρημένων ὀλίγους ἔχων περὶ αὐτὸν, ἦκε πρὸς ἐκεῖνον. Λόγων δὲ ἀμφιβόλων κεκινημένων, ὁ Παλαιολόγος οἷα δὴ πρότερον ἐκ τοῦ ὑπερέχοντος τοῖς ἄλλοις εἰθισμένος ὁμιλεῖν· καὶ τότε τραχυτέρας τὰς ἀποκρίσεις ἐποιεῖτο· οἱ δὲ, μᾶλλον ἐξεπίτηδες ἠρέθιζον τρεπόμενοι πρὸς ὕβρεις. Ὁ δὲ, ὑποπτεύσας, ὅπερ ἦν, νεωτερίζειν βούλεσθαι ἐκείνους, ὥρμητο μὲν πρὸς φυγὴν, τὰ ἔσχατα διαθήσειν ἀπειλῶν. Φθάσας δὲ ἐκεῖνος ὁ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τὸ ἔργον ὑποστάς, ὦθησε τὸ ξίφος κατὰ τῶν σπλάγχνων, καὶ ἀπέκτεινεν. Εὐθὺς μὲν οὖν οἱ Ζηλωταὶ ὑπεχώρουν, καὶ κατεδύοντο εἰς χηραμούς· ὅ τε δῆμος οὐδὲν ὑπὲρ τοῦ πεσόντος ἠγανάκτησεν. Ἦν γὰρ οὐδὲ πρότερον καλῶς διακείμενος περὶ τοὺς Ζηλωτάς· ἦσαν γὰρ ὁμοίως καὶ περὶ τὰ θεῖα, ὥσπερ καὶ περὶ τὰ ἀνθρώπινα ὑβρίζοντες, καὶ πολλὴν ἐπιδεικνύμενοι τὴν μοχθηρίαν. Οὐ μόνον γὰρ ἠδίκουν ἀδεῶς, καὶ διεπόρθουν τὴν χώραν ἐπιόντες, καὶ τὰς κοινὰς συμφορὰς ἀφορμὰς ποιούμενοι ἰδίας εὐπραγίας, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰς ἀγυιὰς δεξαμενάς τινας ὕδατος πληροῦντες, εἶτα καὶ ὑφάπτοντες κηροὺς, τινὰς τῶν τὰ Καντακουζηνοῦ ᾠδῆσθαι δοκούντων βασιλέως, συλλαμβάνοντες ὄντας ἐκ τοῦ δήμου, ἀνεβάπτιζον ὡς ἀπομοσαμένους τὸ βάπτισμα διὰ τὴν ἐκείνου κοινωνίαν· τούς τε παριόντας ἐκέλευον ἀργύριον ῥητὸν κατατίθεσθαι εἰς τὴν ἑορτήν· καὶ ἦν ἀνάγκη πράττειν κατὰ τὸ ἐκείνων κέλευσμα, ἢ ὑποπτεύεσθαι αὐτίκα ἦν, ὡς τὰ Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως ᾠδημένον, καὶ ἀχθόμενον πρὸς τὴν ἐρεσχελίαν. Μετὰ τοῦτο δὲ μεθύοντες ἐν καπηλείοις καὶ τὰ ἄλλα ἐξωρχοῦντο τῶν Χριστιανῶν μυστήρια, τῆς δίκης ἀνεχομένης, καὶ ἀμελούντων τῶν κερκυνῶν. Ὧν τὴν ἀτοπίαν μισήσας καὶ ὁ δῆμος, πρότερόν τε ἔκ τινων αἰτιῶν κεκινημένος, τῶν Ζηλωτῶν τινας ἐν τῷ τῆς Θεοτόκου τῆς ἀχειροποιήτου τεμένει τοὺς μὲν ἀπέσφαξαν ἀνηλεῶς, ἕνα δὲ καὶ διὰ τῆς ἀγορᾶς κατέσυραν, λίθοις βάλλοντες καὶ ξύλοις τοῖς προστυχοῦσιν, ἕως ἀπέπνευσε συρόμενος, καὶ τότε οὐδὲ ἠγανάκτησε διὰ τὸν Παλαιολόγου φόνον· ἀλλὰ δῆλος ἦν ἡδόμενος ἐπὶ τῷ ἀποσκευάζεσθαι τοὺς Ζηλωτάς. Ἀπόκαυχος δὲ ἤδη πᾶσαν ἔχων τὴν ἀρχὴν αὐτὸς, παῤῥησίας τε μετέδωκεν οὐ τῆς τυχούσης τοῖς τὰ βασιλέως πράττουσι, καὶ αὐτὸς ἦν φανερὸς τὰ ἐκείνου ᾠδημένος, καὶ τῶν Ζηλωτῶν, ὅτοι μὲν ἐν λόγῳ ἦσαν, κατέκλεισεν ἐν δεσμωτηρίῳ πρὸς Πλαταμῶνα πέμψας, καὶ τὰς ἄλλας πολίχνας ὅσαι ὑπ' αὐτῷ ἐτέλουν. Τὸν δὲ ἄλλων συρφετὸν ἐξήλασε τῆς πόλεως· ἐκεῖνος εἴτε τὸν πατέρα δεδοικὼς, εἴτε τοῖς συνοῦσιν ἀπιστῶν, πρὸς τὴν ἀκρόπολιν ἐλθὼν διῆγε· καὶ Θεσσαλονικέων ὅσοι τὰ βασιλέως ἐξηρχῆς ᾠδοῦντο, οὐκέτι ὑπεστέλλοντο, ἀλλὰ μετὰ παῤῥησίας προσίεσαν ἐκείνῳ, καὶ αὐτοῦ ὑποποιουμένου μάλιστα καὶ παρασκευάζοντος, ἣν ἔχει περὶ βασιλέα γνώμην ἕκαστος ἐκφαίνειν. Ἐπεὶ δὲ πάντας ᾔδει ἀκριβῶς, μεταβαλὼν ἀθρόον, ἠργυρολόγει τοὺς πλουσίους, Καντακουζηνισμὸν ἐπικαλῶν. Οἱ δὲ, ἐπεὶ ἀδύνατοι ἦσαν ἐξαρνεῖσθαι, αὐτοὶ γὰρ ἐξηλέγχθησαν ὑφ' ἑαυτῶν, ῥητὸν ἀργύριον κατέβαλον ἐπὶ τῷ

A medio recedentes, latibulis se condunt. Ejus morte populus nihil doluit, alioqui etiam a zelotis alienus, **674** siquidem divina et humana jura contumeliose ac sceleste violabant. Non enim duntaxat absque ullo metu irrogabant injuries, regionemque devastabant, et ex communibus miseriis suas sibi felicitates comparabant : sed et per vicos urbis, soliis aqua repletis et cereis accensis, quosdam de plebe, qui Cantacuzeno favere videbantur, comprehensos, velut qui per ejus communionem baptismum ejurassent, denuo lustrabant, ac prætereuntes constitutum pretium ad ferias agitandas jubebant persolvere. Qui si abnuerent, statim in suspicionem Cantacuzenismi incidebant, et ludibriis illis offendi putabantur. Præterea in cauponis
B usque ad ebrietatem perpotantes, Christianis mysteriis illudebant, patiente et fulmina continente divina justitia. Quorum nefanda scelera populus exosus, et antehac quasdam ob causas exacerbatus, zelotas nonnullos in Deiparæ non manufacto templo (60) absque misericordia occidit : unum per forum traxit, lapidibusque et lignis obviis tandiu impetivit ac contudit, donec animam exspiraret. Tunc itaque ob occisum Palæologum haud irascebatur, sed libere et palam propter submotos Zelotas lætitiis incedebat. Apocauchus solus jam præfectus, amicis imperatoris non parvam libertatem impertiebat, ipseque earumdem se partium esse non dissimulabat, et Zelotas insigniores ad Plata-
C monem atque ad alia oppidula juris sui mittens, in carcerem tradebat, reliquam colluviem ex urbe exterminabat. Deinde vero sive patrem timens, sive diffidens suis, arci se credit : et Thessalonicenses, quotquot ab initio ab imperatore faciebant nihil jam reformidantes, secure se illi jungebant : cujus auctoritate et opera, quid quisque de imperatore sentiret, publice ostendebat. Cum jam omnes explorate nosset, repente mutatus, divites objecto Cantacuzenismo pecuniam poscit. Qui cum negare non possent, quod semetipsi prodiderant, quo a culpa absolverentur, multam definitam pendebant : tenuioribus molestus non erat. Et cum tantummodo priorem de imperatore sententiam mutasse
D videretur, id secus erat. Etenim patrem metuens, ne illo sibi propter Zelotas occisos, et quam sequeretur imperatoris factionem irato, urbe per aliquem submissum pelleretur, aut dirum aliquid pateretur, **675** rursum se imperatrici addictum fingebat, ut eodem negotio et pecuniam tum acqui-

Jacobi Pontani notæ.

(60) Forsitan tale istuc templum fuit Thessalonicæ, quale sancti Michaelis in monte Gargano, quod et ipsum ἀχειροποίητον dici poterat, et quod locum illum non hominum ars et industria, sed ipsa natura ad templi speciem commodumque usum aptasset. Qua notione nympharum domus, vivoque sedilia saxo in *Æneid.* dicuntur. Et recte quidem ἀχειροποίητα, quia non ars, sed ipsa natura efformarat. Simile quid persuadeo mihi de illo templo, ex ipso epitheto. Non enim arbitror vocabulum ἀχειροποίητον nec velle, quod non precibus episcoporum, sed angelorum consecratum et dedicatum esset, quod fama fert de sacello Deiparæ Ephesidensi : nam hæc notio nimis violenta, et a communi ratione abhorrens esset, nisi quis philosophari vellet, de formali esse et constitutione templi. Hæc conjectura est Jacobi Gretseri, quam tibi lector proponendam duxi. Mihi quidem probabilis videtur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

reret, et iram ejus propter commissa mitigaret. Cæterum ubi tempore intermisso nuntius illi de patre in Constantini palatio a vinctis interempto venit, omni simulatione deposita, se ab imperatore esse, factis propalam declarat, atque ad eum mittit indicatum, se ejus partes jam pridem amplexum, non solum ob morum ipsius æquitatem ac mansuetudinem, quodque unum illum Romano imperio dignum arbitraretur, sed etiam, quod multis calumniis ac bello injusto a patre exagitatum sciret, cum protostratore socero eadem sentiente pridem ad eum transire voluisse : verum a patre prohibitum, qui istuc olfaciens, Thessalonicam se misisset. Nunc quoniam præclara se occasio obtulerit, quæ diu jam apud animum proposuerit, opere exsequi, cum præstanti ac nobili auctario : secum enim adducere et illi subdere Thessalonicam, qua post Constantinopolim Romani urbem majorem et illustriorem non habeant. Quocirca hoc ei significare, ut et ipse citra molestias et pugnas tantam se civitatem accipere lætetur. Palam porro exercitus et primariorum civium principes in concilium vocans, num ad Cantacuzenum e se transeundum quæsivit, suamque primus sententiam dixit, præstare illi subesse, quam parere Byzantiis, qui nec semet possint defendere. Omnibus una mente assentientibus, Georgius Cocalas, qui ipse quoque bello hoc varia sorte usus, tamen imperatori magis adhærebat, hunc consensum suffragio suo etiam confirmavit : similiter et Andreas Palæologus, qui antea inter Zelotas numeratus, summopere eos adjuvabat, sed quia moderatior, et virtutis amantior, atque a cædibus et rapinis abhorrentior apparebat, idcirco aliis expulsis, veniam obtinuerat, propter eam qua valebat intelligentiam humanosque mores, nihil communi judicio repugnans subscripsit. Dubium tamen non erat, illum quæ agerentur ægre ferre.

A αἰτίας ἀπολύεσθαι· πρὸς δὲ τοὺς ἐπιλοίπους οὐκ ἦν βαρύς· ἀλλὰ μόνον ἐδόκει τὴν προτέραν περὶ βασιλέα γνώμην μεταβάλλειν· τὸ δὲ οὐκ ἦν ὥσπερ ὑπωπτεύετο, ἀλλὰ τὸν πατέρα δεδοικὼς μὴ διὰ τὸ Ζηλωτὰς καθηρηκέναι, καὶ τὰ βασιλέως δοκεῖν ἠρῆσθαι, ἐξελαύνοιτο τῆς πόλεως πέμψαντος ἐκείνου πρὸς ὀργήν, ἢ καὶ δεινόν τι ἕτερον ὑποσταίη, ὑπεκρίνετο αὖθις φρονεῖν τὰ βασιλίδος, ἵν' ἐν ταυτῷ χρηματίζοιτό τε καὶ παραιτοῖτο τὴν ὀργὴν ὑπὲρ ὧν ἐδόκει προσκεκρουκέναι. Ἐπεὶ δὲ μεταξὺ τοῦ χρόνου τριβομένου ἠγγέλλετο αὐτῷ ὁ πατὴρ ἐν τοῖς Κωνσταντίνου βασιλείοις ὑπὸ τῶν δεσμωτῶν ἀνηρημένος, οὐκέτι ὑπεκρίνετο οὐδέν· ἀλλὰ φανερῶς τὰ βασιλέως ἔπραττε, καὶ πρός τε ἐκεῖνον ἔπεμπε τοὺς μηνύσοντας, ὡς αὐτὸς ἐκ πολλοῦ τὰ ἐκείνου

B ἠρημένος, οὐ μόνον διὰ τὴν ἐπιείκειαν τῶν τρόπων, καὶ τὴν ἡμερότητα, καὶ τὸ μόνον ἄξιον ἡγεῖσθαι Ῥωμαίων βασιλεύειν, ἀλλ' ὅτι καὶ τῷ πατρὶ πολλὰ συνῄδει σεσυκοφαντηκότι, καὶ ἀδίκως πολεμήσαντι, πάλαι μὲν βουληθείη ἀποστῆναι πρὸς αὐτὸν μετὰ πρωτοστράτορος τοῦ γαμβροῦ τὴν ἴσην καὶ ὁμοίαν καὶ ἐκείνου γνώμην ἔχοντος, κωλυθεὶη δὲ ὑπὸ τοῦ πατρὸς ὑπωπτευκότος, καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν πρὸς Θεσσαλονίκην πέμψαντος. Νυνὶ δὲ τοῦ καιροῦ καλῶς παρασχομένου, τὰ πάλαι κατὰ γνώμην εἰς ἔργον ἄγειν μετὰ πάνυ καλῆς καὶ θαυμασίας τῆς προσθήκης· ἄγειν γὰρ μετὰ ἑαυτοῦ καὶ Θεσσαλονίκην, μετὰ τὴν μεγάλην παρὰ Ῥωμαίοις πρώτην πόλιν, καὶ ὑποχείριον αὐτῷ ποιεῖν, οὐ μικρὸν τῆς

C Ῥωμαίων ἡγεμονίας μέρος οὖσαν· οὗ δὴ ἕνεκα καὶ αὐτῷ μεμηνυκέναι, ἵνα καὶ αὐτὸς συνήδοιτο, ὡς χωρὶς πραγμάτων καὶ πολέμων τηλικαύτην πόλιν ἔχων· καὶ αὐτὸς ἐκκλησίαν φανερῶς συναγαγὼν ἔκ τε τῶν ἀρίστων καὶ στρατιᾶς, καὶ τῶν ἄλλων πολιτῶν τῶν μάλιστα ἐν λόγῳ, ἐβουλεύετο φανερῶς, εἰ δεῖ βασιλεῖ προσχωρεῖν τῷ Καντακουζηνῷ, καὶ αὐτὸς τὴν οἰκείαν γνώμην προετίθει, ὡς εἴη λυσιτελὲς ὑπ' ἐκείνῳ μᾶλλον εἶναι, ἢ Βυζαντίοις προσέχειν, οὐδὲ ἑαυτοῖς πρὸς ἅμιλλαν ἐξαρκοῦσι. Καὶ πάντες ὥσπερ ἐκ συνθήματος ἐπεψηφίζοντο. Κωκαλᾶς δὲ Γεώργιος, πολλὰς μὲν καὶ αὐτὸς ὑποστὰς μεταβολὰς παρὰ τὸν τοῦ πολέμου χρόνον, ὅμως δὲ τὰ βασιλέως μᾶλλον ἠρημένος, ἐπεψηφίζετο καὶ αὐτὸς τότε τὴν βουλήν· ὁμοίως δὲ καὶ Παλαιολόγος Ἀνδρέας, τοῖς Ζηλωταῖς μὲν πρότερον συνὼν, καὶ συμπράττων ὅσα μάλιστα ἐνῆν· μέτριος δὲ εἶναι δοκεῖν, καὶ ἀρετῆς ἀντιποιεῖσθαι, καὶ φόνων ἀπέχεσθαι καὶ ἁρπαγῶν, διὸ καὶ τῶν ἄλλων Ζηλωτῶν ἐλαυνομένων, ἠξιοῦτο φειδοῦς αὐτὸς διὰ τὴν προσοῦσαν σύνεσιν, καὶ τὴν ἐπιείκειαν τῶν τρόπων, οὐδὲν πρὸς τὴν βουλὴν ἀντεῖπεν, ἀλλὰ συνεπεψηφίζετο. Δῆλος δὲ ἦν ἀχθόμενος πρὸς τὰ πραττόμενα.

676 CAPUT XCIV.

Legati ad Cantacuzenum tres. Quæ Thessalonicenses a filio ejus petiverint; lætitia de impetratis; Andreas Palæologus turbas facit ex ambitione, pro quo certare parati sunt classiarii et gravis armaturæ milites. Zelotæ populum rursus concitant. Apocauchi legatus ad Palæologum cum vulnere effugit. Cocalas eum decipit. Causæ cur optime sperarent, qui ante arcem sedebant. Cocalæ fraudulentia et perversitas. Militum Apocauchi timiditas et perfidia. Arx a Palæologo occupatur. Apocauchus cum centum prope civibus carceri traditur. Falsus rumor de vinctis. Apocauchus de muro præcipitatus, capite truncatur. Idem fit aliis. De esu humani adipis. Matthæus imperatoris filius in Thracia rem bene gerit.

Postquam placuit omnibus, Cantacuzenum imperatorem complectendum, ad Manuelem Cantacuzenum ejus filium Berrhœæ morantem, Nicolaum Cabasilam et Pharmacen legatos deligunt. Dederat porro filio potestatem pater, ut si qua urbium se dederet, et ab eo aliquid beneficii rogaret, præ-

D Ἐπεὶ δὲ ἐδέδοκτο πᾶσι κοινῇ προσχωρεῖν τῷ βασιλεῖ, πρεσβευτὰς ἠροῦντο πρὸς Καντακουζηνὸν Μανουὴλ τὸν βασιλέως υἱὸν ἐν Βερρόᾳ διατρίβοντα, Νικόλαόν τε τὸν Καβάσιλαν, καὶ Φαρμάκην. Ἦν γὰρ ἐξουσίαν βασιλεὺς τῷ υἱῷ παρεσχημένος, εἴ τις τῶν πόλεων προσοῖτο, καὶ δέοιτο αὐτοῦ εὐεργεσιῶν τινων

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τυχεῖν, παρέχειν μὲν ἐκεῖνον ὅσα νομίζοι προσήκοντα καὶ δυνατά· στέργειν δὲ αὐτὸν, καὶ κατὰ μηδένα τρόπον πειρᾶσθαι καταλύειν. Ἃ καὶ Θεσσαλονικεῖς εἰδότες, ἔπεμπον τοὺς πρέσβεις πρὸς ἐκεῖνον, καὶ ἠτοῦντο οὐ μόνον ἀτέλειαν κοινῇ τῇ πόλει, ἀλλὰ καὶ πριμμικηρίῳ τε τῷ μεγάλῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις τῶν δυνατωτέρων ἰδίᾳ τιμὰς καὶ προσόδους τὰς προσηκούσας, καὶ τῇ στρατιᾷ, καὶ τοῖς ἄλλοις μετ' ἐκείνους ἑκάστῳ κατὰ τὴν ἀναλογίαν. Ὁ τοῦ βασιλέως δὲ υἱὸς δίκαιον νομίσας μηδὲν μικρολογεῖν τηλικαύτην γε πόλιν μέλλων προσάγειν πατρὶ τῷ βασιλεῖ, πάντα ὅσα ἠτοῦντο παρείχετο οἱ πρέσβεις, καὶ πολλὴν τὴν φιλοτιμίαν περὶ τὰς εὐεργεσίας ἐπεδείκνυτο. Ἐπεὶ δὲ εἰς Θεσσαλονίκην οἱ πρέσβεις ἐπανῆκον, φέροντες καὶ τὰς βασιλέως εὐεργεσίας, ἡ πόλις μὲν ἤδη πᾶσα φανερῶς εὐφήμει βασιλέα, καὶ διὰ πάσης γλώσσης ἦδετο, καὶ ἡ στρατιὰ, καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ταῖς δεδομέναις τιμαῖς ἠρκοῦντο. Ἀνδρέας δὲ ὁ Παλαιολόγος ἐδυσχέραινεν ἄλλων προτιμωμένων, ὧν ᾤετο αὐτὸς δίκαιος εἶναι ὑπερέχειν, καὶ ἀντεῖπε φανερῶς πάντων ἠθροισμένων ἐν τῇ Ἀποκαύχου οἰκίᾳ· καὶ διχοστασίας γενομένης, ἀσυντάκτως ἀνεχώρει. Ἐκεῖνοι δὲ ὑπολειφθέντες, ἐθορύβουν μόνον καὶ τῶν δεόντων οὐδὲν ἐποίουν· δείσας δὲ ὁ Παλαιολόγος μὴ ὑπ' ἐκείνων διαφερομένων παραπόληται, αὐτίκα τὴν πρὸς θάλασσαν πύλην ὥσπερ τινὰ κατελάμβανε φυλήν· περὶ ἣν οἰκοῦσι πᾶν τὸ ναυτικὸν, οἱ πλεῖστοί τε ὄντες καὶ πρὸς φόνους εὐχερεῖς· ἄλλως τε καὶ ὡπλισμένοι πάντες ὥσπερ τὸ κράτιστόν εἰσι τοῦ δήμου· καὶ σχεδὸν ἐν ταῖς στάσεσι πάσαις αὐτοὶ τοῦ παντὸς πλήθους ἐξηγοῦνται προθύμως ἑπομένου, ᾗ ἂν ἄγωσιν αὐτοί. Ἔχουσι δὲ καὶ ἰδιάζουσαν ἀρχὴν αὐτοὶ παρὰ τὴν τῆς ἄλλης πόλεως, ὧν ἐκεῖνος τότε ἦρχε. Διά τε οὖν τὸ ἄρχειν, καὶ τὴν ἄλλην εὔνοιαν, ἣν εἶχον πρὸς αὐτὸν, προθύμως ὑπὲρ ἐκείνου ἀνελάμβανον τὰ ὅπλα, καὶ ἀνύεσθαι ἦσαν ἕτοιμοι παντί τῳ ἐπιόντι. Κωκαλᾶς δὲ οὐδ' αὐτὸς μὲν ἡσυχάζειν ἐγίνωσκεν ἐν τοῖς παροῦσιν, ἀλλὰ περὶ τῆς ἀρχῆς ἐπεβούλευεν Ἀποκαύχῳ· μᾶλλον γὰρ ἑαυτῷ ἢ ἐκείνῳ ᾤετο προσήκειν. Ἐλέγετο δὲ καὶ ὑπωπτευκέναι ἠδικῆσθαι παρ' ἐκείνου πρὸς τὸν γάμον, δι' ἃ ἐβούλετο εἰ δύναιτο διαφθείρειν. Φανερῶς μὲν οὖν ἐκεῖνος οὐκ ἀνθίστασθαι ἐδόκει, ἀλλὰ πρεσβεύων παρ' ἑκατέροις ἐπὶ τῷ διαλύειν, μᾶλλον συνέκρουε καὶ παρώξυνε τὸν πόλεμον. Παλαιολόγος δὲ τοὺς Ζηλωτὰς, ὅσοι περὶ Θεσσαλονίκην ἦσαν μετεκαλεῖτο· ἔνιοι δὲ καὶ κατακρυπτόμενοι ἐν ἀδύτοις, ἐξαίφνης ἀνεφαίνοντο, καὶ ὁ δῆμος ἅπας ἐξεκυμαίνετο ὑπ' αὐτῶν, καὶ δῆλοι ἦσαν αὖθις χωρήσοντες ἐπὶ τοὺς ἀρίστους. Ὁ μέγας δὲ πριμμικήριος μετὰ τῶν ἄλλων πολιτῶν καὶ τῆς στρατιᾶς ὑπὲρ ὀκτακοσίους ὄντες ὡς ἐλέγετο, δεινὰ ἐποιοῦντο, εἰ Παλαιολόγου μόνου μετὰ τῶν παραθαλασσίων (ὁ γὰρ ἄλλος δῆμος οὐδέπω οὐδετέροις καθαρῶς προσέκειτο), τοσοῦτοι ὄντες ἡττηθεῖεν· ὅμως Ἀπόκαυχος οὐκ ἠμέλει τοῦ μὴ χωρεῖν πρὸς τὰς συμβάσεις, ἀλλὰ πρὸς τὸν Παλαιολόγον ἔπεμπε τὸν Κοτεανίτζην πρεσβευτὴν τῆς στρατιᾶς ὄντα ἡγεμόνα, διαλεξόμενον περὶ εἰρήνης.

A staret quæ decere et fieri posse existimaret; se, quæ egisset, firma et rata in perpetuum habiturum. Quod cum Thessalonicenses minime fugeret, per oratores non solum vectigalium immunitatem urbi in commune, verum et magno primicerio et aliis potentioribus separatim honores reditusque honestos, similiterque præsidio et aliis, unicuique pro portione, commoda petunt. Imperatoris filius non sibi scrupulosius causandum putans, ut amplissimam civitatem patri liceret acquirere, concedit omnia, seque illis gratificandi cupidissimum ostendit. Legatis Thessalonicam reversis cum beneficiis impetratis, tota urbs imperatori omnia fausta ac felicia comprecari, eumque omnium linguis in cœlum ferre, militesque et alii omnes B concessis honoribus contenti esse. Solus Andreas Palæologus alios sibi prælatos, quibus jure præferendus fuisset, moleste patiebatur, totique conventui in ædibus Apocauchi se opponebat, natisque discordiis, indicta salute abscedebat. Tum cæteri fremere tantum, et nihil quod officium poscebat, facere. Timens autem Palæologus, ne illorum a se discrepantia malam sibi mortem afferret, statim portam versus mare, ut aliquam custodiam occupavit: circum quam habitant omnes classiarii, quorum magna est et ad trucidationes obeundas haud impigra multitudo. Adhæc gravis armaturæ omnes, tanquam robur populi: **677** cui ferme in cunctis seditionibus præeunt, alacriter sequenti, quo ipsi duxerint. Habent vero suum proprium C magistratum, cui tunc Palæologus præerat. Quam ob causam, et quia cæteroqui illum diligebant, prompti pro eo arma capessebant, et cuilibet contra se ferenti resistere parati erant. Cocalas in præsenti nec sibi otium agendum, sed de præfectura Apocaucho, quam sibi, non illi convenire opinabatur, insidiandum duxit. Dicebatur etiam suspicatum esse, sibi ab eo factam injuriam propter nuptias. Quamobrem occidere hominem cupiebat, si posset. Apocauchus igitur aperto Marte resistendum non existimans, ad utrumque de compositione mittendo, bellum magis irritavit et incendit. Palæologus Zelotas, quotquot Thessalonicæ erant, coegit: nonnulli etiam in adytis absconditi, repente prodierunt, a quibus populus D omnis instar fluctuum est concitatus; et apparebat eos rursum in optimates ituros. Magnus porro primicerius et alii cives, et præsidium (quorum omnium numerus ad octingentesimum putabatur ascendere) pro indigno habebant, si a Palæologo solo cum maritimis seu classiariis (populus enim nondum alterutri parti liquido adhærebat) ips. tam multi vincerentur. Tamen Apocauchus pactorum haud negligens, Theanitzen præsidii ducem pacis conficiendæ mittebat. Quem priusquam orationem inciperet, Zelotæ, quibus pax parum videbatur conducere, irruentes, gladiis et hastis appeterunt, multosque ictus incusserunt: prosternere tamen, intus thorace ferreo munitum, non potue-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

runt, sed in vola tantum vulneratus effugit. Apocauchum, audita eorum insolentia, maritimos et Zelotas, qui a Palæologo serviebant, invadendi impetus cepit; et facile adhuc imparatos, populoque nondum illis succenturiato oppressisset, nisi Cocalas specie consilii eum deludens cohibuisset. Promittebat enim, citra sanguinem se a Palæologo concordiam societatemque persuasurum. Noctu Apocauchus, et præsidium, aliique cives ante arcem in armis manent. Palæologus iterum ad portam versus mare cum maritimis et Zelotis pernoctat; confusio ac tumultus ingens civitatem occupat; imperatoris Cantacuzeni appellatio rursum evanescit, et amicos ejus undique metus et horror circumstat. Et juxta mare quidem faces crebræ sustollebantur, strepitus terribilis, **678** et obscurum murmur, et buccina per totam noctem insonans, plebemque contra optimates convocans exaudiebatur. At illi alii ante arcem quieti et dispositi sedebant, ad pugnam cum plebe committendam alacres; sperabant enim etiam illius partem aliquam sibi auxilio fore. Præterea cum et arcem tenerent, quamvis adversariis succubuissent, nihil singulare passuros, sed in eam confugituros vehementer confidebant. Berrhœa insuper subsidium exspectabant. Simul enim Palæologus bellum orsus erat, ad filium imperatoris miserant, rogantes, ut vel ipse cum militari manu adveniret, vel copias auxiliatum mitteret. Sic ambobus sibi castris oppositis, et utrisque ad prælium paratis, noctis tempus exactum est. Claro jam die Apocauchus cum suis pugnaturiens descendit: et Cocalas denuo utrosque separatim adiens, specie quidem de pace disserebat, re autem ipsa ad dimicationem eos inflammabat. Duces item allocutus, clam eos corrumpebat, et a conflictu dehortabatur, suadebatque, ut eo cœpto, primi terga darent. His ita compositis, populum in eos ducit. Ac tum primum hostem esse patuit. Cum propiores jam jacula torquerent, milites dicere, contra populares non pugnandum, neque domesticos occidendos, sed in arcem, ut in tutum perfugium recedendum, ac simul recedere, quos alii, vellent nollent, sequebantur. Ad eam ut venerunt, Apocauchus orare, uti ante muros obversi, hostem pugnando sustinerent; erat namque locus equestri prælio idoneus. Milites detrectare, affirmareque ingrediendum, et muris conscensis inde hostem propellendum; ubi intus fuerunt, rogati ut muros ascenderent, impetumque hostilem inde arcerent, noluerunt, dicentes nescire se de muro pugnare, neque cives suos sine ulla causa velle occidere, aut ab illis occidi. Apocauchus et cæteri, cum proditionem perspicerent, periculumque præsens animadverterent, fugam extra arcem arripere cogitabant. Forte fortuna claves arcis penes Zelotam erant, qui ut dissidium et ad fugam inclinatos vidit, futuri providus eas abscondit. Duabus autem portis arcis longius inter se distantibus, Apocauchus cum aliis

A Πρὶν δέ τι πρὸς ἐκεῖνον εἰπεῖν, οἱ Ζηλωταὶ προσπεσόντες, οὐ γὰρ ἐδόκει ἡ εἰρήνη αὐτοῖς λυσιτελεῖν, πολλὰς μὲν προσήνεγκαν πληγάς, καὶ ξίφεσι καὶ δορατίοις, καταβαλεῖν δὲ οὐκ ἠδυνήθησαν τεθωρακισμένον ἔνδον ὄντα· ἀλλ' ἐξέφυγε, τὴν χεῖρα μόνην ἐπὶ τῷ καρπῷ τραυματισθείς. Ἀπόκαυχος δὲ ἐπεὶ τὴν αὐθάδειαν ἐπύθετο, ὥρμησε μὲν ἐπελθεῖν τοῖς παραθαλασσίοις καὶ τοῖς Ζηλωταῖς ὑπὸ Παλοιολόγου τεταγμένοις, καὶ ῥᾳδίως ἂν ἐκρότησεν ἔτι ἀπαρασκεύους ἐπελθών, τοῦ τε δήμου μήπω παντὸς αὐτοῖ; συντεταγμένου, ἐπέσχε δὲ ὁ Κωκαλᾶς, ἀπατήσας ἐν προσχήματι βουλῆς. Ἐπηγγέλλετο γὰρ αὐτὸς χωρὶς αἱμάτων Παλαιολόγον πείσειν πρὸς αὐτοὺς ἐλθεῖν καὶ συμφρονῆσαι. Ἅμα δὲ ἐπεὶ ἤδη ἐπεγένετο καὶ ἡ νύξ,

B Ἀπόκαυχος μετὰ τῆς στρατιᾶς καὶ τῶν ἄλλων πολιτῶν πρὸ τῆς ἀκροπόλεως ηὐλίσαντο τὴν νύκτα ὡπλισμένοι. Παλαιολόγος δὲ αὖθις ἐπὶ τῆς πρὸς θάλασσαν πύλης μετὰ τῶν παραθαλασσίων καὶ τῶν Ζηλωτῶν διενυκτέρευε, καὶ σύγχυσις δεινὴ καὶ ἀταξία τὴν πόλιν εἶχε, καὶ ἡ μετὰ βασιλέως τοῦ Καντακουζηνοῦ προσηγορία αὖθις ἀπεσβέννυτο· φόβος δὲ περιειστήκει πανταχόθεν τοὺς τἀκείνου ᾐρημένους. Καὶ ἦν ὁρᾶν πρὸς μὲν θάλασσαν, φρυκτούς τε συχνοὺς ἀνιστχομένους, καὶ πάταγον δεινὸν, καὶ θροῦν ἄσημον ἐξακουόμενον, καὶ τὴν σάλπιγγα διὰ πάσης τῆς νυκτὸς βοῶσαν καὶ συγκαλουμένην τὸν δῆμον ἐπὶ τοὺς δυνατούς· ἐκείνους δὲ πρὸ τῆς ἀκροπόλεως ἐστρατοπεδευμένους ἀθορύβως μὲν καὶ τεταγμένως, προθύμους δὲ ὅμως συμπλέκεσθαι τῷ δήμῳ

C ὄντας· ἤλπιζον γάρ τι καὶ μέρος αὐτοῖς συνέσεσθαι τοῦ δήμου. Ἄλλως δ' ὅτι καὶ τῆς ἄκρας ὑπ' αὐτῶν κατεχομένης, ἐλπίδας εἶχον οὐκ ἀγεννεῖς, εἰ καὶ ἧττους φαίνοιντο τῶν ἀντιτεταγμένων, οὐδὲν πείσεσθαι δεινὸν, ἀλλ' ἀναχωρήσειν πρὸς τὴν ἄκραν. Πρὸς δὲ τούτοις καὶ ἐκ Βερροίας ἥξειν ἤλπισαν συμμαχήσουσαν στρατιάν. Ἅμα γὰρ τῷ Παλαιολόγον ἦρχθαι τοῦ πολέμου, πρὸς τὸν βασιλέως οὗτοι πέμψαντες υἱὸν, ἢ αὐτὸν ἥκειν ἐδέοντο μετὰ τῆς στρατιᾶς, ἢ πέμπειν συμμαχίαν. Οὕτω μὲν οὖν διῆλθεν ἡ νύξ, ἀμφοτέρων ἀλλήλοις ἀντιστρατευομένων, καὶ παρασκευαζομένων πρὸς τὸν πόλεμον. Ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ἤδη ἦν, Ἀπόκαυχος μὲν μετὰ τῆς στρατιᾶς κατέβαινε διαγωνισόμενος· Κωκαλᾶς δὲ αὖθις πρὸς ἑκατέρους ἐπιφοιτῶν, τὸ δοκεῖν μὲν

D περὶ εἰρήνης διελέγετο, τῇ δ' ἀληθείᾳ παρώξυνε πρὸς μάχην, διαλεχθεὶς δὲ καὶ τοῖς ἡγεμόσι τῶν λόχων κρύφα διέφθειρε, καὶ κατέπεσθε μὴ μάχεσθαι, ἀλλὰ γενομένης συμβολῆς, πρώτους καὶ' αὐτοὺς θέσθαι τὴν τροπήν. Ἐπεὶ δὲ τοιαῦτα ᾠκονόμητο, τὸν δῆμον αὐτοῖς ἐπῆγεν, ἄχρι τότε μήπω φανερὸς γεγενημένος, ὅτι πολεμεῖ. Ἐπεὶ δὲ ἐγγὺς ἦσαν καὶ ἠκροβολίζοντο, οἱ στρατιῶται οὐκ ἔφασαν ἐᾶν πρὸς ὁμοφύλους μάχεσθαι, οὐδὲ τοὺς οἰκείους ἀποκτείνειν, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἄκραν ἀναχωρεῖν, ἐνὸν ἀκινδύνως σώζεσθαι, καὶ ἅμα ἀνεχώρουν, συνείποντο δὲ ἀνάγκῃ καὶ οἱ ἄλλοι. Ἐπεὶ δὲ ἐγένοντο πρὸς τῇ ἄκρᾳ, Ἀπόκαυχος μὲν ἐδεῖτο πρὸς τῶν τειχῶν ἀμύνεσθαι καρτεροῦντας· ἦν γὰρ καὶ τὸ χωρίον ἐπιτηδείως ἔχον πρὸς ἱππηλασίας. Ἡ στρατιὰ δὲ οὐκ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἔφασαν δεῖν, ἀλλ' ἔνδον εἰσιέναι, καὶ ἀμύνεσθαι A socius ad eam, qua e mœnibus egressus est accessit : quam cum clausam invenirent, diffindere tentaverunt. At populus arcis (erat siquidem instar parvæ urbis, propriosque **679** habebat incolas) fugam eos capessere, et se populo urbano quem superduxissent, prodi non sinebat, sed oppugnantibus intus eos secum resistere volebat. Hæc dum fiunt, populus urbanus foris ignem portæ arcis, versus urbem, quandoquidem nemo propugnabat, implicat. Claviger Strategius (hoc enim illi nomen) accurrens aperit, populus se infundit, subitoque in ipso aditu cives duos trucidat, deinde ad arma equosque diripiendos convertitur. Apocauchus et socii captos se aspicientes, quoniam fuga excludebantur, de equis descendunt, armis depositis se occulunt ; pauci tamen latuerunt, plures ab hostibus despoliati armis, nudi relicti sunt. Cocalas et Palæologus milites tuebantur, et eos vetabant spoliari, quosque inveniebant equos, singulis donabant, tum ut pretium proditionis, tum quod jurassent ipsis nihil mali illaturos, si cæteros prodidissent. Sic itaque Cantacuzeni pars a militibus prodita, vi devicta est. Cocalas et Palæologus populum jam etiam incolas arcis diripientem expulerunt; ipsi usque ad noctem exspectantes, dimissis domum militibus, amicos quosdam servarunt : Apocauchum et cives paulo infra centum in arcis carcere, apposita custodia, clauserunt. Sequenti diluculo auxiliarii Berrhœa adfuerunt, qui, ut acceperunt captos esse quorum gratia veniebant, cum mediocri populatione domum redierunt. Circa meridiem rumor quidam urbem afflavit, vinctos rursum arce occupata, Berrhœense subsidium intromittere : quem Zelotæ ad necem illis curandam ementiti ferebantur. Populus de integro ad arma ire, atque ad arcem vino ac furore ducibus procedere. Arcis indigenæ impetum ac direptionem rebus suis metuentes, portas occludunt, in muros ascendunt, misericordiam rogant, facturi quidquid tandem juberentur. Jussi vinctos adducere, et ad ipsos præcipites dare. Protinus nudi adducuntur. Ac primus quidem Apocauchus præcipitatur, qui forte quadam erectus stetit, ac nemine audente illum contingere, diu sic mansit. Postea unus de Zelotis, mollitiem aliis exprobrans accedit, caput ei a cervicibus gladio abscindit. Deinde cæteri quoque circumfusi, totum corpus vulneribus consauciant. Post hæc non uno, sed pluribus locis reliqui, **680** Zelotis nominatim petentibus, de muro præcipites aguntur : quos circumsistens populus, ferina quadam immanitate sagittis configit, quorumdam etiam capita præcidit. Ita omnes crudelem in modum, præter paucos, quos incolæ arcis absconderant, interierunt : quorum neci Cocalas et Palæologus præsentes, se rem ægrius ferre, furorem tamen populi cohibere ac reprimere haud posse simulabant, qui deinde in ædes involans, alios insuper cives contrucidavit. Cum ad domum Cocalæ Zelotis præeuntibus ve-

ἀναβάντας ἀπὸ τῶν τειχῶν. Ἐπεὶ δὲ ἔνδον ἦσαν, παρακαλούμενοι αὖθις ἐπὶ τὰ τείχη ἀναβαίνειν καὶ ἀμύνεσθαι, οὐκ ἠθέλησαν, μὴ εἰδέναι φάσκοντες τειχομαχεῖν, μηδὲ κτείνειν τοὺς οἰκείους, ἢ κτείνεσθαι, ἀνάγκης μηδεμιᾶς ὑπούσης. Ἀπόκαυχος δὲ μετὰ τῶν ἄλλων ἐπεὶ τὴν προδοσίαν κατενόουν, καὶ τὸν κίνδυνον περιεστηκότα συνεώρων, ὥρμηντο φεύγειν ἔξω τειχῶν· συνέβη δὲ τὸν τὰ κλεῖθρα τῆς ἄκρας κατέχοντα, τῶν Ζηλωτῶν ἕνα εἶναι· ὃς ἐπεὶ διχοστατοῦντας εἶδε καὶ ὡρμημένους φεύγειν, συνεὶς τὸ μέλλον, ἀπεκρύπτετο τὰ κλεῖθρα ἔχων. Πολὺ δὲ τῶν πυλῶν ἑκατέρων τῆς ἄκρας ἀλλήλων διεχουσῶν, Ἀπόκαυχος μὲν μετὰ τῶν ἄλλων ἐχώρουν ἐπὶ τὴν ἐξάγουσαν τῶν τειχῶν. Ἐπεὶ δὲ ἦν κεκλεισμένη, ἐπεχείρουν διακόπτειν· ὁ B δῆμος δὲ ὁ τῆς ἄκρας (πόλει γάρ τινι ἔοικε μικρᾷ, καὶ οἰκήτορας ἰδίους ἔχει) οὐκ εἴων διαδιδράσκειν ἐπαγαγόντας αὐτοῖς τὸν δῆμον, ἀλλ' ἔνδον μένοντας, ἀμύνεσθαι τοὺς ἐπιόντας μετ' αὐτῶν. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐτελεῖτο, ὁ δῆμος πῦρ ἐνίεσαν ταῖς πύλαις τῆς ἄκρας ταῖς πρὸς τῇ πόλει, ἐπεὶ μηδεὶς ἠμύνετο. Στρατήγιος δὲ ὁ τὰ κλεῖθρα ἔχων· οὕτω γὰρ ὠνόμαστο· ἦλθεν ἐλθών, καὶ ὁ δῆμος εἰσεχεῖτο· καὶ αὐτίκα μὲν πρὸς ταῖς πύλαις δύο τῶν πολιτῶν ἀπέσφαξαν· ἔπειτα πρὸς ἁρπαγὴν ἐτράποντο ὅπλων τε καὶ ἵππων. Ἀπόκαυχος γὰρ καὶ οἱ ἄλλοι, ὅτι ἑάλωσαν ἰδόντες, ἐπεὶ μὴ φεύγειν ἦν, τῶν ἵππων ἀποβαίνοντες καὶ ἀποδυόμενοι τὰ ὅπλα κατεκρύπτοντο, ἐλάνθανον δὲ ὀλίγοι, τοὺς πλείους δὲ ἀποδύοντες κατέλειπον γυμνούς. Κωκαλᾶς δὲ καὶ Παλαιολόγος περιεποιοῦντο C τοὺς στρατιώτας, καὶ ἐκέλευον μὴ ἀποδύειν· ἅμα δὲ καὶ τοὺς ἵππους εὑρίσκοντες, παρείχοντο ἑκάστῳ, ἀμειβόμενοι τῆς προδοσίας, ἅμα δ' ὅτι καὶ ὅρκους αὐτοῖς πρότερον παρείχοντο, ὡς οὐδὲν πείσονται δεινὸν ἂν τοὺς ἄλλους προδιδῶσιν. Οὕτω μὲν οὖν τὸ Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως μέρος προδοθὲν ὑπὸ τῆς στρατιᾶς, ἡττᾶτο κατὰ κράτος. Κωκαλᾶς δὲ καὶ Παλαιολόγος τὸν μὲν δῆμον ἐξήλαυνον τῆς ἄκρας· ἤδη γὰρ διήρπαζον καὶ τὰ τῶν ἐγχωρίων· αὐτοὶ δὲ περιμείναντες ἄχρι νυκτὸς, τοὺς μὲν στρατιώτας πάντας οἴκαδε ἀπέπεμπον, καί τινας τῶν φίλων αὐτοὶ διέσωζον, Ἀπόκαυχον δὲ καὶ τῶν πολιτῶν ὀλίγῳ ἐλάσσους ἑκατὸν κατέκλεισαν ἐν δεσμωτηρίῳ πρὸς τῇ ἀκροπόλει, καὶ φρουρὰν ἐπέστησαν αὐτοῖς. D Ἅμα δὲ ἕω εἰς τὴν ἐπιοῦσαν καὶ ἡ ἐκ Βερροίας στρατιὰ παρῆν. Ἐπεὶ δὲ ἐπύθοντο ὡς ἄλοιεν οἷς ἦκον συμμαχεῖν, καταδραμόντες ἐληΐσαντό τινα ὀλίγα, καὶ ἀνέστρεφον εἰς τὴν οἰκίαν. Περὶ μέσην δὲ ἡμέραν φήμη τις προσέπιπτεν ἀθροόν πρὸς τὴν πόλιν ὡς οἱ δεσμῶται πάλιν τὴν ἄκραν κατασχόντες, τὴν ἐκ Βερροίας στρατιὰν εἰσδέχονται. Ἐλέγετο δὲ ὡς τῶν Ζηλωτῶν τινες τὰ τοιαῦτα καταψεύσαιντο ἐπὶ τῷ ἀποκτείνειν τοὺς δεσμώτας. Καὶ ὁ δῆμος αὖθις τὰ ὅπλα ἀναλαβόντες, ἐχώρουν πρὸς τὴν ἄκραν ὑπό τε θυμοῦ καὶ οἴνου στρατηγούμενοι· οἱ πρὸς τῇ ἄκρᾳ δὲ δείσαντες τὴν ἔφοδον τοῦ δήμου, μὴ τὰ ὄντα ἔνδον διαρπάσωσι γενόμενοι, ἀπέκλεισαν τὰς πύλας· ἀναβάντες δὲ ἐπὶ τῶν τειχῶν ἐδέοντο μὴ διαφθείρειν

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nissent, Pharmacen (quicum nupta erat soror uxoris ejus, quemque ipse occultaverat, et qui apud Apocauchum præfectum auctoritate multum valuerat, et Zelotas mire afflixerat) sibi dedi postulant. Cocalas vitæ suæ timens, affinem tradit, quem continuo interficiunt. Aiebant tum plebeios quosdam humanum adipem gustavisse. Nam cum dissectis occisorum corporibus viscera effunderentur, quidam summo stupore et indolentia, collectum adipem domum portavit. Uxor ignorans unde, et alterius animantis esse opinata, ad cibum suaviter condiendum in ollam injicit, ac post epulas demum viro narrante, humanum adipem se comedisse discit. Sic Thessalonica se imperatori volens adjunxit, iterumque Palæologo et Cocala auctoribus ad arma rediit, et hæc ibidem omni crudelitate crudeliora designata sunt, navisque Cantacuzeni cum ipsis vectoribus submersa periit : qui post coronationis suæ apud Adrianopolim diem festum, Matthæum filium in Thracia cum copiis, urbes, quæ cum Batatze defecerant obsessurum, et Hieraci Byzantio cum parva manu ad illos venienti se oppositurum reliquit. Eum Matthæus congressus devicit, militibus ejus universis partim concisis, partim captis : nec multum abfuit, quin ipse quoque dux caperetur. Insuper oppida armorum terrore ad deditionem coegit, ac patri subjecit.

A σφᾶς, ὡς πᾶν ποιήσοντας τὸ κελευόμενον· οἱ δ' ἐκέλευον τοὺς δεσμώτας ἄγειν καὶ κατακρημνίζειν πρὸς αὐτούς, καὶ αὐτίκα οἱ δεσμῶται ἤγοντο γυμνοί. Καὶ πρῶτον μὲν Ἀπόκαυχος κατεκρημνίσθη· οὕτω δὲ συμβὰν ὀρθῶς ἔστη, καὶ ἔμεινεν ἐπιπολὺ, μηδενὸς προσάπτεσθαι τολμῶντος. Ἔπειτά τις προσελθὼν τῶν Ζηλωτῶν, καὶ μαλακίαν τῶν ἄλλων κατηγορήσας, ἀπέτεμεν αὐτὸς τὴν κεφαλὴν μαχαίρᾳ. Εἶτα καὶ οἱ ἄλλοι περιστάντες, κατέτρωσαν τὸ σῶμα ὅλον. Ἔπειτα καὶ τοὺς ἄλλους ἐῤῥίπτουν ἀπὸ τῶν τειχῶν, ἀπαιτούντων ὀνομαστὶ τῶν Ζηλωτῶν, οὐκ ἐφ' ἕνα τόπον, ἀλλ' ἐπὶ πλείους· καὶ ὁ δῆμος θηριωδῶς καὶ ἀπανθρώπως κατηκόντιζον περιϊστάμενοι. Ἑνίων δὲ ἀπέτεμνον, καὶ κεφαλὰς, καὶ πάντας οὕτως ὠμῶς ἀπέκτειναν, πλὴν ὀλίγων λίαν, οἱ ὑπὸ τῶν τὴν ἄκραν B οἰκούντων κατεκρύπτοντο· παρῆσαν δὲ καὶ Κωκαλᾶς καὶ Παλαιολόγος ἀποσφαττομένων, καὶ ἐδόκουν μὲν πρὸς τὰ πραττόμενα δυσχεραίνειν, ἀνακόπτειν μέντοι τὴν ὁρμὴν τοῦ δήμου ὑπερῑνοντο μὴ δύνασθαι. Ἔπειτα ἐκεῖθεν ὁ δῆμος ἐτράπετο πρὸς τὰς οἰκίας, καὶ ἀπέκτειναν καὶ ἄλλους τινὰς τῶν πολιτῶν. Ἐλθόντες δὲ καὶ πρὸς τὴν οἰκίαν Κωκαλᾶ, τῶν Ζηλωτῶν ἐναγόντων, τὴν Φαρμάκην ᾔτουν ἐκεῖ κατακρυπτόμενον ὑπ' ἐκείνου· ὃς Κωκαλᾶ τῆς γυναικὸς ἀδελφῇ συνῴκει, μέγα δὲ ἐδυνήθη παρὰ Ἀποκαύχῳ ἄρχοντι, καὶ πλεῖστα ἐκάκωσε τοὺς Ζηλωτάς. Δείσας δὲ ἐκεῖνος μὴ ὑπὸ τοῦ δήμου διαφθαρῇ, παρέδωκε τὴν συγγενῆ, καὶ ἀνῃρέθη εὐθὺς ὑπὸ τοῦ δήμου. Ἐλέγετο δὲ καὶ στέατος ἀνθρωπίνου ἅψασθαί τινα τῶν τοῦ δήμου τότε. Ἀνατεμνομένων γὰρ τῶν ἀποκτεινομένων, τὰ ἔγκατα ἐξεχεῖτο· ὧν τις ὑπ' ἄκρας ἀναισθησίας καὶ ἀναλγησίας στέαρ συναγαγὼν, οἰκαδε ἀπήγαγε. Τὴν γυναῖκα δὲ μὴ εἰδυῖαν ὅθεν εἴη, νομίσασάν τινος ἑτέρου εἶναι ζώου, ἥδυσμα τῇ χύτρᾳ προσεμβαλεῖν, μετὰ δὲ τὸ φαγεῖν αἰσθέσθαι, τοῦ ἀνδρὸς ὡς εἴη ἀνθρώπινα εἰπόντος. Οὕτω μὲν ἡ Θεσσαλονίκη προσεχώρησε βασιλεῖ ἑκοῦσα, καὶ πάλιν εἰς τὸν πόλεμον ἐξετράπη ὑπὸ Παλαιολόγου καὶ Κωκαλᾶ, καὶ τοιαῦτα ἐτολμήθη πᾶσαν ὑπερβαίνοντα ὠμότητα, καὶ τὸ Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως σκάφος αὖτανδρον κατέδυ· ἐκεῖνος δὲ μετὰ τὴν ἐν Ἀδριανουπόλει τῆς ἰδίας στεφηφορίας ἑορτὴν, Ματθαῖον μὲν τὸν υἱὸν κατέλιπεν ἐπὶ τῆς Θρᾴκης ἔχοντα στρατιὰν, τάς τε πόλεις πολιορκήσοντα τὰς Βατάτζῃ συναποστάσας, καὶ Ἱέρακι ἀντιστησόμενον. Ἦκε γὰρ ἐκ Βυζαντίου στρατιώτας ὀλίγους ἔχων ἐπ' ἐκείνας τὰς πόλεις στρατηγός· ᾧ καὶ συμβαλὼν ὁ τοῦ βασιλέως ἐνίκησεν υἱὸς μόλις διαδράντα τὸ ἁλῶναι· οἱ γὰρ συνόντες πάντες, οἱ μὲν ἔπεσον, οἱ δ' ἐάλωσαν παρὰ τὴν μάχην. Ἔπειτα δὲ καὶ τὰς πόλεις παρεστήσατο, καὶ ὑπήγαγε τῷ πατρὶ βιασάμενος τοῖς ὅπλοις.

681 CAPUT XCV.

Imperator frustra cum amicis Byzantii clam agit. Patriarcha Constantinopolitanus, a papa electus, Smyrnæ in templo a Persis occiditur cum aliquot nobilibus. Chii Genuensibus coacti se deduni. Phaceolatus cum suis triremibus capta Chio Byzantium redit; onerariam Genuensem capit et spoliat; vectores interficit; a Galatæis sacer fit. Imperatrix Mpalicis Carbonæ principis opem invocat. Ejus fratrem exercitus ducem facit. Phacerasis victoria de Tomprotitza. Orchanes filiam imperatoris uxorem petit, responsum differtur. Proceres et Amurius dandam suadent. Apud Selybriam sponsa populo cum singulari cæremonia ostentatur. Eximia laus ejusdem.

imperator Selybriam cum venisset, cum amicis C qui erant Byzantii arcane suum negotium agebat, sed nihil efficiens, Adrianopolim rediit. Sub idem tempus Martinus cum patriarcha Constantinopolitano (quem papa eligere consuevit, post divisam Ecclesiam (61), velut urbe ad Latinos adhuc per-

Βασιλεὺς δὲ εἰς Σηλυμβρίαν ἐλθὼν, τοῖς ἐν Βυζαντίῳ φίλοις κρύφα διελέγετο· ἐπεὶ δὲ οὐδὲν ἦυεν ὧν ἐβούλετο, αὖθις ἀνέστρεφεν εἰς τὴν Ἀδριανοῦ. Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, καὶ Μαρτῖνος μετὰ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχου, ὃν ὁ πάπας εἰώθε χειροτονεῖν μετὰ τὴν διαίρεσιν τῆς Ἐκκλησίας, οἷα

Jacobi Pontani notæ.

(61) Nota, etiam schismate divulsa Orientali Ecclesia a Romana, pontificem Romanum nihilo minus solitum eligere patriarcham, quia videlicet jurisdictionem potestatemque sibi a Christo traditam non amiserat.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δὴ τῆς πόλεως; Λατίνοις προσηκούσης, ὅτι ὑπ' αὐτοῖς A tinente, quia sub ipsis aliquando fuit [62]) duodecim triremibus Smyrnam appulsus est, quam et prius Latini possederant. Patriarchæ placuit in Smyrnense templum (olim metropolitanum) ingredi, et illic sacris operari, jussitque milites armatos sequi. Martinus et alii navarchi factum hoc, ut periculo non carens dissuadebant. Dum necessitati parere non vult, et in æde sacrificium facit, Amurius cum armatis supervenit. Et milites quidem Latini, cernentes Persas invadere, ad castellum suum confugientes, mortem evaserunt, patriarcha vero sacris indutus vestibus una cum Martino paucisque nobilibus a Persis obtruncatus est. Per idem tempus Genuenses nonnulli nobili loco nati, duabus et triginta triremibus sua impensa instructis, Chium navigarunt, eamque non parum diu obsederunt, et muros sæpe, admotis etiam machinis, valide oppugnarunt. Verumtamen Chiis fortiter se tuentibus, nihil aut parum profecerunt. Cum autem victus inopia premerentur, nullumque a Romanis auxilium adventaret, Latinorum se potestati permittentes, urbem coacti tradiderunt. Imperatrix quanquam Chio obsessa mirifice angeretur, ferre tamen opem nequibat; nam nec pecunia contra tantas vires in promptu erat, ut classem Latinorum classi æqualem compararet, et bonum ac peritum ejus ductorem non habebat; omnes siquidem qui inter Romanos eminebant, carceribus attinebantur. **682** Nihilominus archontes aliquot triremes armantes Phacolatum collegam (qui Cinnami mystici uxoris sororem habebat in matrimonio) iis præfecerunt: non quidem ut se Latinis, quibus longe esset inferior, objiceret, sed ut commeatum in insulam, si quo modo posset, importaret. Phacolatus ut Chium captam audivit, illico iter relegens, et onerariæ Genuensi occurrens, acri pugna eam vicit, et complures Latinos occidit, pecuniamque diripuit. Fama Galatam ad homophylos perlata, publico decreto impunitatem proposuerunt, si quis eum ubicunque jugularet, et usque ad mortem ejus tanquam hostem oderunt. Augusta ut solam Constantinopolim sibi relictam vidit (aliæ namque urbes ferme ad unam in Cantacuzeni auctoritate erant), a quodam Mpalice Carbonæ principe per legatos auxilium petit. Is legatione benigne admissa, Theodorum et Tomprotitzam fratres cum mille selectis militibus suppetias mittit: qui et maritimas ad pontum urbes transeuntes, eas ab imperatore ad Augustam monitis et consiliis suis revocabant; sperabant enim illos nescio quid magnum felici successu præstituros. Imperatrix eos admodum benevole et honorifice excepit, et Apocauchi magni ducis filia Tomprotitzæ in conjugium sociata, ducem eum Romani exercitus creavit, qui suas copias cum Romanis conjunctas, imperatore Didymotichi de-

C Phaceolatum ad ipsius partium studiosos accessisse. Ut autem e primariis quempiam ad eum mitti necesse fuit, cum quo de tempore decerneretur, quo veniret, ipsique urbem transderent, placitum est, re considerata, mittere quemdam nomine Microcephalum, quem accitum, secretorum faciunt conscium, suadentque ad imperatorem ultro confugiat, eique aperiens omnia, de tempore adventus Byzantium cum eo conveniat. Microcephalus negotio suscepto, Petrogurguro cuidam navicularium facienti, et Phaceolato amicissimo, Selybriam deducendus committitur: erant siquidem induciæ Selybrianis cum Byzantiis, ac mercimoniorum gratia æque præsente ut absente imperatore inter se commeabant. Nam continentem **692** Barbari
D incursabant ac deprædabantur assidue, nec ulla aberat malorum facies. Unde via omnimodis invia redde batur. Sic illi Microcephalum ad imperatorem profecturum adornabant. Neque tamen archontes Byzantii dormiebant, quibus visum est propositis imperatricis nomine præmiis non vulgaribus mittere, ac nonnullos de imperatoris familiaribus morti offerre, cui operi, re circumspecta, Microcephalum accommodatissimum judicabant. Quem advocantes, cogitata illi sua explanant, et exquisita beneficia spondent. Is primum hoc accitu timere, ac de urbe tradenda laborantes deprehensos existimare. Verum ut negotii ignaros sensit, quod jubebatur, promptissime curaturum recepit. Tum illi litteras conscribunt ad quos volunt, cumque illis

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Petrogurguro Microcephalum (cui et Phaceolatus eumdem tradiderat) lembo Selybriam perducendum committunt. Quod Phaceolatus divinæ providentiæ artificium interpretatus, velut ipso adjutante Numine ad opus conficiendum fiebat alacrior. Sic Microcephalus ad imperatorem jucunde profectus, Phaceolati mandata omnia peregit. Imperator condicta die, qua ad Auream portam noctu adesset (inde enim facilis ingressus videbatur) Adrianopolim, ne quam suspicionem archontibus moveret, concessit.

A ἐπαγγειλαμένους. Ἐδόκει δὴ καὶ αὐτοῖς σκεψαμένοις ὁ Μικροκέφαλος οὕτοσὶ πρὸς τὸ ἔργον εἶναι ἐπιτηδειότατος. Καὶ αὐτίκα μετεκαλοῦντο καὶ διελέγοντο περὶ ὧν διενοοῦντο εὖ ποιήσειν, πολλὰ ἐπαγγελλόμενοι. Ὁ δὲ πρῶτον μὲν ἔδεισε πρὸς τὴν κλῆσιν, πεφωράσθαι οἰηθεὶς τοὺς πράττοντας τὴν ἅλωσιν. Ἐπεὶ δὲ ἠσθάνετο μηδὲν εἰδότας, ἐπηγγέλλετο τὸ προσταττόμενον ποιήσειν προθυμότατα. Οἱ δὲ γράμματά τε παρείχοντο πρὸς οὓς ἐβούλοντο, καὶ Πετρογουργούρῳ πρὸς ὃν ὁ Φακεωλάτος παρεδίδοσαν, ὡς ἀκατίῳ τινὶ ἀπάξοντι πρὸς Σηλυμβρίαν. Ὅ καὶ μᾶλλον ἔδοξε τοῖς περὶ Φακεωλάτον ὑπὸ τῆς Προνοίας συνεσκευάσθαι. Καὶ προθυμότεροι ἦσαν πρὸς τὸ πράττειν, ἅτε δὴ συναιρομένου καὶ τοῦ Θείου. Οὕτω μὲν οὖν Μικροκέφαλος παρεγένετό τε πρὸς βασιλέα σὺν ῥᾳστώνῃ, καὶ πάντα ἔπραξε τὰ παρὰ Φακεωλάτου. Βασιλεὺς δὲ συνθέμενος ἡμέραν ἐν ᾗ ἔδει πρὸς τὴν Χρυσῆν καλουμένην πύλην εἶναι νυκτὸς, ἐκεῖθεν γὰρ ἐδόκει ῥᾴδιον εἰσάγειν εἶναι, ἀπῆρεν εἰς τὴν Ἀδριανοῦ, ἵνα μηδεμίαν ὑποψίαν παρέχοιτο τοῖς Ἄρχουσιν ἐν Βυζαντίῳ.

CAPUT XCVIII.

Causa, cur imperatrix a patriarcha alienata sit. Res a capite arcessitur. Furor et insania patriarchæ in damnandis et puniendis recte de religione sentientibus. Apud imperatricem ab episcopis de moribus et religione accusatur. Ejusdem imperatricis diligentia in Ecclesia tuenda, et indicta synodus.

Interea etiam imperatrix sua sponte de patriarcha male sentire cœpit, etsi belli tempore singulari cum studio et inclinatione animi fecerat, ut archontum princeps esset. Causa hæc erat, quod simul bellum esset natum, Palamam sibi ob cathedram patriarchalem insidiari suspicatus, ei ex invidia nocere contendisset. Nam primum quidem ut Cantacuzenum una persequeretur, et ad illius excommunicationem assentiretur postulabat. Eo tam nefariam assensionem communionemque repudiante, perspiciens ille virum virtute et sapientia conspicuum nihil læsura crimina publica, mutata **693** ratione, impietatis ei dicam scripsit. Acindyno enim cuidam monacho, postquam Barlaamus omnibus calculis, sanctorum scitis de recta et sana fide pugnantia docere et sapere convictus est, rursum illius causam in judicium adducenti, affirmantique injuria damnatum esse, cum recte ac vere sentiret; Palamam autem et socios de prava religione accusanti, assentiens patriarcha (neque enim vel Deo parcebat, propter odium quo in Cantacuzenum ardebat : tametsi ipse, Palamas, inquam, Barlaamum velut pestem ac perniciem gregis repulerat, illique actionem intenderat, adhuc vivo beatæ memoriæ Andronico imperatore, nec solum condemnarat, sed et probationibus e sacra Scriptura, et ratione conclusis, ac necessariis demonstrationibus perversi erroris redarguerat) cum, et quicunque eamdem de fide tuebantur sententiam, in carcere detinebat, quantumque poterat affligebat : ac bellum imperatorio simile contra Ecclesiam commovebat. Nec enim judicium ullum, nec argumentorum firmamenta requirens, multos episcopos et præcipuos de monachis indicta causa damnabat, ac per omne belli tempus spirabat contra pietatem ferociter, archontibus ejus amentiam non parum adjuvantibus, quod et istuc bello adversus Cantacuzenum momento haud mediocri futurum cernerent.

B Τούτων δὲ πραττομένων, αὐτομάτως καὶ ἡ βασιλὶς διετίθετο κακῶς πρὸς πατριάρχην, καίτοι παρὰ πάντα τὸν τοῦ πολέμου χρόνον πολλὴν τὴν εὐμένειαν παρεχομένη καὶ τὴν ῥοπὴν, ὡς ἄρχοντα Ἀρχόντων εἶναι. Αἰτία δὲ ἦν, ὅτι μετὰ τὸ κεκινῆσθαι τὸν πόλεμον εὐθὺς φθονερῶς ὁ πατριάρχης ἔχων πρὸς Παλαμᾶν, οἷα δὴ ὑπωπτευκὼς ἐφεδρεύειν αὐτῷ πρὸς τὴν καθέδραν τὴν ἀρχικὴν, ἐπεχείρει κακουργεῖν. Καὶ πρῶτα μὲν ἐκέλευε βασιλεῖ τῷ Καντακουζηνῷ συμπολεμεῖν, καὶ πρὸς τὰς ἐπιτιμήσεις καὶ τοὺς ἀφορισμοὺς συγκοινωνεῖν. Ὡς δ' ἀπείπατο ἐκεῖνος φανερῶς πρὸς τὴν τῶν ἀτόπων κοινωνίαν, συνιδὼν ὡς οὐδὲν ἂν ἐκεῖνον βλάπτειν δύναιτο δημόσια ἐγκλήματα, ἐπίσημον ὄντα δι' ἀρετὴν καὶ φιλοσοφίαν, δυσσεβείας ἐδίωκε C μεταβαλών. Ἀκινδύνῳ γάρ τινι μοναχῷ μετὰ τὸ Βαρλαὰμ ἁπάσαις ἁλῶναι ψήφοις, ἐναντία τοῖς ἁγίοις καὶ λέγοντα, καὶ φρονοῦντα περὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως καὶ ὑγιοῦς, αὖθις τὰ ἐκείνου ἐκδικοῦντι, καὶ ἠδικῆσθαι φάσκοντι περὶ τὴν δίκην ὀρθὰ καὶ ἀληθῆ φρονοῦντα, Παλαμᾷ δὲ καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν κακοδοξίαν ἐγκαλοῦντι, προσθέμενος καὶ ὁ πατριάρχης (οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Θεοῦ ἀπέσχετο διὰ τὸ πρὸς Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα ἔχθος, καίτοι γε αὐτὸς ὢν ὁ Βαρλαὰμ τῆς ποίμνης οἷα λύμην ἀπελάσας καὶ φθορὰν, καὶ δίκην κατ' ἐκείνου πεποιημένος, ἔτι καὶ βασιλέως Ἀνδρονίκου τοῦ μακαρίου περιόντος, καὶ Βαρλαὰμ οὐ μόνον καταψηφισαμένου, ἀλλὰ καὶ Γραφικαῖς ἀποδείξεσι, καὶ ἀνάγκαις λογικαῖς ἀπελέγξαντος κα- D κοδοξεῖν), Παλαμᾶν τε ὁμοίως καὶ ὅσοι τὰ αὐτὰ ἐκείνῳ περὶ τῆς πίστεως ἐφρόνουν, ἐν δεσμωτηρίοις εἶχε, καὶ ἐκάκου ὅσα δυνατά· καὶ πόλεμον ἐκίνει κατὰ τῆς Ἐκκλησίας τῷ βασιλικῷ παρόμοιον. Δίκης γὰρ οὐδεμιᾶς οὐδ' ἐλέγχων, οὐδ' ἀποδείξεως δεόμενος, τῶν τε ἐπισκόπων οὐκ ὀλίγων, καὶ τῶν λογάδων τῶν μοναχῶν κατεψηφίζετο ἐρήμην, καὶ πολὺς ἔπνει παρὰ πάντα τὸν τοῦ πολέμου χρόνον κατὰ τῆς εὐσεβείας, καὶ τῶν ἀρχόντων ἐν τοῖς πράγμασιν οὐκ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ὀλίγα συναιρομένων. Ἐώρων γὰρ οὐδὲ τοῦτο τὸ μέρος ὀλίγα συναιρόμενον πρὸς τὸν πρὸς βασιλέα πόλεμον. Πᾶσι γὰρ ὁμοίως ἀδικεῖσθαι Καντακουζηνὸς ὁ βασιλεὺς ἐδόκει, καὶ διὰ σπουδῆς ἦγον τὸ καταλύεσθαι τὸν ἀναῤῥιπισθέντα πόλεμον συγγενικὸν, ὡς αἴτιον ἐσόμενον πολλῶν κακῶν· ἃ τοῖς ἄρχουσιν οὐ λυσιτελεῖν οὔτε πρὸς βασιλίδα, οὔτε πρὸς ἄλλους Ῥωμαίους ἀκούεσθαι ἐδόκει. Πολλὴν μὲν οὖν κατὰ τὸν τοῦ πολέμου χρόνον κατὰ τῶν μὴ τὰ Ἀκινδύνου ᾐρημένων τὴν μανίαν ἐπεδείκνυτο ὁ πατριάρχης ὁμοίως κατά τε μοναχῶν καὶ ἐπισκόπων. Ἡ βασιλὶς δὲ ἀνήκοος μὲν οὐ παντάπασι τῶν τολμωμένων ἦν· ᾤετο δὲ τοὺς μοναχοὺς διὰ τὸ τὰ Καντακουζηνοῦ ᾐρῆσθαι, τοιαῦτα ὑπομένειν. Ἐπεὶ δὲ ηὔξητο ἐπὶ μέγα τὸ κακὸν, ὅσοι τῶν ἐπισκόπων μὴ καὶ αὐτοὶ διεφθαρμένοι ἦσαν ἐν τοῖς δόγμασι, τὰ κατὰ τὸν πατριάρχην γράμμασιν ἐποίουν βασιλίδι δῆλα, καὶ πολλὴν τὴν κακοήθειαν καὶ τὴν διαστροφὴν τῶν ὀρθῶν δογμάτων ἐνεκάλουν. Ἡ δὲ ὡς ἐπύθετο μόνον, οὐ πρὸς ἀναβολὰς ἐχώρησεν, οὐδὲ ὀλίγης ἄξια φροντίδος ἡγήσατο εἶναι τὰ περὶ Θεοῦ· ἀλλὰ πᾶσαν ἄλλην σπουδὴν ἐν δευτέρῳ τιθεμένη, ἑνὶ τούτῳ προσεῖχε μόνῳ, τῇ Ἐκκλησίᾳ κακῶς πασχούσῃ καὶ πολεμουμένῃ στῆσαι τὸ κακόν. Καὶ τοὺς ἐπιφέροντας τὴν γραφὴν μεταπεμψαμένη ἐπισκόπους, ἐπεὶ δεινὰ ἤκουε κατηγορούντων, ἐδόκει δεῖν σύνοδον ἐκ τῶν ἑνόντων συναθροίζειν, καὶ τὸν πατριάρχην καλεῖν πρὸς τὴν ἀπολογίαν. Ἐγένοντο μὲν οὖν ἐν βασιλείοις οἱ ἐπίσκοποι κελευούσης βασιλίδος, πλὴν τῶν ὅσοι ἦσαν φανερῶς τὰ Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως ᾐρημένοι· ἐκεῖνοι γὰρ ἀπρόσιτοι ἐν οἰκήσεσι κατεκλείοντο· πλὴν καὶ ἁπάντες, τὴν γνώμην ἣν ἔχουσι περὶ τοῦ πράγματος ἐδήλουν. Ἡ σύνοδος δὲ, προκαθημένης βασιλίδος, καὶ τοῦ υἱοῦ βασιλέως, τὴν ἐξέτασιν τῶν δογμάτων ἐποιεῖτο.

A Omnibus namque æqualiter cum Cantacuzeno iniquе agi videbatur : et bellum civile, ut multarum calamitatum fontem restingui studebant : id quod archontes non expedire, nec de eo imperatrici aliisque Romanis audiendum putabant. Itaque per annos illos belli patriarcha contra Acindyni adversarios egregie insaniebat, nempe contra monachos et episcopos. Imperatrix autem tam audax scelus non omnimodis nesciebat, verum monachos propter Cantacuzeni partes ista pati opinabatur. Cæterum malo in majus adaucto, quotquot episcoporum sinceritatem dogmatum retinebant, sensum suum adversus patriarcham per litteras imperatrici explicaverunt, ejusque insignem malignitatem, et perversas de fide opiniones accusarunt. Quæ simul B cognovit, non distulit, neque res divinas parum cordi habendas censuit : sed cætera omnia in posterioribus ponens, in hoc solo vigilavit, ut ægram et oppugnatam Ecclesiam in integrum restitueret. **694** Accersensque accusatores episcopos, ut magni criminis reum facientes audivit, synodum e præsentibus congregandam, et patriarcham ad sui defensionem advocandum duxit. Coierunt igitur ab Augusta vocati in palatium episcopi, præter eos qui aperte Cantacuzeno patrocinabantur; nam illi in ædibus inaccessi tenebantur. Nihilominus quamvis absentes, sententiam suam scripto demonstrarunt. Synodus porro, imperatrice ac filio imperatore præsidentibus (*k*), dogmata discutiebat.

CAPUT XCIX.

Nuntiatur adventus Cantacuzeni Byzantium. Cur non crediderit statim imperatrix. Cur imperator non plus militum adduxerit. Ejus sollicitudo et dolor. Amici cum timore portam Auream perfodiunt. Patriarcha exauctoratur. Imperator cum plausu populi urbem ingrediens, direptiones interdicit. Imperatrix valatium communit : ei Galatæi invitati succurrunt, sed a populo repelluntur. Imperator apud episcopos et cleri principes pro se causam dicit. Imperatrici minatur, nisi ad pacta veniat. Ad eam legatos mittit ; quanto in periculo sit, ostendit.

Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐτελεῖτο, ἐκ Σηλυμβρίας τις ἐλθὼν ἐμήνυεν, ὡς ἐν ταύτῃ τῇ νυκτὶ ἐγγὺς εἴη Βυζαντίου C Interim Selybria quidam nuntius adest, ea nocte Cantacuzenum ante mœnia Byzantii adfuturum, cui

Jacobi Gretseri notæ.

(*k*) Scilicet hoc supererat ad perituræ Græciæ fœditatem, ut femina cum filio quindecim annorum præsideret synodo, et episcopis jura daret. Quis vel fando talia audivit? Neque enim tantum præsedit, hoc est, primo loco, ante episcopos sedit, ut Martianus olim in concilio Chalcedonensi, et Constantinus in concilio sexto; nec præsedit tantum, ut Patres synodi ab omni violentia tutos præstaret, curaretque ut omnia legitime, sine vi, fraude et tumultibus peragerentur, sed præsedit ut controversiarum et quæstionum judex : hanc enim potestatem recentior et imperitior Græcia suis imperatoribus detulerat inaudito a Christianæ fidei incunabulis exemplo, ut docet cardinalis Bellarminus lib. I *De conciliis et Ecclesia*, cap. 19 et 20. Quocirca primi etiam subscribebant æque insolito exemplo. Cum octo fuerint olim generales atque œcumenicæ synodi in Græcia celebratæ, duabus tantum imperatores subscripserunt, inquit Villalpandæus disput. 2, pro concil. Trident., nimirum sextæ et octavæ. Sed in sexta imperator Constantinus ultimus omnium subscripsit, non definiens, sed consentiens. Et Basilius imperator in octava synodo subscripsit post omnes patriarchas, similiter non definiens, sed suscipiens et consentiens, prius etiam prælatus, se debuisse subscribere post omnes episcopos, ut olim fecerant Constantinus, Theodosius et Martianus, tamen se subscripsisse immediate post patriarchas, quia tali eum honore episcopi afficere voluerint. Quare falsum videtur, quod Villalpandæus dicit, duos duntaxat imperatores subscripsisse, cum testetur imperator Basilius, subscripsisse etiam Constantinum Magnum, Theodosium et Martianum, licet postremo loco. Non exstant tamen hodie hujusmodi subscriptiones. In concilio Florentino D subscripsit ante omnes Græcos et Latinos præsules (excepto summo pontifice) Joannes Palæologus imperator Constantinopolitanus; sed tolerandum et dissimulandum fuit, tum ob Græcorum morem et genium, tum ne concordia inter orientalem et occidentalem Ecclesiam tantopere desiderata impediretur.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

mato Augustam occurrere oportcat; affirmabatque id se exploratissime nosse, utpote missum ab iis, quibuscum ipse arcana sua communicaret. Imperatrix rata fraudem ab amicis patriarchæ fabricatam, ut ipsa ad nuntium consternata, ille supplicium admissæ in Deum impietatis evaderet, non se loco discessuram asseverabat, quamvis plane sciret, ea ipsa nocte Cantacuzenum intra mœnia fore. Hæc illa, cum falsum apportari nuntium arbitraretur, qui erat utique verissimus. Ut enim cum illis, a quibus ad urbem capiendam adjuvabatur, diem constituit, quo die et ipse adesset, et illi Auream portam obstructam perforarent, Selybria Adrianopolim discessit, cum amplius mille e toto exercitu delectis militibus (ne proderetur videlicet, si magnam multitudinem duceret), perque deserta et avia iter faciens, necessitate quadam præpeditus, die uno tardius venit, quam præfinitum erat; cum interea cogitationibus distraheretur, metuens, ne pars ejus ipso adhuc absente, ex conventis portam perfosso muro aperiens, flagrante delicto a populo necaretur: dolebatque incredibiliter, **695** non solum quod Byzantio frustraretur, sed etiam quod bonum numerum amicorum amissurus esset. Attamen non funditus abjecta spe eodem gradiebatur. Amici et ipsi necessitate quadam illo die retardati, die altero, quo in palatio contra patriarcham conventus agebatur, convenientes, portam Auream cum trepidatione et anxia cura aperiunt. Timebant siquidem, ne præcedente nocte veniens imperator, et ex pactis nihil dum factum inveniens, recessisset, ipsique proditi, ejus causa, neci dederentur. Tamen nec ipsi salutem in desperatis ducentes, portam perrumpunt; erat enim peditum equitumque haud contemnendum agmen, et si qua vis ingrueret, se defendere illam posse confidebant. Si perfossa porta imperatorem non invenirent, ad eum abire statuebant. Hac mente opus inceptant. Synodus autem in palatio, postquam copiose docuit, patriarcham ipsum in germanis Ecclesiæ dogmatis desipere, et alios ad sibi assentiendum cogere, concordibus eum sententiis exauctoravit. Quam ob causam maxime, imperatorem et qui urbi ab eo capiendæ studebant, die præstituto convenire fuisse prohibitos, postea judicatum est: ne scilicet imperator injuriarum memor, de throno illum deturbasse videretur, sed ut eum propter adulteratam doctrinæ veritatem hos pœnas pendere omnes perspicue intelligerent. Episcopi cum suffragiis aliorum episcoporum, qui ut suspecti in consilium adhibiti non fuerant, his ita peractis, multa jam nocte in sua quisque tecta recesserunt. Imperator ubi adfuit, et ejus factio intus aditum per portam Auream patefecit, resistente nemine, cum totius populi applausu et gratulatione urbem ingressus est, militibusque interdixit, ne ad cives diripiendos discurrerent; et quantum potuit, idem plebi vetuit. Ita in pace fuerunt, qui ab Augusta stubant, nisi si forte quidam a vicinis multati sunt,

A τειχῶν ὁ Καντακουζηνός, ὃ φυλάξασθαι δέον βασιλίδα· ἰσχυρίζετό τε σαφέστατα εἰδέναι παρὰ τῶν τὰ ἀπόῤῥητα κοινωνούντων αὐτῷ πεμφθείς. Βασιλὶς δὲ ἐπεὶ ἐπύθετο, ἀπάτην εἶναι οἰηθεῖσα ὑπὸ τῶν πατριάρχου φίλων συνεσκευασμένην, ἵν' αὐτῆς πρὸς τὴν ἀγγελίαν θορυβηθείσης, τὸ δοῦναι δίκην ἐκεῖνος διαδρᾷ ἐφ' οἷς ἐτόλμησε κατὰ Θεοῦ, οὐκ ἔφη ἀναστήσεσθαι, εἰ καὶ σαφῶς εἰδείη ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ Καντακουζηνὸν ἐσόμενον ἐντὸς τειχῶν. Ἡ μὲν οὖν τοιαῦτα ἀπεφθέγξατο μὴ εἶναι ἀληθῆ τὴν ἀγγελίαν οἰηθεῖσα. Τὸ δὲ ἦν ἄρα ἀληθές· ὡς γὰρ ἐκ Σηλυμβρίας μετὰ τὸ προθεσμίαν συνθέσθαι πρὸς τοὺς πράττοντας τὴν ἅλωσιν, ἐν ᾗ αὐτόν τε παρεῖναι ἔδει, κἀκείνους τὴν Χρυσῆν πύλην διορύττειν ἀπωκοδομημένην, εἰς Ἀδριανούπολιν ἀπῆρε, τὸ κάλλιστον ἀπολεξάμενος; τῆς στρατιᾶς ὑπὲρ χιλίους ὄντας, ἵνα μὴ κατάφωρος εἴη ἐπαγόμενος πολλούς· καὶ διὰ τῶν ἀοικήτων καὶ ἀτριβῶν ἰδεύσας, ὑστέρησε μὲν τῆς προθεσμίας ὑπό τινος ἀνάγκης; κωλυθεὶς ἡμέρᾳ μιᾷ· καὶ πολλοῖς ἐπάλαισε λογισμοῖς, δεδοικὼς μὴ διορύξαντες οἱ τὰ ἐκείνου πράττοντες κατὰ τὸ σύνθημα τὴν πύλην, αὐτὸς μὲν ἀπῇ, ἐκεῖνοι δὲ ὑπὸ τοῦ δήμου διαφθαρῶσιν ἁλόντες ἐπ' αὐτοφώρῳ. Καὶ ἐδυσχέρανεν οὐκ ἀνεκτῶς, οὐ μόνον διὰ τὴν ἀποτυχίαν Βυζαντίου, ἀλλ' ὅτι καὶ τῶν φίλων ἔμελλεν οὐκ ὀλίγους ἀπολεῖν. Ὅμως δὲ οὐ παντάπασι τῶν ἐλπίδων ἀπογνούς, ἐχώρει ἐπὶ τὸ Βυζάντιον νυκτός. Οἱ προδιδόντες δὲ καὶ αὐτοὶ ὑπό τινος ἀνάγκης κωλυθέντες τοῖς τείχεσιν ἐπιχειρεῖν κατὰ τὴν προθεσμίαν, εἰς τὴν ὑστεραίαν καθ' ἣν ἐν βασιλείοις ἡ κατὰ πατριάρχου σύνοδος συνεκροτεῖτο, διώρυττον τὴν Χρυσῆν πύλην συνελθόντες, ἐν πολλῇ ταραχῇ καὶ σάλῳ ὄντες καὶ αὐτοί. Ἐδεδίεσαν γὰρ μὴ τῇ προγενομένῃ νυκτὶ ἐλθὼν ὁ βασιλεὺς, καὶ τῶν συντεθειμένων ἠνυσμένων εὐρηκὼς μηδέν, αὐτὸς μὲν αὖθις ἀνεχώρησεν, αὐτοὶ δὲ ὑφ' ἑαυτῶν καταπροδοθέντες διαφθαρῶσιν. Ὅμως οὐδ' αὐτοὶ τὰς τοῦ σώζεσθαι ἐλπίδας ἀπογνόντες, διώρυττον τὴν πύλην, ἦσαν γὰρ σύστημα οὐκ ἀγγενὲς ἐκ πεζῶν τε καὶ ἱππέων, καὶ ἐθάῤῥουν σφίσιν ἑαυτοῖς ὡς ἀμυνουμένοις, ἄν τις ἐπίῃ· κἂν διορύξαντες μὴ εὕρωσι παρόντα τὸν βασιλέα, πρὸς αὐτὸν ἀποχωρεῖν. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν τοιαύτῃ γνώμῃ διώρυττον. Ἡ δὲ ἐν βασιλείοις σύνοδος, ἐπεὶ ἐκ πολλῶν ἀπεδείκνυ πατριάρχην αὐτόν τε περὶ τὰ ὀρθὰ τῆς Ἐκκλησίας δόγματα ἔχοντα οὐχ ὑγιῶς, καὶ τοὺς ἄλλους ἀναγκάζοντα ἐκείνῳ συμφρονεῖν, γνώμῃ κοινῇ καθαίρεσιν αὐτοῦ καταψηφίζονται. Δι' ἃ δὴ καὶ μάλιστα ἔδοξεν ὕστερον. Βασιλεύς τε καὶ οἱ πράττοντες τὴν ἅλωσιν συνελθεῖν κατὰ τὴν προθεσμίαν κωλυθῆναι, ἵνα μὴ μνησικακῶν αὐτὸς δοκοίη τῶν θρόνων καθαιρεῖν· ἀλλ' ἀκριβῶς εἴη τῶν ὀρθῶν δογμάτων τῇ; ἐκστροφῆς εὐθύνη. Οἱ μὲν οὖν ἀρχιερεῖς ἐπεὶ ταῦτα ἔπραξαν, καὶ τῶν ἀπόντων διὰ τὸ ὑποπτεύεσθαι ἀρχιερέων συνεπιψηφισαμένων, ἀνεχώρουν ἕκαστος πρὸς τὰς οἰκήσεις; ἤδη πόῤῥω νυκτῶν. Βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ παρῆν, τῶν ἔνδον τὰ ἐκείνου πραττόντων τὴν Χρυσῆν διορυξάντων πύλην εἰσῆλαυνεν οὐδενὸς ἀνθισταμένου, ἀλλὰ δι' εὐφημίας αὐτὸν ἀγόντων παντὸς τοῦ δήμου, καὶ τοῖς

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τε στρατιώτας ἀπεῖπε μὴ χωρεῖν πρὸς ἁρπαγάς· καὶ τὸν δῆμον ἐκώλυεν ὅσα δυνατά. Ὅθεν οὐδὲ ἐγένετό τις κίνησις ἐπὶ τοὺς δοκοῦντας ᾐρῆσθαι τὰ βασιλίδος, πλὴν εἴ πού τινας αὐτῶν ἐζημίωσαν οἱ γείτονες. Καὶ τῶν στρατιωτῶν δὲ ὀλίγοι ἐπὶ τὰς οἰκίας τῶν πολεμίων, βασιλέως μὴ εἰδότος ἐπελθόντες, ἐποιήσαντό τινα μετρίαν ἁρπαγήν. Βασιλεὺς δὲ ἄχρι τῆς Πορφυρογεννήτου καλουμένης οἰκίας προσελθών, πρῶτα μὲν ἐκέλευε μηδένα χωρεῖν κατὰ τῶν βασιλείων, ἀλλὰ ἀτρεμεῖν, ὡς αὐτὸς διαθησόμενος τὰ κατὰ βασιλίδα ᾗ δοκεῖ ἔχειν ἄριστα. Ἐπεὶ δὲ διέφαινεν ἤδη ἡμέρα, διὰ μέσης τῆς ἀγορᾶς ἐβάδιζεν ἐπὶ Θεομήτορος τὸ τῆς Ὁδηγητρίας τέμενος, τὴν ὀφειλομένην προσκύνησιν καὶ τὴν εὐχαριστίαν τῆς νίκης ἀποδώσων τῇ Μητρὶ τοῦ Θεοῦ. Αὖθις δὲ διὰ τῆς αὐτῆς ἐπανήκων ἐπὶ τὴν τοῦ Πορφυρογεννήτου κατέλυσεν οἰκίαν. Βασιλὶς δὲ ὡς εἶχε τά τε βασίλεια ἠσφαλίζετο, τοῖς οἰκείοις καὶ μάλιστα δοκοῦσιν εὔνοις ἐπιτρέπουσα τὴν φυλακήν, καὶ ἐκ τῶν ἐν Γαλατᾷ βοήθειαν μετεκαλεῖτο. Οἱ δὲ αὐτίκα ἦσαν ἐν τοῖς ὅπλοις, καὶ ὥρμηντο προθύμως βοηθεῖν· τριήρεις τε πληρώσαντες ὅσαι ἦσαν αὖθωρον, καὶ λέμβους ἐφοπλίσαντες, πρὸς τὰ βασίλεια ἐπεραιοῦντο. Ἀντιταξάμενοι δὲ αὐτοῖς ἐκ τῶν μετὰ βασιλέως στρατιωτῶν τινες, ἅμα καὶ τοῦ δήμου προσεπιβοηθοῦντος, οὐκ εἴων τῇ γῇ προσχεῖν, ἀλλ' ἀπεπέμποντο βάλλοντες; συχνοῖς τοῖς βέλεσιν. Ὁρῶντες δὲ καὶ ἐκεῖνοι, ὡς οὐκ ἀντισχήσουσι πρὸς τοσούτους, πρότερον γὰρ ᾤοντο ὑπὲρ βασιλίδος αὐτοῖς, καὶ τὸν δῆμον συμπροσθήσεσθαι, ἀνεχώρουν τε καὶ οὐκέτι ὕστερον ἐπεβοήθουν. Βασιλεὺς δὲ κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν μηδὲν πλέον μήτε πράξας, μήτε εἰπὼν εἰς τὴν ὑστεραίαν τούς τε ἐπισκόπους ὅσοι ἦσαν μεταπεμψάμενος ἐν Βυζαντίῳ, καὶ τῶν τῷ κλήρῳ κατειλεγμένων τῆς Ἐκκλησίας τοὺς μάλιστα ἐν λόγῳ, πρῶτον μὲν περὶ τῶν κατὰ τὸν πόλεμον συμβεβηκότων διειλέχθη, ὡς οὔτε ἐξαρχῆς ἔλοιτο αὐτὸς, οὔτε τοῖς βασιλέως ἐπιβουλεύσειε παισὶν, ὥσπερ ὑπὸ τῶν συκοφαντῶν κατηγορεῖτο· ἀλλ' ὑπ' ἐκείνων διὰ φθόνον κεκινημένου ἐπιβουλευσάντων, ἀναγκαίως τῆς αὐτοῦ καὶ τῶν συνόντων σωτηρίας ἕνεκα ἠμύνετο. Εἰς ἀνάγκην δὲ ἐλθὼν, καὶ βαρβάροις χρήσαιτο συμμάχοις, Μυσοὺς καὶ Τριβαλλοὺς, καὶ αὐτοὺς τοὺς βαρβάρους ἐκείνων ἐπαγόντων. Καὶ τῆς γεγενημένης φθορᾶς καὶ αἰχμαλωσίας τῶν Ῥωμαίων ἐκείνους ἀπεδείκνυεν αἰτίους. Ἔπειτα καὶ τῶν γιγνομένων ἐποιεῖτο μάρτυρας, ὡς αὐτὸς μὲν οὔτε πρότερον, οὔτε νῦν δυσχερές τι περὶ βασιλίδος διενοοῖτο καὶ τῶν παίδων, ἀλλ' ὅσα μάλιστά ἐστι πρὸς σωτηρίαν καὶ λυσιτέλειαν τῆς ἀρχῆς. Ἂν δ' ἐκείνη ἔτι τὴν προτέραν δυσμένειαν ἐκδεικνυμένη, ἀνθίστασθαι ἐπιχειροίη, καὶ σώζειν ἑαυτὴν καὶ τέκνα διὰ τοῦ πολέμου, μὴ αὐτῷ προσλογίζεσθαι τὴν αἰτίαν, εἴ τι περὶ αὐτὴν καὶ τέκνα συμβαίη δυσχερές. Οὐ γὰρ αὐτῷ λυσιτελεῖν δοκεῖν, οὐδὲ ἄλλως σῶφρον, ἐᾷν αὐτὴν ἐν βασιλείοις καθημένην, τὸν πόλεμον αὖθις τὸν συγγενικὸν ἀνακινοῦσαν, καὶ περιορᾷν τοὺς ὑπολειπομένους Ῥωμαίους ὑπ' ἀλλήλων διαφθειρομένους· ἀλλ' εἰ μὴ πείθοιτο χωρεῖν πρὸς τὰς

et milites aliquot in domus hostium, imperatore ignorante, penetrantes, prædas mediocres fecerunt. Imperator usque ad ædes Porphyrogeniti appellatas cum processisset, edixit, ne quis contra palatium tenderet, sed quieti manerent : se quod optimum censuisset, de imperatrice constituturum. Die jam terris reddita, per medium forum ad Deiparæ Hodegetriæ templum, debita ejusdem adoratione, **696** ac de præstita victoria gratiarum actione functurus petivit : eademque via rediens, in Porphyrogeniti domum divertit. Augusta ut potest, palatium communit; domesticis, et quorum benevolentiæ plurimum fidebat, custodiam committit; a Galatæis item auxilium accersit; qui repente ad arma convolantes, subsidio ferendo alacriter se comparant, eademque hora impletis quotquot in promptu erant triremibus, et lembis armatis, ad palatium trajiciunt. Sed eos nonnulli de militibus imperatoris, populo adjuvante, crebris jaculis ad terram appellere prohibebant. Videntes Galatæi se contra tantam multitudinem invalidos (speraverant enim populum pro imperatrice tuenda ad ipsos accessurum), retro abeunt, nec deinde subsidio venire audent. Imperator die illo nihil præterea nec fecit, nec locutus est. Sequenti episcopos, quicunque Constantinopoli reperiebantur, et cleri principes cogit, ac primum quidem de iis quæ bello accidissent disserit, quod neque a principio ipse suscitarit, neque liberis imperatoris (quemadmodum ejus obtrectatores garriant) insidias molitus sit. Sed cum illi capiti suo insidiantes, ex invidia illud excitassent, facere non potuisse, quin pro sua suorumque salute propugnaret, et Barbarorum quoque auxilia, quoniam necessitas ita flagitaret, sibi adjunxisse : quando et ipsi Mœsos ac Triballos similiter barbaros induxerint. Quod autem tanta labes facta, tot Romanorum capti sint, eos in causa esse docet. Tum ex ipsis actis testimonium affert, se nec alias, nec in præsens adversus Augustam ejusque liberos quidquam hostile meditatum esse, aut meditari, sed quæcunque imperio salutaria in primis forent atque utilia. Sin illa inimicum retineat animum, et resistere, seque cum filiis armorum vi defendere nitatur, ne sibi ascribat, si quid ipsi et filiis ejus odiosius contigerit. Non enim conducibile, neque cum prudentia conjunctum videri, illam in palatio sedentem, et inter cives cognatosque bellum redintegrantem relinquere, Romanorum vero reliquias, mutuo se devorantes negligere. Sed si ad conditiones descendere nolit, se quidem in eam durius nihil decreturum : metuere autem, ne simul omnibus suis in ipsam, et qui cum ipsa sunt irruentibus, ipse eorum impetum compescere nequeat, et aliquid patiatur ejusmodi, quod medicinæ faciendæ locum nullum relinquat. **697** His dictis delecto metropolitano Philippopolis, et sacellii curatore Cabasila (qui et prius Didymotichum legati venerant), ad eam de pace illos mittit. Ac primum quidem immensas Deo gratias agit, quod diem aspexis-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

set, qui sole clarius et calumniatorum suorum scelus atque odium honestatis, et imperatoris liberis ab initio hucusque a se præstitam æquitatem ac moderationem, et nihil illiberale aut indignum imperatoris Andronici amicitia post illius obitum a se designatum possit ostendere. Deinde suadet ut pacis conditionibus se submittat, nec vana spe suspensa, aut etiam ab optimatibus suis decepta, adhuc armis contra eundum putet; neque enim aliunde externum ipsi exspectandum auxilium : non enim esse profecto, qui venturus sit auxilio : et ex re præsenti nullam spem salutis affulgere, cum munitiones et propugnacula ut instaurentur et tempore aliquo, et sumptu, et materia indigeant, quæ nunc comparari non possint. Quos autem nunc secum habeat, nec pares esse ejus copiis, nec abundare commeatu, ut obsessionem facile ferant. Ob hæc omnia, ut secum paciscatur monet, ne sibi ac liberis per dementiam immane malum conflet, et illi pulcherrimam gloriæ occasionem præcidat. Hoc enim bello et voluisse semper, et a Deo optimo maximo precatum esse, uti aliquam sibi ansam daret, unde bonitatem et clementiam in vivos, et amorem in defunctum demonstrare posset, quem usque nunc integrum sincerumque conservet; nec se minus modo quam antea de procuratione liberorum ejus cogitare, nihili pendentem, quæ per bellum adversus se improbe patrata sint.

A συμβάσεις αὐτὸν μὲν περὶ αὐτῆς οὐδὲν βουλεύσεσθαι δεινόν. Δεδοικέναι δὲ μὴ συμπάντων ὡρμημένων ἐπ' αὐτοὺς, μὴ δύνηται αὐτὸς ἀνέχειν τὴν ὁρμήν, ἀλλά τι τολμηθῇ περὶ αὐτοὺς τῶν ἀνηκέστων. Ἔπειτα τὸν τῆς Φιλίππου μητροπολίτην ἀπολεξάμενος, καὶ Καβάσιλαν τὸν σακελλίου, οἳ καὶ πρότερον εἰς Διδυμότειχον ἦκον πρὸς ἐκεῖνον πρεσβευταὶ, ἔπεμπε πρὸς βασιλίδα. Ἡ πρεσβεία δὲ ἦν περὶ εἰρήνης. Καὶ πρῶτα μὲν πολλὰς ὡμολόγει χάριτας Θεῷ, ὅτι πρὸς ταύτην ἤγαγε τὴν ἡμέραν, ἣ λαμπρότερον ἡλίου πᾶσι δύναται καταφανῆ ποιεῖν, καὶ τὴν μοχθηρίαν τῶν σεσυκοφαντηκότων, καὶ τὴν ἀπέχθειαν πρὸς τὰ καλὰ, καὶ τὴν ἑαυτοῦ πρός τε τοὺς βασιλέως παῖδας ἐξαρχῆς ἄχρι νῦν ἐπιείκειαν διασεσωσμένην, καὶ τὸ μηδὲν ἀγεννὲς μηδὲ ἀνάξιον B τῆς βασιλέως πρὸς αὐτὸν φιλίας μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν φανῆναι διαπεπραγμένον. Ἔπειτα συνεβούλευε χωρεῖν πρὸς τὰς συμβάσεις, καὶ μὴ κεναῖς ἐλπίσιν αἰωρουμένην, ἢ καὶ ὑπὸ τῶν συνόντων ἐξαπατωμένην, οἴεσθαι ἀντισχήσειν ἔτι πρὸς τὸν πόλεμον· οὔτε γὰρ ἔξωθέν ποθεν ἥξειν χρὴ συμμαχίαν προσδοκᾷν. Οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστιν οὐδεὶς, ὃς ἀφίξεται ἐπικουρήσων, ἔκ τε τῶν παρόντων ἐλπὶς οὐδεμία σώζεσθαι, τοῦ φρουρίου μὲν καὶ χρόνου τινὸς καὶ ἀναλωμάτων δεομένου, καὶ ὅλων πρὸς ἐπισκευὴν, ἃ οὐκ ἔξεστι πορίζεσθαι· τῶν συνόντων δὲ οὔτε ἀξιομάχων ὄντων πρὸς τοσαύτην δύναμιν, οὔτε τῶν ἐπιτηδείων εὐπορούντων, ὥστε διαφέρειν τὴν πολιορκίαν εὐμαρῶς. Δι' ἃ πάντα πρὸς συμβάσεις αὐτῇ συνεβούλευε χωρεῖν, καὶ μὴ αὐτῇ μὲν καὶ τέκνοις τὰ ἀνήκεστα προξενεῖν ἐξ ἀβουλίας, αὐτοῦ δὲ μεγίστην πρόφασιν εὐδοξίας ἀφαιρεῖν. Τοῦτο γὰρ κατὰ τὸν τοῦ πολέμου χρόνον καὶ βούλεσθαι ἀεὶ, καὶ εὔχεσθαι πρόφασίν τινα τὸ Θεῖον παρασχεῖν, ἐξ ἧς αὐτὸς τὴν ἐπιείκειαν καὶ τὴν εὐγνωμοσύνην ἐπιδείξεται, καὶ τὸ πρὸς βασιλέα φίλτρον, ὡς ἀκέραιον νῦν ἄχρι διασώζει, καὶ οὐδὲν ἧττον ἢ πρότερον κήδεσθαι τῶν παίδων διανοεῖται, λόγον ποιούμενος οὐδένα τῶν ὅσα πρὸς αὐτὸν κατὰ τὸν πόλεμον ἐγνωμονήθη.

CAPUT C.

Laudatur virtus imperatoris. Imperatrix legationem contemnit. Imperator summopere contristatur. Causæ cur vehementer imperatrici timeat. Castellum in Blachernis expugnatur. Propugnatores palatii defectionem meditantur. Joannes imperator adolescens matri auctor fit compositionis. Legatio ad imperatorem, qua se imperatrix submittit. Asanes socer legatus ut ingratus reprehenditur. Palamas alter legatus de constantia commendatur. Conditiones pacis aliquot, et utrinque juramenta. Imperator in palatium ingreditur.

Legati cæterique præsentes verba imperatoris et postulationem audientes, propter admirabilitatem vix fidem commodabant. Nam adeo multa antehac ab hostibus perpessum esse, et plus mille inter sacrum saxumque **698** stetisse, postea armis adepta victoria non ad cædes mactationesque procedere, pariaque paribus remetiri iis qui priores lacessiverant, sed victorem victos ad pacta conventa invitare, tametsi eos brevi spatio delere funditus liceret, excellentius quiddam, quam pro humana natura videbatur. Gaudebant igitur tanta lenitate, et suspiciebant tam præstantis animi magnitudinem. Imperatrix suorum consiliariorum impulsu legationem prorsus aspernata, oratores re infecta dimittit, ex quo imperatorem tristitia molestiaque intolerabilis occupavit, sexcentisque cogitationibus in diversa rapuit. Augurabatur enim, pertinaciam istam non bene eventuram, sed

C Οἱ μὲν οὖν πρέσβεις καὶ οἱ ἄλλοι οἱ παρόντες, τοὺς βασιλέως λόγους καὶ τὴν ἀξίωσιν ἀκούοντες, ὀλίγου δεῖν καὶ ἠπίστουν διὰ τὴν ὑπερβολήν. Τὸ γὰρ τοσαῦτα πρότερον ὑπὸ τῶν πολεμούντων ὑπομείναντα, καὶ μυριάκις ἐν ἀκμῇ κινδύνου καταστάντα, ἔπειτα κρατήσαντα τοῖς ὅπλοις, καὶ περιγενόμενον τῶν πολεμίων, μὴ πρὸς φόνους καὶ σφαγὰς χωρεῖν, καὶ ἴσ' ἀντ' ἴσων ἀποδιδόναι τοῖς πρώτοις ἄρξασιν, ἀλλὰ μετὰ τὴν νίκην ἐπὶ συμβάσεις προκαλεῖσθαι, καίτοι δυνάμενον ὀλίγῳ χρόνῳ διαφθεῖρειν, κρεῖττον εἶναι καὶ ἀνθρωπίνης φύσεως ἐδόκει. Ἡδοντό τε οὖν ὁμοῦ διὰ τὴν βασιλέως ἐπιείκειαν, καὶ ἐθαύμαζον τὴν μεγαλοψυχίαν. Βασιλὶς δὲ παντάπασιν οὐ προσεδέχετο τὴν πρεσβείαν, ἀλλ' ἀπράκτους ἀπέπεμπε τοὺς πρέσβεις ὑπὸ τῶν συνόντων πειθομένη. Καὶ ὁ βασιλεὺς ἠνιᾶτο καὶ ἐδυσχέραινεν οὐκ ἀνεκτῶς μυρίοις προσπαλαίων λογισμοῖς. Συνεώρα γὰρ τὴν ἔνστασιν οὐ τελευτήσουσαν ἐπ' ἀγαθῷ, ἀλλ' ἐκείνοις

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τε ἀνηκέστων κακῶν, καὶ τούτῳ μείζονος, ἢ καθ' ὅσον χρόνον ἦν πόλεμος λύπης αἰτίαν ἐσομένην. Οἵ τε γὰρ συνόντες ἅπαντες εἰς πολλῶν πεῖραν ἀλγεινῶν ἐλθόντες, καὶ οἱ ἔνδον ὁμοίως Βυζαντίου τῶν δεσμωτηρίων ἐξελθόντες, καὶ μνησικακοῦντες ἐσχάτως τοῖς συνοῦσι βασιλίδι, αὐτοί τε διεπρίοντο ὑπ' ὀργῆς, καὶ τὸν δῆμον ἐξηρέθιζον, καὶ ἔνδηλοι ἦσαν, ὡς καὶ βασιλέως ἄκοντος ἐπιθησόμενοι τοῖς ἐν βασιλείοις. Καὶ ἐδεδίει μὴ περί τε τὴν βασιλίδα καὶ τοὺς παῖδας ἀνήκεστόν τι τολμηθῇ, καὶ οἱ συνόντες πάντες ὑπὸ τῶν ἐχθραινόντων διαφθαρῶσιν· ὃ ὀλίγῳ ὕστερον μικροῦ ἐδέησε γενέσθαι. Ὡς γὰρ ἐπύθοντο, ὅτι μὴ τὴν πρεσβείαν δέχοιτο ἡ βασιλὶς μηδὲ χωροίη πρὸς συμβάσεις, τὸ ἐν Βλαχέρναις φρούριον, μέρος καὶ αὐτὸ τοῦ περὶ τὰ βασίλεια φρουρίου ὄν, καστέλλιον προσαγορευόμενον, ἐξεπόρθησάν τε καὶ διήρπασαν βασιλέως ἀγνοοῦντος, καὶ τοί γε τῶν ἔνδον ἀπὸ τῶν τειχῶν ἀμυνομένων κραταιῶς. Καὶ οἱ δοκοῦντες δὲ περὶ βασιλίδα εὖνοι εἶναι πρότερον, καὶ τὴν φυλακὴν τῶν βασιλείων ἐπιτετραμμένοι, ἐπεὶ τὸν κίνδυνον ἁπανταχόθεν περιϊστάμενον ἐώρων, βασιλίδα δὲ μὴ χωροῦσαν πρὸς συμβάσεις, ἀλλὰ μᾶλλον αἱρουμένην αὐτήν τε ἀποθνήσκειν κἀκείνους συναπόλλυσθαι, ἐσκέψαντο κοινῇ τῆς σφετέρας σωτηρίας ἕνεκα καταπροΐεσθαι ἐκείνους, καὶ παραδιδόναι βασιλεῖ τὸ φρούριον, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν λόγῳ μάλιστά τινες πρὸς βασιλέα πέμψαντες, περὶ προδοσίας διελέγοντο, καὶ δωρεὰς ᾔτουν καὶ τιμάς, εἰ παραδιδοῖεν τὰ βασίλεια αὐτῇ βασιλίδι καὶ τοῖς τέκνοις. Βασιλεὺς δ' οὐδ' ἄκροις ἠνέσχετο ὠσὶν, ἀλλ' ἀπέπεμπε σώζεσθαι μᾶλλον βασιλίδα καὶ τοὺς παῖδας εἰπὼν ποιεῖσθαι περὶ πλείστου. Βασιλεὺς δὲ ὁ νέος Ἰωάννης ἔτος πεντεκαιδέκατον τότε ὢν, μεῖζον ἢ κατὰ τὴν ἡλικίαν ἐφαίνετο φρονῶν, καὶ τῷ καιρῷ προσήκοντα βουλευόμενος. Ὡς γὰρ ᾐσθάνετο θορυβουμένους τοὺς ἐν βασιλείοις, στασιάζειν τε ἤδη ἀρχομένους, καὶ περὶ αὐτῶν ἐπιεικὲς οὐδὲν βουλευομένους, δραμὼν πρὸς τὴν μητέρα, τόν τε θόρυβον ἀπήγγελλε καὶ τὴν ἐπιβουλήν. Καὶ ἐδεῖτο πρὸς βασιλέα τάχιστα πρεσβείαν πέμπειν, καὶ τίθεσθαι συμβάσεις περὶ τῆς εἰρήνης· μάλιστα μὲν γὰρ ἔφασκεν ἐκεῖνον οὐδὲν περὶ αὐτῶν βουλεύσεσθαι δεινόν. Εἰ δ' ἄρα καὶ τὰ δεύτερα νικήφη, βέλτιον ὑπ' ἐκείνου κακῶς παθεῖν, ἢ ἀλογίᾳ δήμου καὶ στρατιωτῶν ὁρμῇ περιπεσεῖν. Αὐτίκα τε ἐπείθετο ἡ μήτηρ, καὶ τὸν Ἀνδρόνικον Ἀσάνην τὸν βασιλέως πενθερὸν, καὶ τὸν Παλαμᾶν Γρηγόριον αὐτοῦ που κατακεκλεισμένους ἐν δεσμωτηρίοις ἔνδον βασιλείων ἄγεσθαι ἐκέλευε πρὸς αὐτήν· καὶ περὶ τῆς πρὸς βασιλέα διαλεχθεῖσα πρὸς αὐτοὺς εἰρήνης, ἔπεμπε πρὸς ἐκεῖνον πρεσβευτάς. Οἱ δὲ νομίσαντες βασιλέα οἰδαίνειν τε τῷ θυμῷ, καὶ πρὸς ἅμυναν τῶν κατὰ τὸν πόλεμον γεγενημένων παρεσκευασμένον εἶναι, πρῶτα μὲν ἐπὶ δεήσεις ἐτράποντο, καὶ ἱκεσίας ἀφεῖναι τὴν ὀργὴν τοῖς ἁμαρτήσασι, καὶ μηδὲν πλέον ἐπιζητεῖν

A ipsis mala deterrima, majoremque luctum, quam toto belli tempore experti essent, pariturum. Nam et illi omnes, qui cum imperatore erant, cum multa adversa pertulissent, et similiter qui Byzantii in carceribus fuerant, extreme se a proceribus Augustæ vexatos meminissent, ira æstuabant, populumque irritabant : et apparebat, vel invito imperatore, in eos qui essent in palatio impetum facturos. Verebatur insuper, ne imperatrici ac liberis aliquid atrocius fieret, quique cum ea versarentur, omnes hostium gladiis conficerentur : id quod paulo post propemodum accidisset. Ut enim intellexerunt eam legatos rejecisse ac pacem nolle, castellum in Blachernis appellatum, partem munitionis et propugnaculorum quibus palatium circumdatur, imperatore nesciente expugnarunt ac diripuerunt, cum qui intus erant e muris fortiter se defenderent. Qui porro antehac Augustæ bene cupere putabantur, quibusque custodia palatii commissa erat, postquam undique periculum, et eam a pacificatione refugientem, mori ipsosque secum perdere malle viderunt, unanimi consensu ipsi is et liberorum defensionem propriæ saluti jam postponentes, imperatori palatium tradere constituerunt. Quin etiam honoratissimos quosdam ad eum mittendo, dona et honoresquærebant, si regiam cum imperatrice et liberis dedidissent. Quos imperator auribus ista respuens dimisit, testatus, eam cum liberis servatam potius velle maximopere. Ecce autem imperator Joannes tum quindecim natus annos, supra ætatem sapere, et tempori opportuna consulere visus est. Ut enim tumultuantes sensit, qui in palatio erant, et jam dissidere incipientes, deque matre cum filiis nihil æquum animis agitantes, ad parentem accurrens, **699** tumultum et insidias nuntiat ; orans celerrime ad imperatorem mitti, et cum eo decidi, affirmansque, nihil ab eo grave timendum. Sin secus res eat, præstare illum inclementem experiri, quam in populi dementiam ac militum furorem incidere. Illico persuasa mater, Andronicum Asanem imperatoris socerum, et Gregorium Palamam illic carcere detentos (6) ad se adduci jussit : quibuscum de pace locuta, eos ad imperatorem legat. Qui illum tumere iracundia, et ad persequendas bello acceptas injurias paratum esse opinantes, primum preces et supplicationes adhibent, ut reis placaretur, et hostes domuisse, penitusque subjecisse contentus esset ; et quemadmodum eos armis vicisset, sic et injuriarum contemptu et altitudine animi se ipsum vinceret : quæ nimirum maxima illique convenientissima victoria esset. Deinde legationem exponentes petunt, ut pietatem erga defuncti imperatoris liberos, clementiæ, excelsæ mentis ac prudentiæ suæ æternum monumentum relinqueret. At enim ne-

B

C

D

Jacobi Pontani notæ.

(65) Quare in carcerem traditus Andronicus Asanes, qui tamen genero adversatus legitur, perinde ut ceteri ? Sed hoc Apocauchus fecit ; causa indicata est supra.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

sciebant se novaculam acuere, et equum cursorem in campum provocare. Cum primum namque ea verba audivit, omnia se illorum causa velle ostendit, perinde ac ipse non daret, sed acciperet beneficium. Legatum vero socerum de ingrata voluntate blanda oratione increpuit, quod nulla in re offensus, sed, si verum fatendum, mille beneficiis cumulatus, tam male gratiam rotulisset, et bellum contra se concitasset. Palamam contra laudavit, et gratias egit, quod pro justitia veritateque gravissime afflictus, usque ad extremum nihil abjectum aut fecerit aut dixerit. Tum præcepit juramenta ad Augustam et imperatorem filium conscribi; et conscripta sunt cum his conditionibus: Ut neque ipse vindicaret in eos qui se læsissent, et tum in palatio cum imperatrice degerent; neque multaret ullo modo, sed omnia præterita oblivione sepeliret; neque imperatrix, aut filius imperator in eos, a quibus ipse Cantacuzenus bello adjutus esset, inimicum retinerent animum; nec illis vel arte, vel ulla machina nocere conarentur, sed utrinque adversum socios utrorumque odia deponerentur, omnesque quas ab initio habuissent, fortunas suas retinerent; imperarent autem ambo, Cantacuzenus et Joannes adolescens Palæologus; seque ea invicem **700** benevolentia complecterentur, qua patres et filii solent; juniorque seniori potiores deferret in omnibus, ac propter ætatem nondum firmatam, decem annos administratione cederet: quibus exactis, æquali auctoritate cum eo imperaret. In has conditiones et ipse imperator, et Anna Augusta cum filio imperatore, ut in perpetuum servandas juraverunt. Secundum juramenta, qui in palatio erant, portis reclusis, Cantacuzenum imperatorem acceperunt, sexto Idus Februarias, anno orbis conditi sexies millesimo octingentesimo quinquagesimo quinto, indictione quinta decima.

A τοῦ τῶν πολεμίων κρείττω εἶναι, καὶ πάντας ὑποχειρίους ὁμοῦ λαβεῖν· ἀλλ' ὥσπερ τοῖς ὅπλοις, οὕτω δὴ καὶ τῇ μεγαλοψυχίᾳ φαίνεσθαι νικῶντα, ἥπερ δὴ μεγίστη νίκη, καὶ μάλιστα προσήκουσα αὐτῷ. Ἔπειτα ἀπήγγελλον καὶ τὴν πρεσβείαν βασιλίδος, καὶ ἐδέοντο μνημεῖον τῆς αὐτοῦ ἐπιεικείας, καὶ μεγαλοψυχίας, καὶ συνέσεως, τὴν περὶ τοὺς βασιλέως εὐγνωμοσύνην παῖδας ἀνεξάλειπτον τοῖς εἰς ὕστερον καταλιπεῖν. Ἐλάνθανον δὲ ξυρὸν ἀκονῶντες, καὶ ἵππον θέειν ἀγαθὸν ἐπὶ πεδίον προκαλούμενοι. Ὡς γὰρ μόνον ἤκουε τοὺς λόγους βασιλεὺς, πάντα ἦν ἕτοιμος ὑπὲρ τῶν βασιλέως παίδων πράττειν, ὥσπερ αὐτὸς εὐεργετούμενος, ἀλλ' οὐ παρέχων τὰς εὐεργεσίας. Τῶν μὲν οὖν πρέσβεων, τῷ πενθερῷ μὲν ὠνείδιζεν ἠπίως τὴν πρὸς αὐτὸν ἀγνωμοσύνην ὁ βασιλεὺς, ὅτι πρότερον ὑπ' ἐκείνου μηδὲν ἀδικηθείς, ἀλλ' εἰ δεῖ τι τἀληθὲς εἰπεῖν, καὶ μυρία εὖ παθών, ὃ δ' ἡμείψατο τοῖς ἐναντίοις, καὶ τὸν πόλεμον κεκίνηκε κατ' αὐτοῦ. Παλαμᾶν δὲ ἐπῄνει, καὶ πολλὰς ὡμολόγει χάριτας, ὅτι πολλὴν ὑπὲρ αὐτοῦ δικαίου καὶ τῆς ἀληθείας κάκωσιν ὑπενεγκών, οὐδὲν ἀγεννὲς οὔτε ἔπραξεν, οὔτ' ἐφθέγξατο ἄχρι τέλους. Ἔπειτα ἐκέλευε τοὺς πρὸς βασιλίδα καὶ βασιλέα τὸν υἱὸν γράφειν ὅρκους. Καὶ ἐγράφοντο ἐπὶ τούτοις, ὥστε μήτ' αὐτὸν ἀμύνεσθαι τοὺς λελυπηκότας, καὶ συνόντας ἐν βασιλείοις βασιλίδι τότε, μήτε ζημιοῦν μηδέν· ἀλλὰ πᾶσαν ἀμνηστίαν παρέχεσθαι τῶν πεπραγμένων· μήτε βασιλίδα καὶ βασιλέα τὸν υἱὸν τοῖς ἐκείνῳ συμπράξασι κατὰ τὸν πόλεμον μνησικακεῖν, μηδ' ἐπιχειρεῖν βλάπτειν, μήτε τέχνῃ, μήτε μηχανῇ μηδεμιᾷ· ἀλλ' ἀμφοτέροις διαλελύσθαι τὸ πρὸς τοὺς ἑκατέρους προσκειμένους ἔχθος· κτήσεις δὲ ἔχειν πάντας τὰς ἑκάστῳ προσηκούσας ἀπ' ἀρχῆς. Συμβασιλεύειν δὲ ἀμφοτέρους βασιλέα τε τὸν Καντακουζηνὸν, καὶ τὸν Παλαιολόγον Ἰωάννην τὸν νέον βασιλέα· καὶ ἀλλήλους εὐνοεῖν τὴν προσήκουσαν εὔνοιαν, πατράσι καὶ παισὶ πρὸς ἑκατέρους. Ὑπείκειν δὲ τὸν νέον τῷ πρεσβυτέρῳ κατὰ πάντα· καὶ τοῦ πράττειν αὐτῷ παραχωρεῖν ἐπὶ δέκα ἔτεσι διὰ τὴν ἡλικίαν· μετὰ τοῦτο δὲ τῆς ἀρχῆς συμμετέχειν. Τοιοῦτοι μὲν οἱ ὅρκοι ἐγεγένηντο, καὶ αὐτός τε ὤμνυεν ὁ βασιλεὺς, καὶ ἡ βασιλὶς Ἄννα μετὰ βασιλέως τοῦ υἱοῦ, ὥστε παραβήσεσθαι μηδέ ποτε. Τετελεσμένων δὲ τῶν ὅρκων, τὰς πύλας οἱ ἐν βασιλείοις ὑπανοίξαντες, εἰσεδέχοντο τὸν βασιλέα, ὀγδόῃ Φεβρουαρίου ἱσταμένου, ἐπὶ τοῖς πέντε καὶ πεντήκοντα ἔτεσι πρὸς ἑξακισχιλίοις καὶ ὀκτακοσίοις, ἐν ἰνδίκτῳ πεντεκαιδεκάτῃ.

B

C

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ORDO RERUM

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

IOANNES CANTACUZENUS IMP.

Notitia. 9

JOANNIS CANTACUZENI HISTORIARUM LIBRI IV. 17

Prolegomena. *ibid.*

LIBER PRIMUS. 41

NILUS CHRISTODULO. 41

CAP. I.—Michaelis Palæologi II obitus, avi in nepotem impietas, et in spurium filii propensissima voluntas. 59

CAP. II. — Origo dissidii inter Andronicos imperatores. Cantacuzeni in recusatione juramenti libertas. Nepotis cum Syrgianne colloquium de salute et dignitate retinenda, mutuusque inter nepotem et Cantacuzenum amor, Hujus et Syrgiannis in Thracia consultatio. 65

CAP. III. — Cantacuzeni ad Syrgiannem oratio. Dolet de re tam ancipiti et periculosa dicendam sententiam; nepotem laudat et miseratur : futuram calamitatem præsentit : amicitiam justitiæ se prælaturum negat ; elabendum potius aliquo, quam armis, citra ultimam necessitatem, decertandum affirmat. 69

CAP. IV. — Syrgiannes magni domestici consilium probat. Duæ urbes ad fugam deliguntur : Christopolis Adrianopoli præfertur. Cantacuzenus uxore Calliopoli relicta Byzantium venit, Andronico Juniori, quid decreverint, renuntiat : Alexium Apocauchum, obscurum hominem, sed prudentem, in gratiam Syrgiannis ei commendat. Andronicus consulta amplectitur, magnanimitatemque et æquitatem suam ostendit. 75

CAP. V. — Dirus ab avo nuntius. Altera, et antiqua causa inter imperatores dissidii, solutior videlicet vita nepotis, et avi in illum contumeliæ. 77

CAP. VI. — Mittit legatum ad avum nepos : ejus viri virtus prædicatur. Summa legationis, secum atrocius agi, quam delicta mereantur; et illum oblivisci se patrem esse. Si pergat odisse, alium imperatorem designet. Avus memorans, quanto amore nondum etiam natum dilexerit, severitatem et rigorem excusat. Ad superiorem narrationem reditur, et interrupta contexuntur. 81

CAP. VII. — Purgat se de verbo suo nepos ; dolentem et conturbatum dixisse, sperantemque paternum animum ad misericordiam ita commoveri posse. Veniam petit. Magnus domesticus e Thracia reversus acta cognoscit : fidem et operam suam usque ad aras spondet. De perfugii loco deliberatur. A Crale Triballorum principe legatio, et Callinici legati astus. 87

CAP. VIII. — Callinicus ad Cralem de societate legatus, rem feliciter conficit. Andronici junioris propositum Theodorus Synadenus protostrator consiliorum periculorumque socius asciscitur. De trium Genuensium fide ac promissis. Adrianopolis ad fugam denuo eligitur. Avi in nepotem inhumanitas et importunitas. A magno domestico solatium. Syrgiannis e Thracia revocatio. De ratione Byzantio se educendi consultatio. 93

CAP. IX.—Protostrator imperatorem seniorem in custodiam dandum, Syrgiannes interficiendum, magnus domesticus in priore sententia consistendum suadet. Reprehensus a Syrgianne de pertinacia, sapienter se tuetur, et utrumque refellit. 99.

CAP. X.—Nepos insignem observantiam in avum ostendit, et crudelia potius ab ipso pati, quam in eum facere paratus est. Quæ fortuna dabitur, ea se usurum. Si se deserant socii, acerbe laturum. Ejus voluntate collaudata, protostrator et Syrgiannes, dum licet, Byzantio discedendum statuunt. Quæritur ecquid imperatrix assumenda, an Constantinopoli relinquenda sit. 107

CAP. XI. — Cantacuzeni rationes, cur imperatrix Constantinopoli relinquenda. Syrgianne ad præfecturam suam in Thraciam dimisso reliqui hærent Byzantii. Magnus contostaulus, et magnus logotheta Metochites viri clarissimi imperatorem senem frustra ab incepto dimovere nituntur. 111

CAP. XII. — Ab avo citatur nepos, et a protostratore de illius versutia monetur. Iterum citatus, in palatium vadit, protostratore prosequente et foris exspectante. Supervenit magnus domesticus; quid actum sit cognoscit; consilium suum edictat. Mos Genuensium et Venetorum, Dominico die imperatorem venerandi. Genuenses ternas triremes celeriter armant. Protostratoris ad pugnam ardor. 115

CAP. XIII. — Junior imperator egressus, magnum domesticum requirit. Quid utrinque actum mutuo indicant. Historia inseritur de dilato senioris consilio. Denuo per eunuchum, et ad judicium quidem, cum magna vocantis miseratione et lacrymis arcessitur nepos. Ad officium, tali tempore sibi præstandum socios cohortatur. Promittunt omnia, ipsumque ad palatium comitantur. 125.

CAP. XIV. — Enumerantur assessores Andronici senioris in judicio. Ponitur ejus in juniorem accusatio, et hujus defensio. Status est absolutus; negat enim se objecta crimina conscivisse ; leviora commisisse fatetur. Acerbitatem in se nimiam avo exprobrat. Ille in contumeliam prorumpit, quam nepos repellit. 129

CAP. XV. — Magnus domesticus et protostrator nepoti volunt opem ferre, et frustra placantur. De instanti periculo avus monetur, qui juveni quatuor conditiones proponit, si veniam impetrare velit; ille omnes præter duas recusat. 133

CAP. XVI. — Invehitur in nepotem senex cum minis. Nepos veniam petit delictis suis; pedem illi, quanquam renitenti, exosculatur, et osculum ab eo recipit. Ficta reconciliatio, et ob id inane gaudium. Magnus domesticus in Peloponnesum ire jussus, nepotem et protostratorem certiores facit. De ea re consultant. 139

CAP. XVII. — Magnus logotheta nepotis pro impunitate sociorum ejus recusat : causam addit, quam nepos, melius sentiens (ut postea intellectum est) refellit. Magnus domesticus Peloponnesum ne petat, conflictam et inanem causam obtendit. Ab imperatore pusilli animi reprehensus in Thessaliam jubetur ire ; sufficientes copias, et pecuniam postulat. Protostratori Prilapi præfectura committitur. 145

CAP. XVIII. — Cunctatur Byzantio exire magnus domesticus, et ad urbem postea manens, pecuniam et militem exspectat. Protostrator quoque discedere cogitur. Libellus ad lectulum junioris imperatoris inventus. Ejusdem ex urbe egressus; Adrianopolin faustus ingressus. Mandat duci suo senior, fugitores insectatus, nepotem vinctum adducat. Ille vanam fore persecutionem docet. 151

CAP. XIX. — Andronicus minor imperatoris nomine privatur, hostis judicatur, crescit potentia. Legati ad eum de pace. Miles tumultuatur. Præclarum fortitudinis, et excelsi animi exemplum in Theolepto episcopo. Iterum testatus innocentiam suam juvenis, legatos cum spe pacis dimittit. Senis potentia extenuatur. 159.

CAP. XX. — Nepos in consilio de hesterno tumultu conquiritur : petitionem avi proponit, quam omnes uno ore respuunt. Et quoniam avus facturum spondeat quæ nepos velit, velle debere, sibi imperio cedi, aut armis Byzantium invadendum. Concio dimittitur, et cum tribus amicis amplius deliberatur. Placet seni dare spatium, quo se ad resistendum comparet, ne improviso opprimatur. Junior exercitui profectionem in occidentem persuadere nequit. 165

CAP. XXI.—Magnus domesticus quoque, oppugnationem Byzantii dissuadens, ad occidentalem expeditionem hortatur. Quare uterque simulaverit, in extremo capite causa disseritur. Exercitus se ex parte aliqua pariturum, sed ingratis ostendit. Permittuntur ire Constantinopolin. Occulte mittitur epistola purgatoria ad avum a nepote, qua etiam monet, uti se communiat. 169

CAP. XXII. — Insidiæ in Andronicum minorem a Sphentislilabo Mœsorum rege. Legatio avi de adventu ad urbem paulum differendo. Concio nepotis ad exercitum de armis deponendis, et pace complectenda. Omnium assensus. 175

CAP. XXIII. — Responsum nepotis ad avum plenum officii. Partem imperii ab eo petit, et juramentum. Jurat

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

senex, anathema rescindit, nomen imperatoris ei restituit, ejus virtutem magnifice commendat. Quod Apocauchum ad juramentum exigendum ad se miserit, id fert ægrius, et hominem illum vituperat. Excusat factum Palæologina; excusat etiam nepos, se hominem illum obscurum non pro legato, sed pro tabellario misisse affirmans. 183

Cap. XXIV. — Junior imperator Adrianopolin reversus, eo uxorem vocat. Ætatem in lustrandis et ordinandis urbibus ponit. Syrgiannes ad senem perfidiose deficit. Eam defectionem nepos illi exprobrans, ad fidem porro colendam hortatur. Negat Syrgiannes objecta; sed litteris Byzantinis convincitur. Iterum de officio monetur, Pernegat, et Byzantium proficiscitur. Bellum recrudescit, nepos exercitum ad arma in adversarios excusitat. Mira omnium pugnandi cupiditas. 189

Cap. XXV. — Imperator junior Theodoræ matri magni domestici feminæ prudentissimæ administratione urbium commendata, Byzantium movet. Nobiles, et duces exercitus, eodem non repugnante, epistolam ad seniorem mittunt, pacemque exposcunt. Tumultus in palatio. 195.

Cap. XXVI. — Xena Andronici junioris mater Thessalonica Byzantium captiva adducitur. Calochæretes seniori pacem vehementer atque etiam suppliciter suadet. 199.

Cap. XXVII. — Legatio nepotis ad avum de pace; quam rursus non procul a mœnibus Byzantii petit, sed frustra. Ejus febris, et profluvium sanguinis e naribus. Magni stratopedarchæ defectio. Syrgiannis facinora. 205.

Cap. XXVIII. — Sollicitudo Andronici minoris. Magni domestici et matris ejus in eumdem beneficentia præclara omnino et singularis. Ejusdem matronæ prudens et festiva oratio. 209

Cap. XXIX. — Apri obsidentur et expugnantur. Ad captivos milites admonitoria imperatoris oratio, et in eosdem humanitas. Kursum ad suos, de moderanda victoria et misericordia in victos, Christiana conciuncula. 211

Cap. XXX. —Garella, Rhædestum, Sergentzium oppida deditionem faciunt. A Saccensibus rusticanis maledictis laceratur imperator; ipsum castellum miserabili incendio conflagrat. Insigne exemplum fidelitatis in dominum, et charitatis in hostem cujusdam pastoris, per quod stratopedarcha reus majestatis absolvitur. 215

Cap. XXXI. — De Thessalonica et Constantino despota felices nuntii. Ad imperatorem monachi habitu indutus perducitur; in carcerem datur. Qui Xenam imperatricem violaverant, puniuntur publice. Lemnus ad juniorem deficit. Persæ seniori auxilio venientes, metu junioris perculsi, domum turpiter revertuntur. Fugiunt etiam Byzantii. 221

Cap. XXXII. — Legatio senioris ad nepotem. Dolet se delusum; ad pacem inclinat. Respondetur pacem cordi futuram. Cum magno domestico decernitur ad obturandum os sycophantis omnia in manus avi tradenda. Qua de re cum principibus totoque exercitu agit imperator, magno domestico et protostratore palam approbantibus ejus sententiam; in quam tamen nobilitas et duces ægre concedunt. 227

Cap. XXXIII. — Responsum nepotis ad avum de pace admissa, et deditione in ejus potestatem, sui, rerumque omnium. De agro militibus assignato. De stipendio illis persolvendo. De domo sua. De patruo despota. Admiratio senis, et communis lætitia Constantinopoli, de legationis eventu felicissimo. 240

Cap. XXXIV. — Xena mater ad filium Andronicum gratias actura, et juramentum delatura, mittitur. Jurat in conditiones etiam senex. Nepos ad avum salutandum Constantinopolin progreditur. Occurrit avus. Indicatur consuetudo salutandi inter imperatores obvios. Ad visendum juvenem undique concursus fit. 241

Cap. XXXV. — Senioris imperatoris providentia ac diligentia in constituendis magistratibus. Sphentisthlabo Mœsorum regi Terteres filius succedens, Philippopolin capit; oppida quædam incursat. Andronicus junior Mœsiæ fines deprædatur. Judicium Syrgiannis, ut rei majestatis. 245

Cap. XXXVI. — Terteres Mœsorum rex moritur. Multa oppida Mœsiæ se Romano dedunt; quædam Boesilas sibi vindicat. Philippopolis frustra obsidetur. Cujusdam machinæ oppugnatoriæ descriptio. Mœsorum principes Michaelem dynastæ cujusdam filium regem creant. Boesilæ dynastæ Mœsi et Romanorum amici mors falso nuntiata. Causæ cur conflictu cum Michaele abstinendum. 249

Cap. XXXVII. — Philippopolis casu recuperatur. Michael Boesilam obsidet, qui a suis proditur. Michael Romanorum fines depopulatur; ei imperator duellum offert; quod facere abnuit. Veniens Constantinopolin imperator, avum ad bellum Barbaris inferendum sollicitat; cujus consilium magnus domesticus confirmat, et contra Mœsos omnia sua polliceatur. 255

Cap. XXXVIII. — Consultatio de bello in barbaros suscipiendo. Præclara magni domestici oratio, qua bellum a necessario, ab honesto et facili sua etur. Additur pro epilogo liberalissima promissio. Protostrator, et comites junioris imperatoris idem sentiunt. Consiliarii senioris dissentiunt, privatam utilitatem præ communi spectantes. Laudat alteram partem, et magnum domesticum senior; suos vituperat, et cum nepote porro deliberat. 269

Cap. XXXIX. — Legatio Mœsorum regis ad Andronicum juniorem de amicitia ob ductam ejus sororem instituenda. Mittuntur vicissim legati, qui pacem confirment. Mos imperatorum, quo Scytharum satrapas sibi devincirent. De aliquot eorum incursionibus in Thraciam, et felici cum iisdem conflictu. Hos persequitur imperator; et flumine intercedente ab utraque ripa fit colloquium. 263

Cap. XL. — Obitus Irenes imperatricis, conjugis Andronici minoris. Consultatio avi cum nepote de altera ducenda. Legatio ad Sabaudiæ comitem pro Anna sorore ejus, quam frater, præterito rege Franciæ, imperatori despondet, et desponsam honorificentissime tractat. 271

Cap. XLI. — Hoc capite coronatio junioris Andronici describitur, et tota illa cæremonia, Constantinopoli in coronandis imperatoribus servari solita, diligentissime explicatur; estque res ad cognoscendum perjucunda, nec infrugifera. 275

Cap. XLII. — Cum magno et nobili comitatu Anna imperatrix adducitur Byzantium. Nuptiæ fiunt; ipsa coronatur. Sabaudi nobiles commendantur; imperatorem ludicras artes docent. Cum Persis prædonibus dimicatur cum victoria. Imperator in pede vulneratur. Cum Michaele Mœsorum rege colloquium. Senioris imperatoris ira et alienatio a nepote recrudescit. 283

Cap. XLIII. — Joannes Palæologus panhypersebastus tyrannidem affectat. Litteræ filiorum magni logothetæ ad eumdem panhypersebastum interceptæ. Andronico juniori redduntur, a quo logotheta officii admonetur; cujus responsum arrogans refertur. Protovestiarii minæ in logothetam a juniore imperatore coercentur; quem apud iratum avum excusat, et pœnam ejus deprecatur. Utrumque in benemeritum ingratissimus animus. Bellum se aperit. Andronicus et socii ex innocentia sua spem vincendi concipiunt. 293

Cap. XLIV. — Per legatos avus nepotem monet, ne Byzantium ingrediatur. Ille dolens ea denuntiatione, Deum testem innocentiæ suæ appellat; nec recusat, si legitime accusatus se defendere nequi erit, quin pœnas det. Ejus memoriam e sacris per omnia templa tolli vult avus; patriarcha diserte nepoti patrocinatus, refragatur. 301

Cap. XLV. — Rogat avum nepos, ne novo istoc bello imperium Romanum cladibus cumulet, itemque se ad dicendum causam offert. Magnus domesticus per litteras idem contendit, nepotem tuetur, ab audiendis sycophantis dehortatur. Terrorem in extremo adjungit, si secus fecerit. 305

Cap. XLVI. — Responso avi contristatur nepos. Patriarchæ calamitatem suam per litteras exponit; ejus et episcoporum opem ad conciliandam pacem implorat. Faciunt illi quod rogantur. Quatuor et viginti diversorum ordinum ad eum mittuntur, a quibus quid ei objiciatur intelligat, quique controversiam dijudicent. Archiepiscopus quo fine advenerint edictat. 309

Cap. XLVII. — Oratio junioris ad synodum. Adversarium avum rapit in odium; judices sibi benevolos facit; fiduciam causæ præ se ferit; et est hoc velut judicii proœmium. Deinde breviter quædam objecta diluit. 315

Cap. XLVIII. — Culpam omnem calamitatis in avum confert, non sine commendatione sui. Nititur probare se fœdus sanctum habuisse, avum non habuisse; cujus litteræ hujus rei testes ad protovestiarium, et aliæ cuidam Cocalæ recitantur. Docet etiam, non idcirco fœdus se rupisse, nec perjurium incurrisse, quamvis pecuniam acceperit. 317

Cap. XLIX. — Cocalas impudens calumniator aperte coargpitur. Jocus amarior in eumdem. Episcopi imperatorem juniorem damnare non audent, rempublicam ei commendant. Is avi pertinaciam accusans, medicinam quamdam malorum proponit, ac de jure suo multum remittit. Ejus ad senem responsum officii sui commemorationem, senis molestam reprehensionem, pacis petitio-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

nem, subjectionem humilem plane, et terrorem, ni cedat, complectitur. 327

Cap. L. — Cocalas narrat seniori omnia; episcopi, et cæteri tacere jubentur. Patriarchæ urgenti audientiam, durius respondetur. Sequitur ejus oratio, qua cum summa libertate se nepotis patronum contra avi iniquitatem fore pollicetur. Internuntii patriarchæ in carcerem truduntur; ipse in monasterio, episcopi in ædibus suis includuntur. Magnus domesticus pace desperata, non ultra desidendum suadet. Item sentit protostrator. Junioris imperatoris consilium a domestico improbatur. 335

Cap. LI. — Rhegio Byzantium iter intendunt. Litteræ amicorum, acta nuntiantes. Imperator paucis comitibus ad mœnia procedens, avum ad colloquium invitat : si nolit, marchionem Montisferrati, patruum ad se mitti rogat. Jubetur ab urbe discedere. Marci Caballarii de muro in imperatorem convicia. Rursum de officio suo, cum insectatione inexpugnabilis avi pertinaciæ. Selybriæ rebus constitutis Apocauchum relinquit. Copiæ ad Didymotichum convenire jussæ. Andronicus Tornices, et Manuel Lascaris de proditione insimulati, Thracia in exsilium pulsi. 343

Cap. LII. — Protostrator Thraciæ prætor creatur. Andronicus nepos cum magno domestico et parte copiarum in Macedoniam cum hostibus conflicturus abit. Matrem apud Gratianopolin invenit. In hostes itur : qui timentes sibi, Pheras concedunt. Zichnæ deditio. Hostes Pheris ad pugnam elici non possunt. De postulatis præstandis se excusant; Domesticus recedendum suadet. Zichnam redeunt. 349

Cap. LIII. — Ad occupandam Thessalonicam imperator nepos vocatur. Partium studia et conatus. Portis apertis recipitur. Pherenses subsidium ad arcis propugnationem mittunt; sed cæduntur fuganturque subsidiarii. Miraculum de sanato pede imperatoris ope sancti Demetrii martyris. In arce factiones duæ, quæ impunitate concessa imperatori transditur. 355

Cap. LIV. — Quæritur quo sit eundum. Magnus domesticus Edessam et Castoriam suadet. Omnes approbant consilium. Mittuntur litteræ; promptas inveniunt ad deditionem. Quid senioris duces egerint. Ingens Occidentalium ad juniorem defectio. Protovestiarius, et despota, aliique ad Triballum confugiunt; sed intercepti ad imperatorem adducuntur. Pecunia omnis uxoribus eorum donatur, ut sit quod in viros exsules impendant. 365

Cap. LV. — Castoria et Achris se dedunt; protovestiarius et alii Cralem adversus imperatorem ad bellum exstimulant. Dolus uxoris protovestiarii in mundo muliebri celando. Proditur protovestiarii supellex aurea et argentea. Donat eam imperator magno domestico; sed ab eo contempta, in militem distribuitur, quoad nummos aureos; reliqua nobilibus et ærario donantur. Agrestes Albani se dedunt ultro. Chreles Triballo pacem suadet. Romani fugitivi tertio Cralem ad arma sollicitant, et a proceribus Triballis increpantur. Variæ rationes, quibus juventur, a Crale eis proponuntur. 371

Cap. LVI. — Protovestiarius moritur, Prillapus deditur, Asanes Prosaco spoliatur. Imperator Strumbitza et Melenoci frustra tentatis, Thessalonicam redit. De victoria nuntius a protostratore; quo se parum lætari imperator pro concione testatur; victores remuneratur. Alius nuntius de fœdere a seniore cum Mœsorum rege inito. Denuo Byzantium movet; pacem ut antea sæpius, petit; jubetur abscedere. Abscedit, ac rediens eamdem petit. Duo Byzantii occasionem urbis capiundæ ostendunt, et suam in id operam pollicentur. 379

Cap. LVII. — Illustre exemplum mansuetudinis Andronici junioris. Proditores pene coacti, petunt viginti jugera; majora promittuntur. Mœsorum rex adest cum copiis. Logos abire decernunt. Quæritur quo fine idem rex ter mille equitum Byzantium miserit. Ibanes, dux Mœsus, a finibus jubetur recedere. Ejus responsum fraudulentum. Monetur avus a nepote de periculo a Mœsis vitando; monitionem contemnit. 385

Cap. LVIII. — Legatio junioris Andronici ad Mœsorum regem, qua quæritur, quid veniat; et minæ intentantur. Mœsus jurat, non se contra illum venisse, et ad confirmandum e sacris reliquiis crucem de collo mittit. Timet ne suis noceatur; Ibanem revocat. Scala et reliqua ad urbem occupandam parantur. Die Pentecostes Logis abeunt versus Byzantium. Sequitur magni domestici et imperatoris in milite digerendo et præcipiendo labor. 391

Cap. LIX. — Ostenditur explicate, quo pacto Constantinopolis capta sit. Portis apertis ingreditur imperator, et post eum protostrator cum reliquis copiis. Mira humanitas nepotis in avum. Patriarcha e monasterio tanquam carcere liberatur. 397

Argumentum libri secundi. 401

LIBER SECUNDUS. 407

Cap. I. — Post transitionem docet, quam avo providerit, et quam reverenter eum tractarit. Magnum logothetam venia, protostratorem urbis præfectura donat. A patriarcha ut episcopis adversariis offensam remittat, obtinere nequit. Aliis de se bene meritis gratias agit. De Marco Caballario quæsito, et in conspectum imperatoris adducto, historia; ex qua et vis consuetudinis in illo, et in imperatore divina quædam clementia elucet. 407

Cap. II. — Magnus domesticus ad patriarcham episcopis reconciliandum missus, nihil agit : dies judicio præstituitur. De mente domestici quæstio inter episcopos. Pro reis ipse orationem habet deprecatoriam, et patriarcham flectit. Absoluti gratias imperatori agunt, qui amicos separatim remuneratus, communiter civitati benefecit. 415

Cap. III. — Mœsorum rex Thraciam superiorem devastat. Imperator cum eo depugnaturus Bizyam abit. Mœsus clam domum recedit, usus strategemate. Imperator incursans Mœsiam, Diampolim capit. Iterum irrumpens in Thraciam Mœsus Bucelum occupat, Probatum obsidet. Exprobratur ei perfidia cum minis. Causam prætendit, uxoris jus in paternum imperium. Prolata lege refutatur, territusque magnitudine et fidentia Romani exercitus, Bucelum redditurum, pacemque servaturum promittit. Causa audaciæ Mœsorum. Milites se spoliis privari dolent. Amicitia renovatur. Uterque domum redit. 419

Cap. IV. — Magnus domesticus Syrgianni militorem carcerem impetrat. Postea libertatem eidem petit. Imperator miratur eam non statim petivisse, cum ejus amori daturus sit omnia, cujus magnitudinem declarat. Domesticus ipse quoque suum amorem in imperatorem prædicat, et rationem facti reddit. Angelus magnus stratopedarcha pro egregio duce commendatur. Imperatoris mater Xena se de Syrgianne celatam a domestico irascitur. Syrgiannes e custodia dimittitur. 427

Cap. V. — Germani jure hospitii ab imperatore pecunia adjuvari petunt. Magnus domesticus respondet ærarium exhaustum esse, militem illis suppeditaturos. Germani recusant; abundare se militibus. Dimittuntur cum honore. Exponitur calliditas domestici. Item quomodo approbante imperatore partem onerum et curarum suarum in humeros Apocauchi rejecerit. Causæ quare imperator Cyzicum profectus sit. Cum Zamerchane satrapa, qui Orientales Romanorum urbes vexabat, pacem facit. Mœsus cum imperatore perenne fœdus icit. 433

Cap. VI. — Imperator Barbaros in Bithynia invadere cogitans. Contophris præfecti consilio incitatur, et docetur. Barbari ad editiora loca se recipiunt. Orchanes satrapa in locis montosis et impeditis tendit. Quibus conspectis, placet Romanis non ultra progredi. Postridie tamen acie in campo instructa eos exspectant. Orchanes contra suos instruit, partemque in insidiis collocat. Describitur pugna, cujus mira varietas; victoria penes Romanos stat : ad quam plurimum egregia imperatoris concio valuit. 441

Cap. VII. — Consilium magni domestici, quia hostes se victos fatebantur, in castra redeundum, et Byzantium postridie revertendum. Placet; in castra reditur; triumphus canitur. Pars Persarum insequitur abeuntes; confligitur in via, cum quidam ordines suos deseruissent; quos et domesticus, et imperator reductum eunt; sed uterque summo cum periculo. Sebastopulus cum trecentis fugatur. Byzantium nuntius ad protostratorem mittitur; castra custodiuntur. 451

Cap. VIII. — Laudat pro concione Romanos Orchanes vel hostis; in locum tutiorem abscedendum suadet. Dissuadent senes, et qua ratione in eodem loco manendum sit, edocent. Duplex de imperatore per castra rumor et militum trepidatio; quorum fugam domesticus inhibere nequit. Imperatorem lembo vectum Constantinopolin frustra quærit. Exercitus fugiens in quatuor oppida se dispertit. Apud Philocrenen accepta calamitas. 457

Cap. IX. — Amor imperatoris in magnum domesticum incredibilis exprimitur denuo. Docetur quantopere contenderit, ut eum imperii consortem haberet; quem tamen honorem ille constanter toties repudiavit, cum alioqui re ipsa parum omnino ab imperatore differret, quandoquidem penes eum erat tota imperii administratio. Sed certis de causis a nomine et insignibus abstinuit; quæ tamen, ut videbimus libro tertio, etiam certas ob causas postea admisit. 465

Cap. X. — Quomodo Benedictus Zacharias Genuensis, posterique Chium insulam sibi propriam fecerint. Ejus recuperandæ occasionem Calothetus dynasta Chius, matre magni domestici conventa, ostendit; a qua filius et imperator Didymotichum ob id Byzantio evocatur. Cum Calotheto præsentes colloquuntur. Consilium magni do

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

mestici, quo pacto cum Martino, qui tum Chium obtinebat, agendum sit. 473

Cap. XI. — Numerus navium in Chium proficiscentium : trierarcharum ambitiosa contentio. Qua conditione imperator Martino insulæ præfecturam relinquere statuerit. Ejus contumacia. Calothetus adjuvare Romanos metuit. Benedictus castellum imperatori tradit. Martinus rebus desperatis se dedit, et Chiorum manibus a magno domestico eripitur. Martinus in vincula ducitur : uxor, liberi, famuli exsilio multantur. Ejus militibus duplex conditio proponitur. Imperatoris non tam in bene mereri cupientes gratus animus. 479

Cap. XII. — Imperator ad gratiam Benedicto referendam, Chii præfectura illum ornare vult, cum reditibus amplissimis. Homo avarus et ambitiosus totam insulam pro peculio audet petere. Conatur eum sanare imperator. Datur spatium ad deliberandum. Manet in sententia pertinaciter. Galatam triremes petit, quas illi negat imperator. Iterum spatium deliberandi datur, et Benedictus pro fatuo habetur. Consilium magni domestici de infamia imperatori effugienda. A Latinorum conventu Benedictus pro insano damnatur. Honores illi exquisitissimi, cum viginti aureorum millibus promittuntur : spernit omnia. Imperatoris virtus laudatur : Benedictus Galatam navigat. 483

Cap. XIII. — Imperator Phocæam veterem veniens, a duobus Persarum satrapis colitur. Phocæam novam in deditionem accipit, quam Arego Genuensi ut præfecto committit. Persæ, Trajanopolin et Beren depopulantes, partim occiduntur, partim capiuntur. Benedictus cum octo triremibus Chium ultionis ergo, et insulæ subigendæ infelici eventu appellitur. 493

Cap. XIV. — Periculose ægrotus imperator tertium magno domestico imperium defert; tertium recusat. Oratio imperatoris jam morituri, ut putabat, sane pathetica; qua convocatis ordinibus præsente etiam uxore valedicit, et preces expiatorias petit. Magnum domesticum pro se administratorem nominat, cui imperatricem commendat. Excutiuntur omnibus lacrymæ, laniantur crines, feriuntur pectora. Flentes ei valedicunt. De populo cuilibet palatium ingredi eique salve et vale licet dicere. Medicos obtestatur, uti se ante mortem cucullo monachi induant. 497

Cap. XV. — De Xena matre imperator nihil statuit. Magnus domesticus juramenta excipit; præfectos urbium decernit; insignia imperatoria quartum repudiat; ut Constantinum despotam occidat, aut oculos ei eruat, adduci nequit, eumque occulte liberum dimittit. Protostrator Byzantii præfectus de statu imperatoris fit certior; jubetur ipse jurare, et aliis juramentum deferre. 501

Cap. XVI. — Andronicus senior vitæ suæ timens, fit monachus. Junior iterum flagitat monasticum habitum, et cum ingenti gaudio impetrat. Domestico subirascitur, per quem stet quominus pater spiritualis, quod maxime cupiebat, ad se in tali tempore veniat. Domestici lacrymæ. Medicus quoque ejus strophum ægre fert; et domestici cum eodem expostulatio. Nolebat enim cucullo indui imperatorem quod eum speraret posse convalescere, timeretque ne oppressus gaudio, quod quibusdam accidit, moreretur, aut in posterum inter monachos vivere obstinaret. Quomodo eumdem medicum terruerit. Mandatum ultimum imperatoris de corpore suo exanimi. 505

Cap. XVII. — Miseratur magnum domesticum, jamjam moriturus, ut putabat, imperator ob molestias ex imperio illi suboriturus. Amorem suum rursum testatur. Effusa domestici lamentatio et lacrymæ. Nocte proxima morituram respondent medici. Adsunt mortis omnia indicia; Libitina paratur; aqua de fonte Matris Dei sanatur. Omnes miraculum agnoscunt, Deoque factis se gratos demonstrant. 515

Cap. XVIII. — Magnus domesticus gestorum rationem reddit. Syrgiannem cum copiis in Occidentem missum non probat; revocari tamen vetat. Qui delatorum litteris a domestico alienatur. Despotæ tragœdia narratur, et is e carcere liberatur. Avum monachum factum cognoscit imperator. Causam quærit : Domesticus quid rumore feratur indicat, doloremque imperatoris consolatur. Eum imperator præteritæ cogitationis admonet, de qua sequenti capite. 521

Cap. XIX. — Andronicus minor avo imperium redditurus, rem cum magno domestico communicat; qui postquam intellexit voluntatem esse seriam, monet ut prius secum diligenter cogitet quid agat. Proponuntur causæ tres quæ moverint imperatorem, et refutantur. Ipse imperator negans se illis motum, duas alias affert, quibus impellatur. 525

Cap. XX. — Hac oratione domesticus duas causas ab imperatore allatas, quibus ad imperium avo reddendum moveretur, confutare nititur; obtrectationem improborum, et honorem ac voluptatem avi. Agit autem valde oratorie. Byzantium se confert imperator divæ Matri pro recepta sanitate gratias acturus. Hominum ad eum visendum concursus. Thraciæ urbes lustrat. 529

Cap. XXI. — Persæ prædatores cæduntur; Achris Triballorum obsidione liberatur. Mœsorum rex, et imperator pacta societate in Triballorum regionem irruunt. Triballus Mœso copiis integris occurrit, hostes partim cædit, partim fugat. Rex vulneratus moritur. In imperatorem Crales nihil molitur. Michaelis conjux, soror imperatoris, cum liberis peilitur. In concilio decernitur in Mœsiam proficiscendum, ubi magnæ spes ostentarentur, et expulsa imperatoris soror justa esset belli occasio. Vastatur Mœsia; aliquot oppida se dedunt. In locum Isaiæ patriarchæ magnus domesticus Joannem presbyterum subrogandum suadet, et episcopos quodam calliilo commento ad id permovet. 537

Cap. XXII. — Persæ prædones occiduntur, fugantur, capiuntur. Pars his auditis in orientem refugit. Syrgiannes contra domesticum conjurationem facit. Æquanimitas domestici. Zamplaco Syrgiannem apud imperatorem accusat; ille inficiatione se defendit. 551

Cap. XXIII. — In discrimine suo magni domestici opem salutarem Syrgiannes implorat, culpamque confitens, meliora pollicetur. Domesticus enumeratus sua in illum merita, ingratissimum fuisse convincit, et cum conditione promittit auxilium. Præterea quid fecerit Syrgiannes, et quid nunc facere debeat, eleganti apologo docetur. 557

Cap. XXIV. — Testibus jam præsentibus, Nicææ obsidio nuntiatur. Cum classe eo proficiscitur imperator. Ad pugnam non venitur, sed pax certis conditionibus componitur. Judicium Syrgiannis exercetur; ampliationem petit : magni domestici opem denuo flagitat, et Byzantio clandestina fuga se Galatam proripit. Ab ipso imperatore quæsitus non invenitur. Eubœam inde, postmodum ad Cralem fugit, eique contra Romanos operam navat. Imperator exercitum adversus illum conscribit. 561

Cap. XXV. — Sphranzes quidam ad referendam imperatori pro meritis gratiam, se illi adversus Syrgiannem offert. Cum domestico consultat, quo pacto sine pugna hostem vivum, et vinctum adipiscantur : Sphranzi res mandatur, et præfectura eidem committitur. Imperator in Macedoniam ducit, Persarum incursio, et infortunium. Dolus, quo Sphranzes Syrgiannem jugulavit. Præmia in eum collata. Pax cum Crale. Urbes a Syrgianne subactæ ad fidem imperatoris redeunt. Crali adversus Ungrorum regem mittuntur auxilia, et cum honore domum remittuntur. 567

Cap. XXVI. — Factione duorum principum regina, Michaelis prima conjux, regno pellitur, Alexander Stranzimeri filius rex creatus, cum Mœsis et Scythis auxiliaribus urbes imperatori deditas recuperat. Protostrator præfectus Mesembriam mittitur. Persæ Nicomediam obsessuri, imperatoris adventu, audito domum refugiunt. In Mœsiam irruptio. Mœsorum ignavia. Pax ea conditione fit, ut Romani pro recipienda Anchialo Diampolin Mœso reddant. 577

Cap. XXVII. — Scythæ veniunt Alexandro contra patruum suppetias, quos per fraudem in imperatorem immittit; quibuscum et una cum Mœsis prælio acerrimo contenditur. Mœsi superiores sunt. Alexander fœdus et filiam imperatoris filio suo uxorem petit. Differtur affinitas, fœdus patratur, Compranditur, et a Mœsis Romani egregie prædicantur. 583

Cap. XXVIII. — Amurius satrapa Persicus in Thraciam irruit. Romanus occurrit : a neutris tamen pugnæ fit initium. Persæ domum abeunt. Andronicus senior, et Xena imperatoris mater vita decedunt. Monomachus Thessaliæ gubernator ad principatum grassatur. Thessali montani imperatori obedientiam deferunt. Ad Cralem, ut amicus, inopinato venit, quicum dies septem jucunde exigit. 589

Cap. XXIX. — Dominicus quidam Genuensis Lesbum insulam occupat. Facinus Galatensibus imperator exprobrans cum classe eo contendit. Delit a Dominico deficiunt : reliqui confligere cum Romanis pertimescunt. Pinoerna ad Mitylenen oppugnandam relinquitur; cætera oppida se Romanis dedunt. A Sarchane Satrapa ad Phocæam et Mitylenen obsidendas petitur auxilium, cum promissione liberandorum obsidum. Phocæenses acerrime se defendunt. Cheter, Amur et Solaimasas filii satrapæ Ioniæ fidem ei suam pollicentur. Nobilium Romanorum clandestina perfidia. 593

Cap. XXX. — Ingens Persarum auxilium. Magni domestici et Amurii Persæ satrapæ colloquium et amicitia, et illius apud hunc auctoritas. Domesticus invitatum in ta-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

bernaculum suum quemdam nobilem, Joannem Spinulam Latinum, longiore oratione allocutus, deditionem urbis suadere conatur. 601

Cap. XXXI. — Spinula culpam fatetur, consilium a domestico petit. Suadet, veniam ab imperatore petendam, et obsides Persas ei condonandos; Mitylenen et Phocæam restituendas. Quam multis bonis eos remuneraturus sit imperator docet, et, ut maturent, hortatur. Phocæa et Mitylene redduntur. Filios obsides Persæ læti accipiunt: Lesbos tota recuperatur. 609

Cap. XXXII. — Albanorum rebellio et incursiones. Spes Acarnaniæ recuperandæ. In Albanos cum Persico supplemento expeditio; victoria et prædæ immensitas. Civitates ante ab Albanis vexatæ, diem festum agunt. Persæ domum redeunt. Acarnanum procerum de imperatore admittendo pugnantes sententiæ; ipsius reginæ consilium. 613

Cap. XXXIII. — Approbatur reginæ consilium. Legati ad imperatorem mittuntur. De nuptiis cum domestici filia assentitur; αὐτονομίαν recusat. Deditur Acarnania. Mansuetudo et munificentia imperatoris in dedititios, ac providentia oppidatim. Puer Nicephorus a malevolis Tarentum traducitur. Imperator constitutis præfectis et prætore, et Deo recuperatam tandem aliquando provinciam gratulans, Thessalonicam abit. Filiam Alexandro Mœsorum regi, despondet. 621

Cap. XXXIV. — Persarum incursio, et in illis trucidandis, caplendis fugandisque magni domestici, ipsius imperatoris præclara virtus. Nuptiæ apud Adrianopolim filiæ Mariæ cum Michaele Alexandri filio. Ducitur nova nupta in Mœsiam. Acarnanes deficiunt; protostratorem in carcerem trudunt; Nicephorum a principe Tarentina repetunt, et ab ea auxilium petunt. Quem illa libenter e duabus filiabus altera ei desponsa dimittit. Quænam hæc mulier, et quam ambitiosa fuerit. Joannes Angelus Pincerna, et Monomachus cum copiis in Acarnaniam mittuntur. Eodem postea veniens imperator res memorabiles gerit. 625

Cap. XXXV. — Magnus domesticus ægre colloquium Cabasilæ impetrat. Defectionem urbium illi exprobrat. Tertio die reversus, ad deditionem flectere frustra conatur. Demum persuadet, ac lætum nuntium imperatori Artam allaturus, in itinere ad fontem prandet. Eo venit Cabasilas, consilium quærens. Quem edoctum dimittit, et postridie nomine imperatoris urbem accipit. Cabasilas cum primoribus ad imperatorem a magno domestico adducitur, fidem constantem promittit. Imperator illum, cæterosque collaudat et muneratur. Artæi Rhogios maledictis proscindunt, et obdurant. 633

Cap. XXXVI. — Artæorum pertinaciam castigat magnus domesticus: quæ bona perdiderint, quæ mala passuri sint, ostendit. Eorum in Rhogios contumelias ægre fert. Quam inique resistant, et quomodo Acarnania Romanis debeatur, docet. Hortatur, ut se illius fidei permittant. Artæi deditionem decernunt; præteritam pertinaciam excusant. Laudat eos, et gratias agit magnus domesticus, Imperatoris et exercitus invaletudo. 637

Cap. XXXVII. — Thomocastrenses a magno domestico obsidentur. Quare essent tam superbi et refractarii. Ad deditionem exstimulantur. Eodem scopo et cum prædagogo Nicephori multis agitur. Ille rem ad primores refert et renuntiat; concilio visum deditionem imperatori faciendam. Laudat factum domesticus; prædagogum cum Nicephoro et optimatibus ad se rediro jubet. 645

Cap. XXXVIII. — Nicephorus cum primoribus a domestico ad imperatorem deductus, humaniter et munifice accipitur. Matthæus Cantacuzenus magni domestici filius, Demetrii despotæ filiam ducit domum. Euixe contendit Apocauchus, ut sibi monachum fieri liceat. Ejus preces imperatori suspectæ sunt. Exploratur animus. Iterum instat, et classis contra Barbaros præfecturam, ut sibi et reipublicæ salutarem petit et impetrat. Imperator Apocauchum pro ignavo et improbo habet. Recensentur castella quæ ædificarit, et urbes quas instaurarit. 653

Cap. XXXIX. — De Barlaamo monacho Latino, quomodo turbas in ecclesia Constantinopolitana exorsus sit, Laus Gregorii Palamæ, et duorum ejus fratrum, propter monachismum. Monetur Barlaamus, ut genus vitæ τῶν ἡσυχαζόντων lacerare conviciis desinat. De lumine, quod sanctos circumfulsit. Divinum et increatum lumen videri posse oculis corporeis. De lumine in monte Thabor, quod Barlaamus increatum negat. 661

Cap. XL. — Synodus in Sophiæ templo. Causam prior agit Barlaamus. Respondet ei pro omnibus Palamas et lumen in Thabor quid fuerit, docet. Barlaamus magni domestici opem supplex orat. Ejus prudens consilium. Oppositio Barlaami. Responsio domestici, qua motus ille, culpam suam confitetur in synodo. Datur amanter venia. Relabitur Barlaamus et in Italiam aufugiens, fit episcopus. De novis turbis quas Gregorius Acindynus Barlaami discipulus concitavit. Imperatoris morbus. Apocauchus magno domestico suadet imperii insignia sumere, sed rejicitur. Eumdem et mater rejicit. Consilium domestici ad imperatricem, et mors imperatoris. 671.

Argumentum libri tertii. 693

LIBER TERTIUS. 705

Cap. I. — Transitio, breviter narrata repetens, et narranda promittens. Narrandi causæ duæ. Comparat se cum aliis harum rerum scriptoribus et veritatem sinceram promittit. Luctus imperatoris ob defunctum imperatorem. Magni domestici diligens custodia et vigiliæ: et in procurando imperio sollicitudo. Funus imperatoris magnificum et sacra piacularia. 705

Cap. II. — Ambitio patriarchæ. Consilium magni domestici de excommunicandis insidiatoribus filiorum imperatoris. Pia imperatoris recusatio. Tandem importunitas domestici ab invito assensum extorquet. Patriarcha regnare contendit. Sismanus exsul ab imperatrice petitur. Ejus fratrisque ac matris conditio. Consultatur de reddendo. Chumni in domesticum convicium. Imperatrix litem præcidit. Binæ sententiæ de Sismano. Patriarchæ sententia laudatur vehementer. Domesticus imprudentiam consultantium reprehendit, rectius suadet. Patriarcha culpam agnoscit. Ex Chumni dicterio civilis seditionis augurium, et domestico se abdicandi renovatum desiderium. 707

Cap. III. — Amor in imperatorem mortuum. Fastidium potestatis et causa nova. Chumni contumeliosum dictum non vindicatur. Excusant se patriarcha et imperatrix. Domesticus multis verbis studium et fidelitatem in imperatorem vivum declaratum significat, et imperii administrationem in concilio deponit, obscure patriarchæ ambitionem hujus rei causam indicans. 717

Cap. IV. — Dolor et lacrymæ imperatricis, ob inexspectatum nuntium. Item querela miserabilis de viduitate sua, et puerorum orbitate, neglectoque a domestico amici officio. Eam porro amicitiam exaggerat, et miris modis ad mutandum consilium inflectere virum conatur. 725

Cap. V. — Responsum magni domestici præsente patriarcha, ad imperatricem. Mos bonorum virorum in pacificatione. Exponit quid ejus nomine patriarcha sibi dixerit, ut num vera sint intelligat. Deinde suspicionem affectati imperii a se removet; etiam divini judicii metu adducto, et a calumniatoribus cavendum monet Conditionem proponit, qua servata, ad imperium demum regendum se revocari patietur. 729

Cap. VI. — Laudat orationem domestici imperatrix. Pollicetur, quæ ille voluit. Magnus domesticus mentem suam interpretatur, et judicium adversum se postulat, si peccare videatur. Jusjurandum utrinque datur. Domesticus imperatricis fidem, ut mulieris, suspectam habet. Patriarcham per beneficia in illum collata obtestatur, ne calumniatoribus suis credat, causam suam tueatur. Patriarcha omnem operam suam spondet et sponsionem juramento sancit. 735

Cap. VII. — Sismanus a legatis Alexandri regis petitur. Magnus domesticus reprehendit, quot ideo bellum intentet et transfugam reddere recusat, proque eo Mœsis bellum grave minatur. Legati fractis spiritibus triginta dies ad redditum responsumque regis renuntiandum impetrant. Imperatrix et proceres de prudentia domestici gratis animis lætantur. 741

Cap. VIII. — Cur milites ad arma tardiores. Patricii cujusdam professionum scribæ desiderium juvandæ reipublicæ. Ejusdem pecunia, quam liberaliter ad usum reipublicæ domestico defert. Ille de facto hominem commendat. Antiquum munus et denuo mandat, idque ipsum extollit; oblatum accipere pecuniam in tempus necessarium differt; militum reditus cum insigni eorumdem lætitia exæquantur et augentur. 749

Cap. IX. — De coronando Joanne imperatore domestici consilium et refutatio adversariorum. Imperatricis cunctatio. Classis contra satrapam Lydiæ, populatum venientem. Pedestris exercitus a domestico in Occidentem ducendus. Iterum a patriarcha fidem exigit, quam sancte pollicetur. Ab imperatrice et laudatur et suaviter monetur ne se laboribus conficiat, et pecuniæ suæ parcat. Respondet admodum ingenue et liberaliter, et se rebelles coerciturum atque in ordinem redacturum promittit, Byzantioque cum exercitu discedit. 753

Cap. X. — Ex urbibus Thraciæ senatores et præsidia ad expeditionem assumuntur. Mœsus renovato fœdere discedit. Aliud Chersonesum Persæ cæduntur et fugantur

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

semel et iterum Apocauchus capere imperatorem adolescentem et regnare meditatur. Deprehensus in arcem suam confugit, atque ut mortem effugiat, domesticum inconstantiæ rerum humanarum monet, a quo vicissim monetur persapienter et Deo in primis nitendum ostenditur. 759

Cap. XI. — Peloponnenses Latini se imperatori certis conditionibus subjiciunt. Eorumdem litteræ ad magnum domesticum plenæ humanitatis ac benevolentiæ. Legati tractantur magnifice, et cum promissis ac muneribus dimittuntur. Apocaucho Senacherimus substituitur, et ejus facinora. Conspiratio et legatio præfectorum Occidentis; et cur sibi occurrere voluerint magum domesticum. 765.

Cap. XII. — Crales fracto fœdere Macedoniam populatur. Consultatio de eo reprimendo. Sententia magni domestici de expeditione Peloponnesica præponenda, ob quam Byzantium revertendum, et quid ibi faciendum, et quo omnibus comparatis eundum. Byzantium veniens, honorifice excipitur. Imperatricem ægrotam salutat, et lugentem adhuc consolatur, cum eademque cogitationes suas communicat, quas illa probat. 769

Cap. XIII. — Clamor confusus ante palatium; causam ejus litem aliquam censet magnus domesticus; discit se causam esse, pro cujus honore milites et nobiles contra patriarcham linguis pugnabant. Rem imperatrici narrat, monens ut homines protervos castiget, quod facit castigatione in partes certas distributa. 773

Cap. XIV. — Pœna in Apocauchum, et ejus opera rursus utendum absente domestico. Imperatrix plane abnuit. Improbitas et scelus Apocauchi in magnum domesticum, (sed prius ejus natales et conditio) per Xenam imperatoris matrem, a qua apud filium affectatæ tyrannidis vehementer accusatur et ab eo defenditur, atque ad purpuram rursus invitatur et recusat. Abhorret etiam plane a serenda inter filium et matrem discordia, quod quidam suadebant. 777

Cap. XV. — Obtrectatores et inimici se in gratiam conantur reducere timore mali. Apocauchus præcipue in eo laborat. Litteras scribit, merita in se locata enumerat; se pro ingrato accusat; veniam orat; gratum et bonum virum fore promittit. Domesticus ingratum animum et exprobrat, veniam donat; Quomodo propter fisci præfecturam tumultuatus sit idem Apocauchus, quem imperatrix ut confidentem ac superbum severe objurgat. 785

Cap. XVI. — Apocauchus a domestico collata dignitate privatur, et contemnitur; eum per ejus amicos et patriarcham placat. Imperatricem ei reconciliat. Mittuntur qui Epibatis filium adducant, sed venire abnegat. Domesticus cohortatus omnes ad concordiam et pacem, Byzantio discedit. Filiam suam imperatori juveni despondere differt. Apocauchus in itinere se illi ultro tradit et de juramentis ante rejectis sese purgat. Ejus cum matre magni domestici colloquium; a qua admonetur, ut factis magis, quam juramentis se amicum præstet. 791

Cap. XVII. — Ab officio suo incipit Apocauchus disserere, ut animum patriarchæ præparet. Deinde domesticum falso crimine in odium ejus rapit. Hortatur ut periculo obviam eat. Filiam suam ejus filio uxorem offert. Fiunt sponsalia. Occulte oppugnandum domesticum et imperatricem in eum per dolum ac mendacium irritandum suadet, ejusque rei modum præscribit. Quid domesticus socero suo pro filiorum liberatione e vinculis supplicanti responderit. 793

Cap. XVIII. — Eodem blandimento Andronicum Asanem, domestici socerum, tentat Apocauchus, eumque adversus generum irritat suis mendaciis, dum filios ejus revera nolle e custodia liberare fingit, cum tamen possit; et ipsum Asanem ad imperii cupidinem exstimulat, quod etiam patriarchæ faciebat. Suadet item ut imperatricem in domesticum exulceret et imperii spe hominem demulcet. Operam suam spondet. Veritatis et mendacii nullum faciendum discrimen, quod et antea monuerat. 801

Cap. XIX. — Expugnato Andronico Asane, duos fratres ejus aggreditur; fingit se eorum vicem dolere; segnitiem inquærenda libertate accusat. Demum similibus sententiis, quibus priores adversus domesticum eos incendit; nec est quidquam hoc homine audacius, impudentius et sceleratius. Tandem etiam Gabalam magnum drungarium, magnum stratopedarcham, et Zampeæ filium dolis suis capit et in perniciem domestici concitat. 803

Cap. XX. — Conjuratorum astus in imperatrice convenienda. Accusatio magni domestici. Imperatricis vera suspicio et interdictum. Asani Artotus cum Zampea matre succedit. His Chumnus cum filio, et Manuele Cantacuzeno genero. Omnes rejiciuntur, quos Apocauchus audaciores facit. Postremi patriarcha, et Andronicus Asanes quasi triarii cum imperatrice decertant et eam vincunt; ita tamen, ut ex Occidente reversum judicio arcessendum decernat. 813

Cap. XXI. — Probationibus et judicio audito terretur patriacha vicissimque a periculi gravitate imperatricem terret, et de domestico suspicionem auget vehementer, ejusque in curanda sua et liberorum salute negligentiam liberius coarguit. Ei Asanem pro optimo consiliario commendat, qui ejus animum callide subiens colophonem adhit et magnifico promisso, ut alii quoque, orationem concludit. 819

Cap. XXII. — Imperatricis ægritudo et anxia mens. Iterum accusationem repudiat, rursumque dubitans et credens, se illorum fidei tradit cum lacrymis. Mater domestici cum nepote et uxor Matthæi nepotis alterius, ut in carcere domi custodiuntur. Apocauchus fit præfectus urbis. Bellum inchoatur. Qualem militem collegerit. Domum magni domestici diripere ac disturbare non audent. Amici ex urbe propter periculum fugiunt. Veniam ab imperatrice petunt. Gabalas legatus prævaricatur, alter in carcerem datur. 825

Cap. XXIII. — Fugitivi Didymotichum perfugiunt; magno domestico acta narrant; qui aliud suspicans, Byzantium eos remittere vult. Post ad imperatricem legatos mittit, illam officii admonet; ad judicium se offert. Legati a ministris Apocauchi spoliantur, carceri traduntur. Turbantes ob id suos domesticus compescit. Legatis dicendi locus datur. Apocauchus impedit, ne judicium domestico decernatur; cui contumelias dicit. Legati custodiuntur. Augetur belli societas. Domesticus hostis declaratur. Proceres eum ad moras tollendas sollicitant. 827

Cap XXIV. — Litteræ imperatricis de abdicatione ad domesticum. Acerbiores Apocauchi mitti vetat. Milites bellum flagitant; quæritur in concilio quid agendum. Sequitur egregia domestici oratio, qua se suspicione affectati imperii liberare, et hoc nomine magnam a suis gratiam inire conatur. Consilium suum proponit, ut se in potestatem imperatricis ad eam ultro profectus, penitus tradat. 833

Cap. XXV. — Responsum procerum, sæpius se de his rebus seorsum et communiter deliberasse. Præclare ipsum disserusse; nec tamen si faciat, quod secum statuerit, bellum finitum, sed inceptum iri potius. Si purpuram induat, melius rebus communibus provisurum, et id omnes illustres approbaturos; alioqui mala grandia secutura. Domesticus nomen et habitum imperatoris iterum rejicit, ac denuo suspicionem amolitur; tandemque eorum voluntati propter salutem reipublicæ paret; eosque ad fidem et constantiam sibi præstandam hortatur; et alia imperatorie disserit, ac legationem de pace mittendam censet. 839

Cap. XXVI. — Proceres se persuasisse lætantur, gaudet totus exercitus. Evocantur alii Didymotichum, ut ejus creationi intersint. Urbibus Thraciæ et Macedoniæ obedientiam imperat. Non idem omnium sensus. Litteræ interceptæ Byzantium feruntur; exsultant adversarii. Mittuntur quædam matri domestici, et quid responderit. Facultatum proscriptio et direptio. 847

Cap. XXVII. — Magnus domesticus Didymotichi ornatum imperatorium capit publice, eique tertio loco et ejus uxori acclamatur. Epulum imperatorium et dies festus. Mira quæ in Cantacuzeni inauguratione contigerunt, futurorum præsagia. Episcopo Didymotichi se commendat, cujus responsio et visum memoratur, additurque domestico animus. Laus illius episcopi a facultate vaticinandi, et exemplum vindicatæ ab eo innocentiæ in femina. 853

Cap. XXVIII. — Concio qua se novus imperator iterum de suspicione tyrannidis occupandæ excusans, de injuria conqueritur. Missionem dat quibusdam militibus. Retentos in agrum Byzantinum mittit, ut copias inde exituras arceant; urbem ipse post invadere cogitat. Adrianopolitanorum contraria studia et seditio; optimatum vexatio et direptio. Quanta invidia Cantacuzenus passim flagrarit, et quibus calamitatibus ejus causa laboratum sit. 865

Cap. XXIX. — Adrianopolitani conjecti in angustias, auxilium a rege Mœsorum flagitant, qui frustra Adrianopolim venit. Quantum adventus ejus Cantacuzeno obfuerit. Prædatores Mœsi male a Thracibus et Persis accipiuntur. Mœsus timens, pacem petit, quam suis licet invitis, concedit Cantacuzenus. Ipse quoque denuo ab imperatrice pacem petit. Ejus legati violantur. Syrales item familiarissimus intercipitur et ignominiose vexatur. 871

Cap. XXX. — Divitiæ Cantacuzeni direptæ, et illarum immensitas, et quid doluerit. Andronicus Asanes Cantacuzeni socer contra generum exercitum ducit; et quomodo tota provincia devastata fuerit. Barbarorum depopulationes. E Zernomiano prædones cæduntur apud Didymotichum. Adrianopolim accedit. Pincernam Pamphilo evocat. Hebrus congelascit. Pamphilenses præsidium

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

